8.54.F.1

NAZIONALE
8
54 F
9
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

8.54.F9

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. M. THOMÆ
HVRTADO
DE
RESIDENTIA
TOMI DVO.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. M. THOMÆ
HVRTADO,
TOLETANI,
CLERICI REGVLARIS MINORVM:

SACRÆ THEOLOGIÆ ROMÆ, COMPLVTI, ET SALMANTICÆ Publico Profeſſore, & in Vniuerſitate Hiſpalenſi primariæ Cathedræ proprietario Moderatore: eiuſdemque Diœceſis Archiepiſcopatu Examinatore Synodali, ſupremique Senatus ſanctæ Inquiſitionis, & ſancti Officij Hiſpalenſis, ex munere Qualificatore.

IESV * BIBL. SEC. COLL. ROM. IHS

RESOLVTIONVM MORALIVM DE
RESIDENTIA SACRA,
LIBRI XII. IN DVOS TOMOS DIVISI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

TOMVS PRIOR,

DE RESIDENTIA PERSONALI SVMMI PONTIFICIS, CARDINALIVM, Epiſcoporum, Parochorum, Canonicorum, ac Beneficiatorum ſæcularium, *Libri ſex.*



LVGDVNI,
Sumptibus IOAN. ANT. HVGVETAN, & MARCI-ANT. RAVAVD.

M. DC. LX.

CVM APPROBAT. & PERMISSV SVPERIORVM.

EMINENTISSIMO D. D. BALTHASARI

DE MOSCOSO, ET SANDOVAL,

PRESBYTERO CARDINALI, ARCHIEPISCOPO Toletano, Primati Hiſpaniarum, Cancellario Maiori Caſtellæ, Conſilij Status Regij, hoc Anathema Literarium in ſignum ſubiectionis, & obſequij, in teſſeram gratitudinis, Pendo, Sacro, Dico.

OPVS hoc, Eminentiſſime Princeps, de Reſidentia perſonali Eccleſiaſticorum omnium, à maximo vſque ad minorem, quod Celſitudini tuæ conſecrat omnium Minor, ſub auſpiciis felicibus originem duxit; vt ſub felici vmbra Aquilæ magnarum alarum, plenæ plumis, & varietate ſolem videat, & an legitimus partus ſit examinetur, Vnus negotio principium dedit; vt poſt alter coronaret, coronatum in lucem exiret. Antiquitas Gentilium hoc agnouit, dum apud illos parœmia erat, Ἐκ διὸς ἄρχωμαι, *à Ioue incipio*; vt in Ioue feliciter terminem actionem; ſic mihi obtingit. Dum viuebat Eminentiſſimus D. D. Dominicus Cardinalis Pimentel, Hiſpalenſis Eccleſiæ Archipræſul, cuius eram à Secretis, Conſultor Theologus, & Synodalis Examinator, vt dolores (quibus correptus lecto affixus erat) minueret, & diuerſione leniret, me accerſiri iuſſit, vt conſuleret punctum circa Reſidentiam perſonalem Paſtorum, quod ſibi propoſuit eius Officialis Prouiſor: aperui Eminentiæ ſuæ intelligentiam meam, in cuius confirmationem obtulit ſua benignitate Diſputationem illam, qua nulla grauior, aut verior; quam Patribus Tridentinis præſentauit Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Toletanus D. D. Bartholomæus Carranza de Miranda, Illuſtriſſimus quidem dignitate, ſed illuſtrior ſapientiâ, & tolerantiâ in aduerſis: Cuius encomium Eminentiæ Tuæ offero, ante reuiſionem ſui libri verè aurei, qui vt Baculus Paſtoralis, ſemper in manibus Paſtorum portari debet. Quâ informata Sancta Synodus, ab Spiritu Sancto directa, Decretum illud ſaluberrimum edidit, quo Reſidentiam perſonalem Paſtorum de Iure Diuino eſſe monſtrauit. Hanc imperauit mihi Eminentiſſimus Cardinalis, vt notulis illuſtrarem: Cúmque nihil iucundius ab Eminentiſſimo Viro *exigi poteſt ab homine, quam vt proſit hominibus, ſi fieri poteſt multis, ſin minus paucis, ſin minus proximis, ſin minus ſibi, nam cum ſe vtilem cæteris efficit commune agit negotium*; quod præſtiti latâ manu, quam vrgebat & velociorem effecit inſtantiâ quotidianâ Illuſtriſſimus D.D. Petrus de Tapia Archiepiſcopus heu quondam noſter, & ſemper noſter, Quem Eminentia Tua introſpexit intúſque penetrauit, ſciens quid eſſet in Nomine Sanctiſſimo, Doctiſſimo, Vigilantiſſimo, ſi quod aliud in hoc ſæculo. Hic enim tantus Vir aliquos

qui internos ſcripturæ meæ Reſidentialis in medio occupationum ſuarum perlegit, & poſt vix ipſam communicaui, quin me ſolicitiorem redderer ad perficiendum, vt prælo ſudaret opus, & non mediocri lætitia me alloquens vſurpabat verba Senecæ. *Numquam plus agere, quàm dum in conſpectum ſuum diuina, atque humana veniebant diſcutienda.*

Hæc origo, hic fons à quo ſcaturiit labor meus iſte, ab homine verè diuino, Tuo Confratre Collegij Cardinalitij, & tibi Cardinali coram ſiſtit: à Cardinale *Foſſa*, ſed à Te Cardinali *vallum*, & præcipuum tutamentum; vt ſis dux eius in columnâ nubis per diem, & in columna ignis per noctem; & ſic pede inoffenſo currat ſub tua vmbra, ſicùt clariſſima ita & validiſſima ad protegendum ab æſtu improperantium: nullus enim maieſtatis tuæ fulmen excipere audebit, & quocunque fugiat, ſemper ſentiet vim Eminentiæ qua polles, cùm vbique gentium eius purpurea ſigna colantur, & venerationem accipiant.

Tibi enim iure conſecratur tomus hic primus de Reſidentia perſonali, officio Paſtoris Iure Diuino adnexa, cuius pondus, Tu ferè ſolus agnoſcis, portas, ad praxim reducis, ſemper lateribus Sponſæ tuæ adhærens, ſemper tuis ouibus aſſiſtens. Certè quidem ſi te verum Paſtoris exemplar agnoſceret Nazianzenus, expoſtularet à Magiſterio tuo, quæ ad Magno Baſilio expoſcebat, cum in te delineata videret. Hic (ait Magnus Theologus) *quæ paſcua petenda, qui fontes adeundi; ac rurſus qua paſcua vitanda, qui latices: quæ oues baculo regendæ, quæ fiſtulâ, quo tempore ad paſcua ducendus grex, quo rurſus à paſcuis reuocandus: quo modo bellum lupis inferendum: quomodo non laceſcendi paſtores, hac præſertim tempeſtate, quâ ſtultè ſe geſſerunt, atque oues paſcuæ diſperſerunt: quomodo quod infirmum eſt roborabo, quod lapſum eſt erigam, quod aberrauit in viam reducam: quomodo (inquam) hac addiſcam, atque ita, vt recta Paſtoralis Artis, veſtráque ratio poſtulat, cuſtodiam: ac non, quod ſcelerati Paſtoris eſt, lac comedam, lana induar, pinguiſſima quæque iugulem, aut vendam, aut beſtiis, & præcipitiis relinquam, me ipſum paſcens, non gregem.*

Ignoſce dicendis, *Princeps Eminentiſſime*, quia etſi in natiuam tuam modeſtiam peccem, at ſi tacerem grauius piaculum in bonum commune committerem, ſi hoc exemplar boni, & reſidentis Paſtoris, in te manu diuinâ deſcriptum, non proponerem toti Eccleſiæ: ſic enim ille alius Græcus Auctor Catonem Romanis, & Græcis, in exemplum imitandum propoſuit.

Οἶος πέπνυται: τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Ille ſapit ſolus, volitant alij velut vmbræ.

Quia tanto interuallo omnes poſt ſe relinquit, vt alij velut vmbræ eſſe videantur.

Huic etiam extincto dederit Proſerpina mentem,
Solus vti ſaperet, reliquis volitantibus vmbris.

Quid? Non experimur hæc omnia in Eminentia Virtutis tuæ, cui Paſtorale officium diuinitus conceſſum alios edoces admirando exemplo (abſit aſſentatoris vile officium) veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente publico conſenſu in Spiritu Sancto. Coactus etenim obedientiâ reliquiſti Sponſam tuam Giennenſem, quam tenero diligebas amore, Toletanam, vt pluribus prodeſſes, aſſumens, quam non minori dilectione proſequeris, & gubernas, artis Paſtoralis ſermonibus. Te ipſum velut ſpiritualem quandam Statuam, in eminentiſſima columna poſitam, ad optimæ cuiuſcunque actionis pulchritudinem, expolitam, ad imitandum proponis. Accepiſti hanc à Deo ſingularem gratiam, vt in paſcuis, & laticibus præbendis, ouibus, orthodoxæ Doctrinæ Pater, & Magiſter, efficereris, non vt huius temporis Sapientes vnà cum temporibus, te inflectens circa Libertatem Eccleſiaſticam, quam pro viribus tutelaſti, non medio quodam, & artificioſo modo, ſicut alij qui veritatem cauponantes adulterant; quin potiùs eruditos pietate, & pios eruditionis laude Tibi ad ſciſcis,

ita vt & doctrinæ & Pietatis primas obtineas, in quibus, vt notam fugias in dies Eminentiſſimæ Dignitati tuæ, & throno virtutem amplectendam adfers. Quid? nonne ita flagras charitate, qua reſides in tua Eccleſia, quod præſens optes anathema eſſe à Chriſto pro ouibus tuis, & dum pro illis corpus pluribus incommodis diuexas lætiori ſpe animus fruitur, ac ſplendidior efficitur.

Quid de æquitate, & ſumma diligentia, dum in reformandis moribus; & Eccleſiaſtica diſciplina conſeruanda, inſudas? in qua nemo animi tui magnitudine præſtantior apparuit, nullus potens fuit, vt labores, & ſudores vultus tui in quibus panem comedis, & murice tinctam veſtem induis, vel in puncto collabantur; cùm enim dignitate emineas cæteris, nullius moribus qui boni, & laudabiles non ſint, Te ſubiicis, & quanto magis malos reprimis, tanto Auguſtior, tanto Maior acclamaris, & cum nihil ad augendum faſtigium (es enim Eminentiſſimus) ſuperſit, hoc vno modo creſcis, ſi piam, & modeſtam Eccleſiæ diſciplinam collapſam erigas, ſi probatos mores conſerues, ſi improbos eiicias, & in inſulam releges; adimplens enim Paſtorale miniſterium, vt hoc perficias, Synodum congregas, & præſenti anno perficis, quâ mediâ Eccleſiaſticam diſciplinam (quæ Magiſtra eſt Religionis, Mater pietatis, increpat, non lædit, caſtigat, non nocet, mores irata corrigit, inflammata cuſtodit. & nihil eſt, quod Synodica diſciplina, aut non emendet, aut ſaluum faciat) introducas, eâ animi conſtantiâ, tanto animarum zelo, vigilantiâ incredibili, mititate admirabili, prudentiâ heroicâ, & tanto Principe dignâ, hominéque maiore, quæ attributa tanto fulgore, in te emicant, vt iam de te, quod Priamus de Hectore dixit, potiore iure canatur:

Nec iam hominis ſanè mortalis filius ille
Eſſe videbatur, diuino at ſemine natus.

Siſtat hîc nauis mea plenis velis decurrens, cum à puppi ad proram plena ſit encomio laudum tuæ Celſitudinis, non ſolùm nauis mea, verùm etiam nauicula Petri, in Romana Curia, tota Italia, Hiſpania, Germania, Gallia, *Te Diuino ſemine natum* prædicant, & acclamant; hoc omnes norunt, tot ſunt tui admiratores, quot teſtes Eminentiæ tuæ, quæ etſi ſupremo honorum faſtigio euecta, ſe in infimam pauperum cateruam ſumma humanitate effundit, & dum miſerorum hominum calamitatibus obiicit, ſplendet auguſtiùs, rutilat diffuſiùs. En tibi alloquitur Ennodius: *Potiorum ſublimitas communione geminatur, & facem præfert Eminentiſſimo Gratia conceſſa ſubiectis.* Nonne toties geminatur Celſitudo, & Eminentia tua, quoties te communicas pauperi, & egeno, pupillo, & viduæ, & iis quibus non eſt adiutor, niſi miſericordia, liberalitas, & beneficia tua, in quibus tui viuas imagines multiplicas, & multiplicatas conſeruas, & perennas in hominum memoria. Quid? non tibi Eminentiſſimo lampadem, & facem præfert Gratia conceſſa ſubiectis, tam ingenti Eleemoſynarum copiâ (quas publicè, & ſecreto, in ſinu pauperis reponis, vt dirigantur greſſus tui. Igitur tantis operibus geminatur in æuum Eminentia tua, vt non deficiat laus eius ab ore hominum. Reſpice obſecro, benigno aſpectu hoc literarium munus, quod grato, & ſupplici offerimus animo, non ſolum ego, ſed & mecum tota Religio mea, *quia ſuper omnem gloram protectio* tua nobis erit. Viuas Neſtoreos annos, vt ſacras actiones, quaſquas facis, alios doceas. E Domo noſtra Spiritus Sancti Hiſpalenſis, die quinta Martij 1658.

EMINENTIÆ TVÆ

Humilis ſeruus & Capellanus,
THOMAS HVRTADO.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI.

SI beneuolus noſtes, en tollo manum, cedo viciſti, quia contendendi non eſt animus. Placidum igitur meum Lectorem alloquor. In ſuperioribus libris contexui Reſolutiones Morales, circa congruam ſuſtentationem Eccleſiaſticorum omnium; eiſque paratas farinas, cibumque bene maceratum dedi, quo licitè poſſint vitam molitam degere, iuxta cuiuſlibet ſtatum & conditionem; ne pauperes defraudarentur cibo ſuo, & alia pia opera diuinuſque cultus deficerent, patrimonio Chriſti vanè diſſipato: ſtatuique regulas quibus in victus ratione modum tenerent & dirigerent. In hoc tomo non minus neceſſariam materiam manibus texo, de Reſidentia perſonali Paſtorum, qui inuigilare tenentur ſuper gregem ſuum, & paſcere verbo, doctrina ſana, & exemplo oues ſuas: ne fugiens expoſitas voracitati luporum relinquat, & ipſe mercenarius efficiatur: vt enim Athanaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſtola (quam cum aliis de Reſidentia tractantibus ad verbum refero in fine tomi huius) ad Epiſcopum Cretæ. Perinde namque eſſe videtur gregem abeſſe à Paſtore, vt cæcum diſcernere, ſanæ augentur oues ac in tuto ſunt cum præſint viri Paſtores. Hoc quidem cum honeſtiſſimum ſit, laudant cordati & prudentes omnes, & in primis Imperator ipſe; qui non ſolum approbauit, ſed magnifica verba fecit, & ſynodicis litteris & edicto ſuo decreuit vt ex Epiſcopatu, Metropoli Menombaſienſi ſubiecto ducenti aurei annis ſingulis tibi redderentur: quo etiam beneficio nos obligauit vt non ſolum propter Religionem Imperatorem laudemus, & pro eo omnes Eccleſiaſtici preces adhibeamus, ſed propter variam multiplicemque beneficientiam atque prouidentiam.

Mihi ergo etiam debent eſſe grati & beneuoli Lectores, qui integrum opus diſcurreas per omnes Eccleſiaſticos prælodo, enucleans hanc honeſtiſſimam obligationem, hoc ſacrum vinculum quo Paſtores vinciuntur ad reſidendum in ſua Diœceſi, vt oues diſperſas colligant, infirmas curent, vacillantes firment, ſtantes confirment, bella pro gregis ſalute & immunitate ſuſcipiant. Quæ paſcua doctrinæ petenda, qui fontes adeundi, quæ paſcua vitanda, qui lat ces, qui baculo regendi, qui fiſtula: quo tempore ad paſtum ducendus grex, quomodo bellum lupis inferendum, ha praeſertim tempeſtate (in qua ex noſtris non verentur viri exurgere, qui nouellis doctrinis auellere a vera ſanaque doctrina oues curent) hæc enim Paſtoris munia adimplere nequit qui perſonaliter non reſidet. Quare in hoc opere, non ſine ingenti labore perfecto, non debeo à maleuolis vellicari, cum in eo morem geram Summis Pontificibus, Generalibus Conciliis, Imperatori, & Regibus Catholicis, qui ſuis Apoſtolicis literis, Conciliaribus Decretis, Synodicis edictis, Epiſtolis Regalibus, totos ſe dederunt vt Prælati reſideant, vt perſonaliter aſſiſtant ſuis ouibus; vt ſerpentum & luporum allapſus, quos timent, & vitent, & auertant.

Vtrumque opus nullus hucuſque Auctor ita collectum & diffuſum perfecit, ſed ſparſim, diuiſimque diſſeminarunt ſcriptores: Ego vero (ni fallor) non mediocri vtilitate rei litterariæ ſimul & vnitè ferè omnia quæ vtrumque ſcriptum reſpiciunt inuenta coniunxi, vt facilior ſit eorum quæ deſiderantur notitia, nec tamen puto omnia inueniſſe, quia etſi alius alio plura inuenire poſſit, nullus tamen omnia: ego verò ea quæ inuenio ſtatim reddo, enim qui ſolus incubat bonis vt ſolus carpat fructus: quæ accepi communico, ne Architectus operibus ſuis & laboribus inuideat, & raptor occultus alieni ſudoris iudicetur: quare dignus eſt labor, vel commendatione laboris, & ſi non victoria laude, prætendit enim primitatis palmam, at non ambit coronam, etſi quantitati laboris quantitas mercedis reſpondeat.

Nec mihi beneuolus Lector vitio det, quod promiſſum non adimpleo: tom. enim 5. promiſi tomum ſextum in quo de Priuilegiis fidelium, & obligationibus miniſtrorum vtriuſque fori in vtroque foro tempore peſtis: & duo alia volumina in Summam Eminentiſſimi Cardinalis D. Caietani, non nego promiſſa; at quòd implerem impedimento fuit obedientia, qua tenebar adſtrictus Eminentiſſ. D. D. meo Cardinali Pimentel huius Diœceſis tunc Archiepiſcopo, qui arctè iniunxit auctoritate qua in me pollebat, vt circa hæc duo themata lato calamo diſcurrerem. Obtemperaui, & ſic opus ad opus addidi, cum quo præſentia verſarē vt perficerem; incœpta rudia, impolita, & in embryone manſerunt: ex nunc tamen faciam quod (Deo auſpice) promiſſa appareant; vt manus tua oculata ſit, maximè commentaria Summæ, ne prior alius occupet, & ſerior ego ipſe veniam: & vt verum fatear, nihil magis habeo in cordis, quam hæc commentaria perficere, & propugnare ab aduerſariorum telis turrim fortiſſimam Summa, quæ arx eſt Theologiæ Moralis totius.

Digredior aliquando non inutiliter, nec iniocundè circa aliqua, quæ vel tunc occurrerunt, requiſitus in conſultationibus, & eorum reſolutio digna viſa eſt, vt omnibus communicaretur: vel aliquorum in quibus à non bene affectis fui ſuggillatus, vt eorum defenſio fieret manifeſta; ne dum frigida, & Hermodoxi impugnatio nota extitit, eius ſolutio ignoretur.

Monitum te volo, Beneuole Lector, me trepidum extitiſſe ad hoc volumen de Reſidentia, & alterum de Congrua Eccleſiaſticorum omnium, in publicum dare; timebam enim tot Zoilos contra me exortos, qui ſyllabas & dictiones aliorum voluminum, notarunt, transfixerunt, & Apologiis impetiuerunt, multis opprobriis me & libros meos aſſeclas D. Thomæ eiuſque Scholæ, retrahebar fateor a nouis cudendis, & educandis liberis libris, aſt viri zelantes boni publici, cuius & ipſi adminiſtratores ſupremi gradus exiſtebant, animum mihi imponentes adduxerunt locum Caſſiodori, aptum, in procœmio ad libros Epiſtolarum, quas nolebat in publicum dare, timens rabidos detrahentium dentes, quorum alter nos frequentia inuidioſæ interpellationis exaggerat, alter miſeriarum mole caſtigat, alij furioſa contentionum ſeditione circundant, & me circundederunt, ſicut apes aculeis ſuis vulnerantes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & contra amici Senatoris verbis me vrgebant, Noli in obſcurum ſilentij reuocare, quæ ad corrigendos mores inſudaſti, & ad excedentis audaciam frangendam, quid dubitas edere, quod tantis vtilitatibus probas poſſe conquirere? celas enim, vt ita dixerim, ſpeculum mentis tuæ, vbi te omnis ætas ventura poſſit inſpicere: nam quod de actuario pectoris gignitur auctoris ſui poſteritas veracius æſtimat, alios cudiſti tomos, & cum tibi in illis fuerit ſecundus euentus, quid ambigis, & hæc in publicum dare, qui iam cognoceris dicendi tyronicia poſuiſſe? Ita illi. Victus ſum fateor, nec obſiſtere tantis precibus potui, cum me viderem ex affectione culpari. Nunc ignoſcite legentes, & ſi qua eſt incauta locutio ſuadentibus potiùs imputate, quia mea Iudicia cum illis videntur facere, qui me decreuerint accuſare: ſed quid ſi accuſant, cum non probeat? irriſioni accuſatio exponitur, pendulaque manet; atque ex ipſa doctrina puritas & innocentia aperitur, & matureſcit; ſunt enim accuſatores iſti arrogantis ingenij, iudicantes ſe ſupra ſenes intelligere. At deſeruiunt ad id, quod ipſius, ficus agreſtis fructus, qui frugifera ficui appenſus pedicalis, ex ea in groſſis emicantibus, efficit vt perficiantur eius fructus. His fruere benigne Lector, & pro me ora.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Reſolutionum, Sectionum & Paragraphorum, quæ in hoc Tomo continentur.

LIBER I.

De Reſidentia Eccleſiaſticorum in Generali. pag. 1.

RESOL. I. *Vtrum liceat Epiſcopo propter aliquam perſecutionem corporalem deſerere gregem ſibi commiſſam.* ibid.

II. *Ex commentario D. Caietani circa eamdem obligationem.* 2

III. *Notationum circa articulum. S. D.* 8

IV. *Adnotationum circa articul. Commentarium Eminentiſſ. Caietani.* 10

V. *Etymcu, quidditas, origo, & partitio Reſidentia.* 11

VI. *Vtrum ad perſonalem reſidentiam Epiſcoporum obliget ius diuinum?* 13

VII. *Sententia Corduba exploditur.* 14

VIII. *Ad eandem obligat ius naturale.* 18

IX. *Catharinus, Campanella & Andreas Gerunda eneruantur.* 20

LIBER II.

De Reſidentia Summi Pontificis, Eminentiſſ. Cardinalium, & Epiſcoporum. 29

RESOL. I. *Vtrum Summus Pontificatus ſit iure diuino connexus cum Epiſcopatu Romano.* ibid.

§. I.

Sententia negatiua Domini Soto fundatur. 29

2. *Sententia affirmatiua Eminentiſſimi Caietani propugnatur vt certa.* 32

3. *Eneruantur fundamenta oppoſita Sententia.* 35

4. *Pontifex ſummus iure diuino tenetur Roma perſonaliter reſidere.* 36

RESOL. II. *Vtrùm liceat Summum Pontificem Romanum Epiſcopum nominare ſibi ſucceſſorem in vtraque dignitate?* 37

§ 1. *Sētētia negatiua proponitur & fundatur.* 38

2. *Sententia affirmans quod Pontifici ſit relicta à Chriſto poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem, vt magu iuri Canonico conformem: eligitur & propugnatur authoritate.* 40

3. *firmiſſima iaciuntur fundamenta à ratione petita pro eadem Sententiâ.* 43

4. *Euertuntur fundamenta ſententia oppoſita.* 46

5. *Quibus modis poſſit validè ſummus Pontifex ſibi nominare ſucceſſorem.* 47

SECTIO I.

De renuntiatione. ibid.

2. *Si eligat conſentiente Cardinalium Collegio.* 48

3. *Si eligat conſentiente generali Concilio?* 50

RESOL. III. *Vtrum expediat Summum Pontificem eligere ſibi ſucceſſorem in Summum Pontificatum.* 51

§. vnic. *Quid ſentiat Dominus Caietanus?* 57

RESOL. IV. *Vtrum Papa qui non vult reſidere Roma poſſit ab Eccleſia deponi.* 59

§. 1. *Rationes dubitandi à Gerſone inducta.* ibid.

2. *Indubitata sētētia ſtabilitur & propugnatur.* 61

3. *Rationes in oppoſitum adducta euaneſcunt.* 64

4. *Satisfit argumento explicato pracepto de correctione fraterna Matthai. 18. quid intelligatur ibi nomine Eccleſia.* ibid.

5. *Occurritur quinto argumento, & ponuntur remedia ad obuiandam inconuenientia.* 67

6. *Expugnatur ſextum argumentum.* 72

RESOL. V. *Vtrum Cardinales ex vi dignitatis Cardinalitia teneantur Roma reſidere.* 74

§. 1. *Officium & Dignitas Cardinalitia eſt de iure diuino.* ibid.

2. *Quod Cardinalis ex vi ſua dignitatis tenetur reſidere, vbi Pontifex reſidet, oſtenditur.* 79

RESOL. VI. *Vtrum ſit ſufficiens motiuū ad diſpenſandum cum Epiſcopo, aut Cardinali in obligatione reſidēdi, quòd vadat, vt dux exercitus ſui Principis cōtra aliū Catholicū?* 80

2. *Quo iure teneantur Epiſcopi, & Cardinales non belligerare?* 82

3. *Satisfit titulo Reſolutionis.* 86

RESOL. VII. *De Epiſcopis Cardinalibus, Oſtienſi, Praneſtino, Albaneuſi, & aliis qui Roma perpetuo reſident etſi alibi ſuas habeant Diæceſes?* 87

VIII. *Vtrum Cardinalitia dignitas excuſet.* 91
IX. *De cauſis excuſantibus Epiſcopos à perſonali reſidentia.* 94
X. *Quid Concilium per Chriſtianam charitatem.* 96
XII. *Quid vrgens neceſſitas?* 97
XIII. *An votum peregrinationis ſit vrgens neceſſitas?* 99
XIV. *Quid debita obedientia?* 103
XV. *An officia à Papa conceſſa in curia Romana excuſent?* 104
XVI. *Quid euidens Eccleſiæ & Reipublicæ vtilitas? an Nuntiatura?* 105
XVII. *Vtrum Princeps ſæcularis abſolutus poſſit interpretari ius diuinum de Reſidentia Epiſcopi.* 106
XVIII. *Vtrum Epiſcopus diſpenſatus à Papa ad petitionem Regis, in Reſidentia teneatur ſub mortali obedire Regio mandato.* 111
XIX. *De inquiſitore generali Hiſpaniæ.* 113
§. 1. *An ſi ſufficiens cauſa diſpenſandi in reſidentia quod ſit generalis inquiſitor.* ibid.
§. 2. *Si Rex proponat pro hoc officio Epiſcopum, & Papa ipſum facit inquiſitorem eo ipſo cenſeatur diſpenſare in reſidentia?* 114
Resol. XX. *De Oratore Regio apud alios Principes?* 116
Resol. XXI. *Vtrum in diſpenſatione huius præcepti diuini; intelligatur conditio, ſi cauſa permaneat?* 117

LIBER III.

De Reſidentia Perſonali Parrochorum. ib.

Resol. I. *Vtrum reſidentia perſonalis Parrochorum, ſit de iure diuino.* 118
II. *Quid requiratur, vt Parrochus dicatur verè, & propriè reſidere?* 121
III. *De conditionibus requiſitis, vt Parrochus dicatur perſonaliter reſidere.* 123
IV. *An Parrochus teneatur per ſeipſum adminiſtrare Sacramenta, & pro omnibus offerre Sacrificium?* 126
V. *Adducuntur verba Concilij Tridentinii, ad tempus abſentiæ Paſtorum à ſuo grege.* 131
VI. *Vtrum hoc decretum Tridentinum vires exerat, vbi morum reformatio, à Sacro Concilio determinata, non eſt recepta?* 132
VII. *Vtrum conſuetudo poſſit interpretari ius diuinum de reſidentia perſonali.* ibid.
VIII. *Vtrum Epiſcopus poſſit non reſidens continuare trimeſtre vnius anni cum trimeſtri alterius.* 134
IX. *Vtrum Parrochus poſſit exiſtens in ſua Parrochia per duos menſes non miniſtrare Sacramenta?* 136
X. *Vtrum vt Parrochus per duos menſes non reſideat requiratur Epiſcopi licentia.* 137

Corollaria ex dictis ad Praxim vtilia 139

Subreſol. 1. *Parrochus abſens, nequit ponere Vicarium, ſed hoc competit ſoli Epiſcopo.* 140
2. *Si cauſa non manifeſtetur Epiſcopo, etiam ob iuſta motiua, ſi Epiſcopus non det licentiam non eſt tutus Parrochus ſi abſcedat.* ibid.
3. *Parrochus mortaliter peccat ſi fingit cauſam iuſtam?* ibid.
4. *Poteſt Epiſcopus prohibere ne Parrochus abſit per biduum ſub pœna pecuniaria.* 141
5. *Non ſufficit licentia tacita.* ibid.
6. *Quis intelligatur in hoc decreto, nomine Ordinarij?* ibid.
7. *Non requiritur in licentia in ſcriptis.* ibid.
8. *Non tenetur reſtituere etiam, ſi licentia non ſit in ſcriptis.* 142
9. *Decentes Romæ an tentatur reſidere?* ibid.
Resol. XI. *Vtrum ſit præceptum obligans, quod Epiſcopus reſideat diebus, de quibus Concilium.* ibid.
XII. *Vtrum ſit Simoniacus Ordinarius ſi gratis non det licentim.* 145
XIII. *Vtrum decretum Concilij intelligatur, de coadiutoribus Parrochorum.* ibid.
XIV. *Vtrum Epiſcopus aut Cardinalis poſſit in ſuo ſeruitio occupare Parrochum cum actuali cura?* 144

Ampliationes noſtræ ſententiæ. 146

Subreſol. 1. *Nequit Epiſcopus dare licentiam Parrocho ad quinquennium ſtudiorum cauſa.* ibid.
2. *Vicario perpetuo, poteſt Epiſcopus, cauſa ſtudiorum, hanc licentiam dare.* 150
3. *Nequit abeſſe Parrochus à ſua Parrochia, vt alibi docet grammaticam.* ibid.
4. *Canonicus qui habet Parrochialem, & Canonicatum debet in illa reſidere.* 151
5. *An ſit à Concilio reuocata Eugeniana?* 152
6. *Si completo bimeſtre ſuboritur noua cauſa tenetur prolongare licentiam.* 154

LIBER IV.

De Obligatione Reſtituendi fructus ob non reſidentiam Paſtorum. ibid.

Resol. I. *De cohærentia huius decreti, cũ alio,* ex cap. 1. ſeſſ. 6. *ibid.*
II. *Vtrum non reſidens in Parrochia ſit ipſo iure priuatus beneficio curato?* 156
III. *Vtrum vt Parrochus non reſidens, non faciat fructus ſuos, requiratur iudicis ſententia ſaltim declaratoria.* 158
IV. *Vtrum Parrochus non reſidens teneatur in conſcientia reſtituere fructus.* 159
V. *Vtrum Parrochus ſi munia Parrochialia non obeat teneatur reſtituere fructus?* 160

SVBRE

Index Reſolutionum, &c.

SVBRESOLVT. I.

IGnorantia innincibilis excuſat Parrochum à reſtitutione fructuum. 163

2. Non tenetur reſtitaere etiamſi non habitet in domo Parrochiali. ibid.

3. Reſidens & non operans mortaliter peccat. ibid.

Resol. VI. Vtrum in non reſidentia detur parvitas materia. ibid.

VII. Vtram bimeſtre Tridentinum poſſit conſtari ex diebus diſcretis. 166

VIII. Vtrum Parrochus ingrediens Religionem anno noaitiatus faciat fructus ſuos? ibid.

IX. Vtrum ſi culpa Epiſcopi non nominetur Vicarius idoneus teneatur fructus reſtituere: 168.

X. Vtrum Parrochus cui datar coadiator, cum futura ſucceſſione, ſi non reſideat, teneatur reſtituere. 169

XI. Vtrum qui tuta conſcientia non reſidet, faciat fructus ſuos? 170

XII. An Parrochus, qui per bimeſtre ſine licentia abeſt teneatur fructus reſtituere? 171

XIII. Vtram Parrochus, qui ex licentia Epiſcopi abeſt vltra bimeſtre, faciat fructus ſuos? 172.

XIV. Vtram ſi Papa ſine iuſta cauſa det licentiam Parrocho non reſidendi, iſte faciat fructus ſuos? 173

XV. Vtrum Epiſcopus ex iuſta cauſa non reſidens gaudeat alternatiua? 175

Ampliationes Regulæ Sixtinæ. 176

SVBRESOLVT. I.

NOn datar paruitas materia in diſtantia à Diœceſi. ibid.

2. Vtrum ſi Epiſcopus abſens ſit timore mortis non gaudet alternatiua? ibid.

3. Vtrum gaudeat alternatiua ſi ſit in loco exempto intra Diœceſim? 178

4. Vtrum gaudeat ſi ſit diſpenſatus in reſidentia? ib.

Limitationes eiuſdem Regulæ. 179

5. Gaudent Eminentiſſ. Cardinales ex priuilegio. ibid.

6. Vtram non teneat Regula in duobus menſibus fixis. ibid.

7. Quantam temporis abſentia requirat alternatiua. 180

Resol. XVI. Vtrum Parrochus teneatur Sacrificium offerre pro ouibus ſuis? 181

Subreſol. 1. An ſaltem aliquibus diebus teneatur ad id Parrochus? 185

2. Vtram poſſit ſtipendium accipere pro illa Miſſa quam tenetur celebrare coram popalo? ibid.

3. Vtrum Beneficiarij Hiſpalenſes liberi ſint ad hac obligatione? 187

Resol. XVII. Vtrum non reſidens poſſit ſe componere per Bullam. 189

Resol. XVIII. Vtrum Parrochus non reſidens poſſit ſibi fructus amiſſos applicare? 192

LIBER V.

De Reſidentia Canonicorum. 198

Resol. I. VErba Concilij Tridentini extricantur. ibid.

II. Quo iure teneantur Canonici intereſſe choro? 199

III. Qui Prouentus debeant reſtitui à non reſidentibus in choro. 201

Subreſol. 1. Canonicorum reſidentia qualis. 205

2. Digreſſio de Praxi obſeruāda circa declarationes Cardinalium, ante decretum Vrbani VIII. ib.

3. De Canonicorum cantu. 208

4. Vtrum pro diſtributionibus quotidianis poſſit canonicus uti bulla compoſitionis. 212

5. Quando Canonici lucrentur diſtributiones in abſentia. 215

6. De Dominis inquiſitoribus, & promotore fiſcali ſancti officij. 216

7. Vtrum Inquiſitores lucrentur ſi fundator feſtiuicatum excludat illos expreſſe. 219

8. Explicantur tres cauſæ ex quibus, quis abſens poteſt lucrari diſtributiones quotidianas. 222

§. 1. Explicatur infirmitas. ibid.

2. Explicatur neceſſitas. 223

ſubreſol. IX. Vtrum excommunicatus debeat eſſe toleratus vt diſtributiones lucretur? 224

10. De Canonico publico Clerici percuſſore? 225

§. 3. Extricatur euidens Eccleſiæ vtilitas. 226

Subreſol. XII. De Canonico Pœnitentiario, & & Magiſtrali. 228

13. De aliis excuſationibus à reſidentia in Choro, vt lucrentur diſtributiones? 231

§. 1. De conſuetudine? ibid.

2. Ponitur regula generalis circa excuſationem ex conſuetudine. 235

3. Subreſolutiones ampliantes regulam præfatā. ib.

SVBRESOLVT. I.

LIcet ex conſuetudine abeſſe vltra tres menſes. ibid.

2. Quando poteſt introduci quod in abſentia lucretur fructus, poteſt introduci quod lucrentur diſtributiones? 236

3. Poteſt introduci quod fructus primi anni dentur hæredibus defuncti? ibid.

4. De diebus ad tonſuram. ibid.

5. An poſſit introduci, quod diſtributiones anniuerſariorum dentur abſentibus? 237

§. IV. Subreſolutiones limitantes Regulam. ibid.

6. Vtrum poſſit introduci quod diſtributiones non dentur infirmis & ſimilibus? ibid.

7. *Vtrùm poſſit introduci quod non ſint aßignatæ diſtributiones quotidianæ?* 238
8. *Vtrum Canonico poſſit concedi Iubilatio?* 238
9. *Vtrum Canonici Procuratores reſidentes Romæ & in vna Regia lucrentur diſtributiones?* 239.
10. *Vtrum poſſit conſuetudine introduci, quod quis per alium ſuppleat reſidentiam in choro?* 239
11. *Habens duos Canonicatus in diuerſis Eccleſiis, non poteſt lucrari diſtributiones in Eccleſia in qua non reſidet.* 240
RESOL. IV. *De priuilegio excuſante.* 241
V. *Vtrum Epiſcopus poſſit in legibus Pontificiis diſpenſare?* 246

§. I.

SEntentia negatiua. ibid.
2. *Sententia affirmatiua.* ibid.
3. *Ponuntur tria libamina pro explicatione veræ ſententiæ?* 247
4. *Fulcitur & roboratur ſententia affirmatiua?* 249
5. *Occurritur fundamentis oppoſitis.* 252

SVBRESOLVTIO I.

EPiſcopus de conſenſu Capituli poteſt diſpenſare vt abſens lucretur, &c. 253
2. *Non eſt eadem ratio de Parrochis, ac de Epiſcopis?* 254
3. *Epiſcopus poteſt in legibus Concilij diœceſani, aut Prouincialis ſimiliter diſpenſare.* 255
4. *Epiſcopus poteſt diſpenſare in legibus Concilij generalis.* 256
5. *Poteſt diſpenſare ſimiliter in impedimentis dirimentibus matrimonij?* 258
6. *Vtrum Epiſcopus poſſit ſimplici Sacerdoti delegare poteſtatem confirmandi.* 259
7. *Vtrùm poſſit Epiſcopus in caſu vrgentiſſimo dare tres ordines ſacros in tribus diebus extra tempora?* 261
8. *An idem poſſint Prælati regulares cum ſuis ſubditis diſpenſando in lege Pontificia?* ibid.
9. *Poſſitne Ordinarius diſpenſare in ieiunio quadrageſimali ob imminentem epidemiam?* 262
§. 1. *Negatiua ſententia roboratur.* 263
2. *Affirmatiua ſententia defenditur.* 264
3. *Fit ſatis oppoſitis fundamentis.* 271
4. *Vltima ſubreſolutionis deciſio.* 272
5. *Trutinatur ſententia ſapientiſſimi Magiſtri Pauli Nazarij.* 274
6. *Excluditur præfata Nazarij ſententia?* 276
7. *Fundamenta Nazarij eneruantur.* 278
8. *Vtrum ſit conueniens imponere præceptum, ne manducentur oua quadrageſimales tempore epidemiæ.* 280
9. *Quid poſſet operari in hoc caſu Bulla Sanctæ Cruciatæ.* 282
10. *Expenditur doctrina Ioannis Sanchez.* 283
11. *Quis ſit Medicus ſpiritualis cuius Bulla mentionem facit.* 287
12. *Parrochus, aut confeſſor, etiam præſente Epiſcopo poteſt virtute Bullæ diſpenſare.* ibid.
13. *Solus Papa diſpenſat de conſilio vtriuſque Medici?* 288
14. *An hoc Bullæ priuilegium intelligatur reſpectu totius ciuitatis?* ibid.
15. *An virtute Bullæ poſſit ieiunium commutari in opus pium?* 289
16. *Qualis ſit futurus Medicus vterque corporalis, & ſpiritualis cuius conſilium exigitur?* 290
17. *Cuius Medici corporalis, ſi eſt diſcordia inter Medicos ſequendum conſilium?* 291
18. *Diſpenſatus virtute Bullæ in eſu carnium tenetur vnica contentus duntaxat comeſtione ieiunare?* ibid.

SVB §. I.

PRæceptum ieiunij eſt negatiuum & quomodo? ibid.
2. *Abſtinentia à carnibus requiritur ad ieiunium Eccleſiaſticum ex præcepto Eccleſiæ.* 292
3. *Vnica comeſtio eſt eſſentialior ieiunio.* ibid.
4. *Hora determinata exigitur ad ieiunium Eccleſiæ.* 293
5. *Oua & lacticinia etiam ſunt prohibita ex præcepto Eccleſiæ.* 294
6. *Toties mortaliter quis peccat toties carnem comedit.* ibid.
7. *Adducitur & firmatur Sententia negatiua circa dubium principale.* 295
8. *Sententia affirmatiua.* 296
9. *Vera ſententia propugnatur.* 297
10. *Satisfit oppoſitis fundamentis.* 300
RESOL. VI. *De ſtatuto excuſante Canonicos à reſidentia in choro.* ibid.

SVBRESOLVT. I.

DE confirmatione ſtatuti ex certa ſcientia. 301
2. *De reuocatione ſententiæ, quæ tranſiit in rem iudicatam.* 303
3. *Vtrum Epiſcopus vel Capitulum poſſit condere ſtatutum hoc?* 304
4. *An fundator poſſit id ſtatuere?* 305
RESOL. VII. *Vtrùm Canonicus non aſſiſtens choro, & non recitans officium diei, ſed aliud breuius, teneatur reſtituere fructus iuxta Bullam Pij V.* 306

§. I.

Adducitur ſententia affirmans. ibid.
2. *Proponitur ſententia negans.* 308
3. *Iudicium Auctoris?* 309
4. *Sententia negans aliis propugnaculis defenditur & tuetur?* 310
5. *Occurritur fundamentis oppoſita ſententiæ.* 313
6. *Variæ ſubreſolutiones vtiles ad praxim?* 314

SVBRE

SVBRESOLVT. I.

Non peccat mortaliter qui ut breuius ſatiſfaciat horarum penſo mutat officium ? 314
2. *Mortale eſt in choro publico officium mutare.* 315
3. *Moniales extra chorum poſſunt liberius mutare, officium.* 316
4. *Clerico Romano non licet, vel una vice mutare officium ſuum in officium alterius Eccleſiæ.* ibid.
5. *Quid de Clerico Milanenſi ſi Romam vadat, & è contra.* 318
6. *Quot peccata committat Clericus ordinatus, & Beneficiarius non recitans ?* 320
7. *Quo idiomate teneatur quis recitare Diuinum Officium.* 321
8. *An poſſit quis unica recitatione ſatisfacere duplici penſo hodierno, & craſtino ?* 322
9. *Neceſſum eſt, quod voce ſenſibili, quis diuinum dicat officium.* 323
10. *Quis ſi ex officio ſuo maiorem partem diei eſt occupatus; & tenetur ad recitandum officium?* 325
9. *Coadiutor non tenetur extra chorum recitare officium ex ui coadiutoria.* 329
RESOL. VIII. *De attentione ſimpliciter requiſita, ut Canonicus recitans diuinum Officium lucretur fructus.* 330
§. 1. *Aliqua certiora apud omnes prælibantur.* 330.
2. *Non requiri attentionem internam ad ſatiſfaciendum penſo horarum Canonicarum, multi recentiores exiſtimant ?* 335
3. *Requiri attentionem internam, verior ſententia docet.* 336
4. *Triplex modus probabilis defendendi communem ſententiam?* 340

SVB §. I.

Modus defendendi Vaſquez extricatur. ibid.
2. *Modus dicendi Paludani enucleatur?* 341
3. *Tertius modus magis communis enodatur ?* 342
§. 5. *Occuritur fundamentis oppoſitis?*
6. *Subreſolutiones valdè utilco ad praxim in diuerſis materiis.* 343

SVBRESOLVT. I.

Poteſt Eccleſia præcipere, quod annua confeſſio validè fiat. ibid.
2. *Quomodo poſſit Eccleſia hæreticum internum excommunicare ?* 345
3. *An præter attentionem internam requiratur intentio ſatisfaciendi præcepto ?* 351
4. *An præcepta Eccleſiæ differunt ſpecie ?* 355
5. *An Canonicus in choro non cantans ſatiſfaciat obligationi.* 358
6. *An Epiſcopus poſſit determinare tempus orationis præcepta ?* 361
7. *An poſſit Eccleſia determinare tempus ad Baptiſmum.* 363
8. *Explicatur* Caput commiſſa de elect. in 6. 365.
9. *An aliquo caſu teneatur quis dicere mentaliter officium diuinum.* 367
10. *An Summus Pontifex poſſit aliquem in Sacris conſtitutum eximere ab obligatione recitandi officium diuinum.* 369
IX. *Qua ratione Canonici non intereſſentes choro, nec recitantes diuinum officium teneantur reſtituere fructus, an iure naturali, vel ſolum ex poſitiuo.* 374

§. I.

Duplex oppoſita ſententia. ibid.
2. *Auctoris iudicium propalatur.* 376
3. *Aſſerantur verba Concilij Lateranenſis & motus Pij V. ut varia inferantur ſubreſolationes.* 377

SVBRESOLVT. I.

Beneficiarius non recitans tenetur omnes fructus reſtituere, qui correſpondent omiſſioni. 379
2. *Beneficiarius, qui exterius attentè recitat, & interius voluntariè diſtrahitur, non tenetur reſtituere.* 381
3. *Omittens recitare, vel unam horam Canonicam officij tenetur reſtituere pro rata.* 383
4. *Regula generalis circa reſtitutionem fructuum pro omiſſione officij diuini.* 384

Ampliationes Regulæ. ibid.

5. *De præſtimoniis & beneficiis omnino ſimplicibus.* ibid.
6. *Qui ex propriis bonis fundauit Capellaniam tenetur recitare.* 385
7. *Quomodo tranſactis ſex primis menſibus tenentur quis reſtituere ſi non recitet.* ibid.
8. *Quomodo teneatur recitare Beneficiarius qui ratione peſtis, famis, aut alterius impedimenti non percipit fructus.* ibid.
9. *De Canonicis, qui primo anno nihil lucrantur.* 386.
10. *Beneficiarius tenetur recitare etiam ante poſſeſſionem* ibid.
11. *De his qui ſua culpa non reſident.* 387
12. *De eo qui ob preces importunas Patris accepit beneficium* ibid.
13. *De eo qui habet beneficium in commmendam.* ibid.
14. *De eo qui poſſidet beneficium, etiamſi ſit lis circa proprietatem.* 388

Limitationes Regulæ. ibid.

15. *Etiamſi quis habeat beneficium ſi non tenentur recitare, non teneatur reſtituere.* ibid.

16 *An teneatur Canonicus non recitans reſtituere groſſam Canoniæ.* 392
17. *Num teneatur recitare ille, qui in fauorem alicuius reſignat omnes fructus pro penſione? ibid.*
18. *De eo qui iniuſtè retinet plura beneficia.* 393
19. *De eo qui mutat officium pro officio.* ibid.
20. *De eo qui data opera recitat officium diuinum in Breuiario Dominicano.* 394
21. *De eo qui bona fide non recitauit.* 395
22. *De eo qui habet Capellaniam collatiuam.* ibid.
23. *De pueris ante pubertatem.* 396
24. *De eo qui habet beneficium & penſionem, ſi recitat Officium B.V. ſolum.* 397
25. *Non recitans ante omnem ſententiam tenetur reſtituere.* 398
26. *Tenetur reſtituere non recitans, etiamſi ſequenti die officium omiſſum dicat.* ibid.
27. *Qui non recitat ſeptem horas canonicas ſeptem committit mortalia.* 399
28. *Quæ quantitas omiſſa officij ſufficiat ad mortale.* 401
29. *Quibus ſunt fructus amiſſi reſtituendi?* 403

LIBER VI.

De Reſidētia ex vi beneficij ſimplicis. 404

RESOL. I. *Quotuplex ſit beneficium ſimplex.* ibid.
II. *Omnia beneficia ſimplicia ſeruitoria exigunt reſidentiam.* 405
III. *De Capellaniis collatiuis.* 407
IV. *Ex conſuetudine habens Beneficium ſimplex non reſidet, & quomodo, & in quibus?* 408
V. *Vtrum incompoſſibilitas beneficiorum ſimplicium oriatur vt à prima radice, ab obligatione reſidendi.* ibid.
VI. *Qua ratione multiplicitas beneficiorum ſimplicium ſit contra ius naturale.* 410
§.1. *Proponitur & explicatur ſententia Magiſtri Dominici Soto.* ibid.
§.2. *Sententia Gabr. Vaſq. enucleatur.* 412
§.3. *Affertur libellus ſupplex, quem eminentiſſimus Cardinalis Pimentel obtulit Summo Pontifici Vrbano VIII.* 413
§.4. *Propriū Auctoris dictamen proponitur.* 415
§.5. *Iudicium de ſententia Soti.* 416
§.6. *Iudicium, de ſententia P. Vaſquez.* 417
§.7. *Quæ motiua iuſtificent pluralitatem Beficiorum ſimplicium.* 420
SVBRESOL. 1. *An ſit ſufficiens motiuum quod expendat in pios vſus.* 421
2. *An quòd habeat parentes, ſorores, nepotes, &c.* 422
3. *An ſi cauſæ diſpenſandi ceſſent, teneatur quis plura beneficia relinquere.* ibid.
4. *An ſit ſufficiens motiuum ſplendidior ſuſtentatio.* 422
5. *An ſit abſoluendus qui plura beneficia habet.* 423
§.8. *Explicatur vtriuſque Thomæ ſententia circa hanc beneficiorum pluralitatem.* 424
§.9. *Corollaria ad praxim valde vtilia.* 428
6. *De mente S. Thom. circa id, quod dicit, quod pluralitas iſta defraudat voluntatem teſtatorum.* ibid.
7. *De Capellania requirente reſidentiam.* 429
8. *Si Pontifex exprimat, quòd motu proprio confert beneficium etiamſi Beneficiarius alia habeat, collatio tenet.* 429
9. *Non eſt contra ius naturæ habere vnum beneficium etiam curatum in titulum, & aliud in commendam.* 430
10. *Conſuetudine poteſt introduci, quod quis habeat plura beneficia ſimplicia, etiamſi quodlibet ſit ſufficiens.* 431
11. *De pluralitate penſionum.* 432
12. *Canonicus diſpenſatus à Papa etiam ſine cauſa in reſidentia tutus eſt in conſcientia.* 437
13. *Ex Pontificia diſpenſatione licita eſt pluralitas beneficiorum ſimplicium, etiamſi ſit ſufficiens ad congruam multorum.* ibid.
14. *Et ſi quis habeat magnum patrimonium, poteſt accipere beneficium valde pingue, & ex illo accipere totam congruam.* 438
15. *Iuri naturæ adurſatur, quod quis habeat duo beneficia curata.* 439

APPENDICES VTILES.

Ad Præfatos ſex libros, de ſacra reſidentia Paſtorum, & Canonicorum. 440

APPENDIX I. *Elogium.* Illuſtriſſ. DD. Bartholomæi Carranza de Miranda Archiepiſcop. Toletani ex Ordine Prædicatorum aſſumpti. *Elogij introductio.* 441
§.1. *Glorioſus in ſtudiorum progreſſu.* 442
§.2. *Glorioſus in conſpectu Principum.* 443
§.3. *Glorioſus in libris ſuis.* 444
PARS I. *Expelluntur vmbræ quas inuexit in ſummam in Conciliorum Pater Poſſeuinus.* 445
II. *Vindicatur ab eo quod dicit P. Vaſq.* 448
III. *De controuerſia circa perſonalem Paſtorum reſidentiam.* ibid.
IV. *De libro Catechiſmi compoſito ab Illuſtriſſimo Carranza.* 449
§.4. *Glorioſus in ſententia iuſta contra ipſum lata.* 452
§.5. *Glorioſus morti iam vicinus.* 455
§.6. *Glorioſus in morte.* 456
§.7. *Glorioſus in Funere.* 458
§.8. *Glorioſus in Sepulchro.* 460
§.vlt. *Glorioſus in Cœlis.* 461
APPENDIX II. *Aliquarum Apoſtolicarum Bullarum circa Paſtorum etiam Cardinalium & Canonicorum perſonalem Reſidentiam & Epiſtolarum Regis Catholici Philippi III. circa eandem Reſidentiam Canonicorum.* 462

APPROBATIONES.

EGo Hieronymus Pardo, Præpoſitus Prouincialis Clericorum Regularium Minorum in Prouincia Hiſpaniæ, poteſtate ad id mihi facta ab admodum R. P. noſtro Franciſco Caracciolo Præpoſito Generali noſtræ Religionis, facultatem concedo; vt Liber iſte cui titulus eſt *Reſolutionum Moralium libri duodecim tripartiti in duos Tomos, de Reſidentia perſonali Paſtorum, & Eccleſiaſticorum tam ſæcularium, quàm Regularium*, à Patre Thoma Hurtado noſtræ Religionis Theologo compoſitus, & à viris Doctis noſtræ Religionis, probatus, & commendatus ad communem vtilitatem typis manderur, in quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus, in hac noſtra domo Spiritus ſancti Matritenſi, die vigeſima ſexta Maij, anni Domini milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi quarti.

HIERONYMVS PARDO, Prouinc. Cler. Minor.

De mandato Patris noſtri,

PHILIPPVS DE LA SERNA,
C. R. M. Secretarius.

Committitur Cenſura Operis.

DOctor D. Didacus de Caſtrillo Metropolitanæ Eccleſiæ Hiſpalenſis Canonicus, & in Archiepiſcopatu Prouiſor, & Vicarius Generalis ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Fr. Petro de Tapia, Archiepiſcopo Hiſpalenſi, Domino meo, Catholicæ Majeſtatis à Conſiliis. Hunc primum Tomum *Reſolutionum Moralium, de Reſidentia Sacra*, à R. P. Thoma Hurtado elaboratum, & Continuatum, Committo perlegendum Doctori D. Petro Franciſco de Leuanto, Archidiacono de Reyna, huius almæ Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis, & quidquid ſenſerit pandat & ſubſcribat. Hiſpali, die vigeſima Iulij anno 1657.

D. D. DIDACVS DE CASTRILLO.

BART. FRANCISC. DE BVST.

DOctoris D. Petri Franciſci Leuanto, Regiæ Catholicæ Maieſtatis Cappellani ad Honorem, & in alma Metropolitana Eccleſia Hiſpalenſi, Archidiaconi de Reyna.

De hoc Opere iudicium.

DOmino Doctori D. Didaco del Caſtrillo huius almæ Eccleſiæ Canonico, & pro Illuſtriſſ. Domino Archiepiſcopo Hiſpalenſi Generali Vicario inſpicere iubenti hunc priorem Tomum *Reſolutionum Moralium de Reſidentia ſacra*, R. M. P. Thomæ Hurtado, obſequutus ſum: & inueni opus ſuo Auhore digniſſimum. Satis, & vno verbo ad omnimodam libri commendationem dixi. Sanè erit totus liber ſacræ fidei & optimis moribus amiciſſimus, ingenij acumine viuidus, doctrinæ maturitate grauis, abſtruſa eruditione mirabilis, & vndequaque apprime elaboratus, atque perfectus; nihil enim meliore, & non ſummum (abſque debitæ veritatis offenſione) diceretur dignum hoc Sapientiſſimo Magiſtro, quoniã talem ſuſpicit totus orbis, ſuorum voluminum ſplendoribus illuſtratus: quorum nulli ceder hoc auidiſſimè certè ab omnibus doctis & minus doctis, præſertim ſacræ reſidentiæ addictis expetendum, velut lumen quoddam inſolitum ex cordibus tenebras eliminans, & per veritatis viam Eccleſiæ Miniſtros deducens. Ita cenſeo & ſubſcribo Hiſpali, die 18. Auguſti 1657.

Doctor D. PETRVS FRANCISCVS LEVANTO,
& Viuald.

LICENTIA ORDINARII.

VIſa Cenſura de hoc Opere Commiſſa Doctori D.Petro Franciſco de Leuanto, Archidiacono de Reyna, huius Almæ Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis, quantum ad poteſtatem Ordinariam ſpectat, facultatem concedo, vt prælo mandetur. Hiſpali, die decimâ ſeptima Auguſti, anno 1657.

Doctor D. DIDACVS DE CASTRILLO.

De mandato Domini Prouiſoris.

BART. FRANCISC. DE BVST.

Approbatio Doctoris Facultatis Pariſienſis.

EGo ſubſignatus Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus legi opus cui titulus eſt, *Reſolutionum Moralium de Reſidentia Sacra Libri 12. in duos Tomos diuiſi*, Authore R. P. M. Thoma Hurtado, &c. in quo nihil niſi fidei Catholicæ, & bonis moribus conſonum animaduerti; immo in omnibus prælaudâtum opus profundam doctrinam ſummámque pietatem redolet, quapropter illud prælo ſubiiciendum cenſeo. Lugduni die 12. Maij 1660.

F. CYRILLVS MOREL, Carmelitarum humilis Prior.

PERMISSIO.

VIſa approbatione prædicta; Non impedio pro Rege, quod Liber cuius titulus eſt *Reſolutionum Moralium de Reſidentia ſacra Libri duodecim in duos Tomos diuiſi, Authore R.P. Thoma Hurtado, &c.* Imprimatur à Marco-Antonio Huguetan, & Marco Antonio Rauaud, Bibliopolis Lugdunenſibus, cum inhibitionibus quibuſcumque omnibus aliis requiſitis. Datum Lugduni, die 13. Maij 1660.

VIDAVD.

CONSENSVS.

FIat ſecundùm Concluſiones Procuratoris Regij. Datum Lugduni, die decima-tertia Maij anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo.

SEVE.

LIBER

LIBER PRIMVS
DE RESIDENTIA ECCLESIASTICORVM IN GENERALI.

PROOEMIVM.

IN Tomo de Congrua prælibaui motiuum, cur ante ponerem Art. D. Thom. & Commentarium D. Caietani, his duobus Tomis; quia ſcilicet ſemper in animum habui ab eis in Reſolutionibus moralibus non diſcedere. Hoc eſt meum ingenium, hæc natiua indoles (vt veris nitatur principiis) quam *nec aſtuta vulpes, nec præualidi leones mutare quiuerunt*, aiebat Pindarus *Hymno II.* adeo fortis & firmus ſum in hac doctrina, quod nec blanditiis nec minis immuter ab aſtutia aut potentia humana; auidus ſemper *Auri Tholoſani*, quod ſi dum Ciuitas erroribus erat irretita, infauſtum eſſet Præſagium; at poſtquam facta eſt ager euangelicus, in quo Theſaurus ineſtimabilis erat condendus, aurum eius probatum & approbatum eſt, *bene ſcripſiſti de me Thoma*; ipſumque in Eccleſiam effuſum & diffuſum, ab hæreticorum liberatur peſtilentia, & malæ doctrinæ veneno, cum habeat *diuitias ſapientiæ & ſcientiæ* ſalutaris; quam vtinam fideles omnes caperent & intelligerent ad morum correctionem.

RESOLVTIO I.

EX ARTICVLO V. QVÆST. CLXXXV.

Vtrum liceat Epiſcopo propter aliquam perſecutionem corporalem deſerere gregem ſibi commiſſum.

SVMMARIVM.

1. *Obligationis finis præcipuè attenditur in quacumque obligatione.*
2. *Paſtor ex iuſta cauſa gregem deſerere poteſt, vbi per vicarium miniſterium ſubditorum ſaluti ſufficienter prouideri poteſt.*
3. *Mercenarius eſt, non verus Paſtor, qui fugit abſque legitima cauſa.*
4. *Lucrum, non oues diligit, qui animam pro illis ponere recuſat.*
5. *Prælatus per alium officium implere poteſt ſtante impedimento canonico.*
6. *Epiſcopatus eſt ſtatus perfectionis. Epiſcopus impeditus non tenetur ad ſtatum Religionis tranſire.*

AD quintum ſic proceditur. Videtur quod non liceat Epiſcopo propter aliquam perſecutionem temporalem corporaliter deſerere gregem ſibi commiſſum. Dicit enim Dominus, Ioann. 10. quod ille eſt mercenarius, & non vere paſtor, *qui videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit.* Dicit autem Greg. in Homil. *quod lupus ſuper oues venit, cum quilibet iniuſtus & raptor, fideles quoque humiles opprimit.* Si ergo propter perſecutionem alicuius Tyranni Epiſcopus gregem ſibi commiſſum corporaliter deſerat, videtur quod ſit mercenarius, & & non paſtor.

Præt. Prouerb. 6. dicitur: *Fili ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam*, & poſtea ſubdit: *Diſcurre, feſtina, ſuſcita*

ſcita amicum tuum; quod exponens Greg. *in Paſtorali* dicit: *Spondere pro amico, eſt animam alienam in periculo ſuæ conuerſationis accipere. Quiſquis autem ad viuendum aliis in exemplum præponitur, non ſolum vt ipſe vigilet, ſed etiam vt amicum ſuſcitet, admonetur*: ſed hoc non poteſt facere, ſi corporaliter deſerat gregem: ergo videtur quod Epiſcopus non debeat cauſa perſecutionis corporaliter ſuum gregem deſerere.

Præt. Ad perfectionem Epiſcopalis ſtatus pertinet, quod proximis curam impendat: ſed non licet ei qui eſt ſtatum perfectionis profeſſus, vt omnino deſerat ea quæ ſunt perfectionis, ergo non licet Epiſcopo ſe corporaliter ſubtrahere ab executione ſui officij, niſi forte vt operibus perfectionis in monaſterio vacet.

Sed contra eſt, quod Apoſtolis, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, mandauit Dominus Matth. 10. *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.*

1 Reſpond. Dicendum, † quod in qualibet obligatione præcipuè attendi debet obligationis finis, obligant autem ſe Epiſcopi ad exequendum Paſtorale officium propter ſubditorum ſalutem; & ideo vbi ſubditorum ſalus exigit perſonæ Paſtoris præſentiam, nõ debet Paſtor perſonaliter ſuum gregem deſerere, neque propter aliquod commodum temporale, neque etiã propter aliquod perſonale periculum imminens, cum *bonus paſtor animam ſuam ponere* teneatur *pro ouibus*

2 *ſuis*. † Si vero ſubditorum ſaluti poſſit ſufficienter in abſentia Paſtoris per alium prouideri, tunc licet Paſtori vel propter aliquod commodum Eccleſiæ, vel perſonale periculum gregem deſerere. Vnde Aug. dicit in epiſt. ad Hon. *Fugiant de Ciuitate in Ciuitatẽ ſerui Chriſti, quando eorum quiſque ſpecialiter à perſecutoribus quæritur, vt ab aliis qui non ita quæruntur, non deſeratur Eccleſia. Cum autem omnium eſt commune periculum, hi qui aliis in-*

3 *digẽt, non deſerantur ad his quibus indigẽt*. † Si enim pernicioſum eſt nautam in tranquillitate nauem deſerere, quãto magis in fluctibus? vt dicit Nicol. Papa, & habetur, *d. qu.* 1.

Ad primum ergo dicendum, quod ille tanquam mercenarius fugit, qui commodum temporale, vel etiam ſalutem corporalẽ ſpi-

4 rituali ſaluti proximorum præponit. † Vnde Greg. dicit in Hom. *Stare in periculo ouiũ non poteſt, qui in eo, quod ouibus præeſt, non oues diligit, ſed lucrum terrenum quærit: & ideo opponere ſe contra periculum, trepidat, ne hoc quod diligit, amittat.* Ille autem qui ad euitandum periculum recedit abſque detrimento gregis, non tanquam mercenarius fugit.

5 Ad ſecundum dicendum, † quod ille qui ſpondet pro aliquo, ſi per ſe implere non poſſit, ſufficit vt per alium impleat. Vnde Prælatus, ſi habet impedimentum propter quod non poſſit perſonaliter curæ ſubditorum intendere, ſuæ ſponſioni ſatisfacit, ſi per alium prouideat.

Ad Tertium dicendum, quod ille qui ad Epiſcopatum aſſumitur, † aſſumit ſtatum 5
perfectionis ſecundum aliquod perfectionis genus, à quo ſi impediatur, ad aliud genus perfectionis non tenetur; vt ſcilicet neceſſe ſit eum ad ſtatum Religionis tranſire. Imminet tamen ſibi neceſſitas, vt animum retineat intendendi proximorum ſaluti, ſi opportunitas adſit, & neceſſitas requirat.

RESOLVTIO II.

Ex Commentario D. Caietani circa eamdem obligationem.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopi reſidentia perſonalis in Epiſcopatu eſt iuris diuini.*
2. *Epiſcopus, non ex ſuppoſitione, ſed abſolutè & ſimpliciter tenetur ad curam animarum.*
3. *Per quos actus perſonales teneatur Epiſcopus ad curam animarum.*
4. *Epiſcopus per ſeipſum, ceſſante impedimento legitimo, plebem docere debet.*
5. *Ea quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi exercere debet.*
6. *Licèt eius Eccleſia inopia laboret: niſi quod per accidens per Titularem ſupplere poteſt.*
7. *Præceptum de reſidentia eſt affirmatiuum, quod ſemper obligat, ſed non ad ſemper.*
8. *Actus Epiſcopales ſunt triplicis differentiæ.*
9. *Actus gregem commiſſum paſcendi, principem locum tenet in Epiſcopo.*
10. *Qua ratione Epiſcopus à reſidentia excuſetur abſque præcepti violatione.*
11. *Tria Epiſcopum à vinculo reſidentiæ abſoluunt.*
12. *Infirmitas, ſeu neceſſitas mutandi aërem, à reſidentia excuſat.*
13. *Negotia à reſidentia excuſantia, ad tria capita reuocantur.*
14. *Epiſcopus tenetur Eccleſiam ſuam defendere; cuius defenſionis cauſâ abeſſe poteſt.*
15. *Pars ordinatur ad totum tanquam ad finem; & pars exponi debet pro bono totius.*
16. *Neceſſitas eundi ad Concilium generale, vel Prouinciale, præbet iuſtam abſentiæ cauſam.*
17. *Quid ſi ex officio aliquo impediatur, an excuſetur quoad Deum à reſidentia.*
18. *Officia Eccleſiaſtica non exigunt neceſſariò Epiſcopos ad eorum exercitium, & ideò à reſidentia non excuſant.*
19. *Qui incumbit curæ Eccleſiæ communis, an excuſetur*

excuſetur à cura Eccleſiæ particularis ſibi commiſſæ.

20. *Promotus ad Cardinalatum an Epiſcopatum priùs habitum retinere poſſit, vel etiam ad illum eligi.*

21. *Cardinales ſunt flores Orbis electi ex vniuerſa Eccleſia.*

22. *Qua ratione excuſentur à reſidentia etiam quoad Deum in Epiſcopatu.*

23. *Cardinalis an poſſit eligi ad quemcunque Epiſcopatum.*

24. *Cardinalatus & Epiſcopatus videntur eſſe incompatibiles de iure.*

25. *Dupliciter vnum membrum ordinatur ad bonum alterius, tam in politicis, quam in naturalibus.*

26. *Neceſſitas in ſpiritualibus admittit plus & minus: & minus neceſſarium cedit magis neceſſario.*

27. *Epiſcopus excuſatur à reſidentia ex conditione ſuæ perſonæ,& quæ illa ſit.*

28. *Non reſidentes abſque iuſta cauſa, priuandi ſunt beneficio.*

29. *Qui ſufficientiùs per alium regit, quàm per ſe ipſum, an dicatur ſufficienter regere & excuſetur à reſidentia.*

30. *In debitis perſonalibus debitor per ſe, non per alium facere debet.*

31. *In Moralibus non attenditur poſſibile ſecundum potentiam logicam,ſed moralē.*

32. *Paſtor mercenarius non amat oues, vtpotè alienas.*

33. *Conſuetudo non reſidendi in Epiſcopis Curiarum aſſeclis, non eſt conſuetudo, ſed abuſus & antiquus error.*

34. *Epiſcopus tenetur copulatiuè ad reſidentiam & opus.*

35. *Vir illuſtris qui per ſe paſtorale officium exercere vel non poteſt, vel recuſat, Epiſcopatum non ambiat.*

36. *Epiſcopus ab aliquo actu ſibi proprio abſtinere poteſt,& per alium magis idoneum exercere.*

37. *Status Epiſcopalis & Religioſus, vt ſeſe habeant reſpectu perfectionis.*

38. *Qui Religionem vouit, ſi vocetur ad Epiſcopatum, debet priùs votum adimplere, & deinde tranſire ad Epiſcopatum.*

39. *Qui vouit ingredi Religionem perfectiorem, perfectam profitendo, an voto ſuo faciat ſatis? remiſſiuè.*

IN *artic.5.* eiuſdem quæſtionis dubium occurrit de reſidentia Epiſcoporum in ſuis Eccleſiis. *An ſcilicet teneantur ſub peccati mort. vinculo ad reſidendum in ſuis Eccleſiis.* Et eſt ratio dubij, quoniam vtraque pars quæſtionis habet pro ſe argumenta. Quod enim non ſit peccatum mortale, probatur ex hoc: quia aut hoc eſſet à iure poſitiuo,& tunc hoc eſſet per accidens ſcilicet malum, quia prohibitum non eſt existere propoſitum, cum ius poſitiuum contraria tollatur conſuetudine: aut ex diuino ſeu morali iure, & hoc non; tum quia conſtat in pluribus caſibus licitum eſſe non reſidere, tum quia neceſſitas iſta nonniſi ex fine eſſet, ſcilicet ſalute animarum curanda: quando ergo Epiſcopus per alium ſufficienter, vel etiam ſufficientius curam gerit animarum, quam per ſe, non tenetur reſidere, etiamſi nulla neceſſitas, nulla Eccleſiæ commoditas ad extra manendū inducat,&c.

Tum quia infinitorum Epiſcoporum conſuetudo videtur non reſidendi, niſi fortè ad breue tempus, in Eccleſiis ſuis; ſed curias ſequuntur multi, nec putant ſe reos, qui bonos habent Vicarios. Valdè quoque durum & abſurdum eſſet, damnare tot Prælatos quos Eccleſia non reprehendit, ſed honorificè ſic morientes tumulat.

Præterea, aut Epiſcopus tenetur ad reſidentiam tantum, aut opus tantum, aut ad reſidendum & opus ſimul. Non ad reſidentiam tantum, quia vanum eſſet, non ad opus tantum, quia ſic poſſet per alium ſupplere, & non reſidere. Nec ad vtrumque ſimul,tum quantum quædam diœceſes ſunt ita magnæ, vt impoſſibile videatur,Epiſcopum poſſe omnia perſonaliter perſoluere (conſtat autem nullum teneri ex diuino aut Eccleſiaſtico præcepto ad impoſſibile) tum quia aliqui Epiſcopi ſunt illuſtris generis, quos non decet ad huiuſmodi miniſteria perſonaliter deſcendere continuè, &c.

In oppoſitum autem eſt, quia paſtor nec 1
nomen paſtoris meretur, niſi perſonaliter attendat ſuo gregi. Non enim quilibet ouium Dominus, ſed ille tantum qui paſcit ſuas, vocatur paſtor: alioquin Principes habentes multos ouium greges, quos per alios paſcunt, paſtores ouium eſſent,quod eſt falſum? Epiſcopus autem eſt verè Paſtor,iuxta verbum Domini ad Petrum: *Paſce oues meas.*

Ad hoc dicitur, quod Epiſcopus † tenetur ex præcepto diuini iuris ad reſidendum perſonaliter in ſuo Epiſcopatu. Ad cuius euidentiam tria agenda ſunt. Primò, monſtrabitur quod hoc cadit ſub præcepto diuino. Secundò, ex qualitate præcepti reddetur ratio contingentium. Tertiò, ſatisfiet obiectis. Quoad primum, Ad illud tenetur Epiſcopus ſub præcepto diuino,quod neceſſarium eſt ad finem Epiſcopi, qui eſt cura animarum: ſed reſidentia Epiſcopi eſt neceſſaria ad curam animarum: ergo Epiſcopus tenetur ſub diuino præcepto ad perſonaliter reſidendū in ſuo Epiſcopatu. Maior propoſitio eſt per ſe certa, & patet inductiuè, conſtat namque quod omnis qui ſimpliciter tenetur ad aliquid agendum, tenetur ad medium neceſſarium ad illam actionem.

Dixi autem *ſimpliciter* ad differentiam eorum qui tenentur ex ſuppoſitione. v. g.

Famulus tenetur ad ſequendum Dominum, ſi ptouidetur ei de equo & expenſis. Milites aliqui tenentur ad pugnan-
2 dum, ſi ptouidetur eis de armis &c. † Epiſcopus autem non ex ſuppoſitione, ſed abſolutè & ſimpliciter tenetur ad curam animarum, & propterea tenetur ad medium ſibi poſſibile, neceſſarium ad curam animarum. Nec ſolum tenetur, ſed eadem neceſſitate, qua tenetur ad finem, tenetur ad medium; ex quo medium eſt ita neceſſarium, quod ſine illo non poteſt finem conſequi. Et quia conſtat quod de neceſſitate præcepti diuini iuris tenetur Epiſcopus ad curam animarum, conſequens eſt quod etiam de neceſſitate præcepti teneatur ad medium neceſſarium ad curam animarum; & ſic patet Maior, Minor autem, ſcilicet reſidentia perſonalis Epiſcopi, eſt neceſſa-
3 ria ad curam animarum; probatur. † Epiſcopus tenetur ad curam animarum, mediantibus his actibus perſonalibus; ſcilicet, doctrina, miniſtratione Sacramentorum, conſecrationibus, viſitatione, cuſtodia, ac diligentia: ergo reſidentia perſonalis Epiſcopi eſt neceſſaria ad curam animarum. Conſequentia iſta eſt clariſſima. Antecedens quoad ſingulas eius partes probatur.

Quoad doctrinam patet ex authoritate
4 Apoſtoli: *Oportet Epiſcopum eſſe Doctorem.* † & non dicit Epiſcopum oportet habere Doctorem, & in ordinatione Epiſcopi dicitur: *Vade, prædica populo Dei*; & non dicitur, Mitte ad prædicandum. Quoad miniſtrationem Sacramentorum patet ex eo, quod tenetur ad miniſtrandum populo ſacramẽta, quæ ſolus Epiſcopus poteſt miniſtrare, vt ſunt Sacramenta confirmationis, & urdinationis. Quoad conſecrationem patet, quod conſecratio Eccleſiarum, calicum, altarium, ac virginum, confectio chriſmatis, benedictio olei ſancti, corporalium, & reliquorum tequiſitorum ad veſtiendum Sacerdotem, ac ornandum altare ad ſolum Epiſcopum ſpectant. Quoad viſitationem, cuſtodiam ac vigilantiam patet ex eo, quod niſi ad hæc perſonaliter teneretur, non eſſet ipſe paſtor cuſtodiens gregem, & vigilans ſuper eo, ac viſitans ſingulas oues, vt cuique tribuat, quod conuenit; ſed vt dictum eſt, eſſet Dominus ouium, habẽs paſtorem ouium Chriſti; & ad illos ſpectant actus ſex, Ezech. c. 34. à Domino expreſſi, ſcilicet, *conſolidare infirmum, ſanare ægrotum, alligare confractum, reducere abiectum, requirere perditum, cuſtodire pingue, ac forte*. Ad illos denique in Petro dictum eſt, *paſce*, non paſcere fac, *oues meas*.

Nec obſtat huic rationi, ſi dicatur, quod
5 Epiſcopi exercent † hæc per Epiſcopos pauperes, quia quilibet Epiſcopus tenetur ad hæc omnia in ſua Diœceſi; ac per hoc incompoſſibilia ſunt hæc duo ſimul, ſcilicet quod quilibet Epiſcopus exerceat hæc in ſua Diœceſi per ſe, vel alium Epiſcopum, & quod omnibus diœceſibus fiat ſatis; niſi vnus Epiſcopus ſit ſimul in diuerſis locis, puta feria 5. in Cœna Domini ad conficiendum chriſma. †. Abuſionis quidem eſt de- 6
teſtabilis, quod paupet Epiſcopus relicta ſua Eccleſia alteri ſeruiat. Nec etiam obſtat ſi dicatur, quod per Epiſcopos titulares ſupplentur hi defectus, quantum pet accidens eſt, quod inueniantur Epiſcopi titulares, ex hoc ſcilicet accidente; quia Eccleſiæ aliquæ ſunt in manibus infidelium, vel deſtructæ. Quod autem eſt per accidens, ab arte relinquitur, nec infirmat rationem per ſe ſolidam. Reſtat igitur ratione firmatum, quod per ſe loquendo, quilibet Epiſcopus tenetur ex diuini iuris præcepto reſidere perſonaliter in ſuo Epiſcopatu. Hæc de primo.

Quoad ſecundum: qnia præceptum de reſidentia, quia eſt affirmatiuum † præce- 7
pta autem affirmatiua licet ſemper obligent, non tamen obligant ſemper, ſed pro loco, & tempore; ideo videndum eſt pro quo tempore obliget. Nam de loco nulla eſt quæſtio, quia ad certum locum obligat, ſcilicet propriæ diœceſis, quamuis igitur tempus pro quo obligat, affirmatiuum præceptum ſit; illud tamen in quo oportet affirmationem ponere, in exercitio oportet diligentiam conſiderare, quando opus eſt actum Epiſcopalem ponere in exercitio.

Sunt autem † triplicis differentiæ Epiſ- 8
copales actus. Nam quidam exigunt certum & determinatum tempus; vt collatio ordinum, & confectio chriſmatis, vt patet. Et ratione horum ſufficeret quod Epiſcopus reſideret, pro tunc quando exercere oportet hos actus. Quidam verò ſunt indeterminati temporis, ſed non frequenter occurrunt; vt conſecrationes, & benedictiones: & ratione horum ſufficeret Epiſcopum reſidere, ita quod Eccleſia non pateretur defectus iſtorum. Quidam autem ſunt temporis indeterminati & frequentis, ita quod nullum tempus eſt exceptum, in quo non facilè & ſæpè occurrat horum neceſſitas, vt eſt actus paſcendi Chriſti gregem: Oportet nãmque paſtoralibus actibus ita aſſiduum paſtorem eſſe, vt continuè paſcat oues. Scriptum eſt enim: *Qui præeſt in ſolicitudine*, & rurſus: *Solicitudo mea omnium Eccleſiarum, quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* A paſtore quoque exiguntur illi actus ſupradicti. in Ezechiele, quos aut continuum aut frequens valdè tempus exigere conſtat.

Et ratione eorum tenetut Epiſcopus continuè in Epiſcopatu reſidere, quantum tanta temporis frequentia continuam exigit reſidentiam; tum ex frequentia exercitij

actuum

actuum huiuſmodi: tum ex præparatione
ad iſtos actus. Nam licet omne tempus non
occupetur in exercitatione actus paſtora-
lis;nullum tamen tempus eſt exemptum,
in quo non oporteat Epiſcopum eſſe para-
tum ad exercitationem actus,paſtoralis,quia
9 † actus paſcendi eſt principalis actus Epiſco-
pi, iuxta verbum Domini ad vniuerſalis
Eccleſiæ Epiſcopum, *Paſce oues meas*, & ex
principali actu iudicium ſumendum eſt:
ideo per ſe loquendo, Epiſcopus tenetur
ſub præcepto ad continuam reſidentiam in
ſuo Epiſcopatu; ita quod hoc præceptum
affirmatiuum ex natura rei præceptæ, ſicut
habet locum determinatum, ſcilicet pro-
priam diœceſim,ita habet tempus determi-
natum, ſcilicet aſſiduè. Et ſic licet præce-
pta affirmatiua formaliter obligent ſemper,
ſed non ad ſemper, ſed pro loco & tempo-
re quo oportet, & in hoc differant forma-
liter à negatiuis:hoc tamen præceptum gra-
tia materiæ obligat ad ſemper ſeu aſſiduè,
quod eſt quaſi ſemper, & ad certum lo-
cum.

Et quoniam obligatio iſta ad ſemper ex
parte materiæ eſt,& materia ipſa mutabili-
10 tati ſubiecta eſt: idcircò † contingit abſque
violatione præcepti Epiſcopum non ſemper
reſidere. Quæcunque enim ita ſeſe habent
ad huius præcepti materiam, quod ſecun-
dum rectæ iudicium rationis abſoluunt il-
lam à vinculo neceſſariæ continuitatis, ex-
cuſant Epiſcopum ab obligatione ad reſi-
dendum pro tunc.

11 Sunt autem † quæ ab huiuſmodi vinculo
abſoluunt, & excuſant, tria, neceſſitas im-
pedimenti, qualitas negotij,& conditio per-
ſonæ. Et impedimentum quidem inueni-
tur dupliciter, ſcilicet ab extrinſeco, vel ab
intrinſeco. Si enim extrinſeca perſecutio,
vel infidelium vel Principis Chriſtiani, co-
git Epiſcopum exulare vel recedere,vt con-
tigit B. Ioanni Euangeliſtæ, & B. Tho. Can-
tuarienſi, licitè Epiſcopus ſubtrahit pro-
priam præſentiam gregi ſuo; & in huiuſ-
modi perſecutionibus ſeruanda vniuerſali-
ter eſt regula in litera tradita, diſtinguendo
ſcilicet quando expedit Eccleſiæ præſentia
perſonalis Epiſcopi, etiamſi corporalis illius
vita auferenda credatur à tyranno, *quoniam
bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus
ſuis*. Et quoniam expedit Eccleſiæ, vt vita
vel libertas perſonæ Epiſcopi conſeruetur,
ex Eccleſiæ ſiquidem bono ſumenda eſt ra-
tio præſentiæ, aut abſentiæ.

12 Impedimentum † autem intrinſecum
quod ex corporea procedit infirmitate, ab-
ſolutè loquendo excuſat à reſidentia; putà
ſi oportet mutare aërem ad recuperandam
ſanitatem, vel ire ad balnea, & huiuſmodi.
In caſu tamen imminentis periculi Eccleſiæ
ſuæ, cui ſua obuiaret præſentia, teneretur
ſuſtinere ægritudinem,etiam vſque ad mor-
tem incluſiue, iuxta verba Domini: *Bonus
paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis &c.*

Negotium vero excuſans † à reſidentia 13
licet multiplex valde ſit ad triplex tamen
genus reducitur:ſicut Eccleſia ipſa ex cuius
bono ratio reſidentiæ ſumitur, tripliciter
ſe habet. Nam ad aliquid ſe habet, vt to-
tum ad partem, ad aliquid vero vt pars ad
totum, ad aliquid autem vt pars ad com-
partem. Verbi gratia, Eccleſia Caietana
habet ſe ad ſingulos actus ſibi debitos, putà
viſitari, doceri, defendi & huiuſmodi, vt
totum ad partes. Habet autem ſe ad vniuer-
ſalem Eccleſiam, vt pars ad totum, ad
alias vero Eccleſias, vt pars ad compartes.
Quando igitur negotium exigens abſen-
tiam Epiſcopi, ſe habet ad ipſã ſuam Eccle-
ſiam, vt pars ad totum,putà quia imminet
defenſio Eccleſiæ, ob quam oportet Epiſ-
copum ad remotiores partes, ſe transferre;
tunc licet Epiſcopum excuſari à reſidentia.
Et ratio eſt, quia ipſe † tenetur ſuæ Eccle- 14
ſiæ exhibere non ſolum alios actus,ſed etiam
iſtum, qui eſt defendere, vel procurare bo-
num eius. Et propterea licitè ob ſuæ Eccle-
ſiæ bonum ſubtrahit corporalem præſen-
tiam. Et ad hoc membrum directè reſpicit,
quod in litera dicitur, *quod propter aliquod
commodum Eccleſiæ Epiſcopus poteſt ſe abſenta-
re*. Cum vero negotium exigens Epiſcopi
abſentiam, ad vniuerſalis Eccleſiæ bonum
ſpectat,clarum quoque eſt licitè Epiſcopum
ſe abſentare à ſua Eccleſia. Et ratio eſt, † 15
quia bonum partis ordinatur ad bonum to-
tius vt finem, & debet pars exponi pro to-
tiùs bono, etſi oporteat etiam detrimen-
tum pati; vt patet cum inciditur quæque
manus, vt ſaluetur perſona. Vnde Eccleſia
particularis tenetur pro bono vniuerſalis
Eccleſiæ ſuum exponere paſtorem ad dam-
num etiam pati ſuæ abſentiæ.

Eſt tamen hic opus diſtinctione,an nego-
tium hoc vniuerſalis Eccleſiæ ſit neceſſariò
exigens Epiſcopum, vel non. Nam ſi nego-
tium † neceſſariò exigit Epiſcopum, vt ire 16
ad Concilium generale vel ad ſynodum
prouincialem,quæ etiam ſe habet ad Eccle-
ſiam epiſcopalem, vt totum ad partem;
conſtat quod rationabilis eſt abſentia. Sed
ſi negotium † vniuerſalis Eccleſiæ non ne- 17
ceſſariò exigit Epiſcopum, putà quia per-
ſona Epiſcopi habet officium, quo oportet
ipſum vniuerſalis Eccleſiæ ſeruitio perpe-
tuo perſonaliter Romæ deſeruire,verbi gra-
tia quia eſt Secretarius Sedis Apoſtolicæ,
vel auditor Rotæ Romanæ, aut huiuſmodi,
non ex hoc excuſatur à reſidentia, quoad
Deum.

Et ratio diuerſitatis eſt,quia partes dupli-

citer ordinantur ad bonum totius: Primò abſolutè; & ſic ſecundum naturalem ſtatum ordinantur ad bonum totius, ſicut manus, pedes & cætera membra hominis abſolutè quidem ordinantur ſecundum ſuos naturales ſtatus ad bonum hominis, cuius ſunt partes: in caſu autem quo totius bonum periclitatur, partes etiam perdendo naturales ſuos ſtatus, ordinantur ad bonum totius. Secluſo autem caſu neceſſitatis, ſeu periculi totius, natura totius non requirit defectum in parte aliqua, ſed nititur ſingulas partes ſaluare in ſuis naturalibus ſtatibus. Sic autem proportionaliter oportet fieri in toto, & partibus Eccleſiaſticæ politicæ ſecundum rectam rationem, ita quod quælibet particularis Eccleſia ordinatur ad vniuerſalis Eccleſiæ bonum & ſeruitium, abſolutè quidem ſalua cuiuſque Eccleſiæ perfectione: in caſu autem neceſſitatis ordinatur ad bonum vniuerſalis Eccleſiæ, etiam cum ſui detrimen-
18 to. Et quia ſeruitia † quædam, vt ire ad Synodum, ſunt manifeſtè in articulo neceſſitatis Eccleſiæ vniuerſalis vel prouincialis, ſeruitia autem quæ Romæ in huiuſmodi officiis exhibentur, nulla neceſſitate communiter exigunt quod Epiſcopi incumbant talibus officiis, ſed ſunt tales in Eccleſia Dei; velut monſtra in natura: ideo non excuſantur à reſidentia.

Et ſi inſtetur, quod reſidentes in Eccleſia communi, qualis eſt Romana, cenſentur vbique reſidere; Reſpondetur, quod ſi hoc eſt verum fictione iuris poſitiui, quod Iuriſtis relinquo; non tamen eſt verum quoad
19 Deum, quia † ſecundum veritatem alius eſt finis proprius curæ Eccleſiæ communis, & alius eſt finis proprius curæ Eccleſiæ particularis, ac per hoc aliud eſt incumbere curæ communis Eccleſiæ, & aliud eſt incumbere curæ particularis Eccleſiæ. Et eadem ratione aliud eſt reſidere in cura particularis Eccleſiæ, & aliud eſt reſidere in cura communis Eccleſiæ.

Et ſi rurſus inſtetur, quod Cardinalis Romanæ Eccleſiæ de iure poteſt eſſe Epiſcopus alicuius particularis Eccleſiæ; etiam remotiſſimæ ab Vrbe, ac per hoc excuſatur à perpetua reſidentia in ſua particulari Eccleſia, ex hoc quod reſidet Romæ, vacando curæ vniuerſalis Eccleſiæ; reſpondetur
20 dupliciter. Primo † iuxta illorum opinionem, qui tenent Cardinalem non Epiſcopum poſſe non ſolùm retinere Epiſcopatum prius habitum, ſed etiam poſſe eligi in Epiſcopum, quod hoc non conuenit Cardinali ex hoc quod perpetuæ ſeruituti vniuerſalis Eccleſiæ eſt addictus, ſed ex hoc quod præſumitur, quia ſic debet eſſe, quod Cardi-
21 nales † ſunt flores orbis electi ex vniuerſa Eccleſia vt viri excellentiſſimi in vita & doctrina; ita vt merito ad vniuerſalis Eccleſiæ non qualecunque ſeruitium, ſed hoc maxime, ſcilicet curam, ſint aſſumpti. De talibus autem viris rationabiliter præſumitur, quod non minus bene paſcent Eccleſias ſuas particulares abſentes, quam alij præſentes. Et idcircò non ex hoc capite ſolo, hoc eſt † ex negotio vniuerſalis Eccle- 22
ſiæ, ſed ex alio adiuncto capite poſtmodum tractando, ſcilicet conditione perſonæ excuſatur Cardinalis à reſidentia in ſuo Epiſcopatu etiam quoad Deum. Vtrumque autem caput clauditur in hoc, quod dicitur Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, quia incumbit perpetuæ curæ vniuerſalis Eccleſiæ, & præſumitur de iure vnus ex primis ſapientibus orbis, ad regendum ac paſcendum Eccleſiam Dei.

Secundò iuxta Doctrinam iuris communis editi ab Innocentio tertio, *extra de poſtulatio. capitulo bona memoria*. 1. quod † fal- 23
ſum aſſumitur, ſcilicet quod Cardinalis de iure poteſt eſſe Epiſcopus cuiuſcunque Eccleſiæ, quamtumcumque remotæ, quoniam vt in dicta patet decretali, propter impoſſibilitatem reſidendi in vtraque Eccleſia Romana ſcilicet, & Rauennate, præfertur vtilitas vniuerſalis Eccleſiæ, vt Cardinalis præſens ſit Romæ, & non admittitur poſtulatio ipſius ad Archiepiſcopatum Eccleſiæ Rauennatis. Et quia textus clarus eſt, & rationi innititur ſanctæ: ideo dicendum videtur, quod † Cardinalatus, & Epiſcopatus 24
ſint de numero incompatibilium de iure, vt Panormitanus etiam *ibid.* ſentit; quicquid ſit de conſuetudine; ſi tamen conſuetudo, & non potiùs abuſio appellanda eſt. Cum autem negotium ad bonum alterius particularis Eccleſiæ vel perſonæ ordinatum, exigit abſentiam Epiſcopi, contingit licitè, & illicitè Epiſcopum abeſſe. Nam cum quælibet particularis Eccleſia ſe habeat ad aliam particularem tam Eccleſiam, quam perſonam, vt pars ad compartem; eo quod *Sumus omnes vnũ corpus in Chriſto, ſinguli autẽ alter alterius membra*, poteſt, & debet illam adiuuare.

Dupliciter tamen † vnum membrum ordinatur ad bonum alterius, tam in natura- 25
libus, quam in politicis, ſcilicet abſolutè vel in caſu. Et abſolute quidem quodlibet membrum ſaluo ſuo naturali ſtatu confert alteri; ſicut oculus videt ſibi, & pedibus ac manibus, & ſimiliter pedes ambulant ſibi & oculis, & ſic de alijs. Et ſimiliter quælibet Eccleſia, ac perſona in ſua perfectione conſiſtens, & ſibi & cuilibet prodeſt, ſcriptum eſt enim in ſymbolo, *Sanctorum Communionem*. In caſu autem neceſſitatis videmus naturam, membrum quodam minus neceſſarium pro magis neceſſario exponere, vt pedem pro capite, ſed non è contra. Et rurſus

rurſus videmus,quod pro maiori neceſſitate membri minus opportuni, natura abhorret aliquid detrimenti ſuſtinere in membro magis nobili & neceſſario; vt patet quando,ne perdamus pedem ſuſtinemus læſionem aliqualem in capite, puta cauterium. Quocirca cum officium Epiſcopi præcipuè circa ſpiritualia verſetur, & ſpirituale eſt magis neceſſarium Eccleſiæ quàm temporale,non licitè Epiſcopus propter temporale negotium alterius perſonæ vel Eccleſiæ,priuaret Eccleſiam ſuam ſpirituali paſtu, ad quem perſonæ ſuæ præſentia tenetur. Sed è contra optimè faceret, ſi in temporalibus damnum ſuſtineret ſuæ Eccleſiæ, vt alteri in ſpiritualibus ſubueniret.

26 Similiter cum † vnum ſpirituale ſit magis neceſſarium, quam aliud, puta, negotium fidei, vel pacis, quam miniſtratio Sacramentorum, & huiuſmodi; laudabiliter Epiſcopus pro negotio fidei vel pacis in aliena moratur Eccleſia. Et hac ratione Epiſcopi licitè ſunt legati ad pacem inter Reges Chriſtianos componendam. *Si enim cuiuſquam*, (inquit Ambroſius,) *officium eſt pacem facere, Sacerdotis maximè officium eſt.* Quod autem legati eant promiſcuè ad temporalia negotia,abuſionis eſt. Scriptū eſt enim, *Nemo militās Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.*

27 Poſſet quoque tanta † neceſſitas alteri Eccleſiæ vel perſonæ in minus bono ſpirituali, aut temporali imminere, vt laudabiliter Eccleſia eligeret,ſuſtineret aliquod detrimentum in ſeipſa per ſubſtractionem ſui paſtoris ad tempus, vt tantæ alterius neceſſitati ſubueniret. Prudentiæ autem humanæ relinquitur penſanda qualitas alienæ neceſſitatis cum quantitate damni ſpiritualis, præcipuè Eccleſiæ propriæ. Si enim bona fide prudens propter aliquod pietatis opus, Eccleſiam ſuam ad tempus corporaliter deſerit, etiamſi minus rectè indicaret, non imputaretur ei ad culpam mortalem ab eo qui intuetur, quod *cogitationes mortalium ſunt timidæ & incertæ prouidentiæ noſtræ.*

28 Conditio autem perſonæ † excuſans Epiſcopum à perſonali reſidentia, eſt vnica, quando ſcilicet perſona talis eſt, vt melius aut ſaltem æque bene paſcatur Eccleſia à tali perſona abſente, quam paſceretur ab alio præſente. Ob hanc rationem ſunt ſex Epiſcopi vicini Romanæ Eccleſiæ, habentes Romæ reſidentiam, quia ſunt Epiſcopatus Cardinales. Ob hanc quoque rationem poſſet vnus plures Eccleſias habere, deficientibus alijs idoneis; & excuſaretur à iugi reſidentia in vna. Ob hanc quoque rationem, ſecundum quorumdam opinionem, vt dictum eſt,concedunt iura vt Cardinalis Romanæ Eccleſiæ poſſit eligi in Epiſcopum alicuius particularis Eccleſiæ. Et quia excuſatio ex iſto capite eſt per accidens, per accidentem ſcilicet penuriam paſtorum bonorum: ideo non eſt mirum ſi per accidens in huiuſmodi caſu, oportet per aliquem titularem Epiſcopum, aut Vicarium ſupplere opportunos actus, qui perſonalem præſentiam in Eccleſia exigunt.

Quod autem hæc, quæ de perſonali reſidentia diximus, ita ſe habeant, ex ipſo etiam iure ſcripto, *de clericis non reſidentibus*, ſatis patet; † Quia priuandi ſunt non re- 29 ſidentes abſque ratione, & rationabili cauſa. Ex regulis quoque Gregorij *in paſtorali*, quas perſonalē exigere induſtriam ac probitatem patet, conſtare quoque poteſt; & *ex arti. hoc huius. q.* patet hanc eſſe authoris doctrinam, vbi nec perſecutiones, tempore concedit, licitam eſſe abſentiam Paſtoris, niſi in caſu. Quantò ergo magis abſque perſecutione illicita eſt, & perniciosa abſentia paſtoris, ſine rationabili cauſa? Hæc de ſecundo.

Quoad tertium; reſpondeo obiectis, & dicitur ad primum, quod obligatio Epiſcopi ad reſidendum in ſua Eccleſia,eſt ex præcepto diuini iuris, vt monſtratum eſt. Et ad primam obiectionem in oppoſitum dicitur, quod, quia, præceptum hoc eſt affirmatiuum, ideò nihil illi obſtat, quod in multis caſibus contingit, licitè non reſidere.

Ad ſecundum verò dicitur,quod nec illa † comparatiua, ſcilicet ſufficientius per 30 alium, quam per ſe Epiſcopus regit,excuſat ipſum à reſidentia: quia licèt verum ſit, quòd ſufficientiùs per alium quàm per ſe Epiſcopus regat, non tamen ex hoc habetur quod ſufficienter regat. Quilibet enim malus rector ſufficientiùs per alium bonum quam per ſe regit; & tamen ſtat quod nec ille alius ſufficienter regat. Nec illa poſitiua, ſcilicet ſufficienter per alium regit, excuſat ipſum à reſidentia:quoniam licèt per hoc ſufficiēter ſit prouiſum Epiſcopatui ex parte Eccleſiæ, non tamen ſufficienter ex parte Epiſcopi: quia non ſolùm tenetur ad prouidendum Eccleſiæ, ſed tenetur ad perſonaliter paſcendum Eccleſiam, vt monſtratum eſt. † In debitis autem perſonalibus non abſoluitur debitor ſi per alium fa- 31 cit. Verbi gratia, ſacerdos ſi diuinum officium faciat per aliquem deuotum ac ſanctum clericum pro ſe dici, ſufficienter ſatisfacit illis pro quibus tenetur orare; ſed non propterea excuſatur à dicendo officium; quia eſt debitum perſonale; & ſimiliter accidit in propoſito.

Vnde cum dicitur, Si reſidentia ſub præcepto caderet, hoc eſſet ex neceſſitate finis, qui eſt ſalus animarum; Conceditur,& dicitur quod ſalus animarum neceſſitat paſtorē ſuum ad perſonale debitum hoc eſt, perſonalem

ſonalem curam animarum. Et cum dicitur, Salus animarum poteſt procurari abſque perſonali Epiſcopi cura: Ergo non neceſſitat ipſum ad perſonalem curam: Reſpon-
32 detur, quod in † moralibus non attenditur poſſibile ſecundum potentiam logicam, hoc eſt quod non implicat contradictoria; ſed ſecundum potentiam moralem officiorum.

Conſtat autem ex Domini ſententia, quod
33 mercenarij † officium non ſe extendit ad id quod præcipuum eſt in paſtore, ſcilicet amorem ouium ſuarum, non alienarum. Et propterea dicitur, quod per ſe loquendo ſalus animarum ita neceſſitat paſtorem ad perſonalem curam, quod regulariter non poteſt ſine ipſius perſonali cura Epiſcopi haberi; quamuis per accidens contingere fortè hoc poſſit, ſed quod eſt per accidens, non variat naturam moralium vinculorum. Et propterea non excuſatur Epiſcopus à perſonali reſidentia, ex hoc quod per optimum Vicarium prouidet Eccleſiæ.

34 Ad Tertium dicitur, quod † non conſuetudo, ſed abuſus eſt tot Epiſcoporum non reſidentium, & ſequentium curias. Et quia vnuſquiſque præſumitur pœnitens in fine vitæ ſuæ, quando cum ſancta Eccleſiæ communione recedit: ideo nihil honoris reſidentium tumulis Eccleſia adimit. Nec hoc videri durum ei debet, qui illud Hieronymi conſiderat, *Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi.*

Ad ſecundum argumentum dicitur, quod
35 Epiſcopus † tenetur ad vtrumque ſimul, reſidentiam & opus. Et cum inſtatur contra hoc ex parte magnitudinis diœceſis; reſpondetur, quod nulla eſt adeò magna Diœceſis, cui non poſſit vnus Epiſcopus perſonaliter exhibere omnia, quæ ſui ſunt officij, ſi verè vult curam ouium ſuarum gerere. Cum autem inſtatur ex parte illuſtris generis; reſpondetur quod nemo illuſtrior illo, qui *Pontifex aſſiſtens futurorum bonorum introiuit ſemel in ſancta*, quæ de ſe ipſo dicit: *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtra-*
36 *re.* † Non acceptet vir illuſtris Epiſcopatum ſi non vult paſtorale officium exercere; ſibi ipſi imputet illuſtris, qui acceptauit Epiſcopatum, & exequatur quod promiſit. Seruet Deo & Eccleſiæ fidem. Turpem ſe recognorat, ſi nomen, potentiam, honorem, ac diuitias Epiſcopi tenet in perſona ſua, officium autem alteri delegat; quoniam priora omnia ſuæ data ſunt perſonæ, vt habeat ſimul cum illis perſonale officium Epiſcopi.

37 Cum his tamen ſtat, † quod perſona Epiſcopi, ſalua conſcientiæ puritate, ex rationabili cauſa abſtineat ab aliquo proprio ſibi actu, & per alium exerceat illum, putà quod prædicet per alium, vbi homo magis expediens fuerit; exemplo Valerij, qui per Auguſti prædicabat &c.

In reſponſione ad tertium eiuſdem artic. diligenter aduerte, hoc duos perfectionis ſtatus, ſcilicet Epiſcopalem, & religioſum, † non ſe habere vt magis perfectum & minus perfectum, ſic vt in maiori includatur minus; ſed ad diuerſorum generum perfectiones. Et hinc prouenit, quod vota quædam, putà caſtitatis, & paupertatis, ſunt de eſſentia ſtatus perfectionis vnius, putà religioſi, & non ſunt de eſſentia ſtatus alterius, ſcilicet Epiſcopalis. 38

Hinc etiam oritur, quod † qui vouit ſe religioſum fore, ſi interim vocetur ad Epiſcopatum, tenetur implere prius votum religionis ſtatum, & deinde poteſt tranſire ad Epiſcopatum. Hoc enim non eſſet opus, ſi Epiſcopalis ſtatus eſſet perfectior, vt perfectior eiuſdem generis, vt vna Religio eſt perfectior aliâ; ſed tranſeundo ad Epiſcopatum, abſque ingreſſu religionis ſatisfeciſſet voto religionis. Sicut qui † vouit ingre- 40
di perfectiorem religionem facit ſatis ſuo voto ingrediendo perfectiorem religionem, vt infra patet. Habent ergo ſe Epiſcopalis & religioſus ſtatus, vt duo perfectionis genera: nam ille eſt velut perfectionis vniuerſalis, iſte perfectionis particularis, ille ſicut ſol, iſte ſicut margarita, aut animal perfectum: ille naturæ perfectiuæ aliorum, iſte naturæ ſibi ipſi proficientis. 39

RESOLVTIO III.

Notationum circa Articulum. S.D.

SVMMARIVM.

1. *Reſidentia Paſtoralis an ſit de iure diuino, vel humano tantùm.*
2. *Gerunda opinio refertur.*
3. *Refellitur.*
4. *Reſidentia paſtoralis eſt de iure diuino.*
5. *Probatur authoritate ſacræ ſcripturæ, & SS. Patrum.*
6. *Caietanus declaratur.*
7. *Paſtoralis officij eſt animam ponere pro ouibus ſibi commiſſis.*
8. *Paſtor tanquam mediator inter Deum & homines ſpiritualia ipſis adminiſtrare tenetur.*
9. *Paſtor perſonam Dei gerit in comparatione ad populum.*
10. *Caietanus, & Miranda, acerrimi defenſores diſciplinæ Eccleſiaſticæ, & ſententiæ Doctoris Angelici.*

ARTICVLVS iſte valde doctrinalis eſt, cuius doctrinæ, vtpotè conſonæ Euangelio explicato à ſanctis Patribus, ſe confor

conformauit Concilium Trident. vt infra
videbimus, determinans Reſidentiam per-
ſonalem Paſtorum Eccleſiæ eſſe de iure di-
uino, vt contra duos vel tres Auctores ſen-
tientes eſſe de iure humano, monſtrabi-
1 mus, † quos ſecutus eſt Andreas Gerun-
dienſis *lib. 2. de Epiſcopatu cap. 4. n. 12.* dicens,
quod Reſidentia non eſt concedenda de
iure diuino, ſed de humano; ita vt conne-
xio cum hac certa Eccleſia huius Epiſcopi,
humani & canonici iuris eſt ad inſtar vin-
culum matrimonij rati: ſed, vt infra mon-
ſtrabimus, ſententia hæc coincidit cum Ca-
therini opinione, quam omnino falſam eſ-
ſe fere omnes ſcriptores fatentur; vnde Ge-
runda prorſus eſt ſpernendus; anne cenſu-
ra inurendus, alij iudicabunt: ego vero
2 ſentio nullatenus † eius opinionem in pra-
xi ſequendam; audi virum illum ſui æui do-
ctiſſimum *in controuerſia de Reſidentia mini-
ſtrorum Eccleſiæ* (quam ad finem huius tomi
integram dabo, eſt enim digniſſima vt ſu-
det ſub prælo) *cap. vlt.* poſtquam Andreæ
iecit fundamentum à ratione petitum; *quia
humana inſtitutione factus ſum Epiſcopus, &
Papa cum cauſa poteſt me priuare hoc Epiſco-
patu, & transferre de hac Eccleſia in aliam:
ergo non teneor ex iure diuino exercere hîc offi-
cium ſacerdotale; ac proinde nec reſidere* hac
ratione (ait) inducti ſunt aliqui vt negarent
reſidentiam eſſe de iure diuino. Qui reſ-
pondet ſapientiſſimus Magiſter: *Ingenue fa-
3 teor, ego obſtupui quum primo intellexi † hac
friuola & pueris ratione, adduci aliquos viros,
alioquin doctos, in tam nouam, falſam & per-
nicioſam opinionem; eodem argumento proba-
rent, ex iure diuino nos non teneri parere prępo-
ſitis noſtris; primò, quia humana inſtitutione
ego præfectus ſum huic Reipublicæ. Deinde hu-
mana etiam authoritas poteſt me remouere à
magiſtratu, & eadem poteſt me transferre ab
hoc magiſtratu ad alium. Et cum his certum eſt
& extra controuerſiam, obedientiam ex iure
diuino exhibendam eſſe præpoſitis, & eodem iu-
re debere mihi quamdiu ſum in magiſtratu &c.*
De quibus latius *Reſolut.* 8. *& ſequentibus*,
vbi examinabimus cauſas ob quas Sum-
mus Pontifex poſſit in huiuſmodi diuino
præcepto de reſidentia perſonali miniſtro-
rum & Paſtorum Eccleſiæ diſpenſare.

4 Igitur doctrina D. Tho. † eſt, quod iſti
ſunt iure diuino adſtricti ad perſonalem re-
ſidentiam; ita quod non reſidere prohibi-
tum ſit, quia malum, & non ſolum malum,
quia prohibitum lege aliqua dumtaxat hu-
mana: quamuis enim D. Tho. expreſsè
5 † non dicat hoc eſſe de iure diuino; tamen
rationes & authoritates Sacræ Scripturæ &
Patrum, quibus vtitur, id manifeſtè pro-
bant; cum hoc exigat officium paſtorale, vt
videbimus in Commentario eminentiſſimi
Caietani; quare dum ſolutione ad. 2. dicit,
*quod ille qui ſpondet pro aliquo, ſi per ſe im-
plere non poſſit, ſufficit quod per alium impleat;
vnde Prælatus, ſi habet impedimentum, pro-
pter quod non poſſit perſonaliter cura ſubdito-
rum intendere, ſuæ ſponſioni ſatisfacit, ſi per
alium prouideat.* Non ideo id dicit, quia non
ſit reſidentia de iure diuino, ſed quod,
† quum adeſt impedimentum iuris aut fa- 6
cti, de quo egerat in artic. corp. perſonalis
reſidentiæ præceptum, etſi diuinum, im-
pleri nequit, quare ex vi eiuſdem debet
prouidere ouibus alium, qui eas inſtruat.

Sed audi S. D. Doctrinam huius articuli
enucleatiùs tradentem, *opuſculo 18. de perfect.
vita ſpiritu. cap. 16. Ego ſum paſtor bonus, bo-
nus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis*,
quod exponens B. Greg. dicit *oſtenſa nobis eſt
igitur de contemptu mortis via, quam ſequa-
mur, appoſita eſt forma cui imprimamur. Pri-
mum eſt, exteriora noſtra miſericorditer ouibus
eius impendere. Poſtremum verò, ſi neceſſe ſit,
etiam mortem noſtram pro eis debemus mini-
ſtrare. Lupus etenim ſuper oues venit, cum
quilibet iniuſtus & raptor fideles quoſque atque
humiles opprimit; ſed is qui Paſtor videbatur
eſſe, & non erat, relinquit oues, & fugit; quia
dum ſibi ab eo periculum metuit, reſiſtere eius
iniuſtitiæ non præſumpſit. Ex quibus verbis
patet, quod † de neceſſitate paſtoralis officij 7
eſt, vt periculum mortis non refugiat propter
gregis ſibi commiſſi ſalutem. Obligantur ergo ex
ipſo officio ſibi commiſſo, ad hanc perfectionem
dilectionis, vt pro fratribus animam ponant.
Similiter etiam † ex officio Pontifex obligatur 8
ad hoc, quod bona ſpiritualia proximis admini-
ſtret, quaſi quidam mediator inter Deum & ho-
minem conſtitutus, vicem eius agens, qui eſt
mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus*; quia,
vt dicitur Hebræor. 5. *Omnis Pontifex ex ho-
minibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur
in his quæ ſunt ad Deum; vt offerat dona &
ſacrificia pro peccato. Sed † rurſus perſonam 9
Dei gerit in comparatione ad populum, dum po-
pulo, quaſi virtute Domini, Iudicia, documen-
ta, exempla & ſacramenta miniſtrat. Ad hu-
iuſmodi autem perfectionem Epiſcopi in ſua or-
dinatione & conſecratione ſe obligant; ſicut Re-
ligioſi in ſua profeſſione, &c.*

Quam Angelici D. Sententiam dubio
procul amplexatum eſt Concilium Trid. &
vrgent Summi Pontifices ſuis decretis &
Bullis, quotidie in eius confirmationem
emanantibus; vtpotè ſtillatam ex Sacra
Scriptura, Patribus & Conciliis; vt abundè
& egregiè probant duo eius † acerrimi de- 10
fenſores D. Caiet. & eruditiſſimus Magiſter
Bartholomæus Carranza de Miranda, qui
hac in parte diſciplinam Eccleſiaſticam pe-
nè dilapſam inſtaurarunt, propugnarunt,
confirmarunt ex Patribus, Conciliis, Sacra
Scriptura,

Scriptura, & firmiſſimis argumentis Theologicis. Igitur opinio noua Andreæ Getunda explodenda penitus eſt, ne perniciem, & ſcandalum generet in Eccleſia. Ego quidem (vt verum fatear) vt ne *gry* quidem de ea audiretur à Catholicis & Religioſis viris.

RESOLVTIO IV.

Adnotationum circa Articul. Commentarium Eminentiſſ. Caietani.

SVMMARIVM.

1. *Caietanus Reſidentiam paſtoralem primus fere omnium illuſtrauit.*
2. *Nemini quauis dignitate fulgenti licet plures Epiſcopatus retinere regulariter.*
3. *In beneficio reſidentiam de iure requirente non reſidere, peccatum eſt, ex Caietano.*
4. *Caietanus qua ætate Commentaria in 2.2.D.Th.perfecerit.*
5. *Actus Epiſcopales qui ex officio perſonaliter exerceri debent, non niſi per accidens per Epiſcopos Titulares ſupplentur.*
6. *Collectiuè ſumpti arguunt obligationem indiſpenſabilem exercendi eos per ſe.*
7. *Quanquam diuiſim ſumptos poſſit Epiſcopus legitimè impeditus per alium exercere.*
8. *Cardinalis Epiſcopus excuſatur à reſidentia perſonali in Epiſcopatu, propter reſidentiam in Curia Romana.*
9. *Et ex conditione perſonæ.*
10. *Cardinalis præſumitur de iure vnus ex primis Sapientibus Orbis.*
11. *Natalium nobilitas quæcunque non excuſat Epiſcopum à reſidentia in Epiſcopatu.*
12. *Etiam filius legitimus Regis in Epiſcopum aſſumptus, actus paſtorales vt poteſt per ſe exercere tenetur, & per alios in ſubſidium.*

CVM ſemper in animo habeam, meas morales Reſolutiones ex principiis
1 vtriuſque Thomæ deducere; † cum Dominus Caietanus primus fere fuerit, qui doctrinam de reſidentia perſonali miniſtrorum Eccleſiæ illuſtrarit ſuo egregio Commentario, quod poſt articulum dedi integrum, & articulus ſit notatus: operæ pretium duxi, Commentarium breuiter adnotare, vt ad reſolutiones deueniam alias.

Adnoto 1. circa §. *ad hoc dicitur*, vbi aſſerit, quod Epiſcopus tenetur ex præcepto diuini iuris, ad reſidendum perſonaliter in ſuo Epiſcopatu; id quod repetit *in ſumma*, verbo *Pontificium*, *num.6.* & verbo *Epiſcopi peccata num.* 1. & vtrobique bene aduertit & tuetur Guagericus Hiſpanus *litera A* in proximo loco, & *littera B* in ſecundo, hîc, *quare* (ait Hiſpanus) *manifeſtè patet* (*ex Trident. ſeſſ.6. de reform. & ſeſſ.23. cap.1.*) † *ne-* 2
mini, quantumuis magno, licere (*niſi vbi adfuerint cauſæ ſupradictæ*) *plures Epiſcopatus retinere, quacumque etiam Pontificis diſpenſatione ad hoc ei non ſuffragante. Patet inquam, quia cum plures Epiſcopatus retinet, eum neceſſe eſt in aliquibus non reſidere. Videndus Soto de Iuſtit. quæſt.* 3. *artic.*1. Sed aduerte diligentiam in ſcribendo, & formalem modum dicendi Domini Caiet. nam in præfato *num.6.*
loquens de beneficio, abſolutè † dicit, *in* 3
beneficio ſiquidem de iure requirente reſidentiam, peccatum eſt ſine rationabili cauſa non reſidere: non dicit, *de iure diuino*, dum loquitur de beneficio abſolutè; quia eſt aliquod, quod ſolum requirit reſidentiam iure humano, in quod cadit valida diſpenſatio, etiam ſine cauſa. Loquens tamen de beneficio curato, dicit *quod tenetur ex iure naturali & diuino*; nam Paſtor, ſi non reſidet, *infert* (ait) *contrarium naturali iuſtitiæ, quâ tenetur ipſemet ex ſuſcepto officio gerere ouium Chriſti curam, quæ regulariter ſine reſidentia non poteſt haberi, vt debet; cum etiam præſentes & ſolicitè ſtudentes circa animas, vix regant vt tenentur.* hæc ille, qui maturiſſima ætate loquitur, anno ſcilicet eius quinquageſimo
quinto, cum Commentaria † *in* 2. 2. perfe- 4
cerit, anno à natiuitate ſua quadrageſimo nono; quare per ſex annos maturauit ſententiam.

Adnoto 2. circa verſic. *neque etiam obſtat*, in *eodem* §. *ad hoc dicitur*, in quo diſcurrens per omnes fere actus paſtorales, qui per ſe debent ex vi officij Paſtoris exerceri ab Epiſcopo perſonaliter; vt ſunt doctrina, miniſtratio ſacramentorum, conſecrationes, & ordinationes, cuſtodia & diligentia; dicit
quod horum † actuum defectus, dum ſuppletur 5
per Epiſcopos Titulares, eſt per accidens; quia per accidens eſt, quod inueniantur Epiſcopi Titulares; ex hoc ſcilicet accidente, quia Eccleſiæ aliquæ ſunt in manibus infidelium, vel deſtructæ; quod autem eſt per accidens, ab arte relinquitur, nec firmat rationem per ſe ſolidam. Quæ doctrina valde ingenioſa & mirabilis eſt.

Circa quam notare operæ pretium eſt, quod omnes actus iſti perſonales adnumerati, manifeſtè arguunt obligationem iuris
diuini, † ſi collectiuè ſumantur; & ſic ſit in- 6
diſpenſabile, quod per mercenarium eos exerceat proprius Paſtor; quia per alium nequit, vt oportet, agnoſcere vultum pecoris ſui, & ſupra gregem, vt oportet, ad officium Paſtoris inuigilare: Tamen multos ex his actibus diuiſim Epiſcopi poſſunt per alios

Digitized by Google

alios exercere; imo & aliquando tenetur, vel quia infirmus, aut aliquo legitimo impedimento detentus, aut occupatus in aliis grauioribus negotiis ſuæ diœceſis, & gregis ſibi commiſſi; quare nequit ſacramenta adminiſtrare, conſecrare chriſma, & alia, ordines celebrare, &c. quod etſi per accidens ſit in ordine ad officium Paſtorale, quod exigit hos actus perſonales exercere, tanquam ſibi proprios ex vi officij; tamen eſt per ſe in ordine ad humanam fragilitatem, ex qua oritur, vt vix vnus eos omnes
7 actus poſſit exercere; † vnde ſubſtituunt prædicatores Euangelij, viſitatores Epiſcopatus, adminiſtratores ſacramentorum, & aliquando mittunt alium annularem Epiſcopum ad ordines celebrandos, & fideles chriſmate vngendos: quæ non euertunt, quin ipſi proprij Paſtores in ſua diœceſi perſonaliter reſideant, vt cognoſcentes vultus ouium ſuarum, eas regant & gubernent, tanquam reddituri de eis Deo rationem.

Adnoto 3. circa verſicul. *& ſi rurſus inſtetur.* adnoto ergo egregiam doctrinam, qua, ſecluſis Bullis Apoſtolicis, Tridentini decre-
8 to ex Iure communi † poſſit Cardinalis Epiſcopus excuſari à reſidentia perſonali in ſuo Epiſcopatu; propter reſidentiam in Cutia Romana; quia Cardinales *ſunt flores Orbis electi* ex vniuerſa Eccleſia, vt viri excellentiſſimi in vita & doctrina; ita vt merito ad vniuerſalis Eccleſiæ non qualecunque ſeruitium, ſed hoc maxime, ſcilicet curam, ſint aſſumpti. De talibus enim viris rationabiliter præſumitur, quod non minus bene paſcent Eccleſias ſuas abſentes,
9 quam alij præſentes; † vnde non ex hoc cap. ſolo, hoc eſt ex negotio vniuerſalis Eccleſiæ, ſed ex alio adiuncto capite, ſcilicet conditione perſonæ, excuſatur Cardinalis à reſidentia in ſuo Epiſcopatu, etiam quoad Deum; vtrumque enim caput clauditur in hoc quod dicitur *Cardinalis Romana Eccleſia*; & præſumitur † de Iure vnus ex primis Sapientibus Orbis, ad regendum & paſcendum Eccleſiam Dei. Quæ doctrina examinanda & trutinanda eſt Reſol......
10 Quamuis Dominus Caiet. aliam adhibeat ſolutionem, & de vtraque iudicium in præfata Reſolutione feram.

Adnoto 1. circa §. *ad ſecundum argumentum*, quod Epiſcopus, quantumcumque ſit Illuſtriſſimi ſanguinis, imo etſi ſit filius legi-
11 timus † Regis, non excuſatur à Reſidentia perſonali, & ab exercitio actuum perſonalium, quos & Epiſcopus debet exercere: Illuſtriſſimus enim & Regius ſanguis, qui ad ordinem naturæ pertinet, nequit excuſare obligationem naturalem, ex iure diuino dimanantem, quam ſecū inſeparabiliter attrahit officium Paſtorale; quare eo ipſo quod filius Regis Epiſcopatū accepit, tenetur eius actus perſonales perſonaliter exercere, quantum eius perſona patitur, talentum, vires, prudentia; & quod deficit, † per alios ſibi 12
adiunctos conſiliarios gubernet & diſponat; tamen abſolutè non abſoluitur ab omnimoda perſonali reſidentia, ita vt, quia Illuſtris & Regij ſanguinis, poſſit à ſuo Epiſcopatu abſens commorari, & per mercenarium & Vicarinm oues ſuas paſcere; quia ex Domini ſententia, mercenarij officium non ſe extendit ad id quod præcipuum eſt in Paſtore, ſcilicet amorem ouium ſuarum, non alienarum. Et propterea dicitur, quod per ſe loquendo, ſalus animarum ita neceſſitat Paſtorem ad perſonalem curam, quod regulariter non poteſt ſine ipſius perſonali cura Epiſcopi haberi; à qua obligatione ſanguis Regius non excuſat.

RESOLVTIO V.

Etymon, quidditas, origo, & partitio Reſidentiæ.

SVMMARIVM.

1. *Reſidentia quid ſit, & vnde dicta.*
2. *Reſidentia multiplex eſt, Prima Paſtoralis.*
3. *Archiepiſcopi & Epiſcopi aſſimilantur Archiflaminibus, & Flaminibus Dialibus.*
4. *Flamines tot erant, quot deos venerabantur Romani.*
5. *Euerſa idololatria veteris Romæ, ſucceſſit verus Pontificatus Chriſtianorum.*
6. *Flamines Diales reſidere tenebantur.*
7. *Decretum ad reſidentiam Flamines obligans refertur.*
8. *Secunda reſidentia eſt Beneficialis, & declaratur.*
9. *Beneficia ſimplicia ex conſuetudine generali reſidentiam perſonalem non requirunt.*
10. *Tertia reſidentia dicitur Iuriſdictionalis.*
11. *Archidiaconus, & alia quadam dignitates Eccleſiaſtica ex conſuetudine iuriſdictionem habent, ratione cuius reſidere debent.*
12. *Quarta reſidentia oritur ex cura animarum delegata.*
13. *Paſtores delegati, durante delegatione, reſidere debent.*
14. *Quinta reſidentia eſt Prælati Regularis, iuriſdictionem ſpiritualem habentis.*
15. *Sexta reſidentia oritur ex neceſſitate ſpirituali & publica proximi.*

1 RESIDENTIA à verbo *Reſideo* deri-
uatur,† quod propriè ſignificat firmi-
ter ſtare, immobiliter ſedere, quod etiam
ſignificat verbum græcum καθιζάνω apud
Scapulam. Hæc autem immobilis inſiden-
tia aut Reſidentia, quantum ad præſens at-
tinet inſtitutum, multiplex eſt: Paſtoralis,
2 quæ ratione officij Paſtoris reſpectu †ſuarũ
ouium deſumitur; Beueficialis, à beneficio.
Prima apud antiquos Romanos in præce-
pto erat reſpectu Flaminum & Archiflami-
num, quibus in lege Euangelicâ aſſimilan-
tur Epiſcopi & Archiepiſcopi *c. in illis* 80. *di-
ſtinctio.* ex Clemente Papa. *& cap.* 1. 99. *di-
3 ſtinct.* ex Anacleto. Vnde notarunt † Petrus
Grego. *in Syntagm. lib.* 15. *cap.* 11. *n.* 1. Henri-
quez *ſumm. cap.* 3. Guillelmus Choul. *en los
diſcurſos de la Religion &c. c. de Flamine Dial.
qui erat Iouis Sacerdos* dicebatur Dialis, qui
& galerum ſingularem portabat, & veſtem
qua nullus alius vtebatur; ſedebatque in
throno eburneo, ſicut cæteri Flamines, qui
4 tot erant numero, † quot Deos veneraban-
tur Romani; ad quorum imitationem ſan-
ctus Petrus ordinauit Eccleſiaſticorum Præ-
latorum gradus, ita vt in illis locis in qui-
bus impiè eorum Flamines ſacra faciebant,
eiſdem nominibus, diuerſo tamen ſancto-
que ſacerdotio, veri Dei ſancti conſtitue-
5 rentur Sacerdotes. Vnde † Romæ deiecto
ſummæ idololatriæ Pontificatu, quem te-
nebat (reſidens ibi Pontifex maximus, qui
præſidebat Collegio cæterorum Pontificum
& ſacerdotum, vt ait Sigonius *lib.* 1. *de anti-
quo iure ciuium Romanorum, cap.* 19.) ſubro-
gatum eſt Caput totius Eccleſiæ Chriſtianæ
ſummus Pontifex, Chriſti Vicarius, & Pe-
tri legitimus ſucceſſor, vt mirificè expli-
cant Ambroſius, *lib.* 3. *in Lucam*, & Leo Pon-
6 tifex, *ſermo.* 1. *de Natali ſancti Petri.*† Igitur
iſti Flamines Diales adſtricti erant ad reſi-
dendum in templo ſui Idoli. Liuius *lib.* 5.
ait: *Camillus dixit flamini Diali, Noctem
vnam manere extra vrbem nefas eſt.* & Cor-
nelius Tacitus, *l.* 3. *annalium, Quando* (in-
quit) *de Religionibus tractabatur, dilatum
nuper reſponſum aduerſus ſeruum Malunginen-
ſem Flaminem Dialem; promiſit Cæſar, recita-
7 uitque decretum Pontificium, Quoties valetu-
do aduerſa flaminem Dialem inceſſiſſet, vt
Pontificis maximi arbitrio, dum ne plus bino-
ctium abeſſet, dum ne diebus publici ſacrificij
non ſæpius, quam bis eundem in annum, &c.*
Erat igitur iure antiquo Romanorum Fla-
minea Dialis reſidentia; & ſic iure Euange-
lij erit Paſtoralis.
8 Reſidentia † beneficiaria, ſeu beneficialis
ſequitur omne beneficium Eccleſiaſticum,
quod eſt propriè tale. Iure enim communi
omne tale beneficium, etiam ſine cura ani-
marum, reſidentiam exigit in illo loco, vbi
ſitum eſt; cum omne beneficium propriè
ſit propter officium, exercendum in illa Ec-
cleſia vbi eſt inſtitutum: ita fere omnes Iuris
Canonici interpretes, quos citant, & ſe-
quuntur, Selua, *de beneficiis p.* 4. *quæſtio.* 1.
Rebuffus, *in praxi benefi. p.* 2. Lotharius, *de
re beneficiaria.* Colligitur clarè *ex capite ſan-
ctorum* 70. *diſtinct. & ex c. cleros,* 71. *diſtinctio.
& in cap. nonnulli de clerico non reſidente.* vbi
ex Concilio Lateranenſi dicitur, *Cum igitur
Eccleſia, vel Eccleſiaſticum miniſterium com-
mitti debuerit, talis ad hoc perſona quæratur,
quæ reſidere in loco, & curam eius valeat per
ſeipſum exercere.* Cæterum non ſolum con-
ſuetudine Hiſpana, vt † vult Azor *p.* 2. *l.* 5. *c.* 9
3. *verſ. quæret aliquis*; ſed conſuetudine totius
mundi, vt notant Graffis, *de arbitrariis. cap.*
63. *n.* 1. Alexander, *conſil.* 1. *volum.* 7. Feli-
nus, *cap. dilectus el.* 2. *num.* 1. *de reſcriptis.* Be-
neficia ſimplicia non exigunt perſonalem
reſidentiam, niſi aliter iure vel fundatione
ſit inductum, ſed de hoc plura infra *lib.* 5.
Tertia Reſidentia eſt † Iuriſdictionalis, 10
ratione Iuriſdictionis ſpiritualis exercendæ:
quæ aut eſt ordinaria, vt habet Archidia-
conus; & aliæ aliquæ dignitates Eccleſia-
rum, quæ ex conſuetudine, *cap. dudum, el
ſequndo de electio.* habet clericos corrigere,
eorum iurgia & cauſas audire, lites termi-
nare, delicta ad Epiſcopum deferre, inuiſe-
re Eccleſias, excommunicare, interdicere,
ſuſpendere, &c. dixi † *ex conſuetudine*, quia 11
ex iure communi id non habet, *cap. Ar-
chidiaconus, de officio Archidiaconi*; quam-
uis de iure id illis competere ſentiant, Ar-
chidiaconus *ad caput Archidiaconus* 5. *de of-
ficio Archidiaconi*; ex *cap. Romana, de ſenten-
tia excommunic. in* 6. Graffis, *tom.* 1. *deciſion.
lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 8. Vnde Archidiaconus te-
netur reſidere in loco ſuæ Iuriſdictionis, in
qua tribunali poſſit erigere ad iudicandum.
Quarta reſidẽtia oritur ex cura † anima- 12
rum, quam quis habet ex delegatione, vel
ſummi Pontificis, vt habent legati & Nun-
cij Apoſtolici, vel Epiſcopi alicuius Archi-
epiſcopi, & Primatis; qui cum ſint Parochi
totius diœceſis, delegant ſuam Iuriſdictio-
nem Vicariis ad nutum amobilibus, qui,
quantum ad ſacramentorum adminiſtratio- 13
nem vices ſuas gerant; hi enim quandiu du-
rant in ſua delegatione, tenentur reſidere
in ſua Parochia, & in loco ſuæ Iuriſdictio-
nis.
Quinta reſidentia eſt ratione † beneficij 14
regularis, habentis Iuriſdictionem ſpiritua-
lem in ſubditorum in vtroque foro, exter-
no & Iudiciali, & interno & ſpirituali, quæ
Iuriſdictio, aut & in generali, aut Prouin-
ciali, aut Præpoſito locali; iſti enim reſide-
re tenentur in diœceſi aut domo ſua: ſed,
an poſſent extrauagari vltra terminum præ-
fixum

fixum à Trident. Epiſcopis & Parochis, & à quibus habeant licentiam impertiri, & approbari, vt infra dicam.

Sexta Reſidentia eſt orta ex neceſſitate ſpirituali proximi publica, qua tenentur reſidere ſi deficiant Parochi alij clerici, ſeculares, & iſtis deficientibus, Regulares; qui in caſu neceſſitatis ſunt coadiutores Epiſcoporum, & Parochorum; *Clementina Dudum de ſepultur.* de qua dicam ſpeciali tomo, de Reſidentia tempore peſtis.

RESOLVTIO VI.

Vtrum ad perſonalem reſidentiam Epiſcoporum obliget ius diuinum?

SVMMARIVM.

1. *Paſtores omnes obligantur ad reſidendum in locis.*
2. *Rectores populorum Eccleſiaſtici & ſeculares.*
3. *Paſtores bene viuendi exemplar ſunt.*
4. *Epiſcopus non tenetur ad reſidendum in Eccleſia ſua, ſi poſſit eſſe exemplar bene viuendi.*
5. *Prælati ſunt paſtores ouium Chriſti.*
6. *Paſtoribus ſancti Iacob ſchema proponitur.*
7. *Chriſti interrogatio ad Petrum.*
8. *Otto Epiſcopus reprehenditur.*
9. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.*
10. *A Paſtoribus greges paſcuntur.*
11. *Concilij Tridentini definitio de Paſtorum reſidentia.*
12. *Paſtores non implent officium greges deſerendo.*

1 PASTORES omnes † obligari ad reſidendum in locis, ſiue ex ſtatuto Eccleſiæ (quæ diuiſit Parochias & Epiſcopatus) ſtricto iure diuino adeo mihi certum eſt quod contrarium improbabile & temerarium exiſtimem, quod Sacra Pagina ſatis apertè inſinuat & Concilia œcumenica determinant Eccleſiaſtici. 7. *numero vigeſimo-quarto. Pecora tibi ſunt attende illis*, Græce . . . *Epiſcopus ſto illis*, inſpice, intende, viſita, cura illas non credas eas per omnia ſeruis, ſed tu ipſe ea quandoque viſitat, an debitè tractentur quæ de Paſtorum cura ratione reſidentiæ reſpectu gregis intelligunt expoſitores vt Prouer. *cap. 27. numero 25. & 26. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera, non enim habebis iugiter poteſtatem, ſed corona tribuetur in generationem, & generationem*, ad quæ verba ſapienter Ianſenius. *Hæc doctrina † pertinet ad Doctores populorum, tum Eccleſiaſticos, tum ſeculares, quos Scriptura ſæpius Paſtores vocat, monenturque omnes diligentem habere curam gregis ſibi commiſſi, ita vt diligenter ſtudeant & ſuas oues agnoſcere, & earum qualitatem, mores atque vitam, idque per ſeipſos præſtent non per mercenarios, vt vnicuique pro eius neceſſitate & exigentia prouideant. Ad quod faciendum duplici eos ratione accendit, primum quia non habebunt ſemper poteſtatem eam; qua in populo Dei funguntur, qua per mortem eis eripietur, vel non ſemper habebunt poteſtatem curandi oues Chriſti ſibi commiſſas, & proinde id faciendum eſt, dum tempus habent operandi bonum. Secundò quia ſibi gregem Chriſti curauerunt gloriæ corona tribuetur eis in æternum, iuxta illud Petri ad paſtores: Cum apparuerit Princeps paſtorum percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.* Quem ſenſum amplectuntur fere eiſdem verbis, gloſſa ordinaria, & Lyra *ibi*. 2

Et egregiè Sanctus Thomas, *in cap. 5. epiſtola prima Petri num. 4. Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei prouidentes non coactè ſed ſpontaneè ſecundum Deum, ſed forma facti gregis ex animo, in qua ſic Sanctus Doctor. vt Sitis † exemplar bene viuendi, vt per vos alij informentur ad ſcientiam, & honeſtam conuerſationem, forma, inquam, non ſubſtantialis ſed accidentalis quæ ſeparata à ſubſtantiá nihil valet, ſic Prælatus ſeparatus à grege nihil valet. Vndè Idolum dicitur.* Zachar. *capite 5. numero 12. O Paſtor & Idolum derelinquens gregem. Item forma ad cuius aſpectum informentur alij, & concipiant fœtus ſimiles ſicut ad aſpectus virgarum oues Iacob concipiebant, ſecundum colores, quos videbant*, & poſtquam Doctiſſimus Concilij Tridentini Theologus Bartholomæus de Carranza. *in tractatu illo mirabili de reſidentia, capite quinto.* locum iſtum Sancti Petri extricauit, ad propoſitum ſic fatur. *Nunc cuiuſcumque lectoris iudicio relinquo cauſam noſtram, ſi poſſunt hæc tria obſeruari per abſentem Paſtorem vel otioſum, ingenuè fateor † non teneri Epiſcopum ad reſidentiam in Eccleſia ſua ſi poteſt quis paſcere gregem & eſſe exemplar ſiue forma viuendi ſuis ouibus abſens, & aliud agens tutiſſimus degat vbi velit, ſi vero non poteſt vel relinquat munus vel ſubeat onus paſcendi oues ſuas è quibus ipſe paſcitur*, huc vſque ſapientiſſimus Pater & Magiſter. 3 4

Quæ omnia egregiè confirmat Sanctus Baſilius, *in regulis diffuſis, capite decimoquinto.* vbi ex ſacto diuino iure latè probat † Prælatos eſſe Paſtores ouium Chriſti, Medicos animarum, Parentes & Nutrices, Dei adiutores, Plantatores palmitum Dei, & ædificatores templi quæ omnia à iure diuino illis accreſcētia manifeſtè exigunt actualem per ſeipſos inter oues ſuas reſidentiam: legendi ſunt Auguſtinus, *libro decimo nono de ciuitate capite decimo nono.* Sanctus Gregorius, *prima part. pa-*
6 *ſtoral, capite ſeptimo.* vbi ſchema † Paſtoribus Sancti Iacob proponit, de quo Geneſ. 32. *numero* 39. quod ita intendebat & ſuperintendebat, ita aſſidebat & reſidebat, ita vigilabat & ſuperuigilabat, ſuper gregem ſuum, quod die, noctúque æſtu vrebatur & gelu, fugiebátque ſomnus ab oculis eius. Hæc autem reſidentia & vigilantia ex amore Chriſti procedit & ſuarum ouium, vnde Matthæi 20. *capite tert.*
7 † interrogat Chriſtus Petrum *diligis me*, vt illi intimet ouium & ouilis Chriſti reſidentiam dicendo *paſce oues meas*, vnde Bernardus, *ſermone ſecundo de reſurrectione.* Notat quod ter dicit Chriſtus Petro, paſce oues meas. *Paſce* (ait) *mente, paſce ore, paſce opere, paſce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione, & Epiſtola* 201. *Paſce verbo, paſce exemplo, paſce Sanctarum fructu orationum*, ex quo Apoſtolicus vir Pater Caniſius (vt refert Sacchimus, *libro tertio.* vitæ eius, dixit ad Ottonem Epiſcopum Auguſtanum & S. R. E. Cardinalem Romæ degentem. *Mal-*
8 *lem † te abſque hoc Epiſcopatu viuere, quam ſolo Epiſcopatus titulo gaudere & oues tam negligenter paſcere, quarum lana victitas. Alij ſpectent emolumenta & honores ego futurum cito iudicium, & reddenda accepta villicationis rationem & paratas pœnas malo diſpenſatori conſidero ac valde timeo.* Hæc ille.

Idem conſtat ex Ioann. *capite decimo numero vndecimo. Ego ſum Paſtor bonus. Bonus*
9 *† Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* quem locum latè explicat Auguſtinus. *Epiſtola* 118. *ad Honoratum.* de reſidentia Paſtorum cum grege ſuo, ita vt illis debeat aſſiſtere & eas paſcere, etiamſi vitam propriam mortis periculo exponat. Toletus *annotat. octaua & nona.* vnde Baſilius *oratione pro Sancto Mamante. Paſtores qui non reſident non ouibus ſed ſibi prodeſſe cupiunt.* de quibus dicit Auguſtinus, *tractat.* 46. *in Ioann.* Intelligitur illud Ezechielis 34. *Væ Paſtoribus Iſraël qui paſcebant ſe-*
10 *metipſos † nonne greges à Paſtoribus paſcuntur. & tractat.* 123. *Amor* (inquit) *in eo qui paſcit oues in tam magnum debet ſpiritualem creſcere ardorem, vt vincat etiam mortis naturalem timorem.*

Quibus doctrinis imbuti Patres in Concilio Tridentino in Spiritu Sancto legitimè congregati, loquentes de Paſtorum reſidentia, ſic decernunt. Comprehen-
dentes omnia fere † quæ in ſuperioribus 11
adduximus, *ſeſſio. vigeſima tertia cap. primo.* de reformatione. *Cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus quibus animarum cura commiſſa eſt oues ſuas agnoſcere, pro his Sacrificium offerre verbique diuini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere & in cætera munia Paſtoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab his præſtari & impleri poſſunt qui gregi ſuo non inuigilant nec aſſiſtunt, ſed mercenariorum more deſerunt: Sacro-Sancta Synodus eos admonet & hortatur; vt diuinorum præceptorum memores factique forma gregis in iudicio & veritate paſcant & regant.*

Eandem doctrinam tradiderat Sancta Synodus, *ſeſſio. 6. cap. 1. de reformatione*, vbi explicans ad Litteram illud Pauli præceptum. 2. *ad Thimoth.* 4. *numero* 5. *In omnibus labora miniſterium tuum imple* ſcilicet Epiſcopale ait. *Sicut Apoſtolus præcipit in omnibus laborent & miniſterium ſuum im-*
pleant. Implere autem † illud ſe nequaquam 12
poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo iudice requirendus cuſtodiæ minime incumbant, cum certiſſimum ſit non admitti Paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit & Paſtor neſcit. Hæc ibi. Negari ergo non poteſt iuxta Tridentini Concilij mentem dari præceptum diuinum, & Apoſtolicum de reſidentia, & aſſiſtentia, qua perſonaliter Paſtores inuigilent ſuper gregem ſuum.

RESOLVTIO VII.

Sententia Corduba exploditur.

SVMMARIVM.

1. *Paſtores perſonaliter non reſidentes mortaliter peccant, ex corduba, & num. 2. & 3.*

4. Cor

Digitized by Google

4. *Corduba ſententia reiicitur.*
5. *Quo iure quis obligatur ad finem, obligatur etiam ad medium.*
6. *Reſidentia perſonalis eſt medium neceſſarium ad implendum miniſterium Epiſcopale.*
7. *Paſtores qua ratione tenentur paſcere gregem præcepto diuino.*
8. *Contra ius diuinum eſt, quod Epiſcopus abſit à ſua diœceſi.*
9. *Obligatio reſidentiæ perſonalis deducitur à Trident. ex officio Paſtoris.*
10. *Reſidentia eſt de iure diuino proprio ad quam obligantur Paſtores ſub grauiſſimo mortali peccato.*
11. *Eccleſia nondum ſub anathemate decreuit reſidentiam perſonalem Paſtorum.*
12. *Huius ſententiæ multi DD. adducuntur.*

VERVM enim vero Corduba, *lib.* 1.
1 *quæſt.* 19. quamuis fateatur † eſſe mortale peccatum perſonaliter non reſidere Paſtores inuigilantes ſuper gregem ſuum, *id quod*(ait)*omnes fere Doctores vtriuſque iuris tenent*(quibus ego addo omnes fere Theologos duobus vel tribus hominibus non magni nominis exceptis) Cæterum addit, *quod hæc obligatio perſonalis reſidentiæ non eſt de iure diuino proprio & ſtrictè ſed largè ſumpto.* & probat ſequenti diſcurſu.

2 *Quia † ius diuinum propriè & ſtrictè ſumptum eſt quod in Sacra Scriptura expreſsè continetur, vel quod vt tale Eccleſia expreſsè decreuit vel ab ore Chriſti ſeu Apoſtolorum per antiquam traditionem & ſucceſſionem Eccleſiarum vniuerſalis tenet Eccleſia, vel quod in conſequentia neceſſaria & euidenti ex prædictis propoſitionibus fidei, vel ex altera de fide & ex altera euidenti infertur, vel quod communiter omnes Catholici Doctores ſemper vt tale tenuerunt ſine illius contradictione impunita. Ius autem diuinum largè ſumptum, eſt quod ex prædicto iure diuino propriè ſumpto infertur in conſequentia tan-
3 tum probabili, aut † quod bene infertur ex vna propoſitione iuris diuini propriè ſumpti ſimul, & ex altera quæ cum non ſit iuris diuini vel naturalis propriè ſumpti, tamen ſecluſo etiam humano iure quocumque rationabiliter negari non poteſt, vt hæc propoſitio, hoſtia quæ à Sacerdote eleuatur adoranda eſt, quæ, & eſt & dicitur ſapere fidem vt de his latius quæſt.* 17. *Nunc autem ad propoſitum prædicta Reſidentia perſonalis non habetur in Sacra Scriptura, neque per Eccleſiam vt de iure diuino expreſsè eſt decreta, neque ab ore Chriſti ſeu Apoſtolorum generaliter per Eccleſiam, neque euidenter in conſequentia neceſſaria deducta, neque ab Auctoribus Catholicis, vt talis dogmatizata, cum conſtet aliquos impunè oppoſitum opinari, neque per Eccleſiam talis opinio vt hæretica condemnata eſt, vt fatetur Beatus Thomas, quodlib.* 9. *art.* 15. *Igitur illa reſidentia non eſt neceſſaria iure diuino propriè, & ſtrictè ſumpto & per hominem indiſpenſabili.* hæc ille.

Sed hæc Cordubæ ſententia † hodie poſt 4
Concilium Tridentinum ſuſtineri nequit ſine ingenti temeritate, quod comprobo eodem argumento, quo Corduba ipſe probat eſſe de iure diuino *largè ſumpto* quod me quidem iudice manifeſtum & euidens eſt, quia iure diuino tenetur bonus Paſtor ſpiritualis ponere animam ſeu vitam ſuam pro ouibus ſuis & ante eas vadere (verbo doctrinæ & opere exemplari) illaſque paſcere Sacramentis & cibo ſpirituali prudentique gubernatione, & tandem eas cognoſcere, & vocare nominatim ſingulorum curam gerendo, hæc autem omnia per alium ſine perſonali reſidentia ſufficienter facere non poteſt regulariter, ergo eodem iure diuino illi neceſſaria eſt reſidentia perſonalis, quo & cura & officium paſtorale inſtitutum eſt. Conſequentia
probatur, quia quo iure † quis obligatur ad 5
finem, obligatur etiam ad medium, ſine quo finis ille obtineri non poteſt. Maior huius diſcurſus conſtat ex Ioan. 1. 10. *Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis* vbi loqui Chriſtum de bono Paſtore in generali, vt inde deducat ſe eſſe bonum Paſtorem qui animam ſuam erat poſiturus pro ouibus ſuis, ſentiunt omnes Patres, & expoſitores, quorum aliquos *ſuprà* dedi quibus adiungo Auguſtinum *libro de Paſtoribus, & ſermon. quinto, de verbis Domi.* Theophylactum, Eucumenium, & cæteros Patres Græcos.

Minor autem quoad primam partem de officiis & muneribus proprij Paſtoris latiſſimè & optimè probatur à Corduba qui videri poteſt, quoad ſecundum verò ego probo manifeſtè ex Tridentino, *ſeſſione ſexta, capite primo.* vbi relatis operibus quibus Paſtores debent paſcere gregem, & ſuper illum inuigilare, dicit: *& ſicut Apoſtolus præcipit in omnibus laborent & miniſterium ſuum impleant, implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more*
deſerant. Ergo † reſidentia perſonalis ex 6
Tridentino eſt medium neceſſarium ad implendum miniſterium Epiſcopale, & Apoſtoli præceptum, ergo ſicut eſt

de iure diuino ſtrictè ſumpto miniſterium paſtorale; implere etiam erit de iure diuino ſtricto reſidentia perſonalis, in qua euidenti conſequentia fundata eſt ſancta Synodus, dum *ſeſſione vigeſima tertia*, *capite primo* determinat *præcepto diuino mandatum eſſe omnibus quibus animarum cura commiſſa eſt*, *&c.* quæ omnia nequaquam ab his præſtari, & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, atque aſſiſtunt ſed mercenariorum more deſerunt. Sacroſancta Synodus eos admonet & hortatur, vt *diuinorum præceptorum memores factique forma gregis*, *&c.* vbi ponderandum maximè quod Concilium in principio capitis in ſingulari dicit
7 † Paſtores teneri, *præcepto diuino* ad paſcendum gregem illis operibus, quæ ibi enumerat prædicatione Sacramentorum adminiſtratione &c. & poſtquam ex hoc præcepto diuino infert aliud de reſidentia perſonali loquitur de præceptis diuinis in numero plurali; *diuinorum præceptorum memores.*

Quæ Concilij Tridentini auctoritas, quamuis ponatur in capitibus de reformatione, quæ in Gallia admiſſa non fuit,
8 ſicut & multa alia decreta † de bono Eccleſiæ regimine, tamen illatio quam facit Concilium ex vno præcepto diuino ad aliud de reſidentia cum ſit dogmatica ex Sacra Scriptura illata à nullo negari poteſt in tota Catholica Eccleſia, vnde magnus Athanaſius *in Epiſtola ad Imperatorem*, *& in Epiſtola ad Epiſcopum Apamea & in alia ad Epiſcopum Sardienſium.* Damaſus, *Epiſtola Decretali ad Epiſcopos Africanos.* Dicunt eſſe contra ius diuinum quod Epiſcopus abſit à ſua Diœceſi, in cuius confirmationem plura alia poſſemus adducere, quæ videri poſſunt in auctoribus citandis.

Nec fundamentum Cordubæ alicuius
9 eſt ponderis, vidimus enim, quòd † obligatio reſidentiæ perſonalis deducatur à Tridentino ex officio Paſtoris, & eius muneribus inſtitutis à iure diuino proprio & rigoroſo, & ſic eodem iure diuino eſt mandata tanquam medium neceſſarium ad implendum miniſterium Paſtoris, quare quamuis Concilium hanc reſidentiam perſonalem ex vi muneris Paſtoralis vt ex iure diuino collegerit, non tamen etiam deducimus ex iure diuino & ex ipſius Concilij determinatione, quod ſit medium neceſſarium ad munus Paſtorale rectè obeundum, & ſic rectè ſentientibus eſt euidens illatio, quod reſi-
10 dentia ſit † de iure diuino proprio ad quam obligantur Paſtores ſub grauiſſimo mortali peccato, niſi exiſtentibus cauſis rationabilibus quibus motus ſuperior non diſpenſat, ſed interpretatur ius diuinum hic & nunc non obligare, quia occurrit aliud præceptum ſtrictius cum quo non compatitur ius diuinum de reſidentia perſonali vt dicam *in ſequentib.* vel alia rationabilis cauſa vrgens, vt enodabo.

Eccleſia † tamen nondum ſub anathe- 11
mate decreuit reſidentiam perſonalem Paſtorum, non quia non ſit mandata ſub præcepto diuino proprio ab Apoſtolis & Patribus intimato, ſed ob rationes ſibi agnitas, & quia multi in anathema ex Paſtoribus inciderent cum magno Eccleſiæ ſcandalo, quamuis ſummi Pontifices ſub grauibus pœnis, & oſtentationibus reſidentiam perſonalem etiam Cardinalibus in ſuis Diœceſibus mandarint, præceperint intimarint agnoſcentes hanc eſſe obligationem iuris diuini, ſic Pius quartus *anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quarto ſub Kalen. Decembris*, Bulla quæ incipit, *In ſuprema*, & pro executione Concilij exiit alia bulla eiuſdem, *anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto die vndecima Maij* incipit *Motu proprio. & anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo*, *die decima tertia. Septembris*, edidit idem Pontifex aliam de eodem aſſumpto, incipit, *de Salute gregis Domini*, quam ad verbum refert Guaranta, *verbo Reſidentia*, *pagina mihi quadringenteſima quadrageſima ſexta.* quod fecerunt multi alij Pontifices, & nouiſſimè Vrbanus Octauus in bulla quæ incipit . . . . edita anno. . . .

Quare hanc ſententiam tenent ex Theologis Diuus Thomas, *ſecunda ſecundæ quæſtio.* 185. *articul. quinto.* vbi egregiè Dominus Caietanus, quos adduxi *Reſolut. prima & ſecunda.* Bannez *quæſtio.* 33. *articul. quinto.* Valentia *diſputatio. tertia quæſtio quarta punct. tertio.* Lorca *ſectio. tertia diſputatio* 28. *memb. ſecundo.* Chonînc. *diſputatio.* 25. *dub. ſeptimo. nu-* 12
mero 101. Suarez. *tomo quarto in tertiam partem diſputatio.* 44. *ſectio. quarta numero* 8. Leſſius, *libro ſecundo*, *cap.* 34. *dub.* 29. Layman. *libro ſecundo*, *tractat. tertio*, *cap. ſecundo*, *numer. tertio.* Vaſquez, *de Beneficiis cap.* 4. *dub.* 2. Azor *part. prima libro primo capit. vndecimo. quæſtio. prima. & part. ſecunda libro ſeptimo capit. tertio quæſtio. ſecunda.* Sotus *in quart. diſtinctio.* 18. *quæſtio quarta articul. ſecundo*, *& libro decimo de Iuſtitia & Iure quæſtio. tertia. articul. prima & ſecunda.* Bonaci. *tomo primo diſputatio. quinta punct. quinto. numero quarto.* &

& tom. 2. diſputatio. de charit. quæſtio. 3. punct. 4. numer. 5. verſ. hinc colligitur, Caſtro Palao, tom. 2. tract. 13. diſputatio. 5. puncto ſecundo, numer. 4. Toſtatus, ad caput decimum, Matthæus quæſtione 110. Ioannes Sanchez, ſelect. 47. numer. 8. Ludouicus de Torres, de iuſtitia & iure diſputatio. quadrageſima prima, à numero tertio dub. 3. Salas. de legibus diſputatio 15. ſectio. 2. numer. 28. Bellarminus, de officio Principis Chriſtiani, folio quinto. Syluius. 22. quæſtio. 185. articul. 5. quæſito 1. & 2. Reginaldus, in praxi lib. 30. tractat. 3. numer. quingenteſimo ſecundo. Molfeſius, tractat. 6. cap. 11. numer. 13. Sanchez, lib. 8. de Matrimonio, diſputatio. 6. numer. 5. & libro quarto. Summ. cap. 37. numer. 15. Sanctarellus, quæſtio. prima Variarum. Fillucius. tractatu 46. cap. 6. à numero vigeſimo. Laurentius Pyerinis, tomo primo de Prælato quæſtione prima capite ſeptimo num. 27. Philibert. March. de bello diuino part. 1. capite 2. num. 2. ex Iuris vtriuſque Doctoribus. Barboſa, de officio & poteſtate Epiſcopi allegat. 53. numer. 2. & de officio & poteſtate Parrochi, part. 2. cap. 19. & in collectaneis ad Tridentinum ſeſſione vigeſima tertia capite primo de reformatione, numero 3. & in Collecta. ad Decret, cap. quia nonnulli numero 4. de Clericis non reſidentibus & Iuris Eccleſiaſtici, lib. 1. cap. 11. numer. 91. & 92. Petrus de Salzedo, libro ſecundo de lege Politica, capit. 12. numer. 21. Salgado de Protectione Regia, part. 2. cap. 15. numero 12. Nieto in Catena iuris de clericis non reſidentibus, cap. 1. numer. 1. Boſius Clericus Bernabita, tom. 2. tit. 8. §. 12. Bottus de Synodo, part. 3. articul. 1. num. 150. Couarruu. lib. 3. variarum capite decimo-tertio. Zechius, de munere Epiſcopali, cap. 5. numer. 3. Poſſeuinus, de officio curati, cap. 1. numer. 1. Conradus, in Reſponſione Caſuum, quæſito 317. Comitolus libro primo Reſponſio. quæſtio. 59. Ceuallos quæſtio 587. Cenedus, ad Sextum Decreta. collect. 30. Moyſius Riccius, praxi fori Eccleſiaſtici Reſolutio. 393. numer. 5. Ioannes Ocon. in repetitio. cap. 1. de clericis non reſidentibus. Viualdus, in Candelabro in appendice nouæ impreſſio. capit. 9. numero 7. & 6. Griſaldus, In deciſio. Cathol verbo Epiſcopus. Tamburinus, de iure Abbatum, tom. 1. quæſito 2. Alphonſus Aluarez, in ſpeculo Iuris Pontificij, cap. 9. verſicul. de reſidentia. Rebuffus, in praxi titul. de diſpenſatio. in Reſidentia. Zerola in praxi verbo reſidentia, verbo Epiſcopus, & verbo Parrochus. Vega en el eſpejo de curas capite decimo ſeptimo. Friburgus, in Summa Confeſſorum libro primo, titulo ſeptimo, quæſtio. decima ſeptima. Ludouicus de San-Ioan. tomo primo tractat. de officio diuino difficultat. 1. idem docent Collectores declarationum Cardinalium Concilij Tridentin. ſeſſ. 6. capite primo, ſeſſio. vigeſima tertia, capite primo. vbi Bellarminus in obſeruatione doctrinæ, Littera A, Barboſa, in remiſſionibus. Manzilla in declarationibus. ex Summiſtis tenent omnes antiqui & moderni, Nauarrus, in Summa capite decimo quinto, numer. 121. Syluester, Armilla, Angelus, Tabiena. verbo Reſidentia. Vega. in Summa prima parte cap. 36. caſu 19. Petrus de Soto. Lectione quinta §. hoc ita conſtituto. Ledeſma. in Summa trata de los eſtados cap. 1. del Obiſpo concluſio. 14. Villalobos. part. 2. tract. 9. difficult. 18. numero primo. Rodriguez, part. 2. cap. 33. num. primo. Samuël Lumblinus, verbo Prælatus numero primo. Scobar. in Morali Theologia tractatu ſexto examine primo capite primo numero ſeptimo. Naldus, verbo reſidentia. vbi ad verbum adducit Bullam Pij quinti, in qua optima ratio ſubminiſtratur ad Reſolut. ſequentem vbi eam adduceam. Gauantus, verbo Epiſcopus numero decimo quinto, & decimo ſexto. Baſeus, in floribus Theologiæ practicæ verbo Reſidentia numero quarto, Cardinalis Toletus, libro quinto, capite quarto, numero primo. & Andreas Victorellus, in additio. Sa emendatus verbo reſidentia. His omnibus accedant grauiſſimi Doctores qui ſpeciales libros de reſidentia Paſtorum perſonali ſcripſere Antoninus Paganus, Franciſcus Torrenſis, Bartholomæus Carranza de Miranda, cuius laudes infra adducam ex Couarruuia non enim diſtinctus eſt Carranza & Miranda, vt falsò citat Barboſa de poteſtate Epiſcopali allegatione 53. qui ſpecialiter hoc probant ab auctoritate vtrius teſtamenti Conciliorum Pontificum rationibus ab abſurdis & inconuenientibus quæ ex non reſidentia perſonali ſequuntur & ſic concludunt eſſe iure diuino præceptam, quod ſine magna temeritate negari non poteſt, quibus adiunge Melchiorem Gallegum Hiſpalenſem, tract. de obligatione Parrochorum tempore peſtis diſputatio 1. à numero quadrageſimo ſexto. Rutilium Benzonium, in manuali Epiſcoporum tempore peſtis, quæſt. 1.

RESOLVTIO VIII.

Ad eandem obligat ius naturale.

SVMMARIVM.

1. *Ad reſidentiam an ius naturale obliget.*
2. *Reſidere perſonaliter non eſt ſecundum ſe indifferens.*
3. *Reſidentia an ſit perſonalis ſolutio proprij officij in proprio beneficio.*
4. *Clericus in duobus dicitur non reſidere.*
5. *Nicolai Papa ſententia.*
6. *Item Pij V.*
7. *Omnia iura naturalia quibus obligantur paſtores gregis dominici ad reſidentiam perſonalem adnumerantur, & n.8.9.10.*
11. *Paſtor quatenus paſtor ex vi ſui officij iure natura obligatur, ad quarendam vtilitatem ſuarum ouium.*
12. *Paſtor eſt propter oues, non oues propter paſtorem, & n.13.14.15.*

OMNES fere auctores quos ſupra dedi in hoc conueniunt id ſupponentes vt
1 indubitatum, † vt autem rectius intelligatur, ſupponenda eſt doctrina ſancti Thomæ, *quodlibeto nono articul.* 15. Vbi docet quaſdam eſſe actiones ita inſeparabiliter habentes deformitatem contra præcepta naturalia, quod nullo modo & in nullis circunſtantiis poſſunt bene fieri, vt adulterium fornicatio &c. quædam ſunt actiones quæ ſecundum ſe indifferenter ſe habent ad bonum & malum, vt leuare feſtucam, fricare barbam, & tandem aliæ ſunt actiones quæ abſolutè conſideratæ deformitatem vel inordinationem quamdam important, quæ tamen aliquibus circumſtantiis aduenientibus bonæ efficiuntur, ſicut occidere hominem, vel percutere, ſecundum ſe deformitatem vel inordinationem quandam important, ſed ſi addatur occidere malefactorem propter iuſtitiam vel percutere delinquentem cauſa diſciplinæ, non erit peccatum ſed virtuoſum.

2 Igitur † reſidere perſonaliter non eſt ſecundum ſe indifferens, vt demonſtratum eſt, *Reſolut. anteriori*, ſed eſt peccatum mortale ex genere ſuo non reſidere, cum ſit contra præceptum diuinum, & etiam naturale vt iam oſtendo; neque tamen miſſio reſidentiæ perſonalis eſt ita intrinſicè malum quod in nulla circumſtantia poſſit eſſe bonum; hoc enim aſſerere eſt error in fide, quia in aliquibus circunſtantiis de quibus infrà ſemper à tempore Apoſtolorum licitum fuit non reſidere perſonaliter. Igitur non reſidere pertinet ad tertium genus actionum, quæ ita ſunt intrinſecè malæ & contra naturale præceptum, quod aliquibus circumſtantiis aduenientibus, in quibus Pontifex aut Epiſcopus interpretatur non currere præceptum naturale de reſidentia perſonali, non tenetur quis perſonaliter reſidere, imò aliquando laudabiliter & cum merito non reſidet.

Hoc ergo modo aſſero quod reſidentia perſonalis Paſtorum habentium actualem curam animarum, obligat ex præcepto naturali, quod vt dixi defendunt omnes Auctores adducti, quibus addo Gofredum relatum à Syluestro. verbo *Reſidentia ante numer.* 1. qui dicit quod reſidentia importat ex nomine ſuo iugum & pene continuam ſeſſionem quaſi iterata ſeſſio, vnde † reſi- 3
dentia eſt perſonalis ſolutio proprij officij in proprio beneficio, vnde reſidere in Eccleſia eſt in ea ſeruire beneficio & eius curam perſonaliter habere, *capite conquarente de clericis non reſidentibus.* Vnde ex duobus dicitur clericus non reſidere, primò ſi perſonaliter non reſideat, † ſecundò ſi 4
perſonaliter quidem reſidet, ſed non deſeruit beneficio, nec Eccleſiæ curam habet, quia vt ait Hoſtienſis, *Parum erit præſentiam exhibere, & Eccleſiæ propriæ curam negligere*, quam doctrinam approbant præter citatos Sanctus Antoninus. 3. *part. tit.* 15. *cap.* 2. §. 18. Durantus, *de ritibus, libro tertio cap.* 22. *num.* 8. quare perſonalis reſidentia debet exerceri, & non otioſa, erga gregem exiſtere, vt dicit Garzia, *part.* 2. *de benefic. cap.* 2. *numer.* 52. Graffis, *lib.* 2. *Deciſio. cap.* 97. & declarauit Sacra Congregatio Trident. *ſuper cap.* 1. *ſeſſio.* 23. *de reformatione quam adducunt*, Garzia, Bellarminus, Barboſa *ibidem*. & Zerola, verbo *Parrochus*, §. 4.

Probatur igitur reſolutio noſtra ex Liberio Papa. *Epiſtola ſecunda ad omnes Epiſcopos*, quorum plures propter malorum infeſtationes greges ouium ſuarum relinquebant, ad quos ſic loquitur. *Attendite vobis & omni gregi in quo Spiritus Sanctus conſtituit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vt non ſit qui vos decipiat aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, vt plebes vobis commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & vt. vos ſolummodo ſaluetis, & filios orfanos relinquatis.* & Nicolaus Papa. *Epiſtola ad Albinum Iannuenſem Archiepiſcop.* ſic fatur *Epiſcopos † qui Dominici gregis ſuſceperunt curam atque ſolicitudinem ab adminiſtratione* 5

tione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamen eorum ſalubriter augeatur & tripliciter fructus. Ecce vbi ex vi officij & miniſterij Paſtoris & curam habentis gregis Dominici, & colligunt ſummi Pontifices perſonalem reſidentiam Epiſcoporum, & iure naturali obligantur ad illam ſemel aſſumpti in parte ſolicitudinis ad Epiſcopatum.

6 Deinde † Pius Quintus *Bulla ſpeciali quæ*
64. in ordine eſt edita anno 1567. intimans & præcipiens perſonalem reſidentiam omnibus Eccleſiæ Paſtoribus, vt decreta Concilij ad felicem executionem reducantur, ſic Beatus Pontifex fatur, *ſanè licet in Concilio præfato ſaluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes & ſinguli venerabiles fratres noſtri Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi & Epiſcopi & alij Beneficiati apud Eccleſias ſponſas ſuas reſidere teneantur, nonnulli tamen (quod non ſine animi noſtri mœrore referimus) adeo ſui, gregúmque, quos olim deperditos Saluator noſter proprio ſanguine redimere dignatus eſt ſibi creditorum obliti ſunt, vt etiam nunc in alma vrbe vel alibi commorantes, & ſacroſancta ſpiritualis matrimonij inter eos ſuaſque Eccleſias ſolemniter contract. confundentes ſponſas ſuas in longa quaſi viduitate relictas, ac prædictas Eccleſias quomodocumque ſibi conceſſas inuiſere, & apud illas vt probos & prouidos Patresfamilias decet, reſidere non curent in perditionem animarum ſuarum & ſubditorum ſuorum ac pernicioſum exemplum & ſcandalum plurimorum &c.*

Quibus verbis ſummus Pontifex † omnia iura naturalia, quibus obligantur Paſtores gregis Dominici ad reſidentiam perſo-
7 nalem adnumerauit. Primum eſt ius matrimonij ſolemniter contracti, quo ex iure naturali tenetur ſponſus perſonaliter reſidere cum ſua Eccleſia, vt quos Deus coniunxit homo non ſeparet, quis enim dubitare ex catholicis poteſt, quod iure naturæ obligatur coniux reſidere cum ſua coniuge *propter hanc enim relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ.* ſic etiam Euariſtus Papa. *epiſtola ſecunda de Epiſcopis eiectis.* Calixtus, *epiſtola ſecũda ad omnes Epiſcopos Galliarum.* Innocent. III. *in capite inter corpora-*
8 *lia de tranſlatione Epiſcoporum.* Secundum eſt prouidi Patrisfamilias quales ſunt Epiſcopi reſpectu ſuarum ouium, & Eccleſiarum, ſic enim nuncupantur. *cap. quorum vita 68. diſtinct.* vbi Vrbanus ſecundus id probat ex Auguſtino *in pſalm. quadrageſimo quarto ad illa verba. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij* & Gloſ. ibi, verbo *Illos*, at iure naturæ paterfamilias ad reſidendum perſonaliter obligatur ad familiam regendam & gubernan-
9 dam. Tertium eſt ius naturale quo quis obligatur nõ dare malum exemplum & ſcandalum, quod ſequitur ex non reſidentia
perſonali Prælatorum. Quartum quo quis 10
tenetur euitare perditionem ſpiritualem ſuarum ouium, quæ vitari valde eſt difficile ſine reſidentia perſonali, vt docet Tridentinum. *ſeſſione ſexta cap. 1.* & *ſeſſione vigeſima tertia cap. 1.*

Vltimò probatur hoc manifeſto diſcurſu,
quia † Paſtor ex vi ſui officij quatenus Pa- 11
ſtor ex iure naturæ obligatur ad quærendam vtilitatem, profectum & incrementum ouium ſuarum, ſpreta omni propria commoditate temporali, omni luxu & augmento diuitiarum, vt aut Tridentin. *ſeſſione vigeſima quinta cap. 1. de reformatio. qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt quæ ſua ſunt partes agnoſcant, ac ſe non ad propria commoda non ad diuitias, non ad luxum, ſed ad labores, & ſolicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant.* Vnde iure naturæ ordo eſt præce-
ptus, quod † Paſtor ſit propter oues, non 12
oues propter Paſtorem, quod vel Philoſophi lumine naturali ſolum ducti agnouerunt Ariſtoteles *lib. 3. Politic cap. 5. & cap. 10. & lib. 8. ethic. cap. 10. Tyrannus ſuam, Rex ſubditorum vtilitatem ſpectat. & lib. 5. cap. 10. idcirco (dominans ſecundum rationem) alteri laborat.* Plato. *Libro primo de Republica vltra mediũ. Neque alius vſus in aliquo Principatu & facultate imperãs, quod ſibi conferat cogitat aut præcipit, ſed quod ſubiicitur conducat, & quæ dicit quæ facit cuncta ad illius vtilitatem decorémque facit. & libro de Regno vltra medium. Qua ratione vir ſapient bonúſque gubernauit ſemper ita ad ſalutem ſubditorum reſpiciens, vt ad nautarum nauiſque ſalutem reſpicit gubernator.* Legatur Cicero, *Libro primo de officiis.* Plutarchus *ad Princip. in erudit.* Sthobeus. *Sermone quadrageſimo quarto. ex Euſebio Principem non ob quæſtum priuatum, ſed ad ſalutem cuſtodiámque ſubditorum omnia facere oportet.* Lipſius. *lib. 1 polit. exemp. cap. 7.* Ribadeneira. *Libro ſecundo de Princip. cap. 9. & 10.* nihilque eſt magis tritum axioma apud politicos, tam veteres, quam modernos, quod poſuit ſanctus Thomas *Libro tertio de regimine Principum cap. 11. Regnum non eſt propter Regem, ſed Rex propter regnum, quia ad hoc Deus prouidit de eis, vt regnum regant & gubernent*, & egregiè Syneſius, *de Regno ſtatim à principio. Verũ qui id in vita ratione ſequitur, quod ſubditis commodum videtur qui laborem & moleſtiam perferre vult ne quid illis moleſtum ſit, qui pro illis periclitatur, vt in pace & ſecuritate dedant, quique vigilare & in maximo concurſu ſolicitudinum verſari ſuſtinet, vt noctu, & interdiu ſubditi malis omnibus vacent. Hic in genere quidem ouium Paſtor, in hominum vero genere Rex eſt:* hæc ille & ſatis pulchrè & ad rem aptè.

Quam doctrinam politico-ciuilem ad po-

litico-Eccleſiaſticam egregiè tranſtulit Auguſtinus *Libro de Paſtoribus cap.* 1. qui habetur *tomo nono* vbi de Epiſcopis loquens, ſic
13 fatur.† *Nos enim quos in iſto loco de quo periculoſa redditur ratio Dominus ſecundum dignationem ſuam non ſecundum meritum noſtrum conſtituit, habemus duo quadam, vnum quod Chriſtiani ſumus, alterum quod Præpoſiti ſumus, illud quod chriſtiani ſumus propter nos eſt, quod autem præpoſiti ſumus propter vos eſt, in eo quod chriſtiani ſumus attenditur vtilitas noſtra, in eo quod Præpoſiti ſumus non niſi veſtra.* hæc ibi legendi ſunt Patres, Nazianzenus *oratio.* 1. *& oratio. de fuga ſua in Pontum* qui elegantiſſimè ad rem de qua agimus diſcurrit *oratione ſexta* Chryſoſtomus *homil.* 2. *in Epiſtola ad Theſſalon. & homilia prima epiſtola ad Titum.* Peluſiota *Libro primo epiſtola* 149. & perpulchrè Syneſius *epiſtola* 105. ſic fatur, *mihi ipſi & Deus ipſe, & lex & ſacra Theophili manus vxorem dedit* (ſcilicet Eccleſiam Cirenenſem) *Quare hoc omnibus prædico ac teſtor neque me ab ea prorſus ſeiungi velle, neque adulteri inſtar cum ea clanculum conſueſcere alterum enim nequaquam pium eſt, alterum illicitum.*

14 Si ergo ordo naturalis exigit,†vt paſtor ſit propter oues non è contra, oues propter Paſtorem, neceſſariò aſſerendum eſt teneri præcepto naturali ad reſidentiam perſonalem ſecundum quam vt ait Nazianzenus. *oratio.* 6. *dicat omnibus, Quæ paſcua petenda, qui fontes adeundi, ac rurſus quæ paſcua vitanda, qui latices, quæ oues baculo gerendæ, quæ fiſtula, quo tempore ad paſcua ducendus grex, & quo rurſus à paſcuis reuocandus, quomodo bellum lupis inferendum, quomodo non laceſſendi Paſtores hac præſertim poteſtate, quæ ſtultè ſe geſſerunt, atque oues Paſcua diſperſerunt; quomodo quod infirmum eſt roborabo, quod lapſum eſt erigam, quod oberrat in viam reducam, quod periit conquiram, quod integris viribus eſt conſeruabo, quo inquam modo hæc addiſcam, atque ita vt recta Paſtoralis artis veſtraque ratio poſtulat cuſtodiam, ac non quod ſcelerati Paſtoris eſt lac comedam & lana induar & pinguiſſima quæque iugulem ac vendam reliqua vero beſtiis & præcipitiis relinquam meipſum paſcens non gregem.*

15 Et ſanctus Iſidorus Peluſiota, † *l.* 1. *epiſtola* 149. *ex ipſo nomine quod ipſius muneris atque officy ſit perſpectum habere debet cum enim inuiſibilium & occultarum ferarum impetus Eccleſiæ ignauias, Monachorum negligentias, iniquorum hominum improbitatem, viduarum calamitates, pupillorum egeſtates, altaris ſuſpiciones, Diaconorum morbos, iuuenum flagitia, ſenum mala conſilia ſpeculari debet, atque omni ex parte oculum eſſe omnia proſpicientem nequicquam negligentem, quorum ſi quid per iniuriam prætermittatur, non ipſe ſolus plectitur, ſed cum ipſo vniuerſa perſæpe Eccleſia.*

Quæ omnia quæ ad munus & Officium Paſtoris ex ipſa nominis notione pertinet ſine perſonali reſidentia adimplere non poſſunt, neque executioni mandari, atque ita ex præcepto & iure naturali tenentur Epiſcopi & Paſtores perſonaliter in ſuis Eccleſiis reſidere.

RESOLVTIO IX.

Catharinus, Campanella & Andreas Gerunda eneruantur.

SVMMARIVM.

1. *Paſtor in conſcientia excuſatur à peccato non reſidens, ſi prouidit ſuis impenſis, quòd Eccleſia decenter & populus bene regatur, ex Albino & Vlderico.*
2. *Eccleſiarum partitiones & Epiſcopatuum iuriſdictiones, & ouium paſcua non à Chriſto facta ſunt, ſed à ſummis Pontificibus iure & prudentia humana.*
3. *Dionyſius primus paracias, ſed non Diœceſes Epiſcopatuum diuiſit. & n.* 4.
5. *Epiſcopi immediatè accipiunt poteſtatem non à Deo, ſed à ſummo Pontifice, ex Vaſquez.*
6. *Dominus ouium poteſt cedere iuri ſuo; & ſic cum Paſtore diſpenſare, vt velit ei concedere, quòd abſit à cuſtodia perſonali gregis.*
7. *Epiſcopus licet poteſtatem iuriſdictionis in oues immediatè accipiat à Pontifice, tamen dignitas Epiſcopalis immediatè eſt inſtituta à Chriſto Domino.*
8. *Epiſcopo alicui ſemel aſſignato ouium grege, ex iure naturali ſequitur obligatio ad reſidentiam perſonalem.*
9. *Epiſcopi non accipiunt à ſummo Pontifice poteſtatem regendi gregem, ſed immediatè à Deo.*
10. *Epiſcopis quæ poteſtas conueniat.*
11. *Sacerdos accipit poteſtatem actiuam dimittendi peccata, quam illi non tribuit Epiſcopus, dum dat facultatem confitendi in ſua Diœceſi.*
12. *Reſidentia quæ eſt de iure diuino eſt propria paſſio quæ ſequitur iuriſdictionem actiuam à Chriſto Domino inſtitutam.*
13. *Epiſcopi titulares obligantur ad reſidendum ex natura rei, & iure diuino.*
14. *Pontifex poteſt ex plenitudine poteſtatis auferre ab aliquo Epiſcopo obligationem reſidendi.*
15. *Et hæc reſidentia poteſt dici de iure humano.*

16. Summus

Digitized by Google

16. *Summus Pontifex concedit quòd beneficia curata maneant perpetuò vnita, & connexa alicui dignitati.*
17. *Pontifex non poteſt vnire Epiſcopatum alicui Cardinalatui, & conſtituere vicarium perpetuum aliquem Epiſcopum titularem.*
18. *Reſidentiæ perſonalis finis eſt vtilitas ouium & recta ipſarum gubernatio.*
19. *Legis obligatio non ceſſat, quando finis & ratio adæquata legis ceſſat.*
20. *Amor proprij Paſtoris vix ſuppleri poteſt.*
21. *In præceptis naturalibus & diuinis ceſſante in particulari motiuo & ratione adæquata, ceſſat obligatio reſpectu illius particulari.*
22. *Attritio cognita ſimul cum ſacramento ſufficit ad iuſtificationem & reconciliationem cum Deo.*
23. *Sacramentum pœnitentiæ ex attrito facit contritum.*
24. *Epiſcopus qui ſubſtitutum conſtituit, an ratione tituli & dignitatis poſſit fructus percipere.*
25. *Epiſcopus an ſit ſufficiens ad regendum gregem ſuum adiutum miniſtris prudentibus & doctis.*
26. *Si odium inter Epiſcopum & plebem ſit quid agendum.*
27. *Qui reſidentiam eſſe de iure diuino negarint.*
28. *Reſidendi radix iure diuino an oriatur.*
29. *Pontifex aliquando diſpenſat in reſidentia perſonali Epiſcoporum.*
30. *Pontifex non obligat ad reſidendum perſonaliter.*
31. *In voto duplex eſt obligatio.*
32. *Sancti Thomæ Doctrina.*
33. *Qui vouit an ſibi imperet.*
34. *Semel voto emiſſo à quo pendeat eius obligatio.*
35. *In quantum ſuperior dicatur in voto diſpenſare,*
36. *Pontifex poteſt diſpenſare in matrimonio ratio, ex Sanchez, & ab omnibus, in reſidentia Epiſcoporum.*
37. *Pontifex verè & propriè diſpenſare poteſt ex iuſta cauſa & honeſta in reſidentia perſonali paſtorum animarum, licet hæc ſit de iure diuino & naturali.*
38. *Diui Thomæ ſententia affertur.*
39. *Declarationis & interpretationis voti, & diſpenſationis diſcrimen.*
40. *Diſcriminis ratio.*
41. *Inter præcepta diuina & naturalia quantum intercedat diſcriminis.*
42. *Quædam patiuntur interpretationem & declarationem. & n. 43.*
44. *Pontifex in præceptis diuinis & naturalibus poteſt diſpenſare auferendo obligationem ex iuſta cauſa motus.*
45. *Per diſpenſationem aufertur matrimonij ſpiritualis & corporalis obligatio.*
46. *Præceptum ſuperius eſt omni poteſtate humana.*
47. *Votum aliquando in aliquo caſu eſt vel ſimpliciter malum vel maioris boni impeditiuum, ex D. Thoma.*
48. *Homo ex iure naturali ex præcepto diuino tenetur obedire ſuperiorum legi & mandato ex eodem S. Thoma. & n. 49.*
50. *Ab humana deliberatione obligatio quædam ſpecialis oritur, ſupra quam cadit obligatio præcepti diuini & naturalis.*
51. *Quomodo Pontifex diſpenſet in reſidentia perſonali paſtorum ſupra gregem ſuum.*
52. *A Poteſtate humana ſummi Pontificis oritur quod Epiſcopus habeat oues ſuas & & gregem paſcat & gubernet.*
53. *Epiſcopus poteſt auferre à confeſſore quod non confiteatur oues.*
54. *Legiſlator humanus poteſt diſpenſare in lege humana, & huius obligatio dicitur humana.*
55. *Epiſcopus quo iure obligationem habet paſcendi gregem & n. 56. & 57.*

NON teneri Paſtores aliquo ex dictis præceptis ad perſonalem reſidentiam in ſuis diœceſibus & Eccleſiis ſenſerunt ex Theologis Ambroſius Catherinus *in ſpeciali tractatu de hac materia*, contra Dominicum de Soto, eandem ſententiam in alio ſimili tractatu quidam Campanella quem refert Barboſa *vbi ſupra de poteſtate Epiſcopi* & ex Iuriſtis duo ſunt dumtaxat qui huic ſententiæ adhæſerunt Albinus *tractatu de reſidentia* & Vldericus citatus à Syluestro: *verbo Reſidentia quæſtione ſecunda numero ſecundo*, qui dicebat quod † in conſcientia excuſatur 1
à peccato non reſidens, ſi prouidit ſui impenſis, quòd Eccleſia decenter & populus bene regatur, & ibi bene viuens bonum ſubditis præbet exemplum, & aliquando officium per ſe exercet, & vidit quomodo officiantur ſubditi: ſed Sylueſter hunc authorem & explicat & repugnat dicens. *Sed hoc intelligo ſolum, quando pro cauſa neceſſaria vel vtili Eccleſiæ eſt abſens. leg. de pollicitationibus D. eodem leg. ſi abſente D. de leg. vel etiam ſecundum Ludouicum de Rom. quando pro cauſa neceſſaria vel vtili ſibi vt vadat ad balnea leg. ſi abſente leg. de pollicitationibus citatis, aliàs non quia Eccleſiæ ſiue populi non ſunt propter rectores, ſed è contrario ſecundum Diuum Thomam.* Hactenus Sylueſter quare pro ſententia negatiua ſolum ſunt tres auctores quibus tria ex curia dicenda iam promulgata damnatione ſententiæ quam magno ſuo malo petulanter ſunt locuti. His tribus auctoribus acceſſit nouus diſputator Andreas Gerunda Theologus Societatis, qui in ſuo

ſuo Epiſcopo. *lib. 2. diſp. 1. cap. 4. num. 12.* qui auſus eſt affirmare reſidentiam Epiſcopi eſſe ſolũ de iure humano in quo diſpenſatur, ſed ad hanc exitioſam nouitatem nihil de nouo adducit, ſed refricat argumenta antiquorum, quare his diſſolutis, Gerunda ruit & eneruatur.

Igitur iſti nebulatores plura obtrudunt ad obnubilandam veritatem aſſertam. Primum quia Epiſcopi & Paſtores animarum inferiores Papa accipiunt paſtoritiam poteſtatem non immediatè à Deo, ſed à Pontifice ipſo, cui Chriſtus ſupremam conceſſit, & vniuerſalem iuriſdictionem in omnes oues intra oues Eccleſiæ concluſas, vt illam diſtribuendo accipiendo alias in partem ſollicitudinis eis communicaret: ergo licet obligatio reſidendi inſit Papæ à iure diuino, & Chriſti imperio, tamen inferiores Prælati non à iure diuino immediatè ſed immediatè à
2 Pontifice participant, vnde † Eccleſiarum partitiones & Epiſcopatuum Iuriſdictiones, & ouium paſcua non à Chriſto facta ſunt & determinata, ſed à ſummis Pontificibus iure & prudentia humana, vnde à Dionyſio. 1. factæ ſunt Diœceſes & Paræciæ diſtinctæ, & vnicuique gregi proprij aſſignati ſunt Paſtores, & inferiorum Eccleſiarum Rectores.

Sed quamuis Dionyſius fuerit primus qui Paræcias deuiſit ſed non Diœceſes Epiſco-
3 patuum † vt ipſemet dicit *epiſtola ſecunda ad Seuerum Epiſcopum* relatus *l. Eccleſiaſt. 13. quæſtio. 1.* & notat ibi gloſſa *verbo diuiſimus*, Diuiſiones enim Epiſcopatuum, & ſedium, Primatuum & Patriarcharum multò ante Chriſti tempora factæ ſunt. *cap. vrbes ex Lucio 2. 8. diſtinctio.* at Anacletus Papa *epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Italiæ. Prouincia multò ante Chriſti aduentum tempore diuiſa ſunt, & poſtea ab Apoſtolis & Beato Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata &c.* Quare ipſe Beatus Clemens *epiſtola prima ad Iacobum* id præſtitit, quamuis affirmet quod
4 Beatus Petrus præcepit in illis ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum atque primi legis Doctores erant, Epiſcoporum Primates poni, hæc dixerim digreſſiuè contra Barboſam *de poteſtate Epiſcopi tit. 1. cap. 7. n. 7.*

Huic Argumento Reſpondet Vaſquez *vbi ſuprà num. 128.* quod quamuis Epiſcopi
5 immediatè accipiant poteſtatem non à Deo, ſed à Pontifice, tamen ex naturâ rei & iure ipſo naturæ docente ſequitur, quod teneantur officio fungi media perſonali reſidentia: ex officio enim accepto cum ſtipendio naturalis ſequitur obligatio munus exequendi fideliter, nam quomodo ille qui paſtor eſt, & ſtipendio, & ſudore ouium viuit, ſi non vult in illis officium Paſtoris exercere? nam ſtipendium & ius ad fructus ouium percipiendos datur propter officium Paſtoris, eſt enim quaſi quidam contractus inter Dominum ouium, & ipſum Paſtorem, quare etſi † Dominus ouium 6
poſſit cedere iuri ſuo & ſic cum Paſtore diſpenſare vt vellet ei concedere, quod abſit à cuſtodia perſonali gregis, hæc autem non poſſet Oeconomus & diſpenſator, & adminiſtrator, ſi Paſtorem ad oues Domini paſcendas conduxiſſet ſine cauſa rationabili præſumpta voluntate Domini, & ſic ſummus Pontifex non poteſt tollere obligationem ſemel electi in Epiſcopum niſi rationabili ex cauſa.

Cuius ratio eſt quia licet † Epiſcopus 7
poteſtatem iuriſdictionis in has oues immediatè accipiat à Pontifice, tamen dignitas Epiſcopalis immediatè eſt inſtituta à Chriſto Domino, vt ait Paulus *ad Epheſios 4. num. 6. & 1. ad Corinthios cap. 2. n. 9. & Actorum cap. 20. num. 21. poſuit vos Spiritus Sanctus regere Eccleſiam Dei* ſicut & regimen Monarchicum Eccleſiæ qui nullatenus mutari poteſt, vt latè Bellarminus *libro quarto de ſummo Pontifice capit. vigeſimo quinto* Couaruuias *ad Regulam Peccatum p. 2. §. 9. nu. 6.* quare † ſemel aſſignato ouium grege alicui 8
Epiſcopo (licet Pontifex poſſit illum coarctare, minuere, augere, mutare, imò & in totum illum auferre, vt ipſi viſum fuerit regimini vniuerſalis Eccleſiæ conuenire, vt ex Bernardo, *epiſtola 131. ad Mediolanenſes* docet, & probat Bellarminus *vbi ſuprà cap. 24.*) ex iure naturali ſequitur obligatio ad reſidentiam perſonalem ſuper gregem ſuum.

Sed quamuis hæc ſolutio abundè ſatisfaciat argumento facto mihi magis arridet alia quam ſubiicio, exiſtimo enim † Epiſco- 9
pos non accipere à ſummo Pontifice poteſtatem regendi gregem, ſed eam immediatè accipere à Chriſto Domino, quia vt eſt res certa omninò inſtituit Epiſcopatũ ſicut inſtituit ſacerdotium; Epiſcopus autem & Sacerdos non ſolum differunt poteſtate ordinis, ſed etiam iuriſdictionis (quidquid in contrarium ſenſerit Medina *libro primo de ſacrorum hominum contin. cap. 6.*) non quidem in foro animæ in hac quidem Iuriſdictione conueniunt, cum vterque æque abſoluat à peccatis ſed poteſtate iuriſdictionis ex foro externo, quantum attinet ad excommunicandum, reſeruandum caſus & alia iudicia attinentia ad gubernationem politicam Eccleſiaſticam, hæc † autem po- 10
teſtas conuenit Epiſcopis ex vi inſtitutionis Chriſti, & iure diuino, ex quo vt *ſuprà* oſtendi, habent quod ſint Paſtores & per conſequens Iudices ouium quas paſtoritia poteſtate gubernant, quare à iure diuino,

&

& non à Papa habent poteſtatem actiuam Iuriſdictionis, vt autem hæc poteſtas actiua exerceatur Pontifex confert materiam, ſcilicet gregem huius vel illius ciuitatis, ſicut ignis ex ſuâ naturâ habet vim actiuam comburendi, at applicatio combuſtibilium non ab igne, ſed ab extrinſeco applicante pro-
11 uenit, ſic etiam † Sacerdos accipit poteſtatem actiuam dimittendi peccata, quam illi non tribuit Epiſcopus dum dat facultatem confitendi in ſua Diœceſi; ſed ſolum applicat ſuas oues illi poteſtati actiuæ quam habet ex vi ordinis & iure diuino, quare ſolum in virtute clauium ſibi à Chriſto conceſſarum abſoluit, non vero poteſtate ab Epiſcopo conceſſa, iſte enim non dat poteſtatem abſoluendi, quæ eſt iuriſdictio actiua & habetur à iure diuino, ſed ſolum quod hæc poteſtas exerceatur circa ſuas oues. Sic Pontifex non confert Epiſcopo poteſtatem actiuam Iuriſdictioni Paſtoritiæ, ſed ſolum circa quæ exerceretur ſcilicet oues gregis vniuerſalis, quas ſummus Pontifex diuiſit in Diœceſes & has commiſit Epiſcopis, ſicut iſti in ſuis ciuitatibus diuiſerunt Parochias, modo ad argumentum dico, quòd
12 † reſidentia quæ eſt de iure diuino eſt propria paſſio, quæ ſequitur Iuriſdictionem actiuam à Chriſto Domino inſtitutam, qua inſtituta illa neceſſariò & infallibiliter ſequitur, ſicut riſibilitas ad hominem, quamuis vt hæc Reſidentias exerat vires obligandi iure diuino requiratur, quod Pontifex conferat oues quas paſcat Epiſcopus, ſi enim Pontifex confert oues, vt eas cōſeruet, non poteſt niſi ex cauſis infrà ponendis interpretari ius diuinum obligans ad reſidentiam perſonalem cum poſita diuiſione Prouinciarum Epiſcopi illarum ex vi ſuæ ordinationis abſque aliqua lege humana aut præcepto Pontificio tenentur perſonali-
13 ter reſidere, ſicut † Epiſcopi titulares ſi ad ſuam ciuitatem captam ab inimicis admitterentur non erat neceſſarium decretum Papæ obligans ad reſidendum, ſed ex natura rei & iure diuino oritur obligatio reſidendi circa materiam aptam & gregem ſibi commiſſum iam reſtitutum.

14 Verum eſt quod † Pontifex poteſt ex plenitudine poteſtatis auferre ab aliquo Epiſpo obligationem reſidendi, quatenus ſi iudicat expedire ſupprimat aliquem Epiſcopatum vt vniat alteri, ſicut paſſim vnit vnam Parochiam alteri, tunc ſi ſuperueniat Epiſcopus non tenebitur reſidere quia oblatæ ſunt illi oues quas paſcat, & hoc modo
15 † reſidentia poteſt dici de iure humano, quia pendet ex lege Pontificia, tamen ſuppoſito quod Epiſcopus habeat oues deſignatas ex ouile Chriſti, non poteſt Pontifex ſine cauſa interpretari, quod ius diuinum de reſidentia perſonali non obliget.

Et hinc eſt, quòd *cap. extirpandæ de præbendis.* concedit † ſummus Pontifex quod 16 beneficia curata maneant perpetuo vnita & connexa alicui dignitati, modò adminiſtrentur beneficia illa per vicarium perpetuum qui non eſt mercenarius ſed verus Paſtor: hoc autem non eſt contra ius diuinum & naturale, vt bene aduertit Vaſquez *vbi ſupra n.* 128. ſed quod vni incumbat officium & obligatio miniſterij in beneficio & quod illud officium per conductitiū exequatur, ſic etiam dat Pontifex Abbatias Regulares in commendam Cardinalibus, & Principibus conſtituendo ſuperiores reſpectu Monachorum, qui ſunt illorum veri Paſtores quibus ineſt obligatio perſonalis reſidentiæ, ſed nunquid Pontifex poterit vnire Epiſcopatum alicui Cardinalatui & conſtituere vicarium perpetuum aliquem Epiſcopum titularem? Reſpondetur † quod non 17 video quod non poſſit argumento *ex cap. extirpandæ citato*, iſti tamen Epiſcopo titulari incumbet reſidentia perſonalis, & cetera munia Epiſcopalia.

Secundum quod obiiciunt eſt, quia contingere poteſt quod Epiſcopus per ſanctiorem, prudentiorem & doctiorem miniſtrum ſuppleat officium ſuum, in quo caſu id licitè poterit facere, cum finis † reſiden- 18 tiæ perſonalis ſit vtilitas ouium, & recta ipſarum gubernatio, quæ in aliquo caſu melius exequetur per ſubſtitutum doctiorem, & ſanctiorem ipſo Epiſcopo, & ſic non obligabitur tunc reſidere, quia ceſſante ratione adæquata legis ceſſat ipſius obligatio, vt multis citatis tenent Diana. *p.* 1. *tract.* 10. *Reſolutio.* 28. Granados *l.* 2. *controuerſ.* 7. *p.* 1. *tract.* 3. *diſputatio.* 15. *ſectio.* 2.

Reſpondet Vaſquez. *num.* 129. quod in his quæ ſunt iuris diuini, & naturalis non ex eo quod † finis & ratio adæquata legis 19 ceſſet, ceſſat, & legis obligatio. Licet enim ratio legis qua prohibetur fornicatio ceſſet in aliquo caſu particularis, non ceſſat obligatio non fornicandi, quare, quamuis in caſu argumēti ceſſet finis præcepti de reſidēdo perſonaliter nō tamē euaneſcit obligatio præcepti diuini, & naturalis. Pręſertim quod † amor proprij Paſtoris vix ſuppleri poteſt, 20 imo licet ſuppleatur illa ratio non ceſſat, qua quis tenetur reſidere, quia qui ſtipēdio fruitur laborare debet, nec iure aliquo ſtipendiū accipit, qui non laborat per ſe, ſi enim per alium laborat, ſufficit quod per alium viuat & comedat, ſtipendiumque ſeruienti tantum pro ſeruitio detur.

Cæterum hæc ſolutio mihi non placet. Primò quia etiam in præceptis naturalibus & diuinis ceſſante in particulari motiuum & ratio adæquata illius † ceſſat eius obliga- 21 tio

tio reſpectu illius particularis, ſicut qui iu-
ſtificatus eſt per attritionem, & ſacramen-
tum penitentiæ non tenetur præcepto diui-
no naturali de habenda contritione, quia
iam eſt in amicitia & gratia Dei illique re-
conciliatus, vt tenet ipſe Vaſquez 3. *p. quæſt.*
84. *artic. ſeptimo dubio ſecundo* & ſequuntur
Suarez *tomo de pœnitentia diſputat.* 16. *ſectio*
4. *num.* 13. quod tenet verum etiam in arti-
culo mortis vt multis citatis tenent Diana
p. 2. *tractat.* 4. *de Sacramentis Reſolutio.* 98.
Ludouicus Turrianus, *in ſelectis parte prima
diſputatione vigeſima prima dubio ſecundo.* Sa-
las 12. *tractat.* 8. *diſputatione vnica ſectio* 10.
num. 98. Cardinalis Lugo *de pœnitentia diſpu-
tatio.* 7. *ſectio* 12. *num.* 255. *& ſectio* 13. *num.*
262. Valentia 3. *p. diſputatio* 7. *quæſtio* 8.
punct. 4. Baſſeus *verbo Contritio nu.* 4. *verſic.
imo.* & eſt communis inter recentiores, quia
22 quòd † attritio cognita ſimul cum Sacra-
mento ſufficiat ad iuſtificationem & re-
conciliationem cum Deo, eſt opinio practi-
cè certa poſt Tridentinum aſſerens,
23 quòd † ſacramentum pœnitentiæ ex attri-
to facit contritum, neque enim vt op-
timè Cardinalis Lugo, tenetur confeſſor
aduertere moribundum, quem videt attri-
tum admonere de contritione habenda, vt
ex praxi omnium fidelium conſtat, & cer-
tè quidem contrarium eſſet ſcrupulorum la-
queos animabus iniicere, cuius ratio à
priori non eſt alia, niſi quia in iſto homine
iuſtificato attritione & ſacramento ceſſat
ratio adæquata ex natura rei habendi con-
tritionem, quamuis non ceſſet ratio legis in
generali & reſpectu omnium, nec exem-
plum quod adducit aliquid probat, quia
nunquam poteſt ceſſare ex naturâ ſuâ ra-
tio motiua illius & finis legiſlatoris, quem
habuit in prohibitione fornicationis, vt ex-
plicat egregiè Diuus Thomas 2. 2. *quæſt.* 154.
articul. 2. *& ibi* Dominus Caietanus.

Secundò, quia detur quod omnia munia
Epiſcopalia melius efficerentur per ſubſti-
tutum ſanctiorem, prudentiorem, & do-
24 ctiorem, ipſe Epiſcopus, † qui illum con-
ſtituit ratione tituli & dignitatis poſſet
fructus Epiſcopatus percipere; ſicut dum
vnitur alicui dignitati aliquod beneficium
curatum, ſeruienti datur ſalarium com-
petens & reliquos fructus adquirit dignitas:
vt fit in Archiepiſcopatu Hiſpalenſi in quo
Archiepiſcopus ponit ſeruitores curatuum,
& ipſe accipit fructus illorum demptis ſala-
riis ſeruitorum, qui ad libitum ipſius ponun-
tur, & iſtis competit immediatè animarum
cura & perſonalis reſidentia, quamuis non
habeant poteſtatem ordinariam, ſed dele-
gatam & ad nutum amouibilem ſimiliter
qui habet beneficium, quod dicitur *ſtridui-
no* poteſt ponere ſubſtitutum ad onera be-
neficij perficienda, & beneficiatus ratione
tituli dempto ſalario cæteros fructus perci-
pit & facit ſuos, ergo ſimiliter offi-
cia & munera Epiſcopalia per alium ſubſti-
tutum ſanctiorem, doctiorem & maiore ani-
marum zelo ſeruentem complentur, pote-
rit Epiſcopus ratione tituli dempto ſalario
præſtito ſubſtituto cæteros fructus facere
ſuos; adde fieri poſſe Epiſcopum odio pro-
ſequi à ſua plebe, quæ ſummè deligit ſubſti-
tutum, & ſic amor proprij Paſtoris ſupple-
tur.

Aliter ergo reſpondetur ad argumentum,
hunc caſum rariſſimum eſſe cum rarò con-
tingat, Epiſcopum † non eſſe ſufficientem 25
ad regendum gregem ſuum adiutum mini-
ſtris prudentibus, & doctis, quos conſule-
re tenetur in rebus dubiis, quorum con-
ſiliis adiutus perſonaliter reſidens in ouium
proſpectu ipſas dirigit exemplo, doctrina
& aliis mediis, ducet ad paſcha ſalutaria, ar-
cebit lupos & imbuet ſanctis moribus, qua-
re & ſi doctiſſimus ſit ſubſtitutus, & ſan-
ctiſſimus nequit ita bene gubernare ſicut
proprius Paſtor, qui tanquam Paſtor con-
ſtitutus iure diuino oues diligit, tanquam
filios, & tanquam ſponſus amat Eccleſiam
ſuam tanquam ſponſam, ſibi coniunctam
& chariſſimè dilectam, quem amore ſup-
pleri nequit ſubſtitutus, & ſic iure Patris &
& iure ſponſi tenetur ad perſonalem reſi-
dentiam, quod ſi † odium inter Epiſcopum 26
& plebem ita creſcat vt inter ipſos ſit mor-
talis inimicitia, & poſitis omnibus mediis
non reducuntur ad amicitiam, erit ſufficiens
cauſa vt Pontifex vel transferat Epiſcopum
ad alium Epiſcopatum vel interpretetur ius
diuinum de perſonali reſidentia, quod non
obliget hic & nunc, vt dicam.

Sed contra eſt argumentum quod ſibi
propoſuerunt aduerſarij illius efficaciæ fi-
dentes. Papa poteſt cum cauſa transferre
de hac Eccleſia in aliam, ergo non teneor
ex iure diuino exercere hic officium ſacer-
dotale, ac proinde, nec reſidere, ergo po-
terit & mecum humana auctoritas diſpen-
ſare in reſidentia; cui argumento reſpondet
ſapientiſſimus Magiſter Carranza, *capite
vlt. Sic hoc argumento † inducti ſunt aliqui vt* 27
*negarent reſidentiam eſſe de iure diuino, ingenuè
fateor, ego obſtupui quando primo intellexi hac
tam friuola & puerili ratione adduci aliquos
viros alioquin doctos in tam nouam falſam &
pernicioſam opinionem, eodem argumento proba-
rent ex iure diuino nos non teneri parere Præpoſi-
tis noſtris, primo quia humana inſtitutione ego
præfectus ſum huic reipublicæ deinde humana
etiam Auctoritas poteſt me remouere magi-
ſtratu, & eadem poteſt me transferre ab hoc ma-
giſtratu ad alium & cura, his certum eſt & ex-
tra controuerſiam obedientiam ex iure diuino
exhibendam*

*dum eſſe Præpoſitis & eodem iure deberi mihi
quandiu ſum in magiſtratu, item eo argumen-
to ſtrueretur furari tunicam meam non eſſe
contra ius naturæ, quia eſt iure poſitiuo, hæc
tunica eſt mea & humana auctoritate poſ-
ſum ea priuari, & multa ſunt in Eccleſia quo-
rum inſtitutio generalis facta eſt ex iure di-
uino vel ex iure naturali eadem tamen de-
terminatio particularis fieri debet per iura
humana ad hunc modum, Epiſcopos exercere
poſſe officia Sacerdotalia, ac proinde in ſuis
Eccleſiis reſidere eſt præceptum à iure diuino,
quod autem ego ſim Epiſcopus Tridentinus hoc
faciunt humana iura quandiu fuero Tridenti-
nus, tenebor iure diuino id reſidere ſi tranſlatus
fuero in Eccleſiam Veronenſem tenebor in ea re-
ſidere.* hæc ibi.

Circa quæ aduertere operæ pretium eſt,
28 quod † radix reſidendi iure diuino non
oritur ex eo quod ſim Epiſcopus Tridenti-
nus, quia Tridentinæ oues ex ſolo iure hu-
mano mihi ſunt commiſſæ, ex quo oriun-
tur Bullæ Pontificiæ vt Trident. reſi-
deam, ſed radix obligationis reſidendi iure
diuino oritur ex eo quod ſum Epiſcopus,
cui ex iure diuino competit paſcere oues
aſſignatas ex determinatione humana, ſicut
obligatio ex iure diuino obediendi Præpoſi-
tis non oritur vt à radice ab inſtitutione hu-
mana qua inſtituuntur, ſed à præcepto diui-
no intimato ab Apoſtolo dicenti *obedite Præ-
poſitis veſtris, &c.*

Tertium argumentum eſt, quia ius di-
uinum indiſpenſabile ab homine ſicut &
29 naturale, ſed Pontifex † aliquando diſpen-
ſat in reſidentia perſonali Epiſcoporum,
ergo iſta non eſt de iure diuino, & natu-
rali ſed ſolum de iure humano. Huic ar-
gumento reſpondet Vaſquez, *vbi ſupra à
numero* 130. quod Pontifex non poteſt diſ-
penſare in reſidentia, ſed ſolum interpre-
tari ius diuinum, & naturale, quod in his,
30 circumſtantiis † non obliget ad reſiden-
dum perſonaliter & ſic non eſt obligationis
relaxatio, ſed declaratio quod hic & nunc
non eſt obligatio, quod ſecus eſt in voto,
quod propriè diſpenſat, quia Chriſtus Do-
minus reliquit poteſtatem in Eccleſia ad
diſpenſandum in votis, ſicut enim Petrus
cui promiſſio facta eſt poteſt remittere debi-
tum illi, qui promiſit, ita Deus qui reli-
quit ſuo Vicario in terris poteſtatem ad re-
mittendum debitum acquiſitum ex vi voti
ipſi Deo & remiſſio huius debiti non eſt in-
terpretatio aut declaratio quod ius naturale
non obligat, ſed eſt vera relaxatio debiti
& voti, ex quo ortum eſt debiti relaxatio,
procedit vlterius Vaſquez & impugnat ſo-
lum qui dixit, *libro decimo de iuſtitia, & iu-
31 re quæſt. 3. art.* 4. *circa medium*, quod † in
voto eſt duplex obligatio quarum vna fun-
datur in alia & fundamento deſtructo al-
tera euaneſcit, eſt enim in voto obligatio
orta ex recta ratione humana, qua quis ſibi
imperat ſoluendi aliquid Deo quod imperio
& lege poſita acquiritur ex iure diuino na-
turali, quod adimpleat promiſſum, abla-
ta tamen priori obligatione orta ex volun-
tate humana in qua fundatur obligatio iu-
ris diuini iſta euaneſcit Pontifex autem &
Prælatus aufert & diſpenſat in priori obli-
gatione, quia in ordine ad totum animæ
ſubditus manet fidelis voluntati ſui ſupe-
rioris, qui poteſt diſpenſare in lege quam
ſibi ſubditus imperio proprio poſuit, & in
reſidentia, inquit, cum non ſit ex illa acqui-
ſitum ius aliquod ſpeciale Deo, ſed ſolum
Eccleſiæ non poteſt Papa diſpenſare, ſed
ſolum interpretari quod non currat præ-
ceptum.

Sed hæc ſolutio in vtroque deficit, &
vt ab hoc vltimo incipiam non ſolum fuit
illa ſententia Soti, ſed † eſt expreſſa do- 32
ctrina S. Thomæ 2.2.*q.*88 *art.* 1 *ad* 2. vbi de
voto, *& q.*89.*art.*9.*ad* 1. vbi de iuramento,
vbi ita clare loquitur Sanctus Doctor & do-
cet ſententiam Soti, vt mirer id non aduer-
tiſſe Vaſquez: ſequitur Dominus Caietanus
*q.*88. *art.* 12. §. *ad ſecunda difficultatis euiden-
tiam*, vbi Soti doctrinam mira ſubtilitate &
claritate enucleat, quam ſequuntur Aragon
2.2.*q.*88.*art.* 10. *in fine*, Valentia, *diſput.*6.*q.*6.
*punct.*7.*verſ. quod ſi quis*, Sayrus *in claui lib.*6.
*cap.*11.*à n.*10. Henriquez, *lib.*7.*de indulgen-
tiis c.*23.*n.*5.*in comm. littera. A.* & eſt omnium
Thomiſtarum, nec ea quæ obiicit Sanchez,
*lib.*4. *ſumm. cap.*37.*num.*11. aliquid probant
contra hanc veram ſententiam, quia etſi
quis † dum vouet imperet ſibi, & legem 33
imponat promittendo Deo aliquid quod
hic, & nunc eſt honeſtum, & non impe-
ditiuum maioris boni, quo vſque à ſupe-
riori declaretur, quod materia voti, quæ
ſub voto cadebat iam non cadat, quia hic
& nunc iudicatur authoritatiue, quod non
ſit materia congrua voti, ſemper lex illa
obligat. Et ex vi legis naturalis tenetur ad-
implere promiſſionem, diſpenſata tamen
lege illa quam homo ſibi impoſuit, iam non
manet obligatio promiſſionis, quia ſit ma-
teria illius hic & nunc non congrua, &
hinc eſt quod ſemel voto † emiſſo non 34
pendet à vouentis voluntate eius obligatio,
pendet tamen à voluntate ſuperioris decla-
rantis materiam non eſſe congruam, quæ
declaratio eſt voti diſpenſatio, & relaxatio,
& ſic requiritur cauſa ad hanc relaxatio-
nem, quæ reſpectu legis humanæ dici-
tur propriè diſpenſatio, at reſpectu iuris
naturalis, cuius obligatio oritur ex illa non
dicitur diſpenſatio ſed declaratio & inter-
pretatio.

Id autem quod dicit Vaſquez & ſequuntur Suarez *tomo ſecundo de religione tract. de voto libro ſexto capite nono , numero decimo-quinto* , & Leſſius *libro ſecundo capite decimo-quarto , numero nonageſimo* , quod
35 in tantum † dicitur ſuperior diſpenſare in voto in quantum nomine Dei, cuius vices gerit in terris cedit iuri acquiſito Deo per votum,ſicut Petrus remitit ius quod acquiſiuit per promiſſionem ſibi factam; optimè impugnat Sanchez , quia hæc ceſſio iuris non eſt propriè diſpenſatio ſed valde improprie,nec enim Petrus diſpenſat dum remittit ius acquiſitum ex promiſſione ſibi facta. 2. *quia* inquit Sanchez , *non tollit principalem difficultatem , quippe iuxta veriorem*
36 *ſententiam.* † *Pontifex diſpenſare poteſt in matrimonio rato,& iuxta omnes in reſidentia Epiſcoporum , cum tamen vtraque obligatio ſit iuris naturalis diuini. Nec poteſt dici id fieri per condonationem iuris acquiſiti Deo , quia in neutro caſu promittitur aliquid Deo , nec cum ipſo contrahitur , ſed ius acquiritur per matrimonium ipſis contrahentibus , & per Epiſcopatum ſpeciali illi Eccleſiæ cuius ille eſt Epiſcopus , quare neceſſario dicendum eſt relinqui Eccleſia poteſtatem diſpenſandi in aliquo iure diuino naturali & non ſolum condonandi iuris Deo acquiſiti.* Hactenus Sanchez.

Quare aliter reſpondetur Pontificem
37 † vere & proprie diſpenſare poſſe ex cauſa iuſta & honeſta in reſidentia perſonali Paſtorum animarum , quamuis hæc ſit de iure diuino & naturali, ita Sanchez , *vbi ſupra numero quinto , verſ. fateor.* vbi reſpondens ad obiectionem Suarez , *vbi ſupra numero nono* , ſic dicit, *ſimilitudo in hoc conſiſtit, vt ſicut illa non ſunt ita intrinſice mala* , vt mentiri quod in nullo caſu licere poteſt, ſed poſſunt concurrere circunſtantiæ , quibus ſtantibus rigor præcepti leniatur ita vt liceat contrarium facere, ita poſſunt tales concurrere in obligatione aliqua iuris naturalis vt voti , iuramenti , matrimonij rati , reſidentiæ Epiſcoporum , vt licet non ſufficiant ad auferendam eius iuris obligationem,ſufficiant tamen vt Prælati ex poteſtate à Chriſto accepta diſpenſent , quatenus materia horum præceptorum naturalium dependet ex humana deliberatione , à qua naſcitur obligatio habendi actus circa talem materiam vt iam explico ex Diuo Thoma, quare proprie non cadit diſpenſatio ſupra ius diuinum & naturale ſed ſupra obligationem , qua quiſque ſibi imponit , dicitur tamen impropria diſpenſatio iuris diuini.

His accedit doctrina Diui Thomæ 2.2. *quæſtio 185. articul. 4. in fine corporis*, dicentis , *ſoli Papæ licet diſpenſare in voto perpetuo, quo quis ſe ad curam ſubditorum adſtrinxit Epiſcopatum ſuſcipiens* , idem tradit † *in* 38
opuſculo decimo-octauo de perfectione vitæ ſpiritualis capite decimo-ſeptimo , vbi ex hoc quod ad Epiſcopos pertinet ex obligatione voti alios ad Deum adducere , probat ſtatum Epiſcoporum perfectiorem eſſe ſtatu Monachorum Diuum Thomam ſequitur Syluius, *art.4. citato.*

Vt tamen hoc rectius percipiatur notandum 1. ex Sanchez , *vbi ſupra numerò 2.* & communi ſententia quod aliud eſt declara- 39
tio & interpretatio voti, aut præcepti, aliud diſpenſatio : declaratio enim non aufert obligationem ſed declarat præceptum & votum in talibus circunſtantiis non obligare, & ſic non relaxat præceptum aut votum etiam reſpectu particularis perſonæ, quæ declaratur in hoc caſu non obligari nec teneri ad voti & præcepti obſeruationem; & diſpenſatio propria eſt quando exiſtente cauſa iuſta diſpenſandi & nihilominus votum & præceptum obligabat, at Prælatus motus ex cauſa iuſta poteſtate ſpirituali ſibi tradita à Chriſto Domino (iuxta illud, *paſce oues meas , & quodcumque ligaueris & ſolueris erit ligatum & ſolutum in cælis* , quæ cum ſint verba Chriſti generaliter prolata generaliter ſunt intelligenda de omni vinculo contracto ab homine erga Deum) aufert voti obligationem ſimiliter & præcepti
† quod diſcrimen valde notandum eſt,nam 40
qui ex declaratione , aut interpretatione voti aut præcepti quod hic & nunc non obligat in caſu , & euentu particulari hoc tranſacto eum ſemper maneat obligatio,tenetur illud adimplere , at dum fit diſpenſatio ex cauſa etiam iſta tranſacta, ſi diſpenſatio ſit remota & non limitata manet diſpenſatus liber ab obligatione præcepti & voti.

Secundò aduertendum præcepta diuina & naturalia quantum ad præſens in triplici eſſe differentia, nam quædam ſunt ita ſtri- 41
ctè promulgata & arctè obligantia , quod non ſolum non patiantur diſpenſationem homini à Deo commiſſam , ſed neque declarationem aliquam ſecundum quam in aliquo caſu & euentu non obligent, tale eſt præceptum de non iurando falſum, de non fornicando & non mentiendo:non negandi fidem , non immutandi formas & materias Sacramentorum , non diſiungendi matrimonium conſummatum , non diſpenſandi in votis ſolemnibus religionis.

Quædam † ſunt quæ patiuntur interpre- 42
tationem & declarationem quod in aliquo loco aut tempore & circunſtantiis non obliget, quamuis eius obligatio non auferatur abſolutè,vt non occidere,non accipere alienum

nū celebrare in vtraque ſpecie, poteſt enim quis ob defenſionem propriam inuaſorem licite occidere & ſi eſt in extrema & vrgentiſſima neceſſitate accipere quod eſt in alterius dominio, quia præcepta iſta declarantur ipſa ratione naturali duce quod in his circumſtantiis licet occidere, & accipere alienum, manet tamen obligatio vtriúſque præcepti ſimiliter poteſt Pontifex, quod in terris vbi non eſt vinum conficiatur in ſolo pane interpretans ius diuinum in illa terra propter impoſſibilitatem habendi vinum, ne fideles maneant orbati
43 Sacramento altaris non obligare manet tamen eius obligatio, quia ſi miraculosè, vel ex alio capite ibi eſſet vinum tenerentur ſacerdotes, in vtraque ſpecie conficere Sacrificium non obſtante Pontificis declaratione & interpretatione.

Quædam ſunt præcepta diuina, & naturalia quæ diſpenſabilia ſunt ab homine, poteſtate ſibi conceſſa à Deo propter bonum ouium regimen, ſine quo non benè, & ſuauiter vt par eſt paſcuntur vt votum ſimplex, matrimonium ratum, translatio Epiſcoporum, reſidentia Paſtorum perſonalis, de his enim omnibus eſt præceptum natu-
44 rale diuinum, † & in his poteſt Pontifex diſpenſare auferendo obligationem præcepti, ex cauſa iuſta motus, ita quod adhuc iſta ceſſante iam non obliget ius diuinum & naturale, quia obligatio illius ablata eſt per diſpenſationem, verbi gratia diſpenſat Pontifex, quod Epiſcopus propter inimicitias transferatur de vno Epiſcopatu in alium, ceſſant omnino inimicitiæ, non tenetur Epiſcopus translatus, iterum reuertere ad priorem gregem regendum, ſimiliter diſpenſauit, in matrimonio rato ob infirmitatem perpetuam alicuius contrahentium ceſſat miraculosè infirmitas, non tenetur amplius ad alterum coniugem ſanum reuertere & ſic de aliis cuius ratio eſt, quia
45 † per diſpenſationem ablata eſt vtriuſque matrimonij ſpiritualis & corporalis obligatio, *cap. inter corporalia. de tranſlatione Epiſcoporum.* Si enim ſolum eſſet legis declaratio aut interpretatio, ex cauſa iſta ceſſante cum non ceſſet obligatio abſolutè, ſed eius executio in hoc euentu hoc tranſacto, homo obligatus manet voto, & præcepto.

Verum enimvero ſumma diligentia aduertendum eſt quod ea præcepta diuina, & naturalia quæ dicimus poſſe à Pontifice diſpenſari non eſt ita intelligendum, quod Pontifex directè diſpenſet in ipſis præceptis diuinis, ita vt de præcepto faciat non præceptum † hoc enim implicat cum ſit
46 ſuperius præceptum omni poteſtate humana, ſicut & Auctor præcepti Deus qui non reliquit poteſtatem hominibus vt annullarent ius diuinum vel aliquod eius præceptum deſinat eſſe tale in aliquo caſu nec erat neceſſarium quod hæc poteſtas relinqueretur in Eccleſia ad rectam & ſuauem fidelium gubernationem; ſed dicitur propriè diſpenſare in his de quibus ſupra quia non obliget, & ſic in hoc caſu non currat præceptum diuinum, quia aufertur illius materia quod eleganter explicuit, Diuus Thomas. 2.2.*quæſtio.*88. *art.*10. *ille qui vouet quodammodo ſibi ſtatuit legem obligans ſe ad aliquod quod eſt ſecundum ſe & vt in pluribus bonum, poteſt tamen contingere † quod in ali-* 47
quo caſu ſit vel ſimpliciter malum vel inutile vel maioris boni impeditiuum, quod eſt contra rationem eius, quod cadit ſub voto, & ideo, neceſſe eſt quod determinetur in tali caſu votum, non eſſe ſeruandum dicitur diſpenſatio voti. Sed qualiter à poteſtate humana fiat huiuſmodi determinatio; pulchrè explicat,
in ſol. ad 2. ſicut † ex iure naturali & præcepto 48
diuino tenetur homo implere votum, ita tenetur ex eiſdem obedire ſuperiorum legi, & mandato & tamen cum diſpenſatur in aliqua non fit vt legi humanæ, non obediatur, quod eſt contra legem naturalem, & mandatum diuinum ſed fit, quod hoc quod erat lex non ſit in hoc
caſu, ita etiam † Auctoritas ſuperioris diſpen- 49
ſantis fit, vt hoc, quod continebatur ſub voto non contineatur in quantum determinatur in hoc caſu hoc non eſſe congruam materiam voti; & ideo cum Prælatus Eccleſiæ diſpenſat in voto, non diſpenſat in præcepto iuris naturalis, vel diuini, ſed determinat, id quod cadebat ſub deliberatione obligationis humanæ, quæ non potuit omnia circumſpicere. Hactenus Sanctus Doctor, quam doctrinam, ſi aduerterent aduerſarij non deſererent Angelum Theologiæ.

Quem ſenſum aſſecutus eſt Dominus Caietanus, *art.* 12. §. *ad ſecund. quæſtio.* quem omnino vide, & agnoſces veritatem hanc luce clariorem, non enim Pontifex proprie in iure diuino diſpenſat, ſed in aliquibus præceptis diuinis, quorum materia oritur
ab humana deliberatione † ex qua oritur 50
ſpecialis quædam obligatio ſupra quam cadit obligatio præcepti diuini, & naturalis. Prælatus & ſuperior diſpenſans in illa obligatione orta ab humana voluntate, vel quia iam facta eſt aut inutilis, aut maioris bonum impeditiua aufert materiam illius obligationis, & ſic non currit præceptum diuinum, quod claret exemplo Sancti Doctoris iure diuino naturali tenemur obedire legibus humanis, & præceptis ſuperiorum quibus ſtantibus in ſuo vigore, & reſpectu mei implicat quod Pontifex me eximat ab illius obſeruantia, niſi prius diſpenſet

in lege & præcepto humano, quia iſto vrgente & me obligante teneor ex præcepto diuino illud exequi & in præcepto diuino implicat quod diſpenſetur ab homine, vt egregiè Diuus Thomas, *quodlib.4.art.*13.

51 Ad rem ego dico quod † Pontifex diſpenſat in reſidentia perſonali Paſtorum ſuper gregem ſuum, non quia diſpenſet in iure naturali diuino, ſed ex cauſa diſpenſat in obligatione voti reſidendi quatenus oriebatur ex deliberatione humana, qua voluit acceptare Epiſcopatum in qua acceptione imbibitum erat votum reſidendi, ſimiliter diſpenſat in matrimonio rato quatenus ortum duxit ex humana voluntate, & idem eſt in diſpenſatione matrimonij ſpiritualis Epiſcopi cum hac Eccleſia transferendo ipſum ad aliam, non tamen poteſt deſpenſarè in matrimonio carnali cõſummato propter ſignificationem quam habet immutabilem coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, vt optimè Sanchez *lib.2.de Matrimonio, diſput.*20. & eſt indubitata ſententia.

Quarta, & grauior difficultas eſt quam nullus attigit, quia omnes fatentur & eſt euidens quod à poteſtate humana Summi Pontificis oritur quod hic Epiſcopus, verbi
52 gratia † Tridentinus habeat has oues & gregem Tridentinum, quem paſcat, regat, & gubernet ſicut Sacerdoti competit ex humana poteſtate; quod poſſit abſoluere à peccatis oues huius Epiſcopatus, ergo poterit Pontifex auferendo ab Epiſcopo Tridentino oues ſibi commiſſas ſibi reſeruando immediatè & eximendo ab Epiſcopi iuriſdictione, & eas committendo alicui Vicario perpetuo vt regat, gubernet, & paſcat interim tamen ratione tituli concedendo Epiſcopo Tridentino fructus Epiſcopatus, ob rationes ſibi viſas congruentes, cum ſit Dominus abſolutus omnium beneficiorum, & diſpenſator vniuerſalis.

Vrgetur, quia poteſt Epiſcopus auferre à
53 Confeſſore, quòd † non confiteatur oues, quia quamuis poteſtas abſoluendi ſit de iure diuino tamen quod abſoluat has oues eſt de iure humano, ergo quamuis reſidentia ſit de iure diuino, in generali tamen quod reſideat in hac Eccleſia eſt de iure Pontificio, ergo Pontifex ſi poteſtate humana auferat oues ab Epiſcopo Tridentino, quod poteſt facere diſpenſabit in reſidentia Tridentina iure quidem humano, & ſic reſidentia Tridentina non eſt de iure diuino.

Vrgetur ſecundò, quod licet omni legi humanæ conuenit ius obligandi participata à lege naturali, vt ait D. Thomas 1.2.*q*.95. *art*.2. & ibi Caietanus §. *ad hoc v. ex illis*, ta-
mẽ † legiſlator humanus poteſt diſpenſare 54
in lege humana & huius obligatio dicitur humana. Ergo cum determinatio ouium quibus reſidendum eſt, ſit ex iure humano reſidentia ſupra illas de iure humano erit, cum ius humanum illas poſſet auferre, & ſic quamuis reſidentia actiua in generali ſit de iure diuino, tamen quod exerceatur in his ouibus potius quam in illis erit reſidentia de iure humano.

Fateor argumenti difficultatem quæ ſumma mihi videtur non tamen illi ſuccumbo,
reſpondetur enim quòd Epiſcopus † Tri- 55
dentinus non ſolum habet à iure diuino obligationem paſcendi gregem eo ipſo quod ſit Paſtor, ſed habet obligationem ex voto paſcendi gregem Tridentinum ſibi commiſſum, vt expreſſè ait D. Thom. 2.2.*q*.185. *art*. 4. *& opuſ*.18. *cap*. 25. & ſic habet à iure diuino naturali paſcere gregem Tridentinum, vnde non eſt de iure humano ſed diuino reſidentia in illa, & ſic vt optimè Vaſquez 3.*diſputatio*.224. probat tranſlationem Epiſcoporum eſſe prohibitam iure diuino, ſi autem non eſſet hoc votum non eſſet prohibita iure diuino, cuius contrarium determinat Innocentius III. *cap. cum pridem de*
tranſl. Epiſc. Vnde non eſt eadem ratio de 56
iuriſdictione ad abſoluendum delegatam quam poteſt iure humano auferre Epiſcopus, quia poteſtate humana mihi eam delegauit, nec facio votum iuridicum eas confitendi cum non ſint oues meæ.

Vnde patet ad v. quia non eſt Epiſcopus 57
obligatus ad paſcendum hunc gregem, ex iure humano aut lege Pontificia, ſed ex lege diuina, & naturali ex vi voti quod facit quod non eſt ex iure humano annexum Epiſcopatui ſicut eſt annexum votum Caſtitatis Ordinibus ſacris quam cõnexionem poteſt auferre Pontifex, ſed votum Epiſcopi paſcendi gregem eſt annexum Epiſcopatui iure diuino, quam connexionem non poteſt auferre Pontifex.

Finis Libri Primi.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS RESOLVTIONVM MORALIVM,

DE RESIDENTIA SVMMI PONTIFICIS, Eminentiſsimorum Cardinalium, & Epiſcoporum.

SVMMARIVM.

1. *Summi Pontificis & Eminentiſſimorum Cardinalium reſidentia.*
2. *Cardinalium quod officium.*

ÆQVVM eſt vt de Summi Pontificis & Eminentiſſimorum
1 Cardinalium † reſidentia ſimul tractemus, quia iſtæ duæ Summæ in Eccleſia Dignitates adeo ſunt in Regimine connexæ, vt vix vna ſine alia in ordine ad regendum ouile Chriſti conſiderari valeat, cum oſtium eſt axis Eccleſiæ, quæ eſt ſedes Apoſtolica eis vtatur in rebus arduis, ipſis adiuuatur tanquam Conſiliariis: vnde ſunt lumina Eccleſiæ & illius ardentes lucernæ. Vnde vt notant Ancharranus, *concil.* 295. *num.* 8. Cardinalis Tuſchus *tom.* 1. *Litter. C. concl.* 100. *num.* 19. inter Papam & Cardinales contrahitur vinculum indiſſolubile, ſicut inter virum, & vxorem, & *num.* 20. dicit quod ad inſtar Senatorum qui dicuntur pars corporis Imperatoris, Cardinales dicuntur pars corporis Papæ, imo & facere vnum corpus cum Papa & eſſe illius latus, vt refert ex multis Barboſa, *de iure Eccleſiaſt. vniuerſal. lib.* 1. *cap.* 4. *à n.* 14. vbi plura attributa Cardinalitiæ dignitatis ab Auctoribus Catholicis tributa inuenies. Vn-
2 de † eorum officium eſt aſſiſtere Romano Pontifici & illi conſulere & adiuuare in Sacerdotali officio, vt tenent Barbat. *tractat. de præſtant. Card. q.* 1. Præpoſitus. *cap. quamquam* 2. *q.* 7. *n.* 12. Flaminius Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 3. *& n.* 35. *& l.* 7. *q.* 12. *n.* 14. Iure igitur de reſidentia Papæ & Cardinalium ſimul agimus. Sunt enim capitis Eccleſiæ ſpecialiter membra & ſic relatiuè coniunguntur.

RESOLVTIO I.

Vtrum Summus Pontificatus ſit iure diuino connexus cum Epiſcopatu Romano.

SVMMARIVM.

1. *An ſummus Pontifex teneatur reſidere in Diœceſi Romana iure diuino.*

EX hac quæſtione pendet an † Sum- 1
mus Pontifex qui eſt Romanus Epiſcopus teneatur iure diuino in Diœceſi Romana reſidere, ſi enim Summus Pontificatus ex iure diuino connexus eſt & coniunctus cum Romano Epiſcopatu, nō poteſt Summus Pontifex ibi non reſidere, ſecus vero ſi ſolum humana lege hæc connexio eſt introducta, tunc enim Pontifex relicto Epiſcopatu Romano, poteſt Summum Pontificatum alteri totius Orbis Epiſcopatui coniungere, & ſedem Pontificiam aliò transferre vt ſibi rationabiliter viſum fuerit.

§. I.

Sententia negatiua Dominici Soto fundatur.

SVMMARIVM.

1. *Coniunctio Summi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano an ſit de iure diuino.*
2. *Romano Pontifici omnem humanam creaturam ſubeſſe declaratur.*
3. *Romana Eccleſia priuilegium à ſummo Pontifice traditum auferre nitens, in hæreſim labitur.*
4. *Aliud eſt aliquid de fide diuina eſſe credendum, aliud eſſe de iure diuino præ-*

ceptum & ordinatum.

5. *Non poteſt eſſe aliquid reuelatum à Deo quod non ſit de iure diuino.*

6. *An coniunctio ſummi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano à ſui ortu vſque ad finem mundi iure diuino fuerit facta, & Chriſti ordinatione Petro intimata.*

7. *Ex inſtitutione euangelica prout facta eſt à Chriſto Dom. ante Aſcenſionem ſuam, poteſtas Apoſtolica ſuper totam Eccleſiam Petro collatam, nulli Epiſcopatui determinato eſt alligata.*

8. *Nullus in poteſtate ſupra totam Eccleſiam Petro ſuccedit ſine aliquo ſpeciali Epiſcopatu, cui adnectatur ſumma auctoritas Pontificia.*

9. *An Chriſtus ſpeciali decreto & mandato ordinauit, quod ſummus Eccleſiæ Pontificatus ſit coniunctus Epiſcopatui Romano.*

10. *Hanc coniunctionem non diuino ſed humano iure introductam fuiſſe, indicant aliqui DD.*

11. *Nonnullorum aliorum iudicium.*

12. *Hæc coniunctio licet ex iure humano deſcendat, poteſt Epiſcopus Romanus habere poteſtatem vniuerſalem in omnem rationalem creaturam, & numero 13. & 14.*

15. *Eadem coniunctio non eſt diuinitùs promulgata.*

16. *S. Petrus dum conſtitutus à Chriſto ſummus Pontifex nulli fuit particulari Eccleſiæ addictus & conſignatus.*

17. *Ius gentium quod aliquid participat de natura iuris humani & naturalis, non poteſt facilè ab hominibus mutari, ex Bannez.*

18. *Dignitas Summi Pontificatus in vno caſu duntaxat etiam ſi eſſet coniunctio iſta de iure diuino poſſet ſeparari ab Epiſcopatu Romano.*

VT tamen clarius procedam in grauiſſi-
ma quidem difficultate; ſuppono quod
licet ſit in opinione inter Catholicos poſi-
1 tum, an ſit † de iure diuino coniunctio Sum-
mi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano;
cæterum inter omnes conſtat eſſe de fide
diuina quod de facto hæ duæ dignitates
ſint coniunctæ. Ita quod ſolus Epiſcopus
Romanus ſit Petri ſucceſſor, & cui compe-
tit totius orbis regimen ſpirituale; quod vt
certum definitum eſt à Concilijs, Summis
Pontificibus, & continetur in Sacra Scri-
ptura, vt latè probant omnes controuerſi-
ſtæ contra hæreticos huius temporis, qui
contra hoc dogma fidei Chriſtianæ petrã ſo-
lidiſſimam rabido animo & inuidia incredi-
bili inſurgunt, *Sed portæ inferi contra ipſum
non præualebunt.* Vnde Bonifacius VIII. ſe-
quens omnium Patrum ſenſum, & traditio-
nem Eccleſiæ. Sic dicit, *in Extrauag. vnam
Sanctam de Maiorit. & obed. eſt hæc auctoritas
& ſi data homini & exerceatur per hominem
non humana ſed potius diuina, ore diuino Petro
data ſibi ſuiſque ſucceſſoribus,* & infrà, *Porro
† ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam* 2
*creaturam declaramus, dicimus, definimus &
pronunciamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis;*
vnde hæreticum eſſe qui contrarium dicat
adſeuerat Nicolaus Papa ſcribens Mediola-
nenſibus per Petrum Damianum Legatum
ſuum, refertur, *cap. omnes. 1.22. diſtinct. non
dubium, quia quiſquis cuilibet Eccleſiæ ſuum ius
detrahit iniuſtitiam facit. Qui autem † Ro-* 3
*manæ Eccleſiæ Priuilegium ab ipſo Summo Ec-
cleſiarum capite traditum auferre conatur, hic
proculdubio in hæreſim labitur, & cum ille voce-
tur iniuſtus, hic eſt proculdubio dicendus hære-
ticus. Fidem quippe violat qui aduerſus illam
agit quæ mater eſt fidei: & ille contumax inue-
nitur qui etiam cunctis Eccleſiis prætuliſſe co-
gnoſcitur. Vnde & ipſe S. Ambroſius, ſe in om-
nibus ſequi Magiſtram S. R. profitetur Eccle-
ſiam.* Similia habet Anacletus, *Epiſtol. 3. c. 3.
ad omnes Epiſcopos. Hæc* (inquit) *Apoſtolica
Sedes caput omnium Eccleſiarum à Domino, &
non ab alio eſt conſtituta, & ſicut cardine
oſtium regitur, ſic huius S. Sedis auctoritate om-
nes Eccleſiæ Domino diſponente reguntur.* Plura
alia adducunt in huius certiſſimi Dogmatis
confirmationem Bellarminus, Valentia,
Suarez, Antonius Perez, & alij infra ci-
tandi, de hoc enim, vt dixi, ſolum hæretici
dubitant, nam Catholici omnes vno ore &
vna voce fatentur: aliud † enim eſt eſſe ali- 4
quid de fide diuina credendum, aliud eſſe
de iure diuino præceptum & ordinatum,
ait Magiſter à Sancto Thoma. 22. *diſp. 1. ar-
tic. 4. §. dico. 4. quamuis teneamur de iure diui-
no credere quid Eccleſia nobis vt à Deo reue-
latum proponit credendum, tamen quod id quod
reuelatum eſt ſit re ipſa de iure diuino; non eſt
de fide diuina.* Sed hæc doctrina mihi non
arridet, quia † non poſſit eſſe aliquid reue- 5
latum à Deo, quod non ſit de iure diuino,
ſed quia in caſu de quo loquimur vtrum-
que neceſſario connectitur, nam ſi eſt reue-
latum, quod de facto Summus Pontificatus
eſt coniunctus Epiſcopatui Romano, ergo
infallibiliter exiſtit talis coniunctio, & aliter
haberi non poteſt & ſic conſequenter, nulla
humana poteſtas poteſt illam ſeparare, ipſa
enim reuelatio diuina, quod Papatus eſt
coniunctus Epiſcopatui Romano manifeſtè
inducit obligationem diuinam vt non ſepa-
rentur, ex vi præſentis diuinæ prouidentiæ,
quam nulla humana poteſt alterare, vt mo-
do dicam.

Igitur difficultas eſt † an præſens coniun- 6
ctio à ſui ortu vſque ad finem mundi iure
diuino

Digitized by Google

diuino fuerit facta & Chriſti ordinatione Petro intimata, an vero à ſola electione Petri cui in hoc ſequuntur eius ſucceſſores, taliter quod ſicut Petrus tranſtulit ſedem ſuam ab Antiochia in Romam, ita aliquis eius ſucceſſor poſſit transferre à Romano Epiſcopatu ad Toletanum; vel ſolum ipſum Summum Pontificatum relinquere ſine vnione cum aliquo Epiſcopatu determinato. Et quidem vt egregiè aduertit Reuerendiſſimus Confeſſor Regius, *vbi* 7 *ſuprà.§.dico.* 1. vbi ſic loquitur † *Ex inſtitutione euangelica prout facta eſt à Chriſto Domino ante Aſcenſionem ſuam, poteſtas Apoſtolica ſuper totam Eccleſiam collatam Petro, nulli Epiſcopatui determinato eſt alligata. Conſtat hoc manifeſtè. Nam Petrus aliquo tempore nullum habuit Epiſcopatum, nam Antiochenum non ſtatim habuit poſt Aſcenſionem Chriſti, & multò minus Romanum quem poſt Antiochenum habuit, ſed quinto poſt Paſſionem Chriſti Domini anno, Antiochia fixit ſedem, vt obſeruat Euſebius lib.5.Hiſtor.cap. 18. & ex cap.8. Act. Apoſt. colligitur Petrum manſiſſe Hieroſolymis, etiam poſt mortem Stephani, neque alibi fixiſſe ſedem: neque Antiochia prædicatum fuiſſe Euangelium, niſi ab illis qui diſperſi fuerant poſt mortem Stephani, conſtat Actorum 10. num. 19. neque tunc erat Epiſcopus Hieroſolym. Petrus, ſed Iacobus. Igitur aliquo tempore fuit in Eccleſia Summus Pontificatus ſine peculiari aliquo Epiſcopatu cui alligaretur.* Hæc ille. Quare etſi de facto (vt fides tenet) nullus 8 † in poteſtate ſupra totam Eccleſiam ſuccedat Petro ſine aliquo ſpeciali Epiſcopatu, cui adnectatur Pontificia Summa auctoritas; tamen Chriſtus in ſua prima inſtitutione Monarchiæ Eccleſiaſticæ totius orbis cui præſideat vnum viſibile caput ipſius Chriſti Vicarium in terris nulli Epiſcopatui in particulari adiunxit, tum quia tunc temporis non erant partitæ Diœceſes, quam partitionem poſt fecit S. Petrus, tum quia hoc tunc explicare non conueniebat.

Quare liquidus iam manet difficultatis 9 punctus, an † Chriſtus ſpeciali decreto & mandato ordinauerit, quod Summus Eccleſiæ Pontificatus, quem qui retinet eſt caput viſibile vniuerſale totius cœtus fidelium ſit cōiunctus Epiſcopatui Romano, ita vt nulla poteſtas humana ſupremam illam dignitatem poſſit ſeparatam ab illo conſeruare, vel alteri Epiſcopatui orbis coniungere & adnectere, ac per conſequens ſit de iure diuino talis coniunctio, an vero ſit ſolum poteſtate & iure humano introducta?

Partita videtur eſſe Thomiſtarum ſchola, cuius aliqui doctiſſimi Doctores & Magi- 10 ſtri iudicant † non diuino ſed humano iure hanc coniunctionem introductam fuiſſe, atque ita eodem iure humano poſſe diſſolui vel ſeparatam conſeruando, vel alteri Epiſcopatui ad libitum coniungendo. Ita tenent Soto *in 4.diſt.24.quæſt.*1 *art.*5. Tribuitur Paludano *tract. de poteſt. Papæ art.*2.*&* 4. Armachan. *l.*2.*c.*13. *&* 14. Bannez 2.2.*q.*1. *art.*10.*dub.*4. cuius mentem infra enucleabo. Idem videtur docere Magiſter à S Thoma *vbi ſuprà pag.* 698. Et multi Auctores pro altera ſententia † ſolum dicunt ſuam 11 eſſe probabiliorem, & oppoſitam nulla cenſura inurunt; eandem ſententiam ſequitur Corduba *lib.*4.*qu.*1.*propoſit.*8. *dub.* 1. Probatur 1. quia quod hæc coniunctio Summi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano non conſtat clarè ex Sacra Papina, Conciliis & Patribus, Summis Pontificibus, ex his enim capitibus ſolum conſtat, quod Epiſcopus Romanus ſit Paſtor totius ouilis Chriſti, & caput viſibile Eccleſiæ, quod habet ex iure diuino non tamen quod coniunctio præfata ſit ex eodem dimanans, quamuis enim † 12 ex iure humano deſcendat poteſt Epiſcopus Romanus habere poteſtatem vniuerſalem in omnem rationalem creaturam; ego enim cum ſim Sacerdos de iure diuino habeo poſſe conſecrare; quamuis Sacerdotium mihi competere non ſit de iure diuino. Similiter etſi Sacriſtæ officium ſit aliquid ſpirituale, ex iure tantum humano dimanat; & quod ſit ſymoniacum illud vendere iure diuino eſt prohibitum.

Secunda, quia † hoc non conſtat ex tradi- 13 tione aliqua. Si enim eſſet aliqua traditio Eccleſiæ, aut Apoſtolica ex qua hæc coniunctio eſſe de iure diuino probaretur, erroris inſimularetur contrarium tenens, atqui multi Catholici tam antiqui, quam moderni tenent eſſe ſolum de iure humano ergo. Imo etſi eſſet traditio Apoſtolica non induceret ius diuinum, multæ enim tales ſunt quæ ſolum ſecum afferunt ius humanum, vt ieiunium quadrageſimæ & aliæ.

Tertia, quia † etſi quod ſit hæc coniun- 14 ctio deriuetur à iure diuino nō inde colligitur quod ſit de iure diuino vt enim ait D. Tho.1.2.*quæſt.*95.*art.*2. ea quæ deriuantur à lege naturali, veluti illius quædam determinationes, non ſunt de iure naturæ, ſed ad ius humanum pertinent, ſicut de lege naturæ eſt quod ille qui peccat puniatur, tamen quod tali pœna puniatur, eſt de iure humano, ſed hæc Summi Pontificatus, & Epiſcopatus Romani coniunctio elicitur ex iure diuino per modum determinationis, ad aliquod particulare quod ſcilicet Romanus Epiſcopus ſit Petri ſucceſſor. Ergo non eſt de iure diuino quod ſolum eſt quod eſt diuinitus promulgatum, vt ait D. Thom.2.2. *quæſt.*57.*art.*1.*ad* 3. hæc autem † coniunctio 15 non eſt diuinitus promulgata, & ad ſummum deducitur ex vna de fide & altera naturali

naturaliter vota, quare ſequitur debiliorem p r.cm.

Quarta, antequam Petrus finiret vitam Romæ martyrio coronatus non crat de iure diuino hæc coniunctio, alias non fugeret à Roma volens aliò transferre ſedem, niſi Chriſtus illum detineret & ſic nunquam eſt de iure diuino cum ſolum pendeat à morte Petri in Vrbe, cum alias dum
16 † cõſtitutus à Chriſto ſummus Paſtor, nulli fuit particulari Eccleſiæ addictus, & conſignatus, quapropter ſicut Petrus Antiochiæ ſeptem annis ſedit, & poſtmodum ſe Romam contulit, ita quilibet ſuorum ſucceſſorum nullo vetante diuino iure videtur ſedem poſſe mutare. Hæc ſunt huius ſententiæ fundamina, cæterum duo eius præcipuè Auctores, Dominicus Soto & Dominicus Bannez, dũ eam in lucem edidere timentes ne tenebræ eos comprehendant, illam ſubiiciunt cenſuræ ſedis Apoſtolicæ.

Imo Dominicus Bannez ſic fatur. *Quibus libenter adderem quod ſicut in iure naturali, inter ius purè humanum & naturale medias*
17 *ius gentium † quod aliquid participat de natura vtriuſque, eſt ex ea parte qua aliquid de iure naturali participat non facile poteſt ab hominibus mutari, & rurſus ex altera parte qua hominum conſenſum requirit non eſt merè naturale, ita lubens ponerem, quod applicatio Pontificatus Orbis ad Epiſcopatum Romanum non eſt mere de iure poſitiuo propter teſtimonia allata Sanctorum, & propter mandatum Domini ad Petrum vt Romæ pateretur & ibi figeret ſedem, vt ex Ambr. & ex Egeſyppo & aliis cita. Caiet. tract. 3. de ſumm. Pontif. cap. 13. neque vero eſt de iure purè diuino vtpotè qua morte & voluntate Petri deberet firmari, ſed quia hoc ius medium in Eccleſia non reperio, determinationi Eccleſiæ de hac veritate Superioribus non obſtantibus ſtandum erit.* Hæc ille quæ refert Magiſter à S. Thoma & videtur ſe illis conformari.

Dicit tamen Doctiſſimus Magiſter. *pag.*
18 700. *§. cæterum. Quod † in vno caſu dumtaxat poſſet dignitas ſummi Pontificatus etiam ſi eſſet coniunctio iſta de iure diuino ſeparari ab Epiſcopatu Romano. Si Ciuitas Romana ſolo equaretur & deſtructa omnino periret, tũc enim, ait, eſt poteſtas in Eccleſia ad vniendum ſummum Pontificatum cum alio Epiſcopatu aut conſeruandum ipſum ſeparatum, tempore enim Antichriſti ciuitas Romana funditus eſt euertenda vt communiter tenetur, tunc autem Epiſcopatus Romanus, non ſubſiſteret & tamen ſubſiſtet Romanus Pontifex caput viſibile Eccleſiæ, ſicut ſubſiſtet Eccleſia etiam tempore Antichriſti.* Et ſic probat *concluſ.* 3. non eſſe de iure diuino hanc coniunctionem.

§. II.

Sententia affirmatiua Eminentiſſimi Caietani propugnatur vt certa.

SVMMARIVM.

1. *Eminentiſſimi Cardinalis ſententiam circa coniunctionem ſummi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano multi graues auctores ſequuntur.*
2. *Succedendi ratio qua.*
3. *Si Petrus in ſede Antiochena perſeueraſſet vſque ad mortem, non Romanus Pont. ſed Antiochenus ſucceſſor eſſet illius.*
4. *Non ex inſtitutione euangelica ortum habet, quod Romanus Pont. ſuccedat Petro, ſed ſubſequentibus factis diſponendum hoc reliquit.*
5. *Quid ſpectandum ad ortum & initium ſucceſſionis Romani Pont.*
6. *Coniunctio ſummi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano an ſit inſtituta iure diuino. & n. 7.*
8. *Petri ſedes primitus in prouincia Antiochena fuit, ſed iubente domino Romam tranſlata eſt n. 20.*
9. *Locus quem elegit Dominus eſt Apoſtolica ſedes.*
10. *Pontifex loquitur eo modo quo ipſi ſolent in ſuis epiſtolis decretalibus dicere ſe electos diuina prouidentia, & electione ad Pontificiam dignitatem.*
11. *An Romana Cathedra Petri ſit coniuncta cum ſummo Pontificatu.*
12. *Mors Petri non nuda ſed morte iuſſa à Chriſto in vrbe Roma firmauit Romanam ſedem in Petri ſucceſſione.*
13. *Quid ſit ratio ſuccedendi in ſummum Pontificatum Romanum Epiſcopum.*
14. *Propoſitiones quæ de fide ſunt ab Eccleſia tradita & fidelibus credenda propoſita, non ſunt verè dumtaxat per accidens, ſed per ſe.*
15. *Epiſcopus Romanus eſt ſummus Pontifex Petri ſucceſſor & Chriſti vicarius.*
16. *S. Apoſtolica ſedes & Romanus Pontifex in vniuerſum orbem tenet Primatum.*
17. *Pontifex aut Concilium nihil faciunt de fide quod ſaltem implicitè non contineatur in verbo Dei ſcripto.*
18. *In Inſtitutione euangelica implicitè continetur ius diuinum.*
19. *Qua ratione venerationi habeatur ſummus Pontifex.*
21. *Antonij Perez prudentia.*
22. *Nonnullorum ſententia.*
23. *Pontifices non poſſunt transferre ſedem ad alium Epiſcopatum ſine Dei iuſſu, ex Granado.*

Eminentiſſimus

EMinentiſſimus Dominus , Dominus
meus Cardinalis Caietanus rem vt in
pluribus aliis fecit clariſſimè enucleauit ,
quem ſecuti ſunt innumeri alij , qui poſt
1 ipſum ſcripſere , & alij , † qui ante ipſum
typis mandarunt ſcripta ſua , duo enim di-
cit primum, quod Euangelij teſtimonio non
probatur huiuſmodi coniunctio. Secundum
quod eſt confirmata Chriſti Domini autho-
ritate,& ſic non eſt ſolum de iure humano;
vtrumque probandum eſt fundamentis
ipſius verbis propriis relatis , & poſtea ego
aliud addam me quidem Iudice non facilis
ſolutionis.

Audi Caiet. circa primum ; *ad huius rei
euidentiam conſideranda ſunt duo. Primum vn-
de eſt, Secundum vnde ſcitur Romanum Pontifi-
cem ſuccedere Petro Circa primum autem di-
ſtinguendum eſt de ratione ſuccedendi , & de
2 ratione ſuccedentis. Nam † ratio ſuccedendi
non eſt Euangelica inſtitutio , ſed ſubſecutum
factum Petri quo Eccleſia, Romana appropria-
ta eſt Petro approbatione firmata. Declaru
ſingula cantum reddendo lectorem in primis ,
quod aliud eſt ſuccedere Petro , aliud eſt ſucce-
dere Petrum , hunc ſcilicet Romanum Pontifi-
cem , ratio enim quod Petrus habeat ſucceſſo-
rem inſtitutio eſt Euangelica , quia Dominus
in Petro paſtorale totius mundi inſtituit offi-
cium, vt præcedentibus manifeſtum eſt. Ratio
vero quod Petro ſuccedat hic , hoc eſt Rom.
Pont. non eſt inſtitutio euangelica , tum quia
euangelica voce non eſt Eccleſia Romana ap-
propriata Petro , ſed tota Eccleſia commiſſa ſi-
bi, dum dicitur paſce oues meas . & propterea
ſi Petrus perſeuraſſet vſque in finem , vt incı-
pit abſque appropriatione alicuius particularis
Eccleſiæ , nec Romanus Pontifex , nec aliquis
alius particularis Epiſcopus eſſet Petri ſucceſ-
ſor , ſed migrante ad cælum Petro, fuiſſet vnus
electus in Epiſcopum Catholicæ Eccleſiæ , qui
ſucceſſor fuiſſet Petri.*

3 *Tum quia ſi † Petrus in ſede Antiochena,
quam ſibi prius appropriauit perſeueraſſet vſ-
que ad mortem non Romanus Pont. ſed Antio-
chenus ſucceſſor eſſet Petri. Tum quia ſi Petrus
diſceſſiſſet ex Roma non tantum loco, ſed etiam
ſede, ita quod alibi ſedem elegiſſet non ſucceſ-
ſiſſet Romanus Pont. Petro, ſicut nec modo ſuc-
cedit Petro Antiochenus , qua inde diſceſſit
mutando non ſolum locum , ſed etiam ſedem.*

4 *Audi circa ſecundum, ex his patet non † ex
euangelica inſtitutione ortum habere , quod
Romanus Pont. ſuccedat Petro , ſed ſubſequen-
tibus factis diſponendum hoc reliquit Quocirca
ex eo quod appropriatione firmata Romana Ec-
cleſia Petri Pontificatui addicta eſt , vnde or-
tum eſt , vt Romanus Pontifex Petro ſuccedat.
Appropriationem autem firmatam dicimus ,
quia Petri morte firmata eſt , & quia Chriſti
authoritate robur firmitatis obtinuit. Nam (vt
Eccleſia cantat & Ambroſ. contra Auxentium
de Baſilicis tradendis quam habes lib. 5. inter
epiſt. Ambroſ. epiſt. 32. & ante ipſum Egeſyppus
de excidio Hieroſolym. cap. 2. affirmat) volente
Petro ab vrbe Roma diſcedere obuians Chriſtus
iuſſit , vt Romæ mortem pateretur , etiam di-
cendo , venio Romam iterum crucifigi ; vt non
auida Petri mors Romæ , ſed mors iuſſa à Chri-
ſto in vrbe Romana firmaret Romanam ſedem
in Petri ſucceſſione. Si † ad ortum itaque & 5
initium ſucceſſionis Romani Pontificis ſpectet
rationem ſuccedendi inuenies fuiſſe Eccleſiæ Ro-
manæ appropriationem ad Pontificatum Petri
firmatam, & Petri morte & Chriſti mandato.*
Hæc Cardinalis, quæ ſi medullitus meditati
fuiſſent aduerſarij veritatem ita certam, non
inficiarentur.

Igitur coniunctio iſta vt *ſupra* dicebam
† non eſt inſtituta iure diuino, quum Chri- 6
ſtus fecit Petrum eius Vicarium & vniuer-
ſalem totius Eccleſiæ Paſtorem , dicendo
paſce oues meas. At inſtituta eſt,& confirma-
ta ab Auctore Euangelij Chriſto Domino,
cuius mandato Petrus Romæ fixit ſedem ,
vſque ad mortem , vt conſtat ex relatione
adducta : Chriſti autem mandatum, præce-
ptum diuinum eſt , & diuinum ius. Quare
iure diuino robur habuit , & immutabile
vinculum coniunctio Summi Pontificatus
cum Epiſcopatu Romano;& quidem Reſo-
lutio iſta quam meminerunt Ambroſius,&
Egeſyppus , adeo certa eſt quod eam nega-
re, aut † in dubiũ vertere inſignis eſt teme- 7
ritas: ne plus dicam, Romæ eſt enim de hoc
traditio ſiquidem extra muros eſt quædam
parua Eccleſia ædificata in loco vbi hæc
Chriſti apparitio eſt facta,& dicitur *Domine
quo vadis ?* quam etiam approbant S. Gre-
gorius. *Hom. in Pſal. 4 pœniteut.* habetur *in
Actis S. Petri à Lino conſcriptis.* Approbãt Su-
rius *tom. 3. die. 2. Iulij*, Cæſar Baronius *tom. 1.
ad annum Chriſti* 69. Spondanus *ibid.* San-
derus *de viſibili Monarchia lib 7. anno Chri-
ſti* 44. & denique nullus eſt Hiſtoriogra-
phus , aut Auctor Catholicus , qui eam non
admittat , vt veram. Vnde Marcellus Papa
qui vixit anno .... *in epiſtola ad Epiſcopos
Antiochenæ Prouinciæ dicit. Petri † ſedes pri-* 8
*mitus apud vos fuit , quæ poſtea iubente Domi-
no Romam tranſlata eſt* : quo nihil clarius pro
noſtra confirmanda ſententia , quod præ-
fata coniunctio ſit ex iure , & mandato di-
uino Chriſti.

Et quidem miror & valde miror , quo-
modo quis Catholicus contrarium valeat
affirmare, cum id mea quidem ſententia de-
finierit & hiſtoriam canonizauerit Inno-
centius III. *reſcribens cuidam nobili viro
G. Montis Peſſulani*, & refertur *cap. per vene-
rabilem qui filij ſint legitimi* vbi ſic fatur. *Lo-
cus † quem elegit Dominus Apoſtolica ſedes eſſe* 9
cognoſci

Digitized by Google

cognoſci tur cum enim Petrus urbem fugiēs exi-
uiſſet volens eum Dominus ad locum quem ele-
gerat reuocare interrogatus ab eo Domine quo
vadis? Reſpondit venio Romam iterum crucifi-
gi, quod intelligens pro ſe dictum ad locum
ipſum protinus eſt reuerſus. Ecce vbi Pontifex
& rē decidit ex Hiſtoria, quam canonizat,
itavt in dubium verti nequeat; id autem
10 quod quidam reſpondet † Pontificem loqui
eo modo quo ipſi ſolent in ſuis Epiſtolis de-
cretalibus dicere ſe electos diuina proui-
dentia,& electione ad Pontificiam dignita-
tem,& tamen applicatio Pontificatus ad hāc
perſonam particularem non fit de iure di-
uino,ſed mediante electione humana, hoc
inquā ſalua pace Reuer.Patris,*qui ſic reſpon-*
*det p.698.*mihi ſūmopere diſplicet & iudico
ſuſtineri non poſſe,vtpotè contra Summum
Pontificem Innocentium III. qui vt pro-
11 bet† Romanā cathedram Petri eſſe coniun-
ctam cum Summo Pontificatu dicit, quod
locum Romanæ vrbis elegit Dominus,vt in
eo fieret huiuſmodi coniunctio, & ad hoc
probandum adducit reuelationem factam
Petro à Chriſto, vt iterum Romam rediens
ibi figeret ſedem & firmaret morte ſua;vn-
de ibi firmata eſt ſedes & Petri morte, &
12 Chriſti mandato & ſic † mors Petri(quæ ab
eius pendebat voluntate ſicut & martyriū)
non nuda ſed morte iuſſa à Chriſto in vrbe
Roma firmauit Romanam,ſedem in Petri
ſucceſſione, vt ſolidè dixit Caiet. aſt dum
Pontifices dicunt diuina prouidentia ſua, id
factum inſpirando Auctores, vt ipſum eli-
gerent,non tamen interuenit, ſpecialis ali-
qua reuelatio facta,vt Innocentius X.exem-
pli gratia eligatur, ſicut interuenit in con-
iunctione Summi Pontificatus cum Epiſco-
patu Romano,vt dicit Innocentius III. in-
teruenisſe. Et hæc pro enucleatione funda-
menti D.Caiet. quod me quidem iudice
rem valde vrget.

Sed huic valido muro antemurale præ-
ponamus, vt penitus dubium omne exclu-
datur & inconcuſſum maneat, coniunctio-
nem Summi Pontificatus cum Epiſcopo
Romano eſſe non de iure aliquo humano,
quantumcumque magno,ſed iure diuino;ita
13 quod † ratio ſuccedendi Romanum Epiſco-
pum in Summum Pontificatum non ſit præ-
cisè ius aliquod aut voluntas humana, ſed
iuſſio & voluntas diuina Chriſti ſpecialis,
etſi non in Euangelio expreſſa, tamen tra-
ditione Eccleſiæ cognita.Hoc mihi omnino
eſt perſuaſum & ita certū, vt mirer Catho-
licos ſcriptores in hanc impegiſſe manife-
ſtam veritatem, quæ ad minus, vt canoni-
zata debet venerari, ſicut & reuelatio facta
Petro fugienti, vt Romam rediret.

14 Igitur ſic argumentor, Propoſitiones †
quæ de fide ſunt ab Eccleſia traditæ & fi-
delibus credendæ propoſitæ non ſunt veræ
duntaxat per accidens,ſed per ſe ex vi con-
nexionis, quam habent ex diuina reuela-
tione prædicatum,& ſubiectum; non enim
ſe habent ſicut hæ *muſicus ædificat*, aut *al-*
bus cytarizat, in quibus prædicatum &
ſubiectum per accidens coniunguntur. Aſt
non ſolum hæc propoſitio, *Petrus eſt conſti-*
tutus Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ & factus
Vicarius Chriſti,eſt de fide ſed etiam iſtæ † 15
Epiſcopus Romanus eſt Summus Pontifex Pe-
tri ſucceſſor & Chriſti Vicarius,ſimiliter hæc
Eccleſia Romana eſt mater aliarum Eccleſia-
rum & omnes illi ſubditæ ſunt habens reſpe-
ctu illarum primatum illi à Domino conceſ-
ſum: & ſimiles, & ſunt de fide,itavt ſit hæ-
reticus, qui eas negaret; eàs enim tradunt
Summi Pontifices Marcellus ſupra relatus
Iulius I. Gelaſius, Nicolaus II. & Nicolaus
III. Vigilius. Pius I. quos refert Bellarm.
infra citand. ex quo deſumpſit Antonius
Perez in Pentateuco fidei, *lib. vlt. dub.* 4.
cap. 2 Reuerendiſſimus Magiſter à Sancto
Thoma, *vbi ſupra concluſ.* 4. & omnia quæ
hîc poſſent adduci comprehendit Concilium
Florent. ſub Eugenio IV. celebratum
anno 1439. ſic definiens. *Definimus* † *San-* 16
ctam Apoſtolicam Sedem & Romanum Pon-
tificem in vniuerſum orbem tenere Primatum,
& ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem
eſſe ſancti Petri Principis Apoſtolorum & ve-
rum Chriſti Vicarium totiuſque Eccleſiæ caput
& omnium Chriſtianorum Patrem, ac Recto-
rem exiſtere,& ipſi in Beato Petro paſcendi,
regendi & gubernandi vniuerſalem Eccle-
ſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam po-
teſtatem traditam eſſe, quemadmodum in ge-
ſtis œcumenicorum & ſacris Canonibus conti-
netur. Hactenus definitum eſt à ſacro Con-
cilio cui conſonat, quod multo ante Nico-
laus Papa ſupra inductus dixit. *Qui Ro-*
mana Eccleſia priuilegio ab ipſo Summo Eccle-
ſiarum capite auferre conatur,hic proculdubio
in hæreſim labitur, &c. vt ſupra.

Ex quibus talę conficio irrefragabile ar-
gumentum † Pontifex, aut Concilium ni- 17
hil faciunt de fide quod ſaltem implicitè
non contineatur in verbo Dei ſcripto, ſci-
licet Biblia ſacra, aut verbo Dei non ſcri-
pto ſcilicet traditione, atqui Concilium &
Nicolaus Papa dicunt, quod Pontifex Ro-
manus in vniuerſum orbem tenet prima-
tum, & quod qui hoc priuilegium aufert à
Romana Eccleſia proculdubio in hæreſim
labitur,ergo de fide eſt,quod Sūmus Ponti-
ficatus eſt coniunctus cum Epiſcopatu Ro-
mano, ergo hæc coniunctio continetur in
verbo Dei, itavt aliter fieri nequiret ex vi
præſentis decreti diuini,ergo quod hæc du-
plex dignitas coniungatur, non eſt precisè
humanum ius,aut volūtas,ſed diuinum im-
perium,

perium, & iuſſio quæ robur dedit voluntati Petri de ſubeundo martyrio Romæ,vn-
18 de † in inſtitutione Euangelica, qua Chriſtus inſtituit ſummum Pontificatum, & in Petro collocauit dicens. *Paſce oues meas*, implicitè continebatur ius diuinum quod hæc dignitas ſumma iungeretur Epiſcopatui Romano quod antequam Chriſtus ſummum Pontificatum inſtitueret præcognouit & iuſſit Petro fugienti,vt id in executione poneret vt intenderat;vt Roma quæ ſedes erat imperij fieret ſedes fidei & ſummi Paſtoris, vt adnotat Nicolaus III. *c.fundamenta de electione*. & Leo I. *ſerm.2. de S.Petro*.

19 Vnde Concilium Nicæn. *can. 3.* † *veneramur* (inquit) *ſecundum ſcripturas & Canonum definitiones ſanctiſſimum Romanæ & antiquæ Eccleſiæ Epiſcopum primum eſſe & & maximum omnium Epiſcoporum, cuius Principatus Romæ eſt Petro ſimilis & authoritate par. Patriarcharum omnium Dominatum & principatum obtinet. Huic Sanctioni ſi quis repugnauerit totius Synodi decreto anathemati ſubiiciatur.* Si ergo ſecundum ſcripturas & Canonum definitiones ſummus Pontificatus omnium Patriarcharum dominatus,eſt iunctus Epiſcopatui Romano,non à iure humano dimanat hæc coniunctio, ſed à diuino imperio & mandato, quod expreſſit Marcellus Papa *vbi ſupra* ſcribens *ad*
20 *Epiſcopos Antiochenos, Petri ſedes* † *primitus apud vos fuit, quæ poſtea iubente Domino Romam tranſlata eſt*, vnde ortum duxit illud elegans elogium imperatoris Honorij qui ſedit in imperio *an.*410. qui dum ſcribit ad Bonifacium ſummum Pontificem ipſum appellat *vrbis æternæ Papã* propter indiſſolibile & ſempiternum vſque ad finem mundi
21 vinculum Papatus cum illa, quare † prudenter timebat vir ille valde eruditus Illuſtriſſimus Antonius Perez *vbi ſupra cap.* 12. nec ſententia oppoſita aperte repugnet ſummorum Pontificum & Conciliorum verbis.

Quare ſententiam noſtram paucis exceptis tenent fere omnes tam Theologi quam Canoniſtæ. cano. *lib.6.de locis.cap.4. & vlti. ad* 10. Turrecremata.*cap.Sacro-Sancta.* 22. *diſt. & lib.3. de Eccleſ. cap.* 40. *ad* 3. & citat ibi Paludanum Alfonſus Mendoza *quæſt.*4. *Scholat.* Bellarm. *tom.1.de Pontif. lib.4.cap.4.*
22 *& lib. 2. cap.* 12. Suarez † *diſp.* 10. *de fide ſect.3.n.*10. Valentia *ibi quæſt.7.* §.37. Salmeron. *tom.4.p.3. tract.*5. Driedo. *lib.4.de Dogmate cap.*4. Turrianus. 22.*diſp.*15.*dub.*2. quod dicit eſſe valde certum, Azor. *p. 2. lib. 4. cap.*11. *quæſt.*2. dicens, *hæc ſententia ita certa mihi eſſe videtur vt primam cum iure ipſo Canonico pugnare cenſeam* S. Antonius. 3. *p. tit.* 23. *cap.* 5. §. 7. Petrus de Monte *in ſua Monacrhia de præſtantia Papæ n.*14. Guerrer. *in ſpeculo iuris pag.*8. Leſſius Iordanis.*de maiorat. Epiſcop.cauſ. ad Papam deferend.cap.*11. *n.* 34. & alii quos refert & ſequitur Barboſa, *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.1.cap.1.à n.*32. *& de poteſt.Epiſcop.p.1. tit. 3. cap. 12. n.* 12. Ioannes Andreas & Ancharranus. *cap. fundamenta. de electio. in* 6. Archidiaco. *cap. regamus* 24.*diſt. vbi* Bellamera, Abbas. *cap. per venerabilem citat.* Iacobatius. *de concil. lib.8. artic.*7. Aluarus Pelag. *de planct.Eccleſ.lib.1. cap.*32. Malderus. 22. *quæſt.1. artic.10.diſp.3. dubio. 3.in fine* dicens. *Hanc ſententiam omnino eſſe recipiendam* Granados *controuer.1. de fide tract.7. diſp.1. ſect. 3. num.*17. dicens:
quod † *Pontifices non poſſunt transferre ſedem* 23
ad alium Epiſcopatum ſine Dei iuſſu, quod interdum Pontifices in Gallia vixerunt, nunquam tamen deſiit eſſe Epiſcopus Romanus qui in ſummum Pontificem eligebatur ſed de hoc §.*vltimo*.

§. III.

Eneruantur fundamenta oppoſitæ Sententiæ.

SVMMARIVM.

1. *Coniunctio ſummi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano conſtat ex iuſſione & mandato Chriſti.*
2. *Eſſe de iure humano aliqui autumant.*
3. *Conſtituitur paſtor vniuerſalis à Chriſto S. Pont.*
4. *Ante Chriſti iuſſionem non erat iſta coniunctio formalis ſicut facta eſt poſt.*
5. *Ius medium inter diuinum & humanum, ex Bannez, & n.6.*

MIror valde quod Domini illi zelantiſſimi Magiſtri Soto & Bannez in re tanti ponderis, ita leuibus argumentis mouerentur, & contra magnum fluuium & torrentem Auctoritatis Eccleſiæ paruum riuulum inuexere rationum, quæ nullo negotio diluentur ad. Primum Reſpondetur
quod † inſtat ex iuſſione, & mandato Chri- 1
ſti, vt vidimus, & hoc ex traditione totius Eccleſiæ, & aſſertione expreſſa ſummorum Pontificum, vnde conſtat ad Se-
cundum, quod † enim aliqui Catholici af- 2
firment eſſe de iure humano pauci ſunt & affirmarunt cum timore. Ego eos non cenſuro,ſed prorſus mihi non ſubuenit quomodo eos tuear.

Ad Tertium Reſpondetur quod hæc coniunctio implicitè continebatur in Euangelio dum Chriſtus inſtituit ſummũ Pontificatum in Petro non ſeparatum ab Epiſcopatu

paru; ſed ipſum inſtituendo ſummum Pontificem Epiſcopum conſecrauit,vt bene notant Turrecremara *lib.2. de Eccleſia cap.* 32. *&* 33. *&* 34. vbi id egregiè & eruditè comprobar,legatur, quem ſequunturBannez,*vbi ſupra in fuſiori comment. dub.* 4. *§.pro quo notandum*, Bellarminus, *lib.1. de Romano Ponti-*
3 *fice cap.*23.eo enim ipſo quod † ipſum conſtitu it vniuerſalem Paſtorem dicendo, *paſce oues meas*, ipſum conſecrauit Epiſcopum, Epiſc oporum,vnde Innocentius I.*in epiſt.ad Concil. Carthag. quæ*91. *inter Auguſtinianas*, dicit quod, *à Petro eme rſit Epiſcopatus & tota huius nominis auctoritas*, quia ſcilicet ipſe immediatè fuit conſecratus Epiſcopus à Chriſto & ipſe cæteros mediatè vel immediatè,cæterum huius Epiſcopatus Petri appropriauit certam Diœceſim, dum mandauit quod Romæ figeret ſedem ſuam, ſicut ipſe iam alta mente conceperat & diſpoſuerat.

Ad quartum reſponderur, ſolum probare
4 quod ante iſtam Chriſti iuſſionem non erat iſta coniunctio for malis, ſicut facta & poſt iuſſionem & Imperium Chriſti,non tamen probat quod non fuerit radicalis in ipſa inſtitutione Euangelica ſummi Pontificatus, ſicut Sacerdos in ſua ordinatione accepit radicalem iuriſdictionem, vt poſſit abſoluere à mortalibus, quæ non fit formalis quo vſque illi aſſignentur oues ex delegatione ſui Paſtoris, ita iſta coniunctio radicalis eſt de iure diuino Euangelij, at formalis eſt de iure diuino Imperij Chriſti ſummi legiſlatoris.

5 Id autem quod dicit Bannez,de iure †illo medio inter diuinum & humanum, non omnino diſplicet & poteſt deſeruire ad propoſitum, quatenus dicimus quod ſummus Pontificatus & Epiſcopatus Romanus ſunt inſolubili nexu vniri ex iure diuino particulari Chriſti, quod eſt medium inter humanum & diuinum vniuerſale, & illi tenebatur Petrus obedire, & ex illo conſtituta eſt hæc coniunctio formalis,ſicut ſi ſimplex Sacerdos non habens iuriſdictionem formalem abſoluendi à mortalibus ex reuelatione approbatâ ab Eccleſia,haberet immediatè à
6 Chriſto iuriſdictionem iſtam, vtique poſſet audire confeſſionem mortalis culpæ, & ab eâ abſoluere, quam poreſtarem haberet de iure diuino particulari. De eo quod dicit Magiſter à ſancto Thomâ, quod in caſu poteſt ſummus Pontificatus vniri alteri Epiſcopatui quam Romano, iam trutinam facio.

§. IV.

Pontifex ſummus iure diuino tenetur Romæ perſonaliter reſidere.

SVMMARIVM.

1. *Iuriſdictio ſummi Pontificis omnem locum & gentem reſpicit.*
2. *Si ſummus Pontificatus & Epiſcopatus Romanus eſſent coniuncti tantum iure humano, poſſet Pontifex hoc vinculum ſoluere de plenitudine poteſtatis, quam habet ſupra vniuerſum ius Canonicum.*
3. *Pontifex Romanus tenetur iure diuino Romæ reſidere.*
4. *Papa non poteſt transferre ſedem ſuam in alium locum ſine ſpeciali reuelatione.*
5. *Pontifex qua ratione iure diuino poſſit diſpenſare.*
6. *Clemens V. ſedem mutauit ad inſtantiam Philippi Francorum Regis.*
7. *Sedes Pontificia quorumnam ſuaſu Romam tranſlata eſt.*
8. *In perſecutione Antichriſti in qua vrbs Roma funditus eſt euertenda Papa mutabit locum non ſedem.*
9. *Enoch, Elias & S. Ioannes Euangeliſta impetrabunt à Deo quod ſummus Pont. ſit Epiſcopus Romanus.*

SI ſummus Pontificatus eſſet ſeparatus ab omni Epiſcopatu, & eſſet iure diuino Paſtor vniuerſalis totius gregis Chriſti, & humani generis rector & gubernator non tamen teneretur iure diuino Euangelij ad reſidentiam perſonalem in aliquo loco determinato,cuim † omnem locum & gentem 1
eius iuriſdictio reſpiciat, teneretur tamen iure naturæ in illo loco reſidere, ex quo faciliori modo poſſit vniuerſo gregi paſcua, quæ ſibi competunt prouidere,qui locus variari poſſet pro variatione diuerſarum circumſtantiarum, ſimiliter ſi † ſummus Pon- 2
tificatus & Epiſcopatus Romanus eſſent coniuncti ſolum iure humano,poſſet vtique Pontifex hoc vinculum ſoluere de plenitudine poteſtatis ſuæ, quam habet ſupra vniuerſum ius Canonicum, an vero hoc expediat ram regimini Eccleſiæ, quam bono publico politico Chriſtianitatis, alij iudicent, & Deus iudicabit, non enim quicquid licet expedit,vt ſequentibus reſolutionibus manifeſtum fiet.

Quare loquendo iuxta principia poſita, quod coniunctio præfata ſit de iure diuino ſpeciali,certum debet eſſe † Pontificem Ro- 3
manum teneri iure diuino Romæ reſidere, & non poſſe tuta conſcientia ſine cauſis quæ alios paſtores à perſonali reſidentia excuſant alibi per longum tempus inhabitare; hoc

hoc conſtat, quia vt *lib.* 1. *Reſ.* 1. ex ferè omnium Scribentium ſenſu, ex Patribus, ſacra Scriptura & Conciliis probauimus. Reſidẽtiam perſonalem Paſtorum eſſe de iure diuino & naturali, à quo non eximitur Summus Pontifex, cum illi inferior, & eius obligatione arctatur & conſtringitur, ſicut obligatione voti & iuramenti, & aliorum præceptorum diuinorum, cumque probatum ſit coniunctionem Papatus cum Epiſcopatu Romano eſſe factam ſpeciali iuſſione diuina, Summus Pontifex iure diuino, vt eſt Epiſcopus Romanus Romæ reſidere tenetur, vnde egregiè Cardinalis Turrecremata, *lib.* 2. *cap.* 40. *ad* 3. *cit.* ſequens opinionem Palu-
4 dani dicit, *quod † Dominus Papa non poteſt transferre ſedem ſuam in alium locum ſine ſpeciali reuelatione cuiuſmodi ſpeciali iuſſione tranſlata eſt in Romam. Et cum dicitur quod eſt falſum negatur & ad probationem reſpondetur. quod Papa non poſsit mutare ſedem ſuã non eſt, quod ſit minoris auctoritatis, quam Petrus, ſed quia hic interuenit ſpecialis iuſsio Chriſti, contra quam ſeruus venire non poteſt*: Hæc ille, quare hanc ſententiam ſequuntur omnes quos adduximus §. 3. & in propriis terminis Barboſa *vbi ſupr. n.* 3 2. & alij.
5 Cæterum † cum Pontifex ex rationabili cauſa poſſit iure diuino diſpenſare declarando, quod hîc & nunc non currit eius obligatio, ſic poteſt eſſe quod ſedem mutet aliò, ita vt ſedem ipſe non mutet, ſed ſemper perſeueret Epiſcopus Romanus, tunc enim ſedes mutat locum cum Papa, Papa
6 tamen non mutat ſedem ſicut fecit † Clemens V. Gallus ad inſtantiam Regis Francorum Philippi, vel vt vult Genebrardus tranſtulit propter ſeditiones Italicas, quibus mederi non poterat magno Chriſtianorum incommodo, ſedem Pontificiam ab vrbe Roma Auenionem Galliæ vrbẽ, vbi ſucceſſores manſere *ann.* 70. Volaterranus *lib.* 22. Platina *in vita huius Pont. quod captiuitatem Babylonicam Itali appellabant*, vſque ad Gregorium XI. *anno* 1371. qui eandem Pontificiam ſedem *poſt* 70. annum dictum, Ro-
7 mam Auenione retulit, † ſuaſione & litteris S. Catharinæ Senenſis & Baldi Peruſini Iuriſconſulti, quod quam gratum fuerit Maieſtati diuinæ S. Brigitta declarat exultans & dicit illi *lib.* 4 *cap.* 49 *ſuarum reuelationum. Ecce vicarius tuus, qui ſedet in ſede tua in mundo reduxit iam ſedem ſuam, in antiquum & priorem locum, vbi ſedit primus Papa Petrus, qui fuit Princeps Apoſtolorum.* Hæc ibi & ſic ſedes mutat locum non Papa ſedem.
8 Vnde exiſtimo, quod † in perſecutione illa Antichriſti in qua vrbs Roma funditus eſt euertenda Papa quidem mutabit locum non ſedem, tunc enim dicetur etiam Epiſcopus Romanus, quamuis ibi nullas haberet oues, quia hoc eſt per accidens, cum totum ouile Chriſti illi ſit ſubiectum tempore illo, & conſecratio Epiſcopi Romani ſemper perſeueret, vt hodie contingit in Epiſcopis annullaribus, & iuſſio Chriſti non cogat alteram ſedem eligere, addo quod ſatis pium eſt credere, quod † tres illi teſtes fideles 9
Enoch, & Elias & S. Ioannes Euangeliſta (vt volunt eius deuoti) à Deo impetrabunt diſpenſationem illius præcepti, quod Summus Pontifex ſit Epiſcopus Romanus, & ſic poterit mutare ſedem & Summum Pontificatum vnire alteri Epiſcopatui, ſed quod dixi prius, magis conſonat rationi, quia in illo tempore nihil conducit, quod Summus Pontificatus alteri Epiſcopatui iungatur.

RESOLVTIO II.

Vtrum liceat Summum Pontificem Romanum Epiſcopum nominare ſibi ſucceſſorem in vtraque dignitate?

SVMMARIVM.

1. *An liceat & an expediat Summum Pont. Rom. Epiſcopum nominare ſibi ſucceſſorem in vtraque dignitate. & n.* 2.

NON eſt idem inquirere vtrum liceat, & vtrum idem expediat, quod multi in præſenti difficultate confundunt, cùm ſint longè diuerſa dogmata, & diuerſis viis venanda & eorum veritas dignoſcenda, 1
omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant, aiebat Paulus 1. *ad Cor.* 10. *n.* 22. quia vt inquit Sedulius, *omnia quæ iure non prohibentur licent, quia per ſe non habent peccatum, ſed non ſemper expediunt, quia occaſionem nonnunquã generant delinquendi, vel offendendi fratres, omne autem quod expedit, licet.* Quæ Sedulij verba ſedulo cogitans, iudicaui neceſſarium diſtinguere inter hæc duo v. g. *Pontifici liceat ſibi eligere ſucceſſorem in Epiſcopatu Romano, cui adnectitur Summus Pontificatus, & vicariatus Chriſti, & vtrum id expediat.* Quare diſtincta reſolutione & ex valde diuerſis principiis; vtrumque eſt diſcutiendum & determinandum. Primũ enim reſpicit actus validitatem, ſecundum vero honeſtatem & immunitatem à malitia, & inconuenientibus tam Politicis, quam Religioſis. Igitur ſenſus præſentis Reſolutionis eſt. Vtrum
† Sũmo Eccleſiæ capiti ſi vtatur plenitudine 2
Poteſtatis (quam Chriſtus Petro conceſſit & in quam ſuccedunt Papæ) liceat nominare ſibi ſucceſſorem, illi renuntiando Summam

Pontificiam dignitatem, ſicque ipſe renunciatione in ſucceſſorem facta excuſetur à perſonali reſidentia.

§. I.

Sententia negatiua proponitur & fundatur.

SVMMARIVM.

1. *Sæpius tentatum in Romana Curia, quod Summus Eccleſiæ Paſtor ſucceſſorem in ſede Apoſtolica eligat.*
2. *Bonifacius Papa de facto eligit ſibi ſucceſſorem.*
3. *Gothorum Reges Romani Pontificis electionem dum Italia dominarentur impiè ſibi vendicabant.*
4. *Bonifacius ſe ream fatetur de electione ab ipſomet facta.*
5. *Non licet Pontifici ſibi eligere ſucceſſorem*
6. *Poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem in Summum Pontificatum non eſt relicta à Chriſto Domino.*
7. *Poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem habet ordinariè adiunctum abuſum.*
8. *Chriſtus non reliquit Summo Pontifici hanc poteſtatem.*
9. *Poteſtas à Chriſto relicta ad eligendum Summum Pontificem eſt certa & indubitata.*
10. *Paſtor vniuerſalis electus talis debet eſſe, vt ſecurè poßit adorari à populo, vt Chriſti Vicarius.*
11. *Poteſtas eligendi Summum Pontificem eſt de iure diuino.*
12. *Qui eligant Summum Pontificem.*
13. *Poteſtas electi Pontificis eſt dubia.*
14. *Quacũque ipſe declararet eſſent inualida.*
15. *Eccleſia poteſt & tenetur talem electum deponere Pontificem.*
16. *Aliquorum depoſitio ob eorum electionem incertam.*
17. *Hæc quæſtio ſub Paulo IV. ventilata &* num. 18.
19. *Effectus huius electionis refertur ad tempus in quo non eſt futurus Papa.*

1 NOn ſemel intentatum eſt imo & tentatum in Romana curia quod † Summus Eccleſiæ Paſtor ſucceſſorem in ſede Apoſtolica eligat. Sic curauit Cardinalis S. Marci Franciſcus Piſanus, vt Paulus III. ipſum nominaret ſucceſſorem, & Cæleſtinus III. *circa annum* 1192. electus cum graui laboraret morbo voluit renunciare Papatui, cui volebat ſuccedere Cardinalis de S. Paulo tituli S. Priſcæ, & Cardinales noluerunt, *aſſerentes inauditum fuiſſe in Eccleſia, quod Pontifex Summus ſeipſum deponat*, vt refert Cardinalis Baronius *tom. vltimo ſuorum annalium, anno Chriſti* 1198. *& anno* 531. à Chriſto nato † Bonifacius Papa 2
non ſolum curauit, ſed de facto ſibi elegit ſucceſſorem quendam Vigilium Diaconum, quod ita refert Cardinalis Baronius *tom. 7. pag. mihi* 165. ex Athanaſio. *Hic Bonifacius congregauit Synodum in Baſilica B. Petri Apoſtoli, & fecit conſtitutum, vt ſibi ſucceſſorem ordinaret; quo conſtituto cum chirographis Sacerdotum, & iureiurando ante confeßionem B. Petri Apoſtoli Diaconum Vigilium conſtituit (ſucceßionem videlicet), quod enim (vt ſuperius dictum eſt) Gothorum Reges † Ita- 3
lia dominantes impiè ſibi vendicaſſent Romani Pontificis electionem: vt huiuſmodi præſumptam & vi vſurpatam licentiam ex Gothorum manibus Romana Eccleſia extorqueret, hoc prætextu viſus eſt Bonifacius nouam hanc & prædeceſſoribus hactenus intentatam viam aggredi: nempe vt ſucceſſorem deligens Pontifex nullum relinqueret locum vacantis Sedis: quod quidem ſpeciem iuſtitiæ aliquam præ ſe ferret.* Nam ſubdit de iis idem Athanaſius.

*Eodem tempore facta iterum Synodo, hoc caſſauerunt Sacerdotes omnes propter reuerentiã S. Sedis, & quia contra Canones hoc fuerat factum, & quia culpa eum reſpiciebat, vt ſucceſſorem ſibi conſtitueret: ipſe † Bonifacius ream 4
ſe confeſſus eſt maieſtatis, quod Diaconum Vigilium ſui ſubſcriptione chirographi ante confeßionem B. Petri ſucceſſorem conſtituiſſet: & ipſum conſtitutum in præſentia omnium Sacerdotum & Cleri & Senatus incendio conſumpſit. Certum quidem eſt eiuſmodi conatum probro eſſe datum ambobus; Imprimis vero ipſi Vigilio, quod id curaſſet. Scimus Siluerium Papam in decreto anathematis in ipſum Vigilium hæc ipſa exprobraſſe, quia contra Iura Canonica temporibus S. memoriæ Bonifacij Papæ ipſo viuente deſignari conabaris, niſi tibi ampliſſimi Senatus Iuſtitia: tunc prouidentia paſtorali, ac Pontificali authoritate tua execrande iam debuerant auſpicia detruncari, ſed dum paruum vulnus in te neglectum eſt inſanabile accreuit apoſtema, &c.* Hæc in Vigilium delectum Bonifacio ſucceſſorem Siluerius, hæc etiam Baronius qui adfirmat ex Athanaſio, quod Agapetus Papa contra Bonifacium in hoc puncto ſcripſit.

Ex quibus validiſſimum ſumitur argumentum pro ſententia negatiua, quod † non 5
liceat Pontifici eligere ſibi ſucceſſorem, quia ſi nominatio ſucceſſoris in Pontificiam dignitatem approbata in Concilio, in quo præſedit Pontifex confirmata decreto Cõcilij & ſubſcriptione Pontificia & cæterorum Patrum, firmataq; iuramento ita inuiſa fuit toti Eccleſiæ, vt illico viuente eodem Pontifice in alia Synodo caſſatũ fuit conſtitutũ in priori fatente Pontifice ſe reũ fuiſſe Maieſtatis, & Synodus ipſa caſſauit propter reuerentiam S. Sedis, & quia contra Sanctos

Canones

Digitized by Google

Canones fuerat factum; quæ motiua etiam hodie perſeuerant, & ita nunquam licet ſicut tunc non licuit.

6 Secundò, quia hæc † poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem in Epiſcopatum Romanum & Summum Pontificatum non eſt relicta à Chriſto Domino Summo Pontifici; ergo, antecedens probatur, quia certum eſt ex ſcriptura, & Patribus, quod poteſtas relicta à Chriſto eſt in ædificationem, & non in deſtructionem Eccleſiæ, quam acquiſiuit, & fundauit ſanguine ſuo, atqui poteſtas eligẽdi ſibi ſucceſſorem eſſet in deſtructionem, & non in ædificationem ergo non eſt relicta à Chriſto Domino. Minorem probat D. Martinus Iiron de la Palazeda (*nomen ſuppoſitium cuidam apologiæ de hac materia editæ an. 1646. cuius Author ſatis notus fuit*) quia ſic, eſſe poſſet hæreditaria vnius Nationis, aut familiæ ſumma dignitas Pontificia, nec ſatisfacis ſi dicas, quod iſte eſſet abuſus ortus malitia non ex vi poteſtatis relictæ, ſicut ſi abuteretur Pontifex poteſtate ſibi relicta ad eligendum Cardinales, Epiſcopos & cæteros Eccleſiæ miniſtros, ad diſpenſandum in votis, & adminiſtrandum ſacramenta, quia iſta poteſtas non ita or-
7 dinariè habet ſecum adiunctum abuſum † ſicut poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem, quam cogeret affectus naturalis & impelleret, vt eligeretur conſanguineus, nationalis, couciuis, &c. Sic enim nullus poteſt eſſe iudex in cauſa propria, & ablata eſt facultas à Domino occidendi ſeruum, qui ipſum iniuriauit, quia ibi amor proprius & hic affectus vindictæ obcœcaret.

8 Tertiò, quia non eſt certum quod † Chriſtus reliquerit Summo Pontifici hanc poteſtatem. Ergo non eſt aſſerendum eam reliquiſſe. Conſequentia probatur, quia vbi non eſt certum, & conſtans eſſe relictam, non debet admitti, eſſe relictam, quia ſi Chriſtus eam reliquiſſet manifeſtam & extra dubium in Eccleſia ſicut reliquit poteſtatem eligendi Summum Pontificem à Clero & Cardinalibus, quæ certa & conſtans eſt *cap. licet de electio, cap. vbi periculum de elect. in 6. cap. in nomine 23. diſt.* antecedens probatur ex his quæ dicemus *infra*, quod electio ſucceſſoris cum ſit incerta poſſet mortuo Pontifice electore caſ-
9 ſari; Poteſtas enim † relicta à Chriſto ad eligendum Summum Pontificem relicta eſt ad electionem certam, & indubitatam, ſi enim talis non eſt, pernitioſa eſt Eccleſiæ, & ita quũ eſt ſchiſma eſt poteſtas in Eccleſia ad inualidandas electiones eorum, qui in ſchiſma ſunt electi ad pacem & tranquillitatem Eccleſiæ, vt factum eſt quando fuit electus Martinus quintus.

Quarta, quia Paſtor vniuerſalis electus talis debet eſſe, vt ſecurè poſſit adorari à populo, vt Vicarius Chriſti & regula veri- 10
tatis & talis quod poſſint cogi hæretici, vt ipſum cognoſcant, vt verum Petri ſucceſſorem, vt determinatur à Martino V. *in Bulla quæ habetur in Concil. Conſtit.* illum qui actualiter Eccleſiam regit & gubernat; hæc autem firmitas nequit ſubſiſtere, reſpectu electi Pontificis ex poteſtate eligendi ſibi ſucceſſores, quia iſta eſt poſita in opinione Catholicorum, & qui negatiuam ſequeretur poſſit, legitimam eſſe negare.

Quintò, quia † poteſtas eligendi Sum- 11
mum Pontificem eſt de iure diuino, vt certum debet eſſe apud Catholicos cũ debeat eſſe à Chriſto conceſſa; at poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem in Pontificatu non conſtat ex Scriptura, Patribus, Cõciliis, aut traditione, aut acceptatione, & communi conſenſu fidelium, & ita admitti nõ debet vt conceſſa à Chriſto, etenim ex vſu Sacramentorum, formarum & materiarum ipſorum quibus vtitur Eccleſia ſufficit, vt ſit certum non eſſe nec poſſe eſſe ex vi præſentis prouidentia alia Sacramenta, alias formas, & materias præter eas, quas recipit Eccleſia; † atqui 12
hæc à ſuis incunabulis conſtanter obſeruauit, vt poſt mortem Pontificis Clerus & Cardinalis eligant Petri ſucceſſorem ergo alter vſus electionis validus non eſt.

Sextò, quia non tenerentur fideles obe- 13
dire electo Pontifici hoc modo, probatur, quia poteſtas electi eſt dubia & poſita in opinione probabili hanc electionem eſſe inualidam, ergo poſſunt fideles ſe illi conformare prudenter iudicando non eſſe verum Pontificem, ad quod prudentiale iudicium ſufficit, quod ſit opinio probabilis de hoc quod iſte non eſt verus Pontifex: ergo poſſunt fideles illi non obedire imo tenentur non obedire, quia teneor ſequi opinionem probabilem quum ſi non facio ſequitur graue damnum proximo, & multo magis reip. & multo magis Eccleſiæ Chriſti vniuerſæ, vt multis citatis tenent Thomas Sanchez, *lib. 2. de matrimon. diſput. 36. num. 8. in ſumm. lib. 1. cap. 9. num 25.* Caſtro Palao, *tom. 1. diſputat. 2 num. 5.* & eſt apud omnes certum. Ex electione autem per nominationem ſucceſſoris, plura, & grauiſſima ſequuntur inconuenientia, non enim † ma- 14
nerent res, quas ipſe declararet de fide cum omnimoda certitudine; ſub dubio poteſtas ordinis & iuriſdictionis, & Sacramentorum adminiſtrationis valor incertus, ſine vi leges ab eo factæ, & tãdem tota Eccleſiaſtica Monarchia turbata, vtpotè exiſtens cũ incerto gubernatore: vnde fideles, & legitimi Prælati, Reges, & Imperatores tenentur impedire omni conatu hanc electionem.

Septimò, etiamſi ralis electio eſſet vali-
15 da, Eccleſia † poreſt & renetur electum hoc
modo deponere, & alium eligere, habet
enim poteſtatem à Chriſto ſibi conceſſam
ad deponendum Ponrificem incertum, ſicut
fecit cum Concilio Conſtanrienſi, vbi depo-
ſiti ſunr Ioannes XXIII. Benedictus XIII. &
Gregorius XII. quorum quilibet habebar
plures Theologos & Iuriſpetitos aſſerentes,
eſſe veram, & legirimam ſuam electionem,
& tamen, quia cum non poſſit eſſe niſi vnum
16 viſibile caput, quia † horum electio conrro-
uerſa erat & anceps depoſiri fuerunt, &
quilibet ſuo iuri ceſſir, vt eligeretur alter,
ſine conrrouerſia & indubius, vt electus fuir
Martinus V. qui in Bulla ſuæ confirmationis
declarauir eſſe de fide, quod *hic numero Pon-
tifex electus, & vt talis adoratus ab Eccleſia
eſt Petri ſucceſſor & Chriſti Vicarius*, quare
nullo modo poteſt ſubeſſe opinioni validiras
eius electionis, vt ſubeſt an poſſit ſibi deli-
gere ſucceſſorem.

Octauò, quia vt referr Diana, *p.10.truct.
5.reſolut.*4. rempore Pij IV. in Conſiſtorio
pleno & eriam ſub Paulo IV. ventilara fuit
17 hæc quæſtio †; & quamuis nonnulli inter
quos fuit Decius, ſententiam affirmatiuam
defenderent. Cæterum Pius IV. falſam eſſe
dixit, quam Conſiſtorialem relationem me-
minere Ioann. Bapt. Caſſalius, *de veteribus
ſacris Chriſtianorum ritibus cap.* 79. Andreas
Victorellus, *in additionibus ad Ciaconium in
vita Pij IV.*

Nonò, quia pro tempore, quo eligirur
18 Papa efficitur Papa, qui eligitur: ergo † re-
pugnat ei, quod præſupponat pro tunc Pa-
pam, quia quod fir non eſt. Ergo elector præ-
ſupponirur ex natura rei electioni, & ſi non
prius tempore, prius natura, & eſt ſimul
cum electione. Ergo actus electionis Papæ
non eſt à Papa, quia electio Papæ eſt actus
electoris Papæ.

Decimò, Panormitanus, *in c. licet de ele-
ctio. n.2.* ſic ait. *Non tamen poteſt Papa eligere
ſibi ſucceſſorem, vt notat gloſſa in cap. Apoſtoli-
ca, §. his omnibus* 8. *quæſt.* 1. *& ſequitur Ioannes
Andre. hic & Archidiaco. cap. tranſitus* 79.
*diſtinct. & tenetur hoc dictum communiter per
19 Doctores & eſt ratio, quia † effectus huiuſmodi
electionis refertur ad tempus in quo non eſt fu-
turus Papa, l. quis. D. de iuriſd. omnium iud.* Ha-
ctenus Abbas, quem accerrimè tuetur Car-
dinalis Turris Cremata, *in ſumma de Eccleſia
lib.* 2. *c.* 51. & ſequuntur Cardinalis Iacoba-
tius, & Cardinalis Albanus, citatur Cardina-
lis Caieranus, ſed de eius mente *infra*, eam
mordicus defendit Reuerend. Mag. Vincen-
tius Candidus, *in ſpeciali diſquiſitione de hoc
puncto*, ſequuntur eriam multi quos refert
Diana, *vbi ſupra reſolut.* 2. quos vidi, *adduco*,
Mendoza, *quodlibet.* 4. *Scholuſ.* Turrianus, 22.
diſp. 15. *dub.* 3. Comitolus, *li.* 1. *quæſt.* 98. Azor.
p. 2. *lib.* 4. *c.* 5. *q.* 3. Baronius, *tom.* 11. *Annalium,
ann.* 1073. *§. ſed inter hæc*, Iuſtus Laborinus,
tom. 1. *variar. tit.* 4. *c.* 43. *à n.* 33. Villadiego, *de
Card. q.* 5. *n.* 19. Barboſa, *lib.* 1. *de iur. Eccl. vniu.
cap.* 1. *à num.* 40.

§. II.

Sententia affirmans quod Pontifici ſit relicta à Chriſto poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem, vt magis iuri Canonico conformem: eligitur & propugnatur authoritate.

SVMMARIVM.

1. *An abſolutè expediat Pontificem vti plenitudine poteſtatis eligendi ſibi ſucceſſorem, remiſſiuè.*
2. *In Vicario Chriſti & Petri ſucceſſore reſidet poteſtatis plenitudo, vt poſſit ſibi eligerè ſucceſſorem in Epiſcopatum Romanum.*
3. *Pontifex cum non ſit Dominus ſummi Pontificatus, nequit in illum aliquem eligere.*
4. *An Chriſtus reliquerit ſuo Vicario poteſtatem ad definiendum res fidei, &c.*
5. *Electionis exemplum affertur & n.* 6.
7. *Petrus Linum & Cletum adiutores ſibi adſciuit, ſed Clementem ſucceſſorem.*
8. *Linus & Cletus exteriora miniſtrabant, Petrus verbo & orationi inſiſtebat.*
9. *Ex epiſtola Ioannis Papa poteſt Pontifex ſibi eligere ſucceſſorem.*
10. *Aduerſariorum euaſio.*
11. *Clementis Papatui vera fuit renunciatio.*
12. *An Clemens propriè renunciauit.*
13. *An fuerit immediatus ſucceſſor Petri.*
14. *Clemens verbo & oratione inſtabat, & Linus & Cletus exteriora miniſtrabant.*
15. *Genebrardus quid de Lino aſſerat.*
16. *Quo tempore SS. Linus, Cletus & Clemens Sedem Apoſtolicam tenuerint, ex Martyrologio Rom.*
17. *Eccleſia Romana firma remanet ſententia de Petri ſucceſſoribus.*
18. *Papa poteſt renuntiare ſummo Pontificatui, ex Baronio.*
19. *Clemens non renuntians poterat ex vi præfata electionis immediatè poſt Petrum in Cathedra ſedere.*
20. *Petrus ſpeciali reuelatione ſibi ſucceſſorem elegit.*
21. *Cauſa renunciationis Clementis à Papatu.*
22. *Vaſquis ſententia reiicitur.*
23. *Quot annis ſuperuixit Petro Linus.*
24. *Solus Clem. fuit immediatus ſucceſſor Petri.*
25. *S. Cl. quot annis quoad externa gubernarit.*
26. *Hieronymi duo loca contraria concordantur.*

QVamuis ſenrentia adducta valde ſit probabilis, at quod Pontifex poſſir validè

Digitized by Google

validè eligere ſibi ſucceſſorem in Epiſcopa-
tu Romano & Summo Pontificatu mihi
1 ſemper magis arriſit, quamuis † an abſo-
lutè expediat huius poteſtatis plenitudine
vti *ſequenti reſolutio.* expendam, ſed quod
abſolutè poſſit, mihi vt dixi magis placet,
quod ſequuntur grauiſſimi huius temporis
ſcriptores eámque ex validiſſimis muris
propugnant. Ex Theologis doctiſſimus ille
Magiſter Victoria. *Reſolut. 2. de poteſt. ec-
cleſ. quæſt. 2. num.* 23. Vaſquez *tom.* 3. *in* 3.
part. diſput. 244. *cap.* 3. *numero* 26. Suarez
diſput. 10. *de fide ſect.* 5. *num.* 16. Franciſcus
Amicus *tom.* 4. *diſput.* 6. *ſect.* 6. *num.* 204.
vſque ad 213. Arriaga *tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 7.
num. 47. Brixenſis *in ſuo Indice verb. Papa.*
Martinus de Ledeſma. 2. *p.* 4. *quæſt.* 20. *art.* 4.
concl. 2. *pap. mihi* 313. Bonacina *in diſp. ſing.
de electio Summi Pontificis quæſt.* 1. *p.* 3. *&* 4.
Nec abhorret ab hac ſententia doctiſſimus
& Reuerendiſſimus Pater Magiſter Frater
Ioannes à ſancto Thoma 2. 2. *p.* 7 *a.* 7. *verſ.
& quidem libenter.* Sed dicit non videre ca-
ſum in quo Papa poſſit eligere ſucceſſorem,
quod eſt dicere non expedire tali modo fie-
ri electionem, vt nos etiam dicemus *Reſ. ſeq.*

Igitur ſententiam iſtam enucleo, & aſſe-
2 ro † in Vicario Chriſti, & Petri ſucceſſore
reſidere poteſtatis plenitudinem, vt poſſit
ſibi eligere ſucceſſorem in Epiſcopatum
Romanum, quia ex iure diuino & manda-
to Chriſti connexus eſt Summus Pontifica-
tus, quando iudicarit eſſe conueniens bonō
Eccleſiæ ad ipſius rectum regimen ad pa-
cem publicam, & ſtatum vtriuſque conſer-
uandum, & ſic loquuntur omnes DD. citati;
non enim poteſtas hæc Summa Pontificia
relicta eſt Vicario Chriſti in deſtructionē,
ſed in ædificationem, quare illa nequit va-
lide vti ſine cauſa rationabili, ſicut relicta
eſt Summo Pontifici poteſtas ad alienandas
poſſeſſiones Eccleſiæ: nullus hæc negat; cæ-
terum hæc poteſtas, nec licitè nec validè
exibit in actum ſine rationabili cauſa, & iu-
ſto motiuo, ſine quo poſſeſſionum alienatio
nulla eſt, cum non ſit Dominus illarum Pa-
pa, ſed diſpenſator, vt latè probaui *in tomo
3 de congrua lib. 1. reſol. 2. preambul.* Ita †
cum Pontifex non ſit Dominus Summi
Pontificatus, nequit in illum aliquē eligere,
& pro libera ſua voluntate illum hæredita-
rio more, cui voluerit tradere, hoc enim eſ-
ſet manifeſta iniuſtitia. Et ſic nulla erit ele-
ctio, nulla traditio, & quidem hæc ſententia
hoc modo explicata, vt debet à Catholicis
explicari, non video quomodo poſſit aut
impugnari, aut timeri, quod ex ea ſequatur
aliquod inconueniens, aut politicum, aut
4 Eccleſiæ. Et quidem mirum eſſet, quod †
Chriſtus reliquerit ſuo Vicario poteſtátem
ad definiendum res fidei, declarādos libros
canonicos, Sanctos canonizandi & ſimilia
grauiſſima negotia illi ſoli commiſit & ab
illo abſtulerit poteſtatem eligendi ſibi ſuc-
ceſſorem, quum oportuerit certè iudico eſt
qui hoc negat magis moueri à ratione purè
politica, quam à motiuis Theologicis.

Quare noſtra ſententia variis eſt autho-
ritatibus munienda, & ſit 1. Clementis Papæ
epiſt. 4. ad Iacobum Hieroſolym. (vel vt vult Ba-
ronius) *ad Simeonem tunc Hieroſolym. Epiſco-
pum*), qui ſic fatur. *Simon Petrus in ipſis die-
bus quibus finem vitæ ſibi præſenſit,* † *appreben-* 5
*ſa manu mea repente conſurgens in turbibus to-
tius Eccleſiæ hæc protulit verba. Clementem
hunc Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ præ-
dicationis doctrinæ cathedram trado, quem præ
cæteris expertus ſum Deum colentem, homines
diligentem, diſcendi ſtudiis deditum, ſobrium
benignum, iuſtum, patientem, &c.* dicere au-
tem hanc epiſtolam non eſſe D. Clemeutis,
vt aliqui volunt, ſed ſuppoſitam fuiſſe ab
aliqno nomine ipſius Clementis † vt probat 6
Laborinus *vbi ſupra tit. 4. cap. 6. num.* 51. &
ſequitur Barboſa *vbi ſupra num.* 45. non eſt
admittendum, tum quia Correctores De-
creti iuſſu Gregorij XIII. eam eſſe Cle-
mentis agnoſcunt, cum Gratiano; cum ex-
quiſitam diligentiam fecerint in indagādis
Authoribus ex quibus Gratianus contexuit
Decretum, ſi aliquid in contrarium inueni-
rent non tacerent, vt faciunt in multis aliis.
Quare hāc epiſtolam germanam eſſe S. Cle-
mentis, fatetur Baronius *in loco modo citando.*

Tum præcipuè quia Ioannes III. qni ſe-
dit *ann. 562. epiſt. vnica. cap. 2. ad Epiſcopos
Germaniæ & Galliæ.* Idem dicit quod Cle-
mens, refertur *cap. ſi Petrus 8. quæſt. 1.*
quem imitatur Leo II. *in epiſtola*, quam ci-
tat Marianus Scotus apud Baron. *tom. 1. ann.
69. Chriſti*, cui capiti, (approbant, Greg. IX.)
hunc titulum poſuerunt: *Quod* † *Petrus Li-* 7
*num & Cletum adiutores ſibi aſciuit, ſed Cle-
mentem ſucceſſorem.* Sic enim ait Ioannes Pō-
tifex, *ſi Petrus Princeps Apoſtolorum adiutores
ſibi aſciuit Linum & Cletum, non tamen pote-
ſtatem Pontificij, aut ſoluendi, aut ligandi eis
normam tradidit (id eſt plenitudinē poteſtatis,
vt explicat ibi Gloſſa) ſed ſucceſſori ſuo S. Cle-
menti, qui ſedem Apoſtolicam poſt eum & pote-
ſtatem Pontificalem tradente ſibi Petro teneri
promeruit. Linus enim & Cletus miniſtrabant
exteriora* † *Princeps autem Apoſtolorum Petrus* 8
verbo, & orationi inſiſtebat. Hactenus ibi &
Gloſſa. *Exemplum Petri non debet trahi in cō-
ſequentiam niſi ab illis, qui talem vellent eli-
gere ſucceſſorem, qualis fuit Clemens.*

Hoc teſtimonium adeo manifeſtum exi-
ſtimo, quod vel debet non admitti epiſto-
la Ioannis Papæ †, vel ſi admittitur neceſ- 9
ſariò eſt concedendum, quod Pontifex poſ-
ſit ſibi eligere ſucceſſorem, qui ſit in Ec-

cleſiæ ædificationem , ſi ſyncerè & non
cauillosè Patrum teſtimonia ſunt admit-
tenda. Illa enim verba (*Qui ſedem Apoſto-
licam poſt eam & poteſtatem Pontificalem tra-
dente ſibi Petro tenere promeruit*) manifeſtè
hiſtorialiter rem euincunt , quod cæteri
Pontifices Petro in poteſtatis plenitudine
pares tradere poſſunt ſucceſſori ſedem
Apoſtolicam, & poteſtatem Pontificiam.

10 Id enim quod † aduerſarij reſpondent
potius eſt violenta euaſio, quam ſatisfa-
ctio argumenti, dicit enim Barboſa *num.* 46.
quod etſi Clemens immediatè ſucceſſiſſet
in ſede Apoſtolica ſancto Petro vt manife-
ſtè comprobat tamen Papatui renunciauit
ne tam perniciosum exẽplum poſteris re-
liquiſſet nominandi ſibi in ſede Apoſtolica
ſucceſſorem , & tandem poſt Cletum ele-
ctus eſt Clemens, qui quartus à Petro no-
minatur à ſancto Hieronymo , *lib.* 1. *de
ſcripto. in ſancto Clemente*. Et Ireneo, *libro* 3.
aduerſus hæreſes cap. 3. quibus fauet canon
miſſæ in quo Linus & Cletus, vt Pontifices
recitantur & poſt ipſos ſanctum Clemen-
tem nominat. Sed hæc ſolutio quam etiam
ſequitur author ille anonymus, etſi ſup-
poſito nomine dictus Palazeda *numero* 16.
11 prorſus nulla eſt. Primò quia ſi † Clemens
renunciauit Papatui (quod an liceat Pon-
tifici ? infra examino) ad vitandum malum
exemplum , iſta fuit vera renunciatio , vt
volunt Suarez *vbi ſuprà* , & *libro* 3. *contra
Regem Angliæ cap.* 13. *num.* 13. Azor. *p.* 3.
libr. 4. *cap.* 6. *quæſt.* 5. Bonacina *de electio
Pontif. quæſt.* 5. *punct.* 4. *propoſit.* 2. Ergo ve-
rè erat Summus Pontifex à ſancto Petro
ſolum factus , qui tradidit ei Sedem Apo-
ſtolicam. Nemo enim renunciat, quod non
12 habet , dicere autem quod † Clemens pro-
priè non renunciauit certè diuinat , qui ſic
loquitur abſque omni fundamento hiſtoriæ,
aut grauis Authoris. Quare *ad fractam ca-
nit cordam* , cum non concinat , ſed diſſo-
net ; quod enim ad vitandum perniciosum
exemplum renunciauerit Clemens præter-
quam quod omnino falſum eſt , ſolum pro-
bat , quod non expediat abſolutè, vel quod
id fecerit Clemens ex humilitate (vtporè
cum haberet tot virtutum attributa , quæ
de ipſo dicit Petrus) indicans ſe tanto ho-
nori & oneri imparem.

Secundò , quia etſi Hieronymus , & Ire-
neus ponant in quarto loco ſanctum Cle-
13 mentem , non eſt quia † non fuerit imme-
diatus ſucceſſor ſancti Petri , fuit vtique ,
ſed , quia cum Linus & Cletus tempore Pe-
tri Eccleſiam quoad exteriora miniſteria
gubernarint tanquam coadiutores , & co-
epiſcopi ſancti Petri ab ipſo in hoc officium
electi , poſiti & deſignari noluit S. Clemens
ab eis hoc officium, & coadiutoriam auffer-
re dum viuerent, ſed eos in ea conſeruauit,
qui miniſtrabant exteriora, † ipſe vero Cle- 14
mens verbo , & oratione inſtabat , ſicut
Magiſter eius Petrus , quem in omnibus
imitabatur, mortuis tamen Lino, & Cleto ,
Clemens ad exteriora etiam attendebat
iungens contemplatiuæ vitæ actiuam , no-
lens continuare Corepiſcopos Summi Pon-
tificis, ne ſucceſſu temporis ſumma autho-
ritas in duo vel plura capita viſibilis Eccle-
ſiæ videretur partita & arriperetur anſa ad
ſchiſma.

Hanc conſiderationem quam non con-
temnendam puto mihi ſubminiſtrauit Ge-
nebrardus , vir exquiſitæ eruditionis in
Chronologia *anno Chriſti* 70. qui loquens
de Lino ſic fatur † *Cathedram Apoſtolicam D.* 15
*Petro abſente & ſeſe per vices in Aſiam &
alias regiones ad conſtituendas Eccleſias eius
Corepiſcopus & coadiutor adminiſtrauit.* Imò
& ipſe Hieronymus *in cap.* 52. *Iſaiæ* , dicit
Clementem immediatè ſediſſe poſt Pe-
trum , & *loco citato de ſcriptoribus Eccleſiaſt.
cap.* 15. dicit quod plerique Latinorum dicit
ſecundum poſt Petrum putent eſſe Cle-
mentem id quod dicunt Aug. *epiſt.* 161. &
Optatus Mileuita *lib.* 2.

Solum poteſt contra hoc obiici quod
Martyrolog. Roma. *die* 23. *Septemb.* ſic ha-
betur † *Romæ S. Lini Papæ & Martyris, qui* 16
*primus poſt Beatum Petrum Apoſtolicam Ro-
manam Eccleſiam gubernauit*, & die 26. *Apri-
lis* , dicitur *de S. Cleto , quod fuit ſecundus
poſt Petrum , & die* 23. *Nouemb. de S. Clemen-
te , quod tertius , poſt Petrum tenuerit Sum-
mum Pontificatum*, quod etiã canitur *in Bre-
uiario Toletano Mazarabi compoſito à S. Iſi-
doro*, & tenent omnes ferè tam Græci quam
Latini ſcriptores , vt ait Baronius *vbi ſuprà*.

Huic argumento quod eſt Achileum
Baronio duo mihi ſe offerunt dicenda, I.
cum ipſo Baronio , qui conuictus epiſtolis
Apoſtolicis ipſius Clementis, Ioannis III. &
Leonis II. dicit vbi ſupra ſic. *Satis igitur ex
his narratis † ſtabilis , firmaque remanet Ec-* 17
*cleſiæ Romanæ ſententia de Petri ſucceſſoribus,
conſenſuque antiquorum Patrum tam Græco-
rum , quam Latinorum ſtabilita à Lino , &
Cleto , etſi tempore ſedis Petri, & abſente mu-
nere Pontificio , vt coadiutores ſint functi , acſi
Clemens à viuente Petro fuerit Epiſcopus Ro-
manæ Eccleſiæ prælectus , & ordinatus eun-
dem Clementem ceſſiſſe ; iiſdémque altero poſt
alterum, vſque ad obitum Pontificatu Summo
perfunctis, & vt tradit Epiphanius, Romanum
Epiſcopatum tenentibus, demum tertio loco ſuf-
fectum eſſe Clementem.* Hæc ex Baronio,
qui ſecutus eſt gloſſam , *cap. non autem* 12.
7. *quæſt.* 1. *verb. vt non ſuccederet* , vbi ait † 81
*Papa poteſt renunciare ? vtique nam Mar-
cellus renunciauit cap. nunc autem* 21. *diſt.*
&

& Clemens Papa, ſed poſt Linum, & Cletum iterum recepit cathedram. Hæc Gloſſa, Renuntiauit ergo Clemens Summo Pontificatui humilitate ductus, vt coadiutores Petri & Corepiſcopi in regimine Eccleſiæ valde experti & expediti, eam gubernarent: quæ ſolutio noſtro inſtituto ſufficiens eſt, nam ſi renuntiauit Clemens electioni ſui factæ à
19 Petro poterat non renuntians ex vi præfatæ electionis immediatè poſt Petrum n Cathedra ſedere, ſi voluiſſet, nam Petri electio valida fuit, & hic eſt genuinus modus concordandi ſucceſſionem ſummorum Pontificum quam Græci & Latini Patres aſſignant, & Martyrologium toti Eccleſiæ proponit, cum Epiſtolis decretalibus Clementis, Leonis, & Ioannis Summorum Pontificum; liquidoque conſtat quod ſicut Petro relicta eſt poteſtatis plenitudo ad nominandum ſibi ſucceſſorem, eamdem habent eius ſucceſſores in Cathedra Apoſtolica.

Ex quo manet reiecta altera voluntaria ſolutio quæ adhiberi ſolet huic irrefragabili
20 argumēto, quod † Petrus ſpeciali reuelatione hoc fecit; gratis profectò dicitur hoc, & ſine aliquo in Patribus fulcimento nam ſi reuelatione factum eſt, non renūciaſſet Clemens ſed reuelationem ad finem vſque perduceret, nam ſi reuelatione Dei motus Petrum ſucceſſorem ſibi nominauit Clementem, Deus ſic diſpoſuit quia ita Eccleſiæ vniuerſalis regimini conueniebat hic & nunc, quare diſponeret etiam quod Clemēs non renuntiaſſet, ſed in Cathedra immediatus Petro ſederet, quare Petrus ex poteſtate ordinaria ſibi & ſuis ſucceſſoribus conceſſa à Chriſto ſucceſſorem Clementem elegit, cui Clemens renuntiauit, vt referunt Epiphanius. *hæreſi* 27. & Ruffinus *in præfatio. lib. recognitio. viuente adhuc Petro* (ait Epiphanius) *ab eo manus impoſitionem accepit & Epiſcopatu recuſato, remoratum eſſe ad*
21 *vtriuſque* (*Lini & Cleti*) *obitum dicens* † *ſecedo ab eo, erigatur Eccleſia Dei.* Vnde manifeſtum eſt Clementem renuntiaſſe electioni de ſe factæ à D. Petro vt Linus, & Cletus regerent experimento, vt Eccleſia Dei maioribus incrementis erigeretur temporibus illis calamitoſiſſimus, tot in Chriſti aſſeclas perſecutionibus & hæc eſt vera & genuina argumenti ſolutio; quæ efficaciſſimè no-
22 ſtram confirmat ſententiam, vnde † non admittenda eſt ſententia quam videtur docere Vaſquez, 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 241. *n.* 8. quod Linus ordinatus à Paulo & Clemens ordinatus à Petro, vt coadiutores tantum viuente Petro mortuos eſſe, & ſic ſucceſſiſſe immediatè S. Clementem ipſi Petro, quod dicit Sophronius Hieroſolym. *in ſerm. de agone Petri & Pauli* & credit Turrianus *lib.* 2. *pro epiſt. Pontif. cap.* 10. *& lib.* 7. *Conſt. Clem. in cap.* 47. Hoc inquam nulla ratione eſt admittendum quia † Linus ſuper- 23
uixit Petro, *annis vndecim menſibus tribus, & diebus duodecim.* & Cletus *annis* 23. *menſe vno & diebus.* 11. tradit conſenſus Eccleſiæ & omnes fere Hiſtoriæ referunt, quare ſine ingenti audacia hoc negari nequit.

Sed nihilominus Secundum ad abundantiam doctrinæ conſiderandam, & ſubiicio correctiori iudicio † ſolum Clemētem fuiſſe 24
immediatum ſucceſſorem Petri, qui ſoli Clementi S. Apoſtolicam tradidit, Cletum vero & Linū ſolum miniſtraſſe externa, & ſic ſolum fuerunt coadiutores & Corepiſcopi Romani, in qua dignitate perſeuerarunt tempore ſuæ vitæ propter honorem S. Petri, qui illos in hac dignitate conſtituit, qua eos noluit priuare S. Clemens, qui cum eſſet caput viſibile Eccleſiæ, Linus & Cletus hanc dignitatem habere nequibant, ſed ſolum externam circa exteriora gubernationem, quam habuit primus poſt Petrum Linus ſecundus Cletus, & tertius qnia ſolus Clemens, & iuxta hanc externam vrbis gubernationem, intelligendum Martyrologium, & interpretandus conſenſus Patrem vtriuſque Eccleſiæ Latinæ & Græcæ, & ob eam appellantur Papæ & quod poſt Petrum gubernarunt Eccleſiam Romanam; vnde fit quod † S. Clemens & ſolus 25
gubernarit quoad externa paucis annis tamen habuit Summum Pontificatum triginta, acuta & non ſpernenda ſolutio quam aliqui ſequuntur, quos tanto nomine refert Baronius *vbi ſupra* cum ea duo loca
† contraria Hieronymi concordantur in 26
Primo loco, inquit, quod Clemens fuit quartus, & ſecundo quod immediatè ſucceſſit Petro, Linus vero & Cletus in Catologo Epiſcoporum præponuntur Clementi, quòd Petrus ſibi Corepiſcopos ſiue coadiutores aſciuiſſet, ait Genebrardus ad annum Chriſti 81. ſed eſt minus ſolida quarè prior eſt omnino amplectenda.

§. III.

Firmiſſima iaciuntur fundamenta à ratione patita pro eadem Sententiâ

1. *An ſummus Pontifex poſſit ſibi eligere ſucceſſorem, de eo vtraque opinio.*
2. *Pontifex præcipiens toti Eccleſiæ, ſequatur ſuam opinionem tenetur ei obedire.*
3. *Aut Pontifex habeat poteſtatem à Chriſto Domino conceſſum ad diſpenſandum, de eo vtraque opinio & n.* 4.
5. *Palazeda falſa imaginatio.*
6. *Papam ſibi ſucceſſorem poſſe eligere temerarium eſſe dicit Paulus Grillandus.*

7. *Poteſtas relicta eſt ſummo Pont. à Chriſto Domino praſcribendi modum & formam ſecundum quam eligatur Summus Eccleſia Rector & Paſtor.*

8. *Pontifex poteſt committere eligendi poteſtatem duobus antiquioribus Cardinalibus, imo & vni, ſimiliter poterit ſibi eligere ſucceſſorem.*

9. *Eligere ſibi ſucceſſorem, contra omnem Eccleſiaſticam regulam & inſtituta Patrum eſſe monſtrat Archiepiſcopus Moguntinus Papa Zacharia.*

10. *Eligere ſibi ſucceſſorem licèt iure Canonico humano ſit prohibitum, id auferre poteſt Pontifex.*

11. *Non eſt contra ius diuinum Euangelij, nec contra ius naturale eligere ſibi ſucceſſorem.*

12. *Principes in ſuo regimine politico valde dependent à Papa.*

13. *Doctoris Palazeda reſponſio.*

14. *Vſque ad Zachariam Papam nullus ſibi ſucceſſorem nominauit.*

15. *Epiſcopus Romanus an poſſit ſibi eligere ſucceſſorem, & n.16.17.*

18. *Poteſtas electiua Papa eſt de iure diuino.*

19. *Modus & forma electionis pendet ab electoribus.*

20. *An poſſit Pont. ſine Concilio ſibi eligere ſucceſſorem, & n.21.*

PRimum ſit quia vtraque opinio tam
1 denegans † Summo Pontifici poteſta-
tem eligendi ſibi ſuceeſſorem, quàm affir-
mans eam habere eſt probabilis, cum affir-
matiuum ſequantur plures & graue s Theo-
logi, quos in hac parte nullus audebit ſug-
gillare, aut cenſura aliqua inurere. Ergo
Summus Pontifex poteſt quamlibet elige-
re, & vniuerſiæ Eccleſiæ præcipere, quod
ſuam opinionem affirmatiuam omnes am-
plectantur. Prima conſequentia eſt eui-
dens, quia quilibet poteſt ſequi opinionem
probabilem, ex qua formatur iudicium
prudentiale de honeſtate obiecti & actio-
nis. Secunda etiam eſt omnino certa vt la-
te probaui *tom. 1. moral. tract. 3. reſol. 33.
n.* 199. pro qua adduxi pluſquam viginti
Auctores quos vidi & ſunt alij innumeri,
quos non vidi nec modo vacat locus viden-
2 di, ex quo manifeſtè fit quod ſi † Pontifex
præcipiat, quod tota Eccleſia ſequatur eius
opinionem tota Eccleſia tenetur ei obedi-
re, & ſi de facto eligat ſucceſſorem valida
erit electio, neque erit in Eccleſia poteſtas
eam derogandi, quia iam Eccleſia iudicauit
acceptando opinionem Summi Pontificis,
quod ipſe habeat poteſtatem eligendi ſibi
ſucceſſorem.

Rem explico manifeſto exemplo circa
diſpenſationem in voto ſolemni caſtitatis,
& irritationem matrimonij rati eſt duplex
opinio vtraque probabilis vna affirmat
† Pontificem habere poteſtatem à Chriſto 3
Domino conceſſam ad diſpenſandum, alte-
ra negat omnino eam habere, & tamen ſi
Summus Pontifex ſequens opinionem affir-
matiuam diſpenſet, ſicut aliquoties diſpen-
ſauit, & diſpenſatus in voto ſolemni ma-
trimonium contrahat, ipſúmque conſūmet,
diſpenſatio valida eſt, & non eſt in Eccleſia 4
poteſtas ad dirimendum tale matrimo-
nium conſūmatum, quia diſpenſatio dima-
nauit à potente diſpenſare iuxta opinionem
probabilem, ergo cum electio ſucceſſoris
dimanet à potente ſic eligere iuxta ſenten-
tiam valde probabilem, electio valida & fir-
ma eſt, nec eſt poteſtas in Eccleſia ad eam
infirmandam & irritandam, cum electio iſta
non ſit dubia † vt falsò imaginatus eſt Pala- 5
zeda, ſed certiſſima, cum procedat à iudi-
cio practico certo, quod poteſt fieri ſicut
poſſeſſio eſt certa eius, quod quis iuxta pro-
babilem opinionem iudicat eſſe ſuum, ne-
que eſt bellum iniuſtum, quod vnus Prin-
ceps infert alteri ſequendo opinionem pro-
babilem. Hoc argumentum meum conuin-
cit intellectum, quantum ad validitatem
electionis, ſi opinio affirmatiua non cenſu-
ratur, vt improbabilis, quod nullus audebit,
& Paulus Grillandus qui *in Deciſio. fidei Ca-
tholi. verb. Papa num.* 17. dicit temerarium
eſſe aſſerere quod † Papa poteſt eligere ſi- 6
bi ſucceſſorem, nimis audacter ſe gerit in
cenſurandis opinionibus, vt notat Diana *vbi
ſuprà Reſol.* 4. qui ait noſtram opinionem li-
beram eſſe ab omni cenſura, quare omnino
eſt ſpernenda opinio Grillandi.

Secundum ſit, quia † Summo Pontifici 7
relicta eſt poteſtas à Chriſto Domino præ-
ſcribendi modum, & formam ſecundum
quam eligitur Summus Eccleſiæ Paſtor, &
Rector; qui modus varius fuit in Eccleſia,
tam quoad electores, qui hodie ſolum
ſunt Eminentiſſimi Cardinales, quam
quoad modum electionis qui hodie poſt
Gregorium X V. eſt per vota ſecreta, cum
ante fuerit per acclamationem; vnde Pon-
tifex de plenitudine poteſtatis poteſt hos
electores, & modum eligendi auferre, &
alium ſibi prudenter melius viſum introdu-
cere, imo † duobus antiquioribus ex Cardi- 8
nalibus eã cõmittere, imo & vni, ergo ſimi-
liter poterit ipſe eligere ſucceſſorẽ, quia hic
eſt modus humanus eligendi perſonam, cui
Deus conferat ſummã dignitatem, ſi enim
habet poteſtatẽ præſcribẽdi modum vt alij
eligant cur non vt ipſe eligat? nam quod
poteſt quis per alios poteſt etiam per ſe, ſi
ſubſit rationabilis cauſa, nam poterit con-
dere legem quod Pontifex adhuc viuens
ipſe eligat ſucceſſorem, cum hoc non in-
cludat

cludat repugnantiam neque apertam indecentiam. Hoc argumentum appellat Victoria *manifeſtum, & inuictum.*

Confirmatur quia licet Zacharias Papa. *epiſt. vlt. ad Benifacium Moguntinum Archiepiſcopum*, qui petebat facultatem nominandi ſibi ſucceſſorem, ei reſcribat ſe nulla ra-
9 tione concedi pati, *quia † cõtra omnẽ Eccleſiaſticam regulam, & inſtituta Patrum eſſe monſtratur*, tamen Summi Pontifices ſucceſſores, multis Epiſcopis ex rationabili cauſa hoc conceſſerunt, quia ſunt ſupra ius Canonicum hoc prohibens, ergo licet nullus Summus Pontifex à S. Petro vſque adhuc nominauerit ſibi ſucceſſorem, cum hoc ſo-
10 lum † ſit inhibitum, Iure Canonico humano, poterit nihilominus id auferre, ſicut fecit primus qui Epiſcopo conceſſit, quod ſibi nominet ſucceſſorem, ſimiliter vſque ad Martinum. V. non fuit diſpenſatum in voto ſolemni caſtitatis, & tamen nullus negauit, quod iuxta opinionem probabilem ſit in Eccleſia poteſtas ad diſpenſandum in illo.

11 Confirmatur ſecundò † quia Summum Pontificem eligere ſibi ſucceſſorem non eſt contra ius diuinum Euangelij, cum de hoc nulla auctoritas Euangelica, vel inſinuet non eſſe licitum neque eſt contra ius naturale, iuxta quod caput debet attendere rectum regimen membrorum, & Paſtor ſalubria paſcua ouium cum illud rectum tegimen ex naturâ rei poſſit conſiſtere, etiam ſi Pontifex eligat ſibi ex rationabili motiuo (attentis omnibus circunſtantiis) ſibi ſucceſſorem; etenim ſi eſſet Apoſtolica Petri conſtitutio, & lex ſtatuens quod Pontifex eligat ante mortem ſucceſſorem, qui ſit pius, diligens Deum & proximum, ſobrius, pudicus, prudens, vt dicit S. Clemens, & Paulus requirit in Epiſcopum. *epiſt. ad Thimotheum*, quis dubitat, quod quamuis ex lege iſta vt humana ſequeretur aliquod inconueniens, quod haberet alias plurimas conuenientias? vitarentur ſchiſmata, quæ ita conturbant Eccleſiam, & ſimiles: hodie autem non eſſet expediens quod iſta lex fe-
12 ratur, quia † Principes in ſuo regimine politicu valde dependent à Papa cuius iuuamina expetunt, ſicut hodie non eſſet expediens paci publicæ quod electio non fieret à Cardinalibus, vel quod Pontifex eligeretur ex omni Clero Eccleſiæ ex toto orbe, & tamen id poſſe Summum Pontificem nullus dubitate quit *vt Reſol. ſequenti* apertius dicam.

Cæterum ad hoc ſecundum fundamen quod inuictum vt dixi appellat Doctiſſimus
13 Victoria. Reſpondet † Doct. Palazeda *n.* 18. quod aliud eſt inſtituere formam aliis, vt eligant Summum Pontificem, quæ forma varia fuit in Eccleſia iuxta temporum, & circunſtantiarum varietatem, in quibus & admiſſus, & receptus ab Eccleſia varius eligendi modus, aſt quod Pontifex poſſit eſſe elector ſui ſucceſſoris, ſemper eſt inter fideles reiectum, relegatum, non admiſſum. Verum enim vero ſolutio iſta prorſus eſt
inanis, primò quia † vſque ad Zachariam 14
Papam vt ipſemet fatetur. *cap. petiſti citato.* nullus Epiſcopus nominauit ſucceſſorem in Epiſcopatu; *quia* (inquit) *eſt contra Eccleſiaſticam Regulam & inſtituta Patrum*, & tamen poſtea aliqui Epiſcopi ex Apoſtolico indulto ſibi ſucceſſorem nominarunt. 8. *quæſt.* 1. *cap.* 8. *& ſequentibus*, ergo idem poterit Epiſcopus Romanus. Se-
cundò, quia † hæc ſolutio ſolum probat 15
quod hodie non expediat, nec ſubſit motiuum rationabile in his politicis circunſtantiis, non tamen quod abſolutè non poſ-
ſit. Tertiò, quia eſt argumentum inutile, 16
nunquam eſt factum, ergo non poteſt fieri, cum ſit à potentia ordinaria ad abſolutam, iſta enim plura poteſt, quam illa facit vt perſpicuum eſt etiam Logicis. Quartò, nunquam factum eſt quod Concilium generale eligat Summum Pontificem, ergo Concilio generali non poteſt committi poteſtas electiua Summi Pontificis, falſa eſt omnino
conſequentia, imo ipſum Concilium po- 17
teſt diſponere de electoribus, vt fecit Concilium Conſtantienſe *ſeſſ.* 40. in electione Martini quinti; quare multo melius poterit Concilium facere, ergo & ipſe Summus Pontifex qui habet auctoritatem Superiorem Concilio.

Tertium fundamentum ſit, quia † Pote- 18
ſtas electiua Papæ eſt de iure diuino; & eſt In Eccleſia ad conſtituendum ſibi caput viſibile totius Monarchiæ Eccleſiaſticæ; quamuis perſona, aut perſonæ quibus ineſt talis poteſtas à ſolo Pontifice pendet eam applicare, vnde poteſtas electiua Papæ quæ & in Eccleſia ipſi Papæ ſubeſt tanquam Superiori, quia ad ipſum pertinet ordinare, & prouidere vniuerſali Eccleſiæ, & ita omnia quæ pro vtilitate, & neceſſitate Eccleſiæ conſtituta ſunt ipſe poteſt cognoſcere, & ordinare, ſicut Eccleſiæ viderit poſſe con-
uenire, quare cum † modus & forma ele- 19
ctionis maxime pendeat ex electoribus, qui ad talem electionem concurrere debent, poterit Pontifex poteſtatem iſtam eligendi applicare illi vel illis perſonis, quibus, vel cui ſibi prudenter in ordine ad regimen Eccleſiæ conuenire iudicauerit, nam quod de iure diuino non ſint determinati electores Papæ omnino certum eſt, vrgetur hæc ratio valde, quia Eccleſia vniuerſalis congregata in legitimo Cõcilio vt *infra* §. 6. demõſtrabo, poteſt determinare, quod hic Pontifex qui

qui modo regit Eccleſiam eligat ſibi ſucceſ-
20 ſorem : ergo † ipſe poteſt ſine Concilio id facere , quia omnis poteſtas quæ reſidet in Concilio formaliter , eſt etiam formaliter
21 eminenter in ſummo Pontifice.

Confirmatur valde efficaciter , quia licet ſummus Pontifex poſſit errare in iis quæ non concernunt bonum vniuerſale Eccleſiæ,quia homo eſt, & falli poteſt imo & fallere quia *omnis homo mendax*,tamen in definiendis rebus fidei , & in iis quæ totam Eccleſiam reſpiciunt maximè in aſſignando eius viſibile caput, errare nequit, vel non ſineretur à Deo vt erret propter ſpecialem Spiritus ſancti aſſiſtentiam, ſibi in ordine ad rectum totius Eccleſiæ regimen promiſſam, vt tenet communis & certa ſententia nequit enim errare in Sanctorum Canonizatione neque in Religionum confirmatione & ſimilibus, ſed de hoc iterum ſermo,*reſol. ſequenti.*

§. IV.

Euertuntur fundamenta ſententiæ oppoſitæ.

SVMMARIVM.

1. *Propter quæ non expediat quod Pontifex eligat ſibi ſucceſſorem.*
2. *An Pont. poſſit immutare modum eligendi Imperatorem, & Regem Romanorum.*
3. *Nequit ex affectu carnis & ſanguinis nominare & deſignare perſonam , cui ſumma dignitas conferatur à Chriſto.*
4. *Verba illa implicitè prolata à Chriſto Petro & ſucceſſoribus*, paſce oues meas , *denotant poteſtatem eligendi ſibi ſucceſſorem.*
5. *An electio iſta conſtet ex ſcriptura & electione diuina.*
6. *An Pontificis vtentis opinione probabili electio poſſit caſſari.*
7. *Certa perſona eſt eligenda vt adoretur vt ſummus Pont.*
8. *Vnde conſtet quod Pontifex poſſit ſibi eligere ſucceſſorem.*
9. *An Pontificis ſequentis affirmatiuam opinionem electio ſit dubia,an certiſſima.*
10. *Hanc electionem an poſſit irritare.*
11. *An Chriſtus Dom. potuit inſtituere quod Papa eligeret ſucceſſorem.*
12. *Quo fine ſucceſſor eligitur.*
13. *Papatus non confertur ab hominibus ſed à ſolo Deo.*
14. *Papa cum deſignet qui ſibi ſuccedat in ſummo Pontificatu,non ſimul ac deſignatur.*

FAcili negotio ex dictis corruent fundamina quibus nititur Palazeda ille innominatus , ad primum reſpondetur , ſolum probare , quod illis temporibus & circumſtantiis,non expediret,† quod Pontifex eli- 1
geret ſibi ſucceſſurem , propter pacem Eccleſiæ, & ne Principes alterarentur , & mouerent ſchiſma,quod valde debent attẽdere Pontifices in deſignandis electoribus , quis Catholicus dubitat quod in Papa eſt poteſtas ad immutandam furmam , quæ hodie fit ab Eminentiſſimis Cardinalibus in conclaui congregatis & facere quod Cardinales non ſint electores ſed clerus Romanus ; & tamen hoc non expedit & ita nunquam faciet , ſimiliter poteſt † immutare modum 2
eligendi Imperatorem & Regem Romanorum , ita vt non fiat per hos electores quos deſignauit ſedes Apoſtolica , & tamen non expedit ne Principes politici alterentur , & inquietetur pax publica Eccleſiæ.

Ad ſecundum reſpondetur, negando antecedens ad probationem dico, quod poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem non eſt relicta ſummo Pontifici vt Domino , ſed vt Vicario Chriſti quare † nequit ex affectu carnis 3
& ſanguinis nominare & deſignare perſonam cui ſumma dignitas conferatur à Chriſto , ſed motiuo honeſto , & quod cedat in Eccleſiæ vtilitatem & ædificationem, ſicut de alienatione rerum Eccleſiaſticarum dicebam.

Ad tertium reſpondetur , quod conſtans eſt Chriſtum reliquiſſe hanc poteſtatem ſummo Pontifici , quum non eſt conſtans eam non reliquiſſe ex aliquo loco ſcripturæ, implicite † enim in illis verbis dictis à Chri- 4
ſto Petro & ſucceſſuribus eius , *paſce oues meas* , reliquit illis poteſtatem eligendi Paſtorem eo modo, & forma , quæ poſſet eſſe in ædificationem, & rectum regimen ipſarum ouium ; eo autem ipſo , quod electio iſta fiat modo hæreditario, & quaſi in vi teſtamenti manifeſtè eſt inualida, quia facta in deſtructionem Eccleſiæ ad quod non eſt relicta poteſtas à Chriſto Petro & ſucceſſoribus † quod conſtat ex ſcriptuta & tradi- 5
tione diuina, quia facta eſt ſine rationabili cauſa in ordine ad regimen Eccleſiæ, quod Chriſtus inſtituit ex vi præſentis prouidentiæ.

Ad quartum reſpondetur , concedendo antecedens , & negando conſequentiam, quia † iſta electio ſemel facta , vtente Pon- 6
tifex opinione probabili non poteſt caſſari neque ad hoc eſt poteſtas in Eccleſia, vt ſupra in fundamento primo monſtrauimus, quod ſecus eſt quum exortum eſt ſchiſma, quando partiti ſunt electores in electione, & vna pars eligit vnum , & altera alterum, tunc enim non conſtat de determinata perſona, & ſic cum iſta ſit dubia poteſt Eccleſia,& de facto fecit Concilium Conſtantienſe obligare , vt electi renuntient iuri ſuo dubio

Digitized by Google

7 dubio † vt eligatur certa perſona, & adore-
tur vt ſummus Pontifex ſucceſſor Petri, at
dum Puntifex eligit ſibi ſucceſſorem ſe-
quens opinionem probabilem, quod poſſit
hoc facere iam eſt determinata perſona cui
competit Eccleſiæ gubernatio, & claues to-
tius regiminis ouilis Chriſti.

Ad quintum reſpondetur eſſe ridiculum
8 argumentum, quia † quod Pontifex poſſit
ſibi eligere ſucceſſorem conſtat ex facto Pe-
tri & epiſt. decretalibus Clementis, Ioannis
III. & Leonis II. quibus nituntur ſolidiſſimè
auctores noſtræ ſententiæ, vnde implicitè
conſtat ex Scriptura Ioannis XX. *paſce oues
meas*, quod ſecus eſt in aliis ſacramentis &
aliis ipſorum formis.

Ad ſextum reſpondetur eſſe, etiam par-
uiſſimi ponderis, quia quamuis ſit poſitum
in opinione, an Pontifex poſſit inuita eligere
9 ſucceſſorem; tamen eo ipſo † quod Pontifex
ſic eligat, ſequendo opinionem affirmati-
uam; non eſt dubia electio ſed certiſſima, &
valida vt monſtraui in primo fundamento,
quare ſi Pontifex declaret ſe in electione
illo modo eam amplecti, Eccleſia tenetur
illam admittere, vt dixi & probaui in præ-
fato fundamento, ex quo patet ad ſeptimũ,
10 non tenetur † nedum poteſt talem electio-
nem factam irritare aut irritam declarare
ſicut facit in ſchiſmate vt dixi *ad* 4.

Ad octauum reſpondetur, quod Diana
dicit dictum illud Pij IV. non euertere pro-
babilitatem noſtræ ſententiæ, quia publica-
tum non eſt nec iuridicè conſtat de illo de-
creto conſiſtoriali. Reſpondetur ſecundò,
quod Pius IV. bene reſpondit loquendo in
his circunſtantiis, ne Principes inquieten-
tur, dixit etiam practicè falſam quia non
expedit, vti dicemus, *reſol. ſeq.*

Ad nonum reſpondetur primò, quod illo
11 etiam probaretur quod neque Chriſtus Do-
minus potuit inſtituere quod Papa eligeret
ſucceſſorem, quod dici nequit. Reſpondetur
ſecundò, quod dum Papa eligit ſucceſſorem
12 non eligit formaliter Papam, ſed † ſolum eli-
git & deſignat perſonam, cui poſt eius
mortem aut renuntiationem Deus confe-
rat ſummum Pontificatum. Vnde dum Papa
eligit ſucceſſorem quia Papa eſt, eſt elector
perſonæ quæ futura eſt Papa, non quæ actu
dum eligitur ſit formaliter Papa, ſed perſona
cui Papatus iungendus eſt.

Ad decimum reſpondetur, illud argu-
mentum Panormitani nullius eſſe ponde-
ris, quia vt eſt communis certáque ſenten-
13 tia, Papatus † non confertur ab hominibus
ſed à ſolo Deo qui illum confert perſonæ de-
ſignatæ ab hominibus, vt ei eum Deus con-
ferat, ſemel autem deſignata ab electore, ex
vi præſtitis prouidentiæ dabitur ſicut datur,
dum perſona eligitur à Cardinalibus, quæ
hic ſimul ac deſignatur, detur, at dum † Papa 14
deſignaret, qui ſibi ſuccederet in ſũmo Pon-
tificatu non ſimul ac deſignatur conceditur
(niſi ſimul renuntiet) quia non poſſunt eſſe
duo ſummi Pontifices, ſed expectat Deus,
quod Pontifex elector è vita decedat.

§. V.

Quibus modis poſſit validè ſummus Pontifex ſibi nominare ſucceſſorem.

SVMMARIVM.

1. *Modi eligendi ſibi ſucceſſorem quot.*

Everſis ni fallor fundamentis oppoſitis,
conſtitutum manet ſummum Pontifi-
cem habere plenitudinem poteſtatis eligen-
di ſibi ſucceſſorem; † hoc autem multis fieri 1
modis primò, ſimplici electione cum futura
ſucceſſione, electum admittendo in coadiu-
torem & Corepiſcopum Romanum, qui
exteriora regat in Epiſcopatu Romano, ſit-
que veluti eius Vicarius in Diœceſi. Secun-
dò, quod eligendo renuntiet, & renuntian-
do eligat, vel prius eligat & poſtea renun-
tiet. Tertiò, vt ante mortem conuocet Col-
legium Cardinalium illi ordinans, quod eli-
gat eum quem ipſe nominat ſibi ſucceſſo-
rem Collegiumque ita faciat. Quartò, vt in
Concilio generali eligat ipſe ſucceſſorem,
cum conſenſu & approbatione electi, de his
omnibus modis aliquid dicendum priori
modo vtique poteſt vt hucuſque probatum
reliquimus an expediat, hodie dicemus, *re-
ſolut. ſequenti.*

SECTIO I.

De renuntiatione.

1. *An ſummus Pontifex ſuam dignitatem poſ-
ſit renuntiare.*
2. *Celeſtini renuntiatio ex Genebrardo.*
3. *An licita & iuridicè valida fuerit talis re-
nunciatio.*
4. *An manſit abſolutus Cæleſtinus eligere ſibi
ſucceſſorem.*
5. *Licet ſit Pont. de iure diuino, an poſſit ex
motiuo rationabili renuntiare ſummam
dignitatem.*
6. *Ad renunciationem conſenſus Eccleſiæ exi-
gitur ab aliquibus.*

AT quidem † ſummum Pontificem 1
poſſe renuntiare ſuam dignitatem, &
ſi vſque tempus Cæleſtini III. inauditum
fuerit, quod Pontifex ſummus ſeipſum de-
ponat, vt conclamarunt Cardinales nun-
quam viſum eſt in Eccleſia, quod Pontifex
ſummus ſe ipſum deponat, & ſic Cæleſtinus
III. non renuntiauit, cæterum Cæleſtinus V.
anno

anno 1294. ſeipſum depoſuit tenuntian-
do ex cauſis legitimis, (quas in renunria-
tione exptimit) ſummum Pontificatum.
Dans plenam & liberam facultatem ex
nunc Sacro cœtui Cardinalium eligendi, &
prouidendi dumtaxat canonicè vniuerſali
Eccleſiæ de Paſtore, quam renuntiationem
validam fuiſſe latè Bzouius, *ad præfatum an-*
2 *num.* & Genebtardus, *cum † rebus* (inquit)
agendis parum idoneus haberetur perſuaſus eſt
vt Pontificatum reſignaret, itaque coram omni-
bus in Conſiſtorio mitram, annulum, & ſanda-
lia deponens Pontificatu ſe liberè abdicauit.
idem dicunt Blondus, *lib.9. Decad.2.* Matet
Hiſt. & Ioan. Meyerus, & intet Sanctos te-
latus eſt à Clemente V. quate licitè etiam
enuntiauit, at ſi nunquam fuerit in Eccleſia
viſa talis renuntiatio, & Summi Pontifica-
tus abdicatio & reſignatio; nec dubitandum
3 eſt † licitam & iutidicè validam fuiſſe talem
renuntiationem & ſeparationem Pontificiæ
dignitatis, quam Deus coniunxit in tali per-
ſona deſignata canonicè, à Collegio Cardi-
nalium, vt definiuit Bonifacius VIII. *cap.*
1. de renuutiat. in 6. & non iſtud, ſed Deus
abdicationem & renuntiationẽ acceptauit.

4 Ex quo fit, quod Cæleſtinus V. † cum po-
tuiſſet nominare ſibi ſucceſſotem, vt vidi-
mus potuit in ipſum ſtatim tenuntiare di-
gnitatem, à qua eo ipſo manerer abſolutus,
& ille in quem renuntiauit, ſolus maneret
Summus Pontifex, ita quod deſitio illius ex
vi renuntiationis, eſſet exiſtentia huius in
dignitate, & vt dicunt Philoſophi, ge-
netatio vnius eſſet cotruptio alterius,
& quidem non video, cur eſt poteſtas
in Summo Pontifice, vt ex motiuo ta-
5 tionabili poſſit † tenuntiare dignitatem
Summam, quamuis ſir de iute diuino &
dogma fidei quod hic Pontifex Cæleſtinus.
V. fuerit Papa, & ſucceſſot Petri; & non
ſit poteſtas ad eligendum ſibi ſucceſſotem,
& quidem cum aliqui teſtibus Ioanne An-
drea, *ad cap.1. cit. de renuntiat.* Azorio *vbi*
ſupra, cap.6. qu.1. dixerint non poſſe Sum-
mum Pontificem renuntiare contra quos
definit Bonifacius VIII. contratium, ex
eodem motiuo, non tamen inefficacitet col-
ligitur, quod poſſit ſibi eligere ſucceſſorem
interueniente cauſa iuſta, & rationabili in
iſta enim electione, ſicut & in renunriatio-
ne requiritur cauſa iuſta, & ex Bonifacio
VIII. tenet Arot. *quæſt.* 3. aliqui exigunt
6 † ad renuntiationem conſenſus Eccleſiæ,
cui ſe deſponſauit Summus Pontifex; ſed
hic conſenſus non debet eſſe exptesſius,
quia nullus eſt in Eccleſia Supetiot Papa, vt
renuntiationem acceptet, ſufficit, quod
Pontifex ex cauſa iuſta tenunriet, & quod
electotes, aut elector iutidicè eligat ſucceſ-
ſorem.

SECTIO II.

Si eligat conſentiente Cardinalium Collegio.

SVMMARIVM.

1. *Tertius modus eligendi ſibi ſucceſſorem du-*
pliciter intelligitur.
2. *Quanam electio dicatur nulla?*
3. *Quam electionem inualidam eſſe Palaze-*
da aſſerat?
4. *Cuinam electo poterit Eccleſia obedien-*
tiam negare.
5. *Palazeda doctrina veneno plena dicitur &*
quæ ex illa ſequerentur, & n. 6. 7.
& 8.
9. *An difficultas intercedat dum omnes conue-*
niunt in electione.
10. *An Pont. poſſit non renuntians ſibi erigere*
in futura ſucceſſione coadiutorem.
11. *Valerius Epiſcopus S. Auguſt. & coadiuto-*
rem dum viueret & ſucceſſorem poſt
mortem elegit.
12. *Auguſtin. an voluerit approbationem cleri*
interuenire.
13. *Auguſtinus ſolus ſucceſſorem Eradium de-*
ſignauit.
14. *Antiquitùs Epiſcopus ſenectute vel infirmi-*
tate aut ſummis occupationibus adſtri-
ctus ſibi ſucceſſorem quem Clero propo-
nebat, deſignabat.
15. *An deſignatio à Pont. facta approbante*
Cardinalium Collegio, tenebit ſicut S.
Auguſtini temporibus.

TERTIVS modus poteſt dupliciter
intelligi, primò † ſi ad petitionem 1
Pontificis Collegium Sacrum viuente Pon-
tifice eligat ſucceſſorem, ſecundò quod ip-
ſe Pontifex ſolus eligat, & Collegium ele-
ctionem acceptet, & ratam habeat. In pri-
mo ſenſu dupliciter poteſt procedi, ptimò
quod Cardinales electores ex metu cadente
in conſtantem vitum eligetent ſucceſſo-
rem, & in hoc ſenſu definitum eſt in Conci-
lio Conſtantien. *ſeſſ.* 39. quod † *talis electio* 2
eſt nulla, nullius efficacia & momenti, nec poſſe
per ſequentem conſenſum, etiam metu prædicto
ceſſante ratificari, vel approbari; non tamen
licet Cardinalibus ad aliam electionem proce-
dere, niſi ille ſic electus forte renuntiet, & re-
cedat, donec per generale Concilium de electio-
ne illa fuerit iudicatum. Hactenus *ibi*. quare
in hac intelligentia non procedit difficulras.

Sed alio modo poteſt procedere Pontifex
non minis ſed perſuaſionibus, & rationibus
congruentibus abſque fraude & dolo indu-
cendo Cardinales, vt eligant illum, quem ſi-
bi vult ſuccedere, & in hoc puncto ſic intel-
lecto

3 lecto † Palazeda ille dicit eſſe talẽ electio-
nem inualidam, quia in hoc modo eligendi
Cardinales mouentur ex metu, & reſpectu
reuerentiali erga Pontificem, cuius ſunt
creatura, aut alia magna beneficia recepe-
runt; ſi enim Pontifex illis hæc beneficia
accepta proponat, negociando vt eligant
quem ipſe vult, non dubium quod magis
mouet hæc petitio facta à Papa maximè vi-
uente, qui ſemper quærimonias formabit,
publicabit & replicabit notam infidelitatis
inurens, quam alia motiua, quæ commu-
niter iudicantur ſufficientia ad cauſandam
violentiam, quæ irritat matrimonia & ſo-
lemnes profeſſiones.

Ex qua doctrina colligit, *n.* 115. primum
4 quod † Eccleſia poterit negare obedientiam
huic Papæ ſic electo, ſecundum quod po-
terit ipſum deponere à dignitate ſumma.
Tertium quod poterit conuocari Conci-
lium generale ſolicitatum abſque eo quod
Collegiũ Cardinalium poſſit illud impedire,
vt determinauit Conc. Conſt. *ſeſſ.* 39. *&* 40.

5 Sed hæc Palazedæ doctrina † plena eſt
veneno abſcondito, & quid mirum ſi no-
uitate redundat, vtinam non redundet in
ſchiſma & turbinem Eccleſiæ, & Principum
alterationem cum ingenti damno totius
Reip. Chriſtianæ, doctrina enim & eius
auctor eò videtur tẽdere, vt frigus in Sedem
Apoſtolicam animis Principum immittat,
& bellum metat, quare in aquam (etſi quis
cordatus in ignem) mittatur doctrina
tam abſurda & abſona ab omni ratione
etiam politico-catholica. Igitur Doctorem
iſtum Palazedam ſic impugno hoc argu-
mento, quia ſi quod Pontifex renuncians
ſummam dignitatem poſtquam vota Car-
dinalium electorum negotiauit, firmauit
abſque fraude tamen, ſed rationibus con-
uenientiæ, & ſuaſionibus præponendo eis
beneficia impertita, ipſique Cardinales
promiſerint electuros eum, quem Pontifex
renunciaturus deſiderat, ſi inquam hæc vo-
torum inductio & aſſecuratio inualidat ele-
ctionem, cum id faciant de facto Cardina-
6 les capita factionum, & Principes Catholici
per oratores ſuos Romæ aſſiſtentes (dum
Cardinales in Conclaui ſunt & ante ingreſ-
ſum ad illud) vota omni negotiatione licita,
& perſuaſionibus & aliis motiuis politicis
procurantes, ſi electio fiat, vt Rex Hiſpaniæ
aut Rex Galliarum vult, poſſet in dubium
verti & non obedire Pontifici electo, ipſum
deponere, & conuocare Concilium, vt exa-
minetur violentia, quod dicere obſonum
eſt & indignum viro Catholico, qui pacem
in Eccleſia in Principes cupit, & deſiderat:
huiuſmodi enim perſuaſio, & votorum aſ-
ſecuratio in nihilo euertit libertatem requi-
7 ſitam in electoribus, & quidem Imperatoris

electio ex hac parte poſſet etiam irritari, &
inualidari, cum vota electorum aſſecuren-
tur per ſuaſionibus politicis, & aliis motiuis
honeſtis; rurſus quot Regularium electio-
nes irritæ eſſent & inualidæ ſi doctrina Pa-
lazedæ ſubſiſteret. Siquidem multo fortius 8
forſan mouent ſuaſiones & perſuaſiones
Generalis & Prouincialis, vt electores eli-
gant, quem ipſe vult; rarus enim eſt & for-
tis, qui reſiſtere audeat, & tamen omnino
eſt temerarium dicere, quod electiones
factæ ſuadente & perſuadẽte Generali, aut
Prouinciali, dummodo abſint expreſſæ mi-
næ & alia huiuſmodi, qui antecedenter
violentiam & inuoluntarium inducunt,
quare in hoc puncto omnino Palazeda eſt
reiiciendus.

Sed in ſecundo ſenſu, quando † ipſe Pon- 9
tifex eligit, & Collegium Cardinalium ele-
ctionem admittit, & approbat, & omnes
electores Cardinales in id conueniant, &
approbent; aut Pontifex renunciat & ſic
nulla videtur difficultas, quia iam Eccle-
ſia, quam repræſentat in hoc puncto Car-
dinalium Chorus & Collegium acceptat,
vnde ſi ſacrum Eminentiſſimorum Cardi-
nalium Collegium electum adorat, in quem
renunciauit Pontifex Summum Pontifica-
tum tota Eccleſia tenebitur adorare. Aut
† non renunciat Pontifex, ſed eligit ſibi 10
coadiutorem, cum futura ſucceſſione in
Pontificatum, vt valdè probabiliter aliqui
exiſtimant feciſſe ſanctum Petrum cum Li-
no & Cleto coadiutoribus ſuis. Et hanc
electionem approbant Cardinales electores
futuri, & hæc electio etiam tenet, quia nul-
li fit iniuria electoribus quibus de iure or-
dinario competebat electio poſt mortem
Pontificis *cap. Epiſcopus* 3. 8. *q.* 1. vbi ex Con-
cil. Antiocheno, *cap.* 23. ibi *ſeruetur autem ius
Eccleſiaſticum id continens non aliter oportere
fieri* (electio ſucceſſoris) *niſi cum Synodo &
Iudicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcen-
tis poteſtatem habent eum, qui dignus extite-
rit promouere.* Idem traditur in Concilio
Martini Papæ (quod dicitur Braccarenſe)
cap. 8. & referunt Burchardus *lib.* 1. *cap.* 187.
& 160 *p.* 5. *cap* 303.

Hoc etiam modo † Valerius Epiſcopus 11
S. Aug. & coadiutorem dum viueret & ſuc-
ceſſorem poſt mortem elegit, vt ait Poſſido-
nius in vita Aug. *cap.* 8. & refertur *cap non au-
tem* 12. 7. *q.* 1. ex Paulino *epiſt. ad Romania-
num*, & ipſe Auguſtinus Mileuitanum Epi-
ſcopum, quem ſucceſſorem ſeruos deſigna-
rat ſine populi approbatione admitti cura-
uit, vt de facto fuit admiſſus, vt ipſemet re-
fert *epiſt.* 110. quæ ſunt acta excepta à No-
tariis in deſignando Eradio Præsbytero, qui
Auguſt. ſuccederet, ibi enim etſi † Aug. vo- 12
luerit approbationem Cleri interuenire, vt

ſatisfaceret decreto Concilij Niceni (quod humiliter fatetur ignoraſſe tam ipſe, quam Valerius,qui ipſum ſine hac Cleri approba-
13 tione deſignauit ſucceſſorem)tamen † Aug. ſolus ſucceſſorem Eradium deſignauit, vt ipſe fatetur dicens. *Ergo ne aliquis de me quaratur voluntatem meam quam credo Dei eſſe in omnium veſtrûm notitiam profero Presbyterum Eradium mihi ſucceſſorem volo, à populo acclamatum eſt*, & infrà. *A Notarus Eccleſia ſicut cecinſtis excipiuntur qua dicimus excipiuntur, qua dicitis, & meus ſermo & veſtra acclamationes in terram non cadunt*, & infrà. *Ego vt dicebam voluntatem meam & voluntatem veſtram quantum ad homines attinet confirmatam eſſe volo, & acclamatam eſt à populo* & infrà, *obſecro vos & obſtringo per Chriſtum vt huic iuueni huic Presbytero Eradio,quem hodie in nomine Chriſti deſigno Epiſcopum ſucceſſorem mihi pattamini mere fundere onera occupationum mearum à populo acclamatum eſt*, & infrà, *hoc vltimum rogo vt geſtis i 1is dignemini ſubſcribere, qui poteſtis. Hic e ibi reſponſione veſtra opus eſt teneam reſponſionem veſtram, de hac aſſenſione aliquod acclamante, à populo acclamatum eſt, Fiat, Fiat dictum vicies quinquies, dignum eſt, iuſtum eſt vicies octies, olim dignus, olim meritus, dictum vicies quinquies iudicio tuo gratias agimus dictum tredecies exaudi Chriſte, Eradium conſerua dictum tredecies, &c.*

14 Ex quibus conſtat † antiquitùs Epiſcopum vel ſenectute aut infirmitate vel ſummis occupationibus adſtrictum elegiſſe & deſignaſſe ſibi ſucceſſorem, quem populo & Clero proponebat & huius acclamatio & gratificatio erat conſenſus iu talem deſignationem, à qua recedere nequibant mortuo deſignante & eligente, *cap. plerique 7. quaſt. 1.* & aliis citatis; ergo pari modo † ſi ſummus Pontifex deſignet ſibi ſucceſſorem, & ipſum proponat Collegio Eminentiſſimorum Cardinalium iſtis acclamantibus, gratificantibus, & approbantibus ſub-
15 ſcribentibus tali deſignatione † iſta proculdubio tenebit ſicut tenebat tempore Auguſtini deſignatio ſucceſſoris in Epiſcopatu; & cur Pontifici ſummo denegandum quod ipſe aliis Epiſcopis concedit? certe quidem ſine fundamento negabitur, imo ſic deſignaſſe Petrum in ſucceſſorem ſuum ſanctum Clementem, quod fecit in conſpectu totius Eccleſiæ ipſum manu apprehendens,ſentit Turris Cremata, *c. 51. cit. verſic. nec obuiat huic*: ſed an id hodie expediat, *ſequenti* dicam, *reſolut.*

SECTIO III.

Si eligat conſentiente generali Concilio?

SVMMARIVM.

1. *An Pont. poſſit mutare modum eligendi per Cardinales qui modo eſt, & omni alio conuenientior.*
2. *Pontifex deſignans Concilio remittit, & examinet an nominatus ſit dignus, an teneantur Cardinales ſe conformare iſti deſignationi.*

Negotium quod tractamus nullum grauius in Eccleſiæ regimine contingere valet, quare pro grauitate diſcutiendum ſecundum ea quæ accidere valent,& quidem punctum præſens procedit, † an ſi Pontifex 1
poſſit mutare modum eligendi per Cardinales(quomodo eſt & omni alio eſt conuenientior, & reducat electionem ad Concilium Generale, aut Notionale totius Italiæ, quod poſſe facere ex rationabili motiuo, non eſt dubium & in tali caſu eodem modo eſt dicendum, ac de Collegio Eminentiſſimorum Cardinalium diximus puncto anteriori, ſed vlterius procedit diſcurſus an ſtantibus electoribus Cardinalibus, ſitque Concilium generale legitimè Congregatum Patreſque omnes conſentiant, & acclament gratificantes deſignatum ſucceſſorem, à ſummo Pontifice viuente ſat ſit, vt vniuerſi fideles teneantur ipſum acceptare, & mortuo Pontifice deſignante, adorare, vt verum Petri ſucceſſorem & Chriſti Vicarium.

Et quidem † ſi ſummus Pontifex negotium hoc Concilio remiſerit vt examinet an nominatus ſit dignus, & iuſtus, & futurus Eccleſiæ vtilis & Concilium ipſum approbet, & gratificet acclametque cum Concilium repræſentet vniuerſalem Eccleſiam, tenentur Cardinales ſe conformare, quare deſignatio valida, & iuridica eſt, tenenturque fideles ipſum recipere, & mortuo deſignante ipſum adorare, vt ſummum Eccleſiæ Paſtorem, Rectorem & Pontificem: hoc conſtat ex dictis. 2

RESOLV

RESOLVTIO III.

Vtrum expediat Summum Pontificem eligere ſibi ſucceſſorem in Summum Pontificatum.

SVMMARIVM.

1. *Abſolutè non expedit Sammum Pontificem eligere ſibi ſucceſſorem in Summum Pontificatum, & n.17.*
2. *De eſu Idolothytorum aſſertur exemplum duplex, & n.3. & 18.*
4. *Quædam licere quæ non expediunt, ait Apoſtolus.*
5. *Pontifex eſt ſupra ius humanum Canonicũ.*
6. *Pontifex poteſt ſibi deſignare & inſtituere ſibi ſucceſſorem non tamen id expedit, remiſſiuè.*
7. *Quid ſentiant vtriuſque ſententiæ Doctores, & remiſſiuè.*
8. *Pius IV. noluit ſententiæ affirmatiuæ acquieſcere.*
9. *Bonifacius ſe reum fatetur.*
10. *Nulla materia grauior in ordine ad regimen Monarchicum Eccleſiæ, quam electio conueniens Capitis corporis myſtici fidelium.*
11. *Legiſlator poteſt leges vel à ſe, vel à ſuis anteceſſoribus latas abrogare.*
12. *Quænam ſuis legibus intendit vitare Legiſlator.*
13. *Mortaliter peccat abrogando leges quibus Reſpublica conſeruatur.*
14. *Quæ grauiora inconuenientia eueniant ab abſoluta Pont. electione.*
15. *Mulieri ſanctitate clarè an credendum.*
16. *Cuiuſdam pœnæ aſſerentis, electionem Summi Pontificis eſſe immutandam.*
19. *Quas ob cauſas Pontifex tenetur abſtinere ab electione in ſummam dignitatem.*
20. *Corinthiorum ſapientes Idolothyta comedentes infirmos ſcandalizabant.*
21. *Syluerius Pont. Vigilium reprehendit.*
22. *Ex iſta electione quod ſequatur ſcandalum.*
23. *Etiam hæreticus patitur ſcandalum ex hac electionis forma, & quid hæreticum ex hoc ſeqaeretur, & n.24.*
25. *Necnon Principes Catholici.*
26. *Summo Paſtori quod officium competat.*
27. *Principes politico-Catholici ex ſuo officio à Papa quid expoſcere teneantur.*
28. *Dictamen politicam Eccleſiæ regimini valde accommodatum.*
29. *Antiquitas nouitati ſemper anteponenda.*
30. *Vincentij Lyren. Regula certiſſima.*
31. *In hac electione triplex ſcandalum manifeſtè elucet.*
32. *Qaid ſit Politicum ſcandalum.*
33. *Paulus quid Timotheo iubeat cuſtodire, & n.34.*
35. *Clemens immediatè electas à Petro electioni ſuæ cur renunciauit.*
36. *A quibus fiebat electio temporibus S. Petri.*
37. *Nicolaus II. electionem detulit ad Cardinales Epiſcopos.*
38. *Quandonam electio ſolis Cardinalibus conceſſa eſt.*
39. *Gregorius X. ſtatuit vt electio celebraretur in Conclaui à quo egredi nullo modo poſſint Cardinales, niſi electo Summo Pontifice.*
40. *Qaas circumſtantias debent ſeruare Cardinales.*
41. *Ex traditione Pontificia annullus ad Summæ dignitatis apicem euectus eſt per inſtitutionem ab ipſo Pontifice viuente factam, & n.42. 43. 44. & 45.*
46. *Quandonam Pontifex poteſt vti plenitudine poteſtatis.*
47. *An duo Cardinales in Conclaui remanentès ius eligendi habeant.*
48. *Si vnus ſit ſolas Cardinalis in Conclaui an poſſit eligere Summum Pontificem.*
49. *Quaſdam leges nolunt abrogare Pontifices ob grauia inconuenientia.*
50. *Iure diuino & naturali quando teneatur non vti tali poteſtate.*
51. *Turris Crematæ ſententia.*
52. *Pontifex Romanus poteſtatem non habet, vt faciat quod iure ſanguinis & hæreditario ſuccedatur in Cathedra Petri, vel in quolibet alio ſacerdocio euangelico.*

ABSOLVTE' non † expedire ita mi- 1
hi certum eſt, vt contrarium exiſti-
mem magna cenſura dignum, non enim
quæcunque poteſt facere poteſtatis ple-
nitudine Summus Pontifex, quia nullo
adſtringitur humano iure expedit facere,
quia *omnia licent, ſed non omnia expediunt,
quia aliqua quæ abſolutè licent, non ſemper
expediunt, quia occaſionem nonnunquam ge-
nerant delinquendi vel offendendi fratres.*
vt aiebat, ſed alius locus quidem ſatis ad
rem, de qua tracto quem premere non
erit abire, vt ex illo intentum deducamus.
Igitur Apoſtolus. 1. *ad Chorint.* 10. † de eſu 2
Idolothitorum, hoc eſt, de carnibus ido-
lo ſacrificatis, quæ vel vendebantur
publice in macello, vel vnus alteri dona-
bat de carnibus, quas ſacrificabat, aut
Sacerdos eas diuendebat, & hæc Idolothita
dupliciter conſiderat Apoſtolus vel forma-
liter quatenus Idolo ſacrificatis, quas quis
comedebat in cultum Idoli, vel materialiter
& hoc dupliciter, † primò quatenus ſunt 3
ſibi ſecundum quatenus eius eſt or Idolothi-
torum veſtitur aliquibus circunſtantiis, ex

Digitized by Google

quibus oritur ſcandalum proximi ſuſpicio de Idololatria,in eo qui comedit.Igitur ſenſus genuinus ſententiæ Apoſtoli, & qui ad noſtram comprobandam valde conducit, eſt, & ſi quis Idolothitis innoxiè veſcatur, quatenus caro ſacrificata Idolo eſt cibus quidam, non tamen eſt innoxius à culpa ſi alij eius actione lædanrur,neque enim quidquid per ſe licet continuo vtile eſt, cum multa liceant ſecundum ſe quæ non conducunt,imo hic & nunc pernitioſa ſunt.

4 Dicit ergo Apoſtolus † quædam licere, quæ non expediunt,neque ædificant,quia ſi per ſe attendantur ſeparata à ſingularibus conditionibus, & circumſtantiis non habent,ex quo reprehendantur,vt per ſe quidem licet quemcumque edere cibum, at Paulus ſi cum aliorum ſcandalo carnibus veſci nefas putat; vnde dicit, *ſi eſca ſcandalizat fratrem meum non manducabo carnes in æternum*,quod igitur per ſe & abſolutè licet, quia non ædificat,non conducit, nec expedit, licet enim ſecundum ſe , & abſolutè, quod coniuges legitimo thoro iuncti vacent operi generationis, at id in propatulo & palam,non ædificat,quia non expedit, ſimi-
5 liter quis dubitat quod cum † Pontifex ſit ſupra ius humanum Canonicum, quod habeat potentiam ad derogandum leges de ieiunio quadrageſimali,& annuæ confeſſionis vel illas in parte moderando, vel in totum reuocando,& tamen nunquam id licitè faciet, quia non expedit Eccleſiæ, quare non omnia,quæ,quis poteſt facere,expedit facere. Vnde egregiè Clem. Alex. *lib. 3. ſtrom. poſt principium dixit,qui faciunt,quidquid licet facile dilabuntur,vt faciant,quod non licet.*

Igitur ex dictis manifeſtum eſt,quod licet ſummus Pontifex poſſit ſe ſolo vel illis mo-
6 dis quos ſupra, *reſol. 2. §. 1.* enucleaui,† abſolutè deſignare, & inſtituere ſibi ſucceſſorem,non tamen id expedit,quia talibus hodie veſtitur circunſtantiis inſtitutio hæc, quod nullomodo expediat cum non ædificet, imo potius euerteret & deſtrueret pacem politico-Chriſtianam,turbaret Eccleſiam Principes ſcandalizaret, & fideles.Igitur hoc probandum eſt quod nullomodo expediet, neque ſtantibus circumſtantiis præſentis temporis, & Regiminis Politici totius orbis,in quo Reges etiam in Politica gubernatione tot habent dependentias à Sede Apoſtolica,talis electio poteſt eſſe licita.

7 Hanc ſententiam † quam Doctores vtriuſque ſententiæ adductæ, *reſol. 1. §. 1. & 2.* defendunt,dubio procul manifeſtè probat hiſtoria illa Bonifacij II.quam retuli ex Baronio, *in 1. arg.* adducto pro ſententia negatiua. Hiſtoria illa de Cæleſtino III. qui voluit renunciare, vt eligeretur Cardin. de S. Paulo, quod noluerunt Eminentiſſ. Cardinales acceptare. Similiter ſuaſio Cardinalis Cuſſani facta Paulo III. vt ipſum inſtitueret ſucceſſorem,reiecta & non executa à ſummo Paſtore. Decretum etiam Conſiſtoriale ſupra relatum, & habitum tempore Pij IV. Papæ, in quo decreuit Pontifex, id nun licere & contrarium eſſe falſum practice vt dicebam;& vt murmur ſparſit præterito tẽpore Vrbani VIII.reuixit hæc controuerſia,& ta- 8
men ſua Sanctitas zelo ſancto & politia egregia,qua vigebat noluit acquieſcere ſententiæ affirmatiuæ,ſed eam perpetuo tradidit ſilentio;& quidem quis non videat quod hoc toties tentatum ſit, quod ſi expediret aliquando eſſet factum,& quod mihi generat euidentem certitudinem eſt, quod decretum factum in Concilio ſubſcriptum à Bonifacio II. & cæteris de Concilio, quod Vigilius ſubſtitueretur,& inſtitueretur ſucceſſor Bonifacij, hoc fuit abrogatum in alio Concilio, præſente etiam eodem Bonifacio, qui in faciendo priori decreto † fatetur ſe 9
fuiſſe reum Diuinæ Maieſtatis,ob quod delictum fatetur Baronius punitum fuiſſe à Deo ipſum è vita tollendo. Syluerius etiam Papa idem acriter reprehendit dicens, *eſſe contra iura Canonica.* Quæ autem iura ſint iſta iam explico.

Quamuis enim ſummus Pontifex omnia iura Canonica habeat in ſcrinio pectoris ſui, & in ea abroganda extendatur eius abſoluta poteſtas,vti ſummus legiſlator. Cæterum † cum nulla ſit grauior materia in ordi- 10
ne ad regimẽ Monarchicum Eccleſiæ,quam electio conueniens Capitis corporis myſtici fideliũ,qui eorum ſit Paſtor,Rector, Legiſlator, norma viſibilis credendorum, & morum totius Chriſtianitatis; in hac(inquam) grauiſſima materia opponere ſe omnibus ſummis Pontificibus anteceſſoribus,& conſenſui omnium fidelium,& praxi totius Eccleſiæ abſque grauiſſimis motiuis, & rationibus vrgentiſſimis quæ toti Eccleſiæ ſint notæ, non eſt abſque ingenti temeritate, & audacia,quamuis enim certum ſit apud omnes quod†Legiſlator poteſt leges vel à ſe vel 11
à ſuis anteceſſoribus latas abrogare, ita vt ſubditi illis non ligentur,nec contra operando peccent, & ſic multò minus tenetur ſuis legibus obedire Princeps, cæterũ quũ leges antiquitate ſua firmantur latæ,propter bonũ commune,& cõducunt valde ad illius conſeruationem,& pacem publicã tuendã, ſine quibus ſemper excitarentur inconueniẽtia, quæ † euitare ſuis legibus intendit Legiſla- 12
tor,ex vi officij ſui iure naturæ(quo tenetur bonum & pacem publicam tueri,conſeruare & defendere) eſt obligatus ad tales leges non abrogandas ad conſuetudinem ſeruandam & modum regiminis quo bene conſeruatur,Reſpublica non alterare(niſi vt dixi

dixi ob rationem manifeſtam quæ ei ſit co-
13 gnita) quod ſi contrarium faciat † dubio procul mortaliter peccabit contra iuſtitiam legalem quæ reſpicit conſeruationem boni communis.

Quam Doctrinam egregiè enodant D. Thom. 12. *quæſt.* 96. *art.* 5. vbi Eminentiſſ. meus, D. Caiet. Couarr. *cap. Alma, p.* 1. §. 1. *num.* 5. & dum tractant de legum obligatione in legiſlatoribus, *in tract. de legibus*, Suarez, *lib.* 3. *cap.* 35. Salas, *diſp.* 14. *ſect.* 2. *à n.* 15. Bonaci. *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 6. Malderus, *tract.* 5. *dub.* 4. Martinez, Monteſinos, Lorca, Arauxo, *ad quæſt.* 96. *art.* 5. Illuſtriſſimus Archiepiſc. Hiſpalenſis Magiſt. Petrus De Tapia, *lib.* 4. *qui eſt de legibus art.* 4. Granados, 12. *controuerſ.* 7. *tract.* 3. *part.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *num.* 6. Azor. *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 9. Becanus, *tom.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *quæſt.* 12. cum ergo hodie viuaciora, vrgentiora & pernitioſiora imminent inconuenientia grauiſſima ex eo
14 quod † Pontifex eligat abſolutè ſucceſſorem euertendo; & abrogando iura Canonica, hoc etiam in Epiſcopis particularibus acriter id prohibentia; ergo hodie non expedit talis eligendi modus & quod antiquus alteretur, immutetur, abrogetur, hæc enim abrogatio etiam pro vna vice non ædificat, Pontifex autem ad ædificandam Eccleſiam imo & ſuperædificandam ex vi officij Paſtoris tenetur.

Quæ doctrina adeo certa eſt, quod etiam
15 ſi mulier ſanctitate conſpicua dicat ſe de hoc habere reuelationem illi nullatenus ſit credendum, ſed iudicandum eſſe Dæmonis illuſionem, vt latè probaui, *tom.* 1. *Moral. tract.* 5. *num.* 948. *iuncto*, *num.* 957. & 958. hæc autem reuelatio quod expediret quod viuens Pontifex eligeret ſibi ſucceſſorem; & modum electionis alteraret proculdubio ex proprio cerebro, aut ex diaboli inſtinctu dimanaret non ab ſpiritu diuino, vtpotè contra Eccleſiæ praxim & omnia iura Canonica; vnde quidam qui hoc tempore
16 ſomniauit modum electionis Pontificiæ eſſe immutandum, ſtatim eſt interceptus, & carceri perpetuo mancipatus & alter qui forſan hoc titulo voluit introducere Principes ſupremos debere collaterales Prophetas ſibi aſciſcere valde reprehenſus & liber quem de hac materia ſcripſit & mihi eſt remiſſus multis cenſuris vſtus eſt.

Deinde idipſum quod non expediat talis ſucceſſoris inſtitutio & electio aut deſignatio oſtenditur, quia talis electio magnum in Eccleſia generaret ſcandalum, ergo etiam
17 † ſi Pontifex poſſit abſolutè eam facere non tamen expedit vt fiat, hanc rationem tradit Paulus 1. *ad Corinth.* 8. & 9. cum enim vti ſupra dixi, qui ſcientia inter Corinthios Chriſtianos pollebant, ſcientes quod idolum nihil eſt, ſed vana Deitas, & ſic quod licebat illis veſci Idolothitis ſecundum ſe, dicit illis Apoſtolus, *Videte ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis, ſi enim quis videret eum qui habet ſcientiam in Idolio recumbentem; nonne conſcientia eius cum ſit infirma ædificabitur ad manducandum Idolothita, & peribit infirmus, in tua ſcientia frater propter quem Chriſtus mortuus eſt? ſic autem peccantes in fratres & percutientes, conſcientiam eorum infirmam in Chriſtum peccatis, quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum non manducabo carnes in æternum in fratrem meum ſcandalizem*, hæc Paulus in quæ verba ita egregiè D. Thom. *ibi, lect.* 2. (quem ἀαξιφαλεπικῶς ſequitur D. Caiet.) ſic loquitur, *ſuperius oſtendit Apoſto-*
lus quod † in ſe licita eſt comeſtio Idolothito- 18
rum, hic monet abſtinere ab ea propter ſcandalum infirmorum. Vbi primò monet ne offendant fratres ſua comeſtione. Secundò quod poteſt offendere ibi ſi enim quis viderit. Tertiò oſtendit malum quod inde poteſt accidere, ibi, & peribit infirmus. Quartò, ſi in exemplum præbet abſtinentium, ibi, quapropter ſi eſca ſcandalizat. Dicit ergo videte quia quantum ad nos nihil prodeſt, vel obeſt eſca ipſa, ſed tamen videte ne forte hæc licentia veſtra, qua ſcitis vobis licere comedere de Idolothitu offendiculum fiat infirmis comedendo Idolothitum coram ipſis in quo tria implicantur concurrentia ad ſcandalum. Primum maiorum ſcientia. Secundum comeſtio Idolothiti publica. Tertium occaſio ſcandali accepti ibi nonne conſcientia eius, dicit enim ſi quis viderit eum qui habet ſcientiam in præſentia Idoli nonne conſcientia eius cum ſit infirma ædificabitur per factum tuum ad manducandum Idolothita. Hoc eſt addit Caiet. *prouocabitur & inducetur ad manducandum immolata ſimulacris exemplo tuo.*

Hoc vtrius Thomæ commentariũ Apoſtoli ſtillatum eſt à Patribus tã Græcis quam Latinis, qui in hoc cõueniũt quod ad vitandum fratrum ſcandalum, & multo magis totius Eccleſiæ, etiam eſt abſtinendum ab his ad quæ agenda poteſtatem habemus, vnde in Græco exemplari pro licẽtia eſt verbum, quod ius, authoritatem & poteſtatem deno-
tat, vnde fit quod † etſi ſummus Pontifex 19
poteſtatem habeat ad eligendum ſibi ſucceſſorem in ſummam dignitatem, tamen ne Eccleſiam, Principes Catholicos, fideles omnes infirmos ſcandalizet tenetur ab ea electionis forma in æternum abſtinere; vnde egregiè Chryſoſt. explicans locũ hunc Pauli
& exaggerans delictum, quod † committe- 20
bant Sapientes Corinthiorum, dum comedebant Idolothitum coram infirmis, qui ſcandalizabantur, ſic fatur, *ſenſim ac paulatim deduxit crimen ad culmen iniquitatis, neque enim dixit ſcandalizantes, ſeu offenſionem*

afferentes, ſed percutientes, ſeu verberantes, vt dictionis emphaſi oſtenderet crudelitatem, quid enim homine ſanius, qui ægrotantem verberat? eſt enim quouis vulnere grauius ſcandalizare, ſeu offenſionem afferre. Hactenus ibi, quam phraſim imitatus eſt Syluerius Pontifex,
21 *epiſt. 1. ad Vigilium Pſeudo-Papam*, † qui nominatus eſt ſucceſſor Bonifacij II. ipſum Vigilium reprehendens, *ſed dum paruum vulnus in te neglectum eſt inſanabile accreuit apoſtema: quod niſi ferro altius abſcindatur fomentorum ſentire non poteſt medicinam.*

Ex qua doctrina ni fallor indubitata inter Catholicos manet *enthymematis* conſequentia probata, antecedens autem quod
22 † ſequatur ſcandalum euidens eſt. Nam quis vulgi ſcandalum vitabit? quis non mirabitur videns hoc monſtrum in Eccleſiaſtica Monarchia? quis non minoris penderet modeſtiam, zelum, obſeruantiam legum eccleſiaſticarum, venerationem erga Pontifices anteceſſores, quam ſemper prudens ſucceſſor in cathedra ſedens eſt obſeruatus, cum modeſtia non compatiatur ſi ſibi Pontifex arrogat electionem, quæ ſemper eſt poſita in clero, vel collegio Cardinal. Zelus etiam minus habens inuenitur cum vtilitates publicas poſtponit propriis, vel amicorum conuenientiis, obſeruantia legum pondere ſanctuarij nihilo pendet, ſiquidem vilipenduntur & eis proprium dictamen antefertur.

Rurſus ex hac forma electionis in Sum-
23 mum Pontificatum † ſcandalum patietur hæreticus, vt irrideat Pontificiæ dignitati; hoc enim ſæculo multo magis quam in anterioribus, hæretici Lutherani & Caluiniſtæ ore blaſphemo, & impudico ebibito veneno ab illo tortuoſo ſerpente, illud effundunt in Summum Pontificem, ex duobus erroneis principiis vnum eſt, quod non cenſetur Vicarius Chriſti, niſi ille qui à Chriſto eſt immediatè electus, alterum quod ad eius electionem debet ſtatus ſæcu-
24 laris concurrere. Ex quibus principiis quas concluſiones hæreticas non euomunt; quas euomerent ſi electio & inſtitutio Vicariatus Chriſti ad vnius arbitrium reduceretur, quas non docerent gentes illas à ſede Apoſtolica auulſas in Aſia, & toto ſeptentrione vbi ira inualuit hæreſis; quare inſultarent vtique hanc formam electionis Papatus videntes, quæ ratio mouit Imperatorem Pogonotum, qui ſcribens *ad Domnum Papam* ab eo petens, vt finiret controuerſiam, dicit: *ne nobis inſultent Pagani, & hæretici.*

25 Quanto ſcandalo commoti Principes Catholici tumultus excitabūt, ſchiſmata introducent zeloſi in ratione ſtatus, cui adhærebit Pontifex ſic electus, cui ſubſidium impendebit; & totus catholicus cœtus turbabitur, pax publica obſcurabitur, nihil ſanum, nihil ſecurum erit; ſed omnia turbulenta, ſuſpicione politica plena erunt, ſi talis introducatur forma eligendi ſuperiorem Summum Eccleſiæ & Paſtorem vni-
uerſalem, cui ex vi officij † competit ſchiſ- 26
mata excludere, tumultus ſedare, pacem in tota Eccleſia conſeruare, Principes beneuolos habere; quibus etiam competit, res, quæ à Summo Paſtore pendent, ſunt neceſſariæ ad pacem in ſuis Regnis conſeruare humiliter expoſcere; vtrumque probo. Audi Hormiſdam Papam, *contra Monachos Scythiæ ſchiſmaticos, eorū vna pertinaciā curā propoſiti rationi velle impetrare non credere contemptores authoritatum veterum, nouarum cupidi quæſtionum ſolum putantes ſcientia rectam viam quamlibet conceptam facilitate ſententiam eiuſque tumore elati, vt ad arbitrium ſuum vtriuſque orbis putent eliminandū iudicium, nec in numero fidelium deputantes ſequaces traditionis paternæ, ſi ſua viderint cedere nolle ſententia docti ſeditiones inſtruere inuidiam concitare, &c.* quas excludere & ſedare Summi Pontificis eſt,

Sicut & † Principes Politico-Catholici ex 27
ſuo officio à Papa tenentur, idem expoſcere. Audi Theophanem *oratione in S. Nicephorum, quæ extat apud Baronium anno* 842. *num.* 12. vbi loquens de Theodora vidua Theophili Imperatoris, quæ ſola rexit aliquot annis Imperium; *ad nihil magis attendat, vt facilius & commodius imperium incolume feratur, quam curare perturbationem in Eccleſia ſedare, partem morbo laborantem reducere ad ſanitatem, vt animi inter ſeſe alienati reconciliarentur, vt ſit omnium vna ſententia vnuſque ſenſus, vt ſic imperij guber-
natio facilis euadat*, quod † politicum di- 28
ctamen ſi in rebus ad Religionem & fidem attinentibus veriſſimum eſt multo magis eſt neceſſarium in rebus ad regimen Eccleſiæ concernentibus, qualis eſt electio Summi Paſtoris, qui eſt Regula viſibilis credendorum pacis inter Principes ſtabilimentum, Religionis Turris Dauidica, ex qua omnis armatura fortium aduerſus hæreſes pendet, in qua electiône quælibet nouitas, quantum ad electores, qui debent eſſe, pernicioſa eſt, & antiquitas ſemper proficua &
veneranda. Hæc † illi ſemper anteponenda, 29
maximè in negotio tam graui & totam Eccleſiam immediate concernenti, quare *vetuſtas non ceſſet obruere nouitatem, & nouitas ceſſet inſurgere in vetuſtatem.* Vnde Paſtor *in epiſt. ad Hormiſdam Papam* in graui negotio de ſemipelagianiſmi errore, dicit: *Putabunt enim ea rectè ſentire, quos adhuc viderint in Eccleſia perdurare ſeparetur ergo à ſano corpore vulnus inſanum* (in capite corporis myſtici) *remoto quamorbi ſauientis afflatu cautius,*

tiæ, quæ ſunt ſyncera perdurent & grex purior &c.

30 Quare † regula illa certiſſima quam nobis reliquit Vincentius Lyren. & totam docuit Eccleſiam *lib. illo* (ſemper caracteribus aureis recudendo, vt manibus teratur fidelium) *contra hæreſum vanitates Commonito. 1. cap.* 38. huic, de quo tractamus negotio, neceſſario eſt applicanda, illud enim non minus comprehendit quam ea de quibus tractat S.D. qui ſic fatur. *Si quando pars contra vniuerſitatem, nouitas contra vetuſtatem, vnius vel paucorum diſſenſio contra omnium vel certe multo plurium catholicorum conſenſionem reuelauerit præferat* (Eccleſia) *portionis corruptioni vniuerſitatis integritatem, hincque eadem vniuerſitate nouitatis profanitati antiquitatis religionem*, cumque in hoc negotio tota antiquitas Doctorum & Summorum Pontificum vetuſtas etiam in contradictorio iudicio conclamarit & vicerit, contra vnius vel paucorum diſſenſionem, electionis antiquitas præferenda eſt nouitatis profanitati, & nõ expediat, nec licitum ſit, quod Pontifex ſibi eligat Succeſſorem in ſummum Pontificatum.

31 In hac enim † electione triplex ſcandalum manifeſtè elucet, vulgare quia vulgus
videns hanc nouitatem miratur & minus
pendet minuſque æſtimat tantam dignitatem, modeſtiam, zelum & legum Eccleſiaſticarum obſeruantiam, quam ſemper Summi Pontifices tenuerunt, conſeruarunt, defenderũt. Theologicum ex quo tot occaſiones dimanarent offendiculaque ruendi in tot peccata hæreticorum, in tot blaſphemias & ſpuria verba in Apoſtolicam ſedẽ, in tot ſchiſmata & auulſiones à ſuo Capite
32 viſibili Catholicorum: Politicum † cum tot alterationes, commotiones, tumultus, diſſenſiones, rixæ excitarentur in politico regimine, tam Eccleſiaſtico, quam ciuile, ius eligendi quod habent Eminentiſſimi Cardinales contra omne fas, & ſine iuſta cauſa auferretur, contra ius Eccleſiæ quæ eſt in pacifica poſſeſſione habendi caput viſibile pacificum, ſanum, nulli expoſitum morbo caducitatis, & ſine ſcandalo electum, ſine turbine politico, inter Principes, & ex quo non dimanant diſſidia, bella, opugnationes, & inquietudines fidelium quibus omnibus eſſet expoſita electio Succeſſoris facta à Pontifice viuente.

Vnde non dubito quod veritas iſta ſit
33 vna earum, quas † cuſtodiri iubet Paulus
Thimotheo in depoſito moraliũ aſſertionum, quas Eccleſia tenere debet: audiatur Lyrenenſis *vbi ſupra cap.* 17. explicans illud Pauli. 1. *ad Thimo.* 6. *n.* 8. *O Thimothee depoſitum cuſtodi. Quid eſt* (ait Vincentius) *hodie Thimotheus, niſi vel generaliter vniuerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totum corpus Præpoſitorum qui integram diuini cultus ſcientiam, vel habere ipſi debent vel alij infundere, quid eſt depoſitum? id eſt quod tibi traditum eſt non quod à te inuentum, quod accepiſti non quod excogitaſti, rem non ingenij ſed Doctrinæ, non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis: & infra, O Thimothee, O ſacerdos* (*Summe*), *O tractator, O Doctor ſi te diuinum munus dignum effecerit, intelligatur te exponente illuſtrius quod antea obſcurius credebatur, per te poſteritas intellectum gratuletur quod antea vetuſtas non intellectum venerabatur, eadem tamen quæ dedici ſti doce, vt cum dicas nouè non dicas noua.* Hactenus venerabilis Pater.

Etſi enim hæc dicta ſint de depoſito 34
veritatum ſpeculatiuarum fidei, tamen non minori emphaſi & efficacia vigent in præſenti negotio tanti ponderis, in quo non quod excogitauit, ſed quod accepit debet tradere Pontifex, non id quod eſt priuatæ vſurpationis, ſed quod eſt publicæ traditionis, expedit fieri, & ſi Summi Paſtores circa modum electionis ad vitandas fraudes, nouè aliquid dicant, nouam tamen electionis formam auferendo in totum electores, nunquam inuexerunt, quia de hoc eſt publica Eccleſiæ traditio, cui
dedit initium vel ipſe Clemens † electus 35
immediatè à B. Petro electioni ſuæ renuntians, vt poſtea tertius à Petro per electores tunc deſignatos Petri ſucceſſor conſtitueretur, & ſi enim valida eſſet Petri inſtitutio, tamen illi ceſſit & renuntiauit, vt tam ſanctæ conſuetudinis quæ inuiolabilis ſemper manſit in Eccleſia daret initium, alij autem Pontifices variarunt modum, quem obſeruare tenerentur electores, & perſonas ad quas pertinere debebat electio, non tamen electores abſtulerunt, nam à tempo-
re S. Petri fiebat † electio à Præsbyteris & 36
Diaconis Romanæ Vrbis; à tempore S. Sylueſtri adiunctus eſt Clerus omnis, & Populus Romanus in cuius præſentia fiebat electio, poſtea ad ſedandas ſeditiones, vitanda ſchiſmata, & tumultus, Imperatores ſuam interponebant authoritatem huic electioni quod ius tradidit Carolo Magno Adrianus. I. *cap. Adrianus. el.* 2. *diſt.* 63. & poſtea Leo VIII. idẽ ius tradidit Ottoni, & eius Succeſſoribus; de hoc legendi ſunt Baronius, *circa annum Chriſti* 774. *à n.* o. Gretſerus, *in Apolog. pro Baro. cap.* 1. *&* 2. Villadiego, *de orig. & poteſt. Card. quæſt.* 5. *n.* 18. Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *p.* 2. *&* 3.

Sed Nicolaus II. vir ſanctiſſimus in Con- 37
cilio quodam Lateran. *an.* 1059. in quo fuerunt Patres. 118. Præſide ipſo Nicolao contra Berẽgarium, & vt ſchiſma auferretur ab Eccleſia detulit (approbante Concilio quod

valde notandũ) ad Cardinales Epiſcopos taliter, quod à Clericis Cardinalibus reliquoque Clero & populo Romano approbanda eſſet. Genebrardus ibi, *ex cap. in nomine Domini 23. diſtinct.* & Polydoro *lib.* 4 *cap.* 10. & conſtat ex acclamationibus factis in electione Gregorij VII. tunc ab omnibus Clericis & populo acclamatum eſt. *Greg. Papam S. Petrus elegit. Roma* 10. *Kalend. Maij* 1073. ſed poſt *anno* 1154. in quo vixit Alexander III. † excluſa Cleri & populi approbatione, conceſſa eſt electio ſolis Cardinalibus, vt ſchiſmata maiori ex parte extinguerentur, ſuo enim tempore Pontifex hic doctiſſimus præualuit contra Philiſteos quatuor Antipapas quos illi ſuppoſuit Fredericus Imperator. Habetur hæc alteratio in electoribus *cap. licet de elect. in* 6.

38 (margin, at "xander III.")

39 Rurſus Greg. X. † *in Concil. Lugdu. ann.* 1274. ſtatuit vt electio celebraretur in Conclaui à quo egredi nulla ratione poſſint Cardinales niſi electo Summo Pontifice. Clemens V. *in Concil. Vienn. ann.* 1310. Clemens VII. *in ſua Conſtit. cum chariſsimus* 26. *octobr.* 1529. Paulus IV. *in alia, cum ſecundum, anno* 1554. *& alia in eligendis.* 7. *Idus octob.* 1562. Greg. XV. *in ſua celebri conſtit. Æterni* 17. *Kalend. Decemb.* 1621. & Vrbanus VIII. *in alia ad Romanum.* 5. *Kalend. Febr.* 1525. (vt conticeant audaciſſimæ linguæ, quæ effuderunt vocem ipſum tractaſſe de eligendo ſibi ſucceſſore) hi omnes Summi Pontifices

40 plura ſanctiſſimo zelo ſtatuerunt † circa circunſtantias quas obſeruare debent Cardinales electores, nec tentarunt ab eis aliquo modo ius eligendi Summum Pontificem, quod habent ex vi dignitatis Cardinalitiæ auferre, quod ita affixum habent, vt in caſu, quod tempore congregati Concilij generalis legitimi vacaret Sedes Apoſtolica non ad Concilium, ſed ad ſolos Cardinales priuatiuè pertineret electio, & ſic obſeruatum ſit *in vltimo generali Concilio Lateran. ann.* 1512. quo ſtante collegium Cardinalium elegit Leonem X. niſi in caſu ſchiſmatis, in quo Concilium etſi non auferat electionem, à Cardinalibus poteſt alios electores adiungere, vt fecit *Concilium Conſtant. anno* 1417. in electione Martini V. conſtat

41 ergo † ex traditione Pontificia ab ipſis ſummis Pontificibus comprobata nunquam in electionem ad apicem ſummæ dignitatis aliquem eſſe euectum per inſtitutionem ab ipſo Pontifice viuente factam, præterquam, in S. Clemente, quam & ipſe renunciauit, non ergo introduci expedit, cum damno & ſcandalo totius Eccleſiæ.

42 Sed inquires, ſi eſt traditio Sedis Apoſtolicæ, quod ſummus, qui ſedet nunquam nominet ſucceſſorem, neque hoc vnquam expediat, at quid deſeruit poteſtas & ius quod habet Pontifex, vt id poſſit facere, ſicut diximus *Reſol. anteriori* habere non fruſtra eſt potentia, quæ nunquam reducitur ad actum. Reſpondetur, bona obiectio, ſed illius eſt multiplex ſolutio quælibet adæquata, & omnes ſimul manifeſtè ſatisfaciunt. Prima, 43 quod hæc poteſtas ex ſe poteſt ad actum reduci, ſed propter impedimenta ex fragilitate, malitia, aut aſtutia ſine quibus moraliter nõ exiſtunt Reſpub. prouenientia, quæ Summus Paſtor ex vi officij tenetur aduertere non expedit, quod reducatur ad actum, vt ſuauiori paſcua ſuſtentetur grex Chriſti.

Secunda, datur hæc poteſtas in Summo 44 Pontifice, vt ſi occurrat caſus particularis accerrimi ſchiſmatis, & non ſit facilè conuocare Concilium generale & Cardinales electores nolint conuenire vllo modo, tunc Pontifex approbantibus Principibus, electionem ſicut olim requirebatur acceptatio populi Romani poſſet eligere ſucceſſorem, pro hac vice in bonum Eccleſiæ, & eius vtilitatem priuans Cardinales iure eligendi, tunc enim vt Rector & Gubernator vniuerſalis ex cauſa ita rationabili, & iuſta poteſt id facere ſi perſonà electa eſt omni exceptione maior cognita Principibus ſæcularibus, quod ſi aliquis eorum ex maioribus diſſentiat, non expediet talis electio, nec vllo modo facienda.

Tertia, ſi totum collegium, quod Deus 45 auertat peſte intereat, tunc Pontifex non repugnantibus Principibus poteſt eligere ſucceſſorem, ne ipſe interea contagio deficiat & Eccleſia ſine capite exiſtat, etſi enim aliqui dixerint, quod tunc electio pertinet ad Canonicos Lateranenſes quorum Eccleſia eſt propria Epiſcopi Romani. Ita S. Antoninus 3. *p. tit.* 22. §. 2. *n.* 4. & alij quos citat & ſequitur Barboſa *lib.* 1. *de iur. Eccleſ. vniuerſ. cap.* 1. *n.* 75. alij quod Concilium generale, ita Hoſtienſ. *cap. licet de elect. in* 6. alij ad Patriarchas, ita Lancellotus *in templo omnium Iudicum lib.* 1. *cap.* 1. §. 2. *n.* 6. Sed ego exiſtimo, quod † Summus Pontifex tunc 47 poteſt vti plenitudine poteſtatis à Chriſto ſibi relictæ pro his caſibus, qui contingere poſſunt. Nec Deus permittet, quod Pontifex tunc erret, ſed illi aſſiſtet ſpeciali aſſiſtentia, ſicut aſſiſtit in confirmanda aliqua Religione ſic enim, vt aiunt Ananias, *cap. final. de appellatio.* Syluester *verb. excommunicatio,* 9. *n.* 2. Laborinus *tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 6. *num.* 25. quod ſi † duo tantum Cardinales re- 48 maneant in conclaui habent ius eligendi, quia vnus poteſt eligere alium. Imò ſi vnus remanſerit ad illum ſpectabit electio. Gloſſa *verb. omnes Clement. ne Romani de electio.* Laudenſis *de Card. quæſt.* 14. Pauinus *de officio & poteſtat. capituli ſede vacante.* Ius enim eligendi eſt nomen vniuerſitatis, quod in vno

vno conſeruatur. *Leg ſicut § in Decurionibus*, vbi Bart. *D. de cuius vnmer. nom.* Albanus *de Cardinalib. q 23. & quaſt 24.* dicit, *quod talis Cardinalis poteſt ſeipſum eligere*; ramen omnes præfati ſimul cum Panormirano, *cap. li-*
49 *cet de electione*, conueniunt † quod ſi vnus duntaxar ſuperuiuar Cardinalis ex conragio, aur vnus ſolus ſir in conclaui cæteris omnibus abſentibus poteſt eligere Summum Ponrificem; ergo multo magis poterit in ſimili caſu Papa eligere ſibi ſucceſſorem, nec enim video quod ex electione vnius Cardinalis non poſſinr ferè eadem inconuenientia inferri, quæ ſupra inferebamus ſi Papa eligar ſibi ſuceeſſorem.

Quarta ſolutio, quia nullus Carholicus dubirat, quod Papa vtporê ſummus Legiſlaror poteſt derogare, quamcunque legem Eccleſiaſticam, itavr eius obligatio, & vis coactiua non ſubſiſtar; † & ramen mulræ ſunt quas nunquam derogant ob grauia inconuenienria, quæ ſequenrur, de iure ramendiuino ſicut haber, quod ſit Legiſlator, ira quod poſſit derogare, quamuis ſi ex derogatione futurum eſt ſcandalum in Eccleſia mortalirer peccet, ſi deroger; ita in caſu Ponrifex de iure diuino haber poſſe nominare ſibi ſucceſſorem in Paparu, ramen propter inconuenienria, ſibi non conueniar neque Eccleſiæ paci nominare, ſicur ſi vnus dunraxar, aut duo Cardinales ſuperuiuerēt in conclaui, poſſint quidem eligere ſucceſſorem Petri, habenr enim ius & poreſtarem id faciendi non tamen id expedier, quod negorium grauiſſimum ex iudicio vnius, vel duorum pendear. Iraque in Pŏtifice eſt poteſtas iure diuino ſibi conceſſa, vt poſſir eligere ſucceſſorem, cæterum quum ex vſu huius poreſtatis rimērur probabilirer ſecu-
50 rura ſcandala in Eccleſia, iure † naturali & diuino renerur non vri rali poteſtate. *Va homini illi per quem ſcandalum venit, expedit* [illegible] *vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius* [illegible] *demergatur in profundum maris.* Er alibi, [illegible] *culus tuus ſcandalizat te erue eum & pro-* [illegible] *abs te, &c.* ſic ſi ex vſu huius poteſtatis [illegible]rurum eſt ſcandalum in Eccleſia, vt de [illegible] futurum erir, talem vſum vri pernicio[illegible], ab ſe renerur iure diuino & naturali [illegible]cere, & non exercere.

51 Et hic eſt ſenſus genuinus, † doctiſſimi Cardinalis Turriscrematæ *cap. 51. lib. 2. de Eccleſia* in hanc difficultarem tractat & ex multis rationibus & textibus probar, conuenienriſſimum fuiſſe, quod Ponrifex Summus Chriſti Vicarius & Petri ſucceſſor non fierer per inſtirurionem antecesſoris, quam conuenienriam ex mulriplici venatur capite, quia qui præſtanrior, qui doctior, qui in omni virture eminentior eligendus eſt, *cap. licet 8. quaſt. 1.* & multis aliis rationibus probar conuenienriam inſtitutionis Summi Sacerdotij euangelici, quod non fiar per carnis ſucceſſionem, hoc enim prohibirum eſt à Chriſto Domino ad differentiam Sacerdorij Aaron, quare † Ponri- 52
fex Romanus poteſtatem non haber, vt faciar quod iure ſanguinis & hæredirario ſuccedatur in Carhedra Petri, vel in quolibet alio Sacerdorio Euangelico *cap. electionem 79. diſt.* vbi Anaclerus id deteiminat, & Leo Papa, *cap. in nomine Domini 23. diſtinct.* poſtea vero, *§. cæterum* probat ex aliis rationibus, quod non conueniar Papam ſibi eligere ſucceſſorem, non tamen dicir, id eſſe ex iure diuino, ſed ex inconuenienribus probat id non expedire. Legatur atrenrè & inuenietur eius mens iſta.

§. *vnic.*

Quid ſentiat Dominus Caietanus?

SVMMARIVM..

1. *An in Papa ſit poteſtas ad eligendum ſibi ſucceſſorem.*
2. *Candidi & PalaZeda ſententia.*
3. *Dum exiſtunt electores, nunquam Papa eligit ſibi ſucceſſorem, & n 4 & 5.*
6. *Authoritas Papa eſt ſuperior authoritate Concilij generalis.*
7. *Chriſtus Dominus ſtatuit Petrum in ſucceſſoribus perpetuum.*
8. *An in Summo Pontifice ſit poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem ex Caiet.*
9. *Poteſtas qua formaliter eſt in inferiori eminentialiter eſt in ſuperiore.*
10. *An Summus Pontifex voluntariè & ad libitum ſibi ſucceſſorem eligere poßit, ex D. Caietano.*
11. *Quid ſanitas pacis inducat.*

NOn parum aurhoriratis, ſed mulrum per omnem modum conferer noſtris reſolutionibus, enodare, quid ſenriat Dominus Caieranus, qui verè in hac materia de Summo Pontifice & Conciliis magis ſcientia & erudirione eminentiſſimus fuit, quam purpura. Igirur clariſſimè docuit noſtram ſentenriam, quoad vtramque re-
ſolurionem; nam † quod in Papa ſit pote- 1
ſtas ad eligendum ſibi ſucceſſorem his verbis dicir *tom. 1 tract. 2. de author. Papa, & Concilij cap. 13. de authoritate autem applicatiua Papatus & aliarum Eccleſiaſticarum Poteſtatum ad hanc perſonam, vel illam, ſciendum eſt quod poteſtas iſta regulariter & principaliter eſt in Papa & non niſi in caſu in concilio ſiue Eccleſia. Et in Papa quidem eſſe poteſtatem hanc quoad applicationem poteſtatum inferiorum patet ex geſtis Apoſtolorum,*

dum

dum ſingulos Epiſcopos per loca inſtituebant:
tum Eccleſia conſuetudine, qua quotidie hac
à Papa faciente ſuſcipit abſque conſcientia
ſcrupulo, tum ex ratione officij ſui, ad eun-
dem namque ſpectat plena poteſtas ſupremi
regiminis, & aſſumptio aliorum in partem
ſolicitudinis. Quoad applicationem vero Pa-
patus, ex geſtis B. Petri Apoſtoli cum inſtituit
Clementem Papam (vt habetur. 8. quaeſt. 1. cap. ſi
Petrus & authoritate Ioan. III. qui ſedit anno
Domini. 600. tempore Iuſtini Imperatoris, &c.
quo nihil clarius, cum fundamentum præ-
cipuum noſtræ primæ Reſolutionis ponat,
quare iure optimo Suarez *vbi ſupra* illum
adducit pro noſtra & ſua ſententia.

2 Cæterum † quia Reuerendiſſimus P. Ma-
giſter Candidus *vbi ſupra* & Doctor Pala-
zeda *n. 76.* Caietanum pro ſe adducunt Ip-
ſum non recte callentes, videndum eſt in
quo fundentur: viderunt enim in D. Caiet.
tract. 3. (tomi primi) *qui eſt Apologia de*
comparata authoritate Papa & Concilij. p. 2.
cap. 22. vbi duo dicit (quaſi explicans id
quod dixerat in priori tractatu) *Primum*
nunquam dixi (ait) *quod Papa poteſt ſibi eli-*
gere ſucceſſorem nec quod Poteſtas applicatiua
Papatus ad perſonam ſit in Papa formaliter,
ſed quod huiuſmodi poteſtas eſt in Papa regu-
lariter, & principaliter. Secundum quod hac
poteſtas eſt in Papa eminenter. Summantur (in-
quit) *verba mea in hoc ſenſu; quod poteſtas ele-*
ctiua eſt in poteſtate Papa virtualiter ſeu
eminenter, & hoc quoad modum eſſendi, &
quod eſt in poteſtate Papæ regulariter, ideſt
ordinario iure ad differentiam Eccleſia vidua:
in qua eſt huiuſmodi poteſtas in caſu, & princi-
paliter ad differentiam eiuſdem Eccleſia, in
qua eſt ſecundario, pro quarto caſu poteſt non
ſolum eligere ſed facere electores, & ordina-
riè de modo electionis. Sentit ergo Eminen-
tiſſimus vir, quod Papa non habet formali-
ter potentiam ad eligendum ſibi ſucceſſo-
rem, quod probat. §. *quoad ſecundum.*

Verum enim vero mens Caiet. profun-
dior eſt, quàm iſti ſunt eam aſſecuti, loqui-
tur enim ex vi præſentis Prouidentiæ Ec-
cleſiaſticique Regiminis in quo poteſtate
Papæ ſtatuti ſunt electores ad Papatum,
3 quare in ſenſu compoſito † quod ſint, &
exiſtant iſti electores nunquam Papa eliget
ſibi ſucceſſorem, quia poteſtas formalis eli-
gendi in iſtis eſt, non vtetur poteſtate emi-
nentiæ quam habet ad eligendum Sum-
mum Pontificem, hunc eſſe manifeſtum
ſenſum eius patet *ex hoc. §. ad ſecundum. ver-*
ſic. ſubiectum. ait. poteſtatis electiua formaliter
iuxta Peripateticam, & Apoſtolicam ſimul au-
thoritatem ex ipſius electionis actus exercita-
tione inueſtigandum eſt. Apparet autem abſque
omni ambiguitate, quod electio Papa ad Roma-
nam Eccleſiam ſpectat computando intra Roma-
nam Eccleſiam Epiſcopos, & Cardinales, qui
veluti ſuffraganei Romani Archiepiſcopi intro-
ducti videntur, & propterea ceſſante omni hu-
mano ſtatuto, certiſque exiſtentibus Eccleſia
Romana membris, in eadem regulariter eſt po-
teſtas electiua Papa, nonminus, quam in cate-
ris Eccleſiis poteſtas electiua ſuorum Epiſcopo- 4
rum, & infra, *ex ſtatuto autem humano Apo-*
ſtolica authoritate contractum per viam deter-
minationis poſitiuè eſt ſubiectum poteſtatis ele-
ctiua ad Cardinales Romana Eccleſia ſolos. Pa-
pa enim ex eminentia poteſtatis Curia, ac re-
giminis vniuerſalis poteſt de electiua poteſtate
decernere, ipſamque ſic dirigere & ordinare,
vt contrario modo faciendo irrita ſit, in ſuo
opere, & ſubiecto, & infra §. *quoad tertium,*
exiſtentibus ſic certis electoribus qui hodie 5
ſunt Cardinales, non ſuccedit humana Eccleſia
vniuerſalis, defunctis autem omnibus Cardina-
libus, Romana Eccleſia à qua Linus eſt electus
ante omnia iura nobis nota immediatè ſucce-
dit, quia tamen pars clauditur in toto, & in
Eccleſia vniuerſali clauditur Eccleſia Romana,
ſi Concilium generale cum pace Romana Eccle-
ſia eligeret in tali caſu Papam verus Papa eſ-
ſet, ille qui electus eſſet. Ex quo ego mani-
feſtè induco. † Authoritas Papæ eſt Supe- 6
rior auctoritate Concilij generalis, ergo ſi
Papa in pace Romanæ Eccleſiæ & vniuer-
ſalis eligeret, verus Papa eſſet ille qui ele-
ctus eſſet. maior & conſequentia ſunt ipſius
Eminentiſſimi Cardinalis.

Qui ſubdit ibidem. *Chriſtus* † *Dominus ſta-* 7
tuit Petrum in ſucceſſoribus perpetuum, quo
ſtante cum ſucceſſio carnalis in nouo teſta-
mento conſilio caſtitatis maximè conuenienti,
perfectiſſimo ſtatui, qualis Papa eſt, diſſonet
voluntaria quoque quaſi adoptio, vel inſtitu-
tio ſucceſſoris ſuaui Eccleſia diſpoſitioni aduer-
ſetur via electionis perpetuandus relinquitur
ſucceſſor Petri procul dubio ab Eccleſia ſua, &
in ſolutione ad 5. quod non poteſtas ſed abuſus
poteſtatis eſſet pernicioſus. & infra. *Tertia gloſ-*
ſa (quæ erat quod in caſu neceſſitatis, quo
electores non poſſent congregari, & pro
occurrente periculo opus ſit Paſtore poteſt
Papa moriens inſtituere ſucceſſorem) *ſi*
acceptetur eminentia poteſtatis Papa fauet vt
patet.

Ex quibus omnibus liquidò conſtat,
quod non aborruit D. Caiet. † in Summo 8
Pontifice poteſtatem eligendi ſibi ſucceſ-
ſorem, ad hoc enim in eo conſtituit emi-
nenter poteſtatem electiuam, nàm poteſta-
tis electiuæ formalis eſt Collegium Cardi-
nalium, in quo repræſentatur Eccleſia
Romana, cui competit eligere ſuum Epiſ-
copum, qui ex iure diuino habet anne-
xum Summum Pontificatum, poteſtas
enim † quæ formaliter eſt in inferiori
eminentialiter eſt in Superiore, quæ ſi
deficiat

deficiat inferior & in caſu vrgentis neceſſitatis potentia illa eminentialis Superioris poteſt ex ire in actum validum & eiuſdem ſpeciei cum actu à poteſtate formali ſicut ſol calefacit, & producit calorem eiuſdem ſpeciei cum calore producto ab igne, & tamen potentia calefactiua ſolis eſt ſolum eminentialis, non formalis, ſicut ignis.

Verum eſt, quod Summus Pontifex nequit voluntariè, & ad libitum eligere ſuc-
10 ceſſorem, † quod dixit egregiè Dominus Caiet. illis verbis ſumma profunditate prolatis poſtquam dixit, *quod ſucceſſio carnalis diſſonat ſtatui Summi Pontificis*, addit *voluntaria quoque quaſi adoptio vel inſtitutio ſucceſſoris ſuaui Eccleſiæ diſpoſitioni aduerſatur*, quare ſicut ad alienandas res Eccleſiæ debet eſſe vrgens neceſſitas, vel Eccleſiæ euidens vtilitas, ita vt Pontifex eligat ſibi ſucceſſorem, vnum vel aliud debet interuenire, & quod interuenit debet Principibus innoteſcere, & Cardinalibus; aliàs ſequentur inconuenientia ſupra illata ad hanc enim voluntariam, & ad libitum electionem dixit Dominus Caiet. non eſſe in Pontifice poteſtatem in quo conueniunt omnes Theologi Catholici & ſic pro nobis eſt eminentiſſimus Cardinalis.

Et hæc de his grauiſſimis dubiis, quæ hoc tempore valdè fuere controuerſa, & de quibus conſultus ſummariè reſpondi, & ad longum hîc digreſſus, ſi quid bene di-
11 xi. † *Sanitas pacis hoc facit* (vt verb. vtar Auguſtin. *libro ſecundo. contra Donatiſtas, cap. 4. vt cum diu ius aliqua obſcura quæruntur, & propter inueniendi difficultatem diuerſas pariunt in fraterna diſceptatione ſententias, donec ad verum liquidum perueniatur, vinculum permanet vnitatis, ne in parte præciſa remaneat inſanabile vulnus erroris*, ſi quid verò diſſonum vel Sanctæ Sedi, vel Regimini Politico Principum Catholicorum. *Decet & expedit* (ait Poſſeſſor ad Hormiſdam Papam) *ad capitis recurrere medicamentum quoties agitur de ſanitate membrorum. Quis enim maiorem circa ſubiectos ſolicitudinem gerit, aut à quo magis ſtabilitas expectanda quam ab eius Sedis Præſide, cuius primus à Chriſto Rector audiuit.*

Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

RESOLVTIO IV.

Vtrum Papa qui non vult reſidere Romæ poſſit ab Eccleſia deponi.

RESOLVTIONE prima docui, quod iure diuino eſt coniunctus Summus Pontificatus cum Epiſcopatu Romano, eſt enim de fide, quod Epiſcopus Romanus, eſt Summus Pontifex. Rurſus *lib. 1. Reſ. 5.* oſtendimus, quod iure diuino tenetur perſonaliter reſidere in ſua Diœceſi, quare ille Epiſcopus aut Paſtor, qui perſonaliter non reſidet contra ius diuinum peccat, & contra officium Paſtoris.

§. I.

Rationes dubitandi à Gerſone inductæ.

SVMMARIVM.

1. *Paſtor nec nomen Paſtoris meretur, ſi non perſonaliter ſuo gregi attendat.*
2. *Præceptum de correctione fraterna cum ſit diuinum ad omnes extenditur.*
3. *Principes tam Eccleſiæ quam orbis Papam Eccleſiam ſcandaliZantem arguere poſſunt, ex Caiet.*
4. *Quotuplex correctio adhibenda.*
5. *Qui emendari nolens non vult audire Eccleſiam, & perſeuerat pertinax in peccando cum ſcandalo, habendus Ethnicus.*
6. *An Pontifex poſſit deponi à Concilio.*
7. *Nunquid Papa poſſit Imperatori dare poteſtatem vt deponat ipſum.*
8. *Hæc poteſtas quibuſnam hodie inſit.*
9. *Corpus non eſt perfectum quod non poteſt à ſe membra putrida abijcere.*
10. *Quandonam Pontifex ſeipſum deponere renuntiando teneatur.*
11. *D. Thomæ affertur ſententia.*
12. *Ius naturale quandonam non obliget.*
13. *Quibus de cauſis poteſt deponi Pontifex.*
14. *An Papa teneatur ſe purgare cum laborat infamia publica, quâ Eccleſia ſcandalizatur.*

1. RAtio dubitandi eſt, quia vt egregie D. Caiet. 22. *q.* 185. *art.* 5. §. *in art.* 5. *v. in oppoſitum autem eſt.* † Paſtor nec nomen 1
Paſtoris meretur ſi non perſonaliter attendat ſuo gregi. Non enim quilibet ouium Dominus, ſed ille tantum qui paſcit oues ſuas,

ſuas, vocatur Paſtor, alioquin Principes habentes multos ouium greges, quos per alios paſcunt paſtores ouium eſſent, quod eſt falſum: Epiſcopus autem eſt vere Paſtor iuxta verbum Domini ad Petrum *paſce oues meas.* Ergo ſi ſucceſſor Petri in officium Paſtoris, perſonaliter non paſcit oues Epiſcopatus ſui, nec nomen meretur paſtoris, ergo relicta eſt Eccleſiæ poteſtas & ſi miniſterialis vt ſi correctus non emendatur poſſit deponi, vtpote non exercens ſuum officium, ſed veluti mercenarius, cuius non ſunt oues propriæ fugit & reliquit vt lupus veniat & eas diſpergat, & mactet.

2 Secundò, quia † præceptum de correctione fraterna cum ſit diuinum ad omnes extenditur, & cuicunque eſt correctio facienda, etiamſi ſit Papa exemplo Pauli qui correxit Petrum, & ad Coloſenſes *vlti. n.* 12. dicit, dicite Archiepiſcopo miniſterium tuum imple, ſic etiam docet articulariter D. Tho. 2.2. *quaſt.* 33. *artic.* 4. quia eſt actus charitatis, qui pertinet ad vnumquemque reſpectu cuiuſlibet perſonæ, ad quam charitatem debet habere, ſi in eo aliquid corrigibile inueniatur ex quo colligit Caiet. *ibidem* §. *in eadem ſolutione*, *quod*
3 *ad hoc tenentur † Principes tam Eccleſia quam orbis cum Papa ſcandalizat Eccleſiam & monitus non reſipiſceret. Probabile namque eſt, quod reuerebitur Princeps palam arguentes. Quamuis ſubditorum ſalutem contemnat, & ſi ipſe non ſit bonus, ſaltem alios non ſcandalizabit. Multo enim magis ad hoc tenentur, qui poſſunt hoc ferre, quam ad eruendum eos, qui ducuntur ad mortem temporalem, debent enim opponere ſe murum ex aduerſo pro domo Iſraël. Igitur reſpectu Summi Pontificis currit obligatio illi faciendi correctionem fraternam ſecreto, vel publicè, prout expedire iudicabitur.* Tunc ſic, ſed ordo qui ponitur in Euangelio.
4 *Matth.* 18. vt † primo corrigatur ſecreto inter te & ipſum ſolum, ſecundo quod adhibeantur duo teſtes, tertio ſi hoc non profecerit ad emendationem & vitandum ſcandalum, dicendum eſt Eccleſiæ quod ſi Eccleſia non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus; qui ordo eſt præceptus diuino iure (niſi qui renuntiet iuri ſuo, quod an poſſit alibi diſputo) cum ergo hoc præceptum pertineat ad vnumquemque, reſpectu cuiuſcunque perſonæ etiam Papæ, ergo etiam reſpectu iſtius relicta eſt poteſtas Eccleſiæ, vt ipſum iudicet ſi non emendatur, & auferatur ſcandalum à fidelium cœtu, ipſum deponendo.

5 Tertiò, quia vt ait Chriſtus † ille qui emendari nolens non vult audire Eccleſiam, ſed perſeuerat in ſua pertinacia in peccando cum ſcandalo, & non audiens Eccleſiam non vult emendari, habendus velut Ethnicus: ergo ſi eſſet ethnicus aut gentilis poteſt ab Eccleſia deponi, ita ſi quia non vult emendari reſidens in ſuo Epiſcopatu Romano, ſed eſt pertinax & contumax abſens à ſua Diœceſi abſque iuſta cauſa, poteſt etiam ab Eccleſia deponi.

Quartò, quia † Pontifex Summus poteſt 6
deponi à Concilio repræſentante Eccleſiam ob alia delicta, quam ob hæreſim inter quæ valde graue & pernicioſum eſt non reſidere in ſuo Epiſcopatu Romano abſque rationabili motiuo, ſed ſolum pro libito ſuæ voluntatis. ergo ob hoc poteſt deponi: antecedens probatur primò. Cum Pontifex eſt incertus, quia eſt in ſchiſmate cum aliis, qui prætendunt eſſe Summos Pontifices, vt conſtat factum in Concilio Conſtantienſi. Secundò, quia Concilium generale repræſentans Eccleſiam, eſt ſupra Pontificem, & poteſt illum deponere, ſi ita videbitur expedire, vt determinatur in Concilio Baſilienſi, quod depoſuit Eugenium Papam & elegit Ioannem, qui Balthaſar prius eſt nominatus. Tertiò, quia vt ait Gloſſa, *in cap. ſi Papa verb. ex fide.* Quod ſi Papa committit crimen notorium (etiam ſi non ſit hæreſis) & ſcandalizatur Eccleſia per factum eius poteſt ille accuſari de tali crimine, vt per Abbatem, *cap. ſignificaſti n.* 4. *de electio.* vbi dicit hanc gloſſam ſingularem. Barbatius *in Clementi. ne Romani n.* 86. *eodem.* aſſerens gloſſam communiter approbari. Sequitur Decius, *in dicto cap. ſignificaſti n.* 21. dicens quod *totus mundus illam ſequitur*, & quod practicata fuit in Concilio Conſtantienſi. Quartò, quia Gloſſa *in cap. in Synodo.* 63. *diſt. verb. ſit Patricius. & verb. Apoſtolicam.*
ait † nunquid Papa poſſit Imperatori dare 7
poteſtatem, vt deponeret ipſum ſic in hæreſi, & de conſenſu Cardinalium, imo in omnibus ſe poteſt ſubiicere ei; quod in praxi reduxit Otto Imperator, qui facta prius correctione fraterna Ioanni, coram Cardinalibus in Conſiſtorio pleno congregato Concilio Romæ ex totius Italiæ Epiſcopis ob turpem & ſcandaloſam vitam depoſuit Ioannem XII. & communi voto ſubſtitutus eſt Leo VIII. circa annum 963.

Quintò, principaliter, quia in fieri generationis relicta eſt Eccleſiæ poteſtas ad coniungendam dignitatem Summam Papatus
cum determinata perſona, quæ † poteſtas re- 8
ſidet hodie in Collegio Cardinalium, ergo in fieri corruptionis, etiam debet eſſe poteſtas in Eccleſia ad ſeparandum Summum Pontificatum eum perſona cui coniungitur notoriis & ſcandaloſis peccatis & criminibus euertit & deſtrueret Eccleſiam malos mores introducendo, & ſuo malo exemplo ſcandalizando fideles, aliàs non videretur recte prouiſum recto bono regimini corporis

ris politici, & myſtici Eccleſiæ; non enim
9 † perfectum eſt corpus quod non poteſt putrida à ſe membra abiicere, vel ſanare, ſed cum totius damno euidenter emergente oportet, ſuſtinere, neque eſt perfectè diſpoſitum regimen quod non poteſt commune bonum & neceſſarium conſeruare, abiiciendo, manifeſtè commune bonum vſurpantes, diripientes, dilapidantes, &c.

Confirmatur quia ſummus Pontifex po-
10 teſt ſeipſum deponere renuntiando, † & aliquando ad id tenetur, vt quum captiuus detinetur, ſine ſpe redemptionis, & in captiuitate nequit, prout conuenit gubernare Eccleſiam; ergo potiori iure in iſta eſt relicta poteſtas ad deponendum, cum Pontifex ſcandaloзè viueret, ſymoniacè omnia beneficia, & dignitates vendendo; vxores aliorum rapiendo, bella, & ſeditiones inter principes Catholicos ſeminando, & ſimilia ſcelera committendo, vt homicidia iniuſta, &c.

11 Sextò, quia vt Diuus Thom. † *opuſc. de Regimine Principum, libro primo, cap. ſexto*, & ſi expreſsè dicat & probet veritatem, quæ certa debet eſſe apud Catholicos, quod non liceat occidere tyrannum priuata authoritate, *quum enim ſit verus Rex tyrannicè gubernat, quod eſſe verum oſtendit multis & vrgentiſſimis rationibus, tamen quod ſi ad ius multitudinis alicuius pertineat ſibi prouidere de Rege non iniuſtè ab eadem Rex inſtitutus poteſt deſtrui vel refrænari eius poteſtas ſi poteſtate Regia tyrannicè abutatur. Nec putandum eſt talis multitudo infideliter agere tyrannum deſtituens etiam ſi ſe eidem perpetuo ſubiecerat, quia hoc ipſe meruit in multitudinis Regimine ſe non fideliter gerens vt exigit Regis officium quod ei pactum à ſubditis non ſeruetur.* Hæc ibi, ex quibus tale formo argumentum, ex vi pacti quod vaſſalli fecerunt cum Rege, cui ſe perpetuo ſubiecerunt, iure naturæ tenentur illi obedientiam præſtare, & tamen pro multitudinis ſalute & incolumitate, quum tyrannicè gubernat
12 † hoc ius naturale non obligat ſed poteſt multitudo Regem deponere, quia hoc dictat naturalis ratio, ergo licet Eccleſia non tribuat poteſtatem ſummo Pontifici ſed hanc habeat immediatè à Deo & iure diuino illam poſſideat, tamen in Eccleſia manet poteſtas ſaltem in Concilio generali legitimè congregato, interpretandi ius diuinum, quod in hoc caſu quo Papa notoriè ſcandalizat, Eccleſiam poſſit ab eo ſeparari ſummus Pontificatus & alteri coniungi.

Septimò, quia poteſtas data à Chriſto ſummo Pontifici eſt in ædificationem Eccleſiæ non in deſtructionem, & hoc conſtat ex iure diuino, ergo † ſi illa vtatur in 13
deſtructionem luxuria, ſimonia, blaſphemiis, iniuſtitia, promotione indignorum, & ſimilibus, quibus Eccleſiam ſcandalizando deſtruit in moribus, poteſt ab ipſa Eccleſia legitimè in Concilio congregata deponi, non minore iure, ac poteſtate ac quando deponit vel hæreticum, vel eum quem eſſe certo Pontificem, toti Eccleſiæ non conſtat vt depoſuit tres Papas Concilium Conſtantienſe.

Octauò, quia † Papa tenetur ſe purgare 14
cum laborat infamia publica, qua ſcandalizatur Eccleſia, ſic fecerunt Damaſus accuſatus de adulterio, vt teſtatur Hieronymus, *de viris illuſtribus in Damaſo*, Sixtus, Leo & Symmachus 2. *quæſtio ſeptimò, capite, ſi quis*, cum enim teneatur, *paſcere oues ſuas*, & ſcandalum, ipſas depaſcat; tenetur ſe purgare ab ſcandalo; qui autem tenetur ſe purgare ſi non faciat iudicandus eſt, *capite ſi quis ſecundo, quæſt. ſeptima*, vbi id fecit Gregorius Magnus non ex humilitate, ſed ex debito, vt exiſtimat Gerſon, ius enim naturale, & diuinum ad id obligat, quare ſi bene non ſe expurget deponi poteſt ab Eccleſia.

§. II.

Indubitata ſententia ſtabilitur & propugnatur.

SVMMARIVM.

1. *Quæſtionis nodus ab Eminentiſſ. Cardin. Caietano & Turrecremata expenditur.*
2. *An poſſit ſummus Pontifex deponi & à ſumma dignitate priuari.*
3. *Hæc ſententia ab omnibus eſt admiſſa.*
4. *Summus Pontifex Romanus eſt ſummus & altiſſimus iudex viſibilis in terris.*
5. *Prima ſedes à nemine iudicatur.*
6. *Romanus Pontifex de omnium Eccleſiarum præſulibus iudicaſſe legitur, ex Adriano.*
7. *Inter Bonifacium Papam & Bonifacium Martyrem diſcrimen.*
8. *Nemo primam Sedem iudicabit iuſtitiam temperare deſiderantem, ex Innocentio.*
9. *Hoc verbum*, Nemo, *non ſolum recipitur pro ſingulis perſonis diuiſim, ſed etiam pro ſingulis coniunctim.*
10. *Sedes Apoſtolica de tota iudicat Eccleſia, ipſa vero ad nullius commeat iudicium, ex Gelaſio Papa.*
11. *Deus voluit B. Petri ſucceſſores cœlo tantum deleri innocentiam, ex Symmacho PP.*
12. *Innocenty III. ſententia.*
13. *An in Eccleſia eſt poteſtas electiua Papæ, ſecluſo Papa.*
14. *Diſpoſitiones in Petro quot ſint requiſitæ.*

15. *Quaenam ſint illa diſpoſitiones requiſita, & 16.*

17. *Quae reddant Papam deponibilem?*

1 QVæſtionem valdè perplexam diſquirimus, in qua prout oportet diſcutienda, & determinanda duo Eminentiſſimi Cardinales enixè auxilio ſpeciali Spiritus ſancti inſudarunt, vt videre eſt in Caiet. *tom. 1. opuſc. tract. 1. de authorit. Papae & Concilij, à cap. 24. vſque ad* 28. incluſiuè & in Turricremata, *lib. 2. de Eccleſia, à cap.* 93. *vſque ad* 106. vbi catholicè vt Theologus, vt Canoniſta, vt Politico-Chriſtianus rem eruditiſſimè tractat, & reſoluit, & ab his duobus Eccleſiæ vberibus cæteri, qui poſt ipſa ſcripſere lac veræ doctrinæ ſuxere contra quoſdam Doctores, qui antiquitus contra veritatem inſurrexere moti Concilio Conſtantienſi, & Baſilienſi, igitur ego exiſtimo verum docuiſſe duos præfatos Eminentiſſimos Cardinales à quorum ſententia nullus ſine temeritate diſcedere

2 poteſt. Certiſſimum enim † debet eſſe, quod propter nullum etſi enormiſſimum crimē, & quod maximè ſcandalizet Eccleſiam (dummodo non ſit hæreſis externa ritè & rectè ſeruato Iuris ordine probata) poteſt Summus Pontifex deponi & à ſumma dignitate priuari iuridicè ab aliquo etiam Generali Concilio legitimè congregato niſi à ſolo Deo, ſi tamen Summus Paſtor ritè & rectè ſit electus prout iura diſponunt. Quare etſi cum ſcandalo Eccleſiæ non reſideat perſonaliter in ſua diœceſi nulla poteſtas eſt relicta à Chriſto, quæ ipſum valeat deponere, & iuriſdictione, quam habet in totum corpus myſticum Eccleſiæ, & quodlibet membrum, priuare.

Hæc indubitata reſolutio duobus dumtaxat mediis eſt hìc probanda. Primum ſit,

3 quia hoc eſt indubitatum apud Summos Pontifices, Patres Eccleſiæ, & Theologos, atque Canoniſtas rectè ſentientes apud quos omnes hæc habetur propoſitio, vel axioma, vt dignitas in regimine Monarchico (quod inſtituit Chriſtus Dominus in Eccleſia, quæ regitur ab vno capite, quæ eſt viſibilis Regula, tum credendorum tum ipſius regiminis, etſi enim potuerit Chriſtus inſtituere quod Pontifex deponetur à Concilio Generali, vel ab electoribus non ſolum ob hæreſim externam, ſed etiam ob aliud crimen ſcandaloſum Eccleſiæ, tamen id non inſtituit ex vi præſentis prouidentiæ; quæ nota eſt nobis ex ſequenti axiomate ab initio naſcentis Ec-

4 cleſiæ, quod † *Summus Pontifex Romanus eſt ſummus & altiſſimus Iudex viſibilis in terris, quod omnes poteſt redarguere & iudicare, ipſe vero à nullo quantumuis altiſſimo Principe, vel etiam Concilio iudicari valet, quia ſoli Deo* (*excepta hæreſi externa*) *Iudici ſubiectus eſt.*

Ita conſtat ex facto Marcellini, qui propter externam idololatriam ſe præſentauit Concilio, vt de eo ferret ſententiam, & Concilium dixit, † *Prima Sedes à nemine iudicatur, tu te ipſum iudica, c. nunc autem* 5
22. *diſtinct.* vnde Anacletus Papa, *cap. electionem* 79. *diſtinct.* dicit, *electionem Summorum Pontificum ſibi Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis Sacerdotibus & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.* Vbi gloſſa, & ita fallit Regula, *ad quem ſpectat inſtitutio & deſtitutio*; quare idem Anacletus ſubdit: *Doctor & Paſtor Eccleſiæ ſi à fide exorbitauerit erit à fidelibus corrigendus, ſed pro reprobis moribus magis eſt tolerandus, quam diſtringendus.* Idem ſentiunt Fabianus, *epiſt. vnica ad omnes Epiſcopos*, Euſebius etiam Papa relatus, *cap. oues* 2. *q.* 7.

Vnde Adrianus Papa *in allocutio.* 3. *habita in Concilio Romano & fuit lecta in* 8. *Synodo* ſic ait, † *Romanum Pontificem de omnium Eccleſiarum Præſulibus iudicaſſe legimus, de eo vero quemquam iudicaſſe non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus poſt mortem anathema dictum ſit, ſciendum tamen eſt, quod ſuper hæreſi fuerat accuſatus propter quam ſolam licitum eſt minoribus maiorum ſuorum motibus reſiſtendi, vel prauos ſenſus eorum liberè reſiſtendi.* Hæc Adrianus quibus totum, quod dicimus cōprehendit. 6

Sed accedant alij Summi Eccleſiæ Præſules Bonifacius Papa & Martyr. *cap. ſi Papa diſt.* 40. *cap. Romani Pontificis culpas redarguere præſumit nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius, & quamuis Pighius, lib.* 4. *Eccleſiaſt. Hierarch. cap.* 8. *in fine*, & correctores Decreti non dicant eſſe † hoc cap. ex Bonifacio Papa, ſed ex Bonifacio Martyre & Archiepiſcopo Moguntino, & Sedis Apoſtolicæ Legato, vt fatetur, Deuſdedit Presbyter Cardinalis, *Tulo Apoſt. in Eudoxia Victoris Papæ III lib.* 1. *de rebus Eccleſiaſt. c.* 231. vnde hoc teſtimonium etſi non ſit Pontificium eſt magnæ authoritatis, & ponderis & vt tale receptum ab hominibus rectè ſentientibus, eſt enim ſtillata doctrina in S. Sede Apoſtolica calore veritatis fidei. 7

Vnde Innocentius ſiue Concilium Romanum ſub Syluestro, *capite vigeſimo*, & citatur, *capite nemo*, 13. 9. *quæſtione tertia*, ait † *nemo iudicabit primam Sedem Iuſtitiam temperare deſiderantem* (vel vt vulgata Concilij editio habet. *Quoniam omnes à prima ſede Iuſtitiam temperare deſiderant.*) *Nec enim ab Auguſto neque ab omni* 8

omni Clero, neque à Regibus, neque à populo
iudex iudicabitur. Vnde gloſſa ibi, *verb. ab*
omni Clero, ait, *quod Concilium non poteſt Pa-*
pam iudicare, cap. ſignificaſti de electio, quare
9 † ly *nemo*, non ſolum recipitur pro ſingulis
perſonis diuiſim, ſed etiam pro ſingulis
coniunctim, ſiue collectiuè & ſic nomina
diſtributiua, quæ opponuntur nominibus
collectiuis non ſumuntur diſtributiuè, ſed
collectiuè vt conſtat ex multis locis Scriptu-
ræ, *ad Hebræos tertio, numero quinto, in omni*
domo ſua, ideſt in tota domo Synagoga, &
3. *Reg. octauo, numero tertio, benedixit omni*
Eccleſiæ.

Et Gelaſius Papa, *eadem cauſa, & quaſt.*
cap. ipſi ſunt 16. ſcribens *ad Fauſtum legatum*
10 *vel ad Michaëlem. epiſt.*7. dicit † *ipſam* (Se-
dem Apoſtolicam) *de tota Eccleſia iudicare*
ipſum vero ad nullius commeare iudicium, &
in epiſt. ad Epiſcopos per Dardaniam conſtitu-
tos, ait. *Cuncta per mundum nouit Eccleſia,*
quod Sacroſancta Romana Eccleſia fas de om-
nibus habeat iudicandi, nec cuiquam de eius
liceat iudicare iudicio, & infrà. *Sed neque illa*
prateriimus, quod Apoſtolica Sedes ſine vlla Sy-
nodo pracedente, & ſoluendi, quos Synodus ini-
què damnauerat, & damnandi nulla exiſtente
Synodo, quos oportuit habuit facultatem & hoc
nimirum pro ſuo Principatu quem B. Petrus
Apoſtolus Domine voce, & tenuit ſemper &
tenebit. Hæc Gelaſius quibus euidenter
conuincitur auctoritas Sedis Apoſtolicæ
ſupra Synodum, & Concilium iſtud ergo
nequit niſi ob hæreſim externam probatam
deponere.

Id ipſum confirmatur ex Symmacho Pa-
pa, *cap. aliorum* 9. *q.* 3. dicente, *aliorum ho-*
minum cauſas Deus voluit per homines termi-
nari, ſed Sedis iſtius præſulem ſuo ſine quaſtio-
ne reſeruauit arbitrio, & quod loquatur de
cauſis peccatorum patet, ex eo quod ſubdit
11 dicens. † *Voluit B. Petri ſucceſſores cœlo tan-*
tum deberi innocentiam, & excludens obie-
ctionem ſubdit. *Nolite æſtimare eas animas,*
inquiſitionis non habere formidinem, quas ſuos
præ cateris ſuo reſeruauit examini. Ex quo
hanc difinitionem elicuit Bonifacius VIII.
in extrauag. vnam Sanctam. Si deuiat ſuprema
poteſtas à ſolo Deo iudicatur.

Et ex his omnibus fundamentum ratio-
nis dedit Innocentius III. *In ſermone conſe-*
12 *crationis Papæ*, dicens. † *In tantum mihi fides*
eſt neceſſaria, vt cum de cæteris peccatis Deum
iudicem habeam propter ſolum peccatum quod
in fide committitur poſſem ab Eccleſia iudicari.
Hoc eſt ſecundum medium quo probanda
eſt veritas, quod imbibitum eſt in præ ad-
ductis teſtimoniis ſummorum Pontificum,
(nam teſtimonia Patrum omitto breuitati
attendens) & his verbis elegantiſſime eli-
cuit Eminentiſſimus D. Caietanus & forma-
uit ſic.

Secluſo Papa † in Eccleſia eſt poteſtas ele- 13
ctiua Papa cui applicatiua Papatus ad Pe-
trum, quomodocumque vocetur habet pro ob-
iecto, coniunctionem perſona, & Papatus, in
fieri & in diſſolui, vt patet de actu electionis
quo Petrus fit Papa, & de actu depoſitionis, quo
Petrus Papa hareticus incorrigibilis deponitur.
Conſtat etiam quod ad hoc quod Petrus fiat
Papa efficaciter ita quod ſit Papa, & conſe-
quenter ad hoc quod poteſtas illa Eccleſia exer-
ceat actum conſtructiuum coniunctionis effica-
citer inter Petrum, *&* Papatum *aliqua † diſpo-* 14
ſitiones requiruntur in Petro *de neceſſitate ſim-*
pliciter, aliqua ad bene eſſe requiſita, de neceſ-
ſitate ſimpliciter ſunt dua, ſimpliciter eſſe vo-
luntarium, & eſſe Chriſtianum, nunquam enim
aliquis quantumcumque electus eſt Papa *niſi*
conſentiat & ſimiliter non eſt Papa *niſi ſit mem-*
brum Chriſti. Secunda diſpoſitio exigitur de
iure diuino, & quia ordo gratia præſupponit or-
dinem natura, prima diſpoſitio exigitur de iure
natura.

Requiſita autem † diſpoſitiones ad bene eſſe 15
ſunt boni mores, ſcientia Eccleſiaſtica, chari-
tas; experientia Regiminis & huiuſmodi, ſine
iſtis enim Petrus *ſi eſt electus, & acceptat, eſt*
Papa *quamuis ineptus & malus, conſtat etiam*
quod facilius eſt deſtruere quam conſtruere;
duabus ſimul neceſſario requiſitis conditionibus
ad conſtructionem quacumque enim deficiat ſol-
ui poteſt coniunctio iſta. Namque ſi Petrus *non*
vult, amplius eſſe Papa *poteſt renuntiatione diſ-*
ſolui coniunctio iſta; & diſſoluitur dum acce-
ptatur renuntiatio: vt patet de Caleſtino, &
rurſus ſi Petrus Papa *labitur in hæreſim incor-*
rigibiliter poteſt deponi inuitus. Ex quo deſiit,
quantum eſt ex ſe eſſe membrum Chriſti ſicut
in primo caſu deſinit eſſe voluntarius. Hac om-
nia certa ſunt ex quibus neceſſariò requiritur,
vt deficientibus in Petro conditionibus, qua om-
nino ſunt neceſſaria ſimpliciter, ſed ad bene eſſe 16
non propterea ſit depoſitus, vt poſſit diſſolui
coniunctio iſta, vt poſſit attingi Petrus *à po-*
teſtate depoſitiua. Nam depoſitiones illa qua
non requiruntur in ſubiecto ad hoc quod vnia-
tur efficaciter forma, ſed tam cum eis, quam
cum ſuis contrariis, vniri poteſt forma, &
conſtituere compoſitum, non ſunt tales, vt
earum contraria pertineant, ad conſtitutio-
nem compoſiti. Quod eſt dicere, quod ſi Pe-
trus ſceleratiſſimus, crimenoſiſſimus, ſcan-
daloſus & incorrigibilis, Chriſtianus tamen
& conſentiens, ſit & eſt Papa *ſi eligatur,*
oportet quod huiuſmodi crimina ſuperuenien-
tia Petro iam Papa aut perſeuerantia, &
ſi reddant ipſum malum Papam, & non ſo-
lum malum hominem vt prius, non tamen
reddunt illum deponibilem. Ex hoc enim

quod ad bene eſſe Papa requiritur bonitas, & non adeſſe Papa conſtans eſt, quod malitia ad male eſſe Papa, & non ad non eſſe Papa, ſpectat, ac per hoc ſicut non ſpectat bonitas ad eſſe quod eſt effectus electionis, ita malitia non ſpectat ad non eſſe quod eſt effectus depoſitionis.

Ex his patet ratio, & poteſt formari ſic. Sola contraria conditionibus neceſſario requi-
17 *ſitis adeſſe Papa † addunt Papam deponibilem, ſed inter crimina, infidelitas contrariatur conditionibus neceſſario requiſitis ad eſſe Papa. Ergo ſola infidelitas inter crimina reddit Papam deponibilem. Prima propoſitio patet ex hoc quod depoſitio eſt non eſſe Papa, & vnum quod in ſuo eſſe perſeueras, ſi contrarium non ſuperuenit. Nunquam enim homo deſinit eſſe. Si non ſuperueniret aliquod contrarium illi eſſe, & ſimile eſt in aliis. Secunda propoſitio probata eſt quia cætera vitia contrariantur conditionibus requiſitis, ad bene eſſe Papa. Hanc rationem vellem in ſtatera poni & non friuolas & apparentes per accidentia vagantes.* Hactenus Cardinalis qui recte dicit, quod *ponatur in ſtatera*, non enim inuenietur, *minus habens*, ſed

Diuinum quiddam remque admirabilem ineſſe, comprehendit enim energiam omnium aliarum, quas hucuſque DD. excogitarunt, quare eas in medium afferre ſuperfluum eſt, & faſtidio legentes afficiet, cum dici ſolet Prouerbio. *Vnus*, Caiet. *multorum inſtar eſt.*

§. III.

Rationes in oppoſitum adducta euaneſcunt.

SVMMARIVM.

1. *An ille qui eſt ſupremus Paſtor non recognoſcens ſuperiorem in terris à Paſtoricia dignitate ob non reſidentiam perſonalem ſcandaloſam deponi iuridicè poſſit.*

Aliquibus Doctoribus antiquis arriſit ſententia, quod Papa ſcandaloſus à Concilio quod Eccleſiam repræſentat, & aiunt, eſt Papa ſuperior deponi cauſa cognita, poteſt, & horum DD. partus ſunt argumenta non inermia quæ adduximus, §. 1. quibus ſatisfacere ſicut neceſſarium ita non erat operoſum.

1 Ad primum reſpondetur, quod † ille, qui eſt ſupremus Paſtor non recognoſcens Superiorem in terris à Paſtoricia dignitate ob non reſidentiam perſonalem ſcandaloſam, deponi iuridice nequit; quia nullus eſt qui iuridicè valeat agnoſcere an habeat ſufficientem cauſam, ad non reſidendum perſonaliter, *cap. ſatis eſt 96. diſt.* vbi Nicolaus Papa ait, *quod cum ſummus Pontifex Deus appelletur in terris*, vtpotè eius viſibilis Vicarius cuius Tribunali non ponit in numero, cum Tribunal Dei in Terra, *manifeſtum eſt non poſſe ab hominibus iudicari*; quamuis peſſimè ſuum officium Paſtoris exerceat, ſed ſoli Dei iudicio reſeruatur, *cap. Sacerdotibus, e. continua 11. q. 1.*

§. IV.

Satisfit argumento explicato præcepto de correctione fraterna Matthæi. 18. quid intelligatur ibi nomine Eccleſia.

SVMMARIVM.

1. *Præceptum correctionis fraternæ omnes obligat vtriuſque ſexus fideles.*
2. *An Pontifex nulli in terris inferior poſſit charitatiuè corripi.*
3. *Per* dic Eccleſiæ, *quid obſeruandum.*
4. *Idem eſt* dic Eccleſiæ, *ac* dic Prælatis.
5. *Turriſcremata ſententia.*
6. *De correctione fraterna quid ſenſerit Clemens Papa.*
7. *Quid nomine Eccleſia non intelligatur, & num. 8.*
9. *Multorum Theologorum ſententia.*
10. *Oues quæ Paſtori commiſſa eum nec reprehendere debent, nec vllatenus accuſare poſſunt, ex Euſebio, & n. 11. 12.*
13. *Prælati quamuis ſint corripiendi à ſubditis, non tamen eſt iis pœna infligenda, ſed ad ſuperiorem recurrendo, ex D. Thoma.*
14. *Summa ſuperioritas Vicarij Chriſti & Paſtoris non dependes ab ouibus.*
15. *Ordo Euangelij obſeruandus in correctione fraterna, nequit obſeruari in Pontifice.*
16. *Stabilis manet Pontificis authoritas, quandiu in Petra qui Chriſtus eſt fundatur.*
17. *An cum Pontifex eſt incertus, vt in Schiſmate, Concilium generale totam Eccleſiam repreſentans poſſit illum deponere.*
18. *Quid Concilium Baſileenſe ſenſerit.*
19. *Affertur ſententia minimè admittenda.*
20. *Papa non poteſt ſumma poteſtatis & ſuperioritatis apicem iure diuino ab omni alia etiam Imperiali exemptum alteri ſubiicere, vt contra ipſum procedat.*
21. *Imperatores tyrannicè, & de facto ſummos Pontifices ritè & Canonicè electos depoſuerunt.*

Hoc eſt contrariorum Achileum argumentum, quod egregiè arietauit Card. Turris

Turriſcremata, *vbi ſu. c. 92. per totum* in quo vtēs *gladio Delphico* ſimul & ſemel & Achillem viribus detruncauit & victor victimas
1 veritati obtulit. Igitur † fatemur quod præceptum correctionis fraternæ omnes obligat vtriuſque ſextus fideles, reſpectu etiam cuiuſcunque ſiue Prælatus etiam ſummus ſiue ſubditus, ordo etiam ibidem aſſignatus à Chriſto Domino cadit ſimiliter ſub præcepto, vt eſt communis, & Patrum indubitata intelligentia; quum corrigendus eſt capax quod in illo obſeruetur ille ordo. Ponti-
2 fex autem † ſummus cum nullum in terris ſuperiorem agnoſcat, neque Eccleſiam viſibilem, quam repræſentat generale Concilium, neque Cardinalium Collegium, vt ex dictis ſatis liquet; manifeſtum eſt, quod reſpectu Summi Pontificis non poteſt obſeruari ordo charitatiuæ correctionis, quem Chriſtus poſuit quantum ad tertium, *dic Eccleſiæ*, ſed ſolum quantum ad duo priora, *corripe inter te, & ipſum ſolum, & adhibe duos teſtes*, etſi peccatum fuerit publicum coram multis.

3 Ratio autem cur ly † *dic Eccleſiæ* obſeruari nequeat reſpectu ſummi Paſtoris eſt; quia vel nomine Eccleſiæ in hoc loco intelligit Chriſtus Eccleſiam vniuerſalem toto orbe latè diffuſam, aut prout eſt conciliaretur coadunata in vniuerſali Concilio; aut intelligitur Prælatus, & Superior eius; qui fraternaliter corrigitur ſub nulla harum acceptione comprehenditur Summus Pontifex; ergo reſpectu illius impoſſibile eſt obſeruari ordo præceptus in correctione fraterna; & quidem ordine retrogrado gradiēs; cum certiſſima ſit Patrum & Expoſitorum Scripturæ interpretatio, quod nomine Eccleſiæ intelligatur Superior & Prælatus, qui
4 Iudex eſt corrigendi; idem eſt † dicere *dic Eccleſiæ*, ac *dic Prælatis*, qui Eccleſiæ præſunt, vt interpretantur Hieronymus, Chryſoſtom. & Tho. Hugo Cardinalis, Lyra, Albertus Magnus, & cæteri expoſitores, ad *cap.* 18. *Matth. num.* 19. & quod magni ponderis eſt; ita *in cap. nouit de Iudiciis*, determinat Cæleſtinus III. reſcribens *Prælatis per Franciam conſtitutis*, vbi nomine Eccleſiæ non vniuerſale Concilium, etſi ageretur de cauſa grauiſſima inter Reges Anglorum & Francorum, ſed Eccleſiæ Prælatum intelligit. Quare non vacat magna temeritate, qui hanc interpretationem non admittit, iuxta quam, quæ litteraliſſima eſt cum nullus ſit in terra Prælatus Superior Papæ, illi iſte denuntiari nequit, vt tanquam Iudex contra ipſum procedat.

Vnde bene † Turriſcremata dixit, valdè ridiculum eſt, & ſatis abominabile, quod aduerſarij contemptis tantorum Sanctorum Patrum & Doctorum teſtimoniis, & aſſertionibus præſumant ſcripturam ad propriā voluntatem exponere: ſimiles illis de quibus Clemens Papa, *cap. perlatum* 37. *diſt.* loquitur dicens; *Perlatum nobis eſt, quod quidam in partibus veſtris commorantes, ſanis doctrinis aduerſantur, & prout videtur non ſecundum traditionem Patrum, ſed ſecundum ſuum ſenſum docere videntur* Hæc ille,
† qui antea dixerat, & idem confirmauerat ex practica & conſuetudine obſeruatis à Sanctis Patribus, & ab vniuerſitate fidelium ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio, ab ipſa Eccleſia circa obſeruationem præcepti ſiue ordinis de correctione fraterna ſemper fuit, & eſt denunciare Prælato, & non vniuerſali Eccleſiæ, ſiue diſperſæ ſiue congregatæ, fratris delinquentis peccatum. 6

Sed quod hîc † nomine Eccleſiæ non intelligatur Eccleſia per orbem diſperſa, certius eſt quam quod probatione indigeat, nullus enim niſi demens ita intelliget, cum hoc ſit impoſſibile; Eccleſiæ enim diſperſæ fratris delictum denunciari non eſt poſſibile, & Chriſtus ſupremus, & prudens Legiſlator impoſſibilia non iubet, vt eſt de fide, & ferè propter eandem rationem non 7
intelligitur hîc † nomine Eccleſiæ Conciliū generale etiam legitimè congregatum, etſi enim hoc Eccleſiam vniuerſalem repræſentet, cæterum inpræſentiarum hoc non intellexit Chriſtus, qui in hoc ordine correctionis, quæ inſtituit, & præcipit ſi frater non emendetur medio primo, & ſecundo, cum remittit ad Eccleſiam cum autē quotidie contingat, quod frater ſit denunciādus Eccleſiæ nomine Eccleſiæ, hîc intelligi nequit Concilium generale, quod tam raro cōuocatur; & aliquando rariſſimè cum aliquādo tranſierint centū anni & multoties quinquaginta, vt videre eſt in tomis Conciliorum; quis enim conſiderās ſuauitatem legis Chriſti non execratur tanquam onus inſuportabile, quod fideles tenerentur, vt adimplerent præceptum de correctione fraterna, venire ad generale Concilium, & illud expectare, vt dicerent Eccleſiæ, quod frater nolebat ſe emendare; hoc quidem ridiculum eſt, & omnino alienum à prudentia, nō dico Chriſti, ſed cuiuſvis puri hominis Legiſlatoris, & quidem cum omnes Theologi Hiſpani, & cæteri alij paucis Gallis demptis in hoc conſpirent, quod Papa eſt ſupra Cōcilium, & iſto ſuperior, nomine Eccleſiæ ad quam, vt ad Iudicem remittatur Pontifex nequit intelligi Concilium generale. 8 9

Hinc eſt quod Sanctus Euſebius Papa ſcribens *ad Epiſcopos Alexand. epiſtol.* 2. dixit: *Oues* † *quæ Paſtori ſuo commiſſæ ſunt* 10
eum, nec reprehendere (niſi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accuſare poſſunt, quia facta Paſtorum oris gladio feriendæ

ferienda non ſunt quamquam recte reprehendenda videantur. Quare ſententia noſtra definita videtur in Synodo Romana. 219. *Epiſcoporum*, Præſidente Symmacho Papa
11 temporibus Theodorici circa *ann.* 498. vbi ſic habetur. *Non eſt neceſſe ſuper his nona condere, ſed vetera recitare atque confirmare, eſt enim à multu ex noſtru anteceſſoribus Synodaliter decretum, atque firmatum vt oues qua Paſtori ſuo commiſſa fuerunt eum nec reprehendere, niſi à recta fide exorbitare præſumat & in Synodo.* 8. *Conſtant. circa annum* .. .. *Porro* (ait Concilium) *ſi Synodus vniuerſalis fuerit congregata & facta fuerit de Sancta Romanorum Eccleſia quanis*
12 *ambiguitas oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari & ſolutionem accipere, & proficere vel profectum facere, non tamen audacter ſententiam dare contra Summos ſenioris Roma Pontifices.* Sileant ergo DD. contrarij, dum tam aperta contra ipſos vident teſtimonia.

In hoc fundatur illa egregia Doctrina D. Tho. *in* 4. *diſt.* 19. *quæſt.* 3. *arti.* 2. *qu.* 3.
13 *ad* 2. dicentis, *quamuis* † *Prælati ſint corripiendi à ſubditis, non tamen eſt eis pœna infligenda, ſed recurrendum eſt ad Superiorem denuntiando, vel ſi non habet Superiorem ad Deum, vt eum emendet, aut de medio tollat,* de cuius orationis efficacia dicam §.4.idem egregius Doctor Vlricus *lib.* 6. *ſumma. tract.* 3. *cap.* 17. *Admonitio priuata habet locum, etiam in Prælato non habente Superiorem, ſed quia membra non habent ibi locum, quia non habet Superiorem, cui ipſe denuntietur, ideo ſi per admonitionem non corrigitur, non reſtat niſi orare pro eo, vt emendetur vel vt ſubtrahatur de medio, ne Eccleſiam exemplo ſuo perdat.* Hæc ibi, quæ ſequuntur omnes recte
14 ſentientes, & ſic dicere cogit † Summa Superioritas Vicarij Chriſti & Paſtoris omnino independentis ab ouibus, cuius innocentia ſoli Deo debetur & ſoli Deo eius crimina ſunt reſeruata.

Ex dictis clarè conſtat argumenti ſecun-
15 di ſolutio, dicimus enim quod † ordo Euangelij obſeruandus in correctione fraterna, nequit obſeruari in Pontifice, quantum ad tertium ſcilicet quantum ad denuntiandum eum Eccleſiæ, cum ſit Superior omnino independens, niſi à Deo, niſi in caſu hæreſis externæ, in qua contumaciter perſeuerat, legitimis teſtibus comprobatæ.

Ad Tertium reſpondet Vlricus, *vbi ſupra cap.* 15. vbi adducto argumento dicit,
16 *ſed hoc non credo verum eſſe, quia cum* † *ſtabilis maneat ſua authoritas, quandiu in Petra qui Chriſtus eſt fundatur, & hoc etiam ſit per informem fidem, ipſa ſola fide manente, non habet Superiorem, à quo iudicari poſſit, inſuper quod ſoli infidelitati tribuit de aliis omnibus negatur. Symbolica autem & transſumptina locutione, contumacia dicitur infidelitas vel hæreſis. cap. qui presbyteri.* 91. *diſt. & contumax dicitur, infidelis cap. nullus.* 27. *diſt. & argumenta ex talibus tanquam ſint propriè dicta nihil valent.* Hæc ille, quibus manifeſtè euertitur argumentum.

Ad Quartum reſpondetur negando antecedens ad primam probationem reſpondetur, quod † quum Pontifex eſt incertus, 17
vt conſtat in ſchiſmate, Concilium generale repreſentans totam Eccleſiam poteſt illum deponere, vt conſtat in exemplo ibi adducto in Concilio Conſtant. quod depoſuit tres Pontifices, Gregorium, Benedictum, & Ioannem, vt latiſſimè & eruditiſſimè oſtendit Turriſcremata *cap.* 99. Tunc enim non conſtat, quis ſit canonicè electus, & ſit ſucceſſor Petri habens authoritatem ſupremam in Eccleſia Dei, tanquam caput viſibile illius; vnde nullus tenetur fidelium, alicui determinatè obedientiam præſtare, & ſic Concilium generale poteſt electos abſoluere à iure dubio, erga ſupremam dignitatem reſpiciens vniuerſalem vtilitatem Eccleſiæ, & hoc eſt, & non aliud quod fecit præfatum Concilium.

Ad ſecundum reſpondetur falſum omnino eſſe antecedens, & probationem eius nullius roboris, quia Concilium Baſſilienſe, 18
quum id determinauit acephalum erat, cum noluerit recipere Præſidentes Papæ in authoritate ſua, ſicut mos erat, & fuit antiquitus in aliis Conciliis generalibus. Legatur Turriſcremata *cap.* 100. vbi theologicè & hiſtorialiter rem tractat, & determinat.

Ad tertium reſpondetur † illam gloſſam 19
ſicut & illos, qui eam ſequuntur, non eſſe admittendos vt conſtat ex dictis, vel intelliguntur non de accuſatione rigoroſa coram iudice accuſati, ſed largo modo quatenus accuſatio ideſt, quod Correctio.

Ad quartum reſpondetur primò, negando antecedens, quia † Papa non poteſt 20
ſummæ Poteſtatis & Superioritatis apicem iure diuino ab omni alia etiam imperiali exemptum alteri ſubiicere, vt iuridicè contra ipſum procedat, id autem quod fecit Otto Imperator, & congregato Concilio depoſuerit Ioannem XII. magis fuit de facto, quam de iure, & ſic depoſitio, vt contra ius facta non ſtetit, ſiquidem reiecto Leone VIII. qui electus fuerat loco Ioannis, iſte iterum reſtitutus eſt Sedi, vt videre eſt apud Baronium *circa annum* 963. & Genebrardum *ibidem* multoties enim † Imperatores 21
tyrannice & de facto ſummos Pontifices ritè & canonicè electos depoſuerũt, nos autẽ non debemus attendere, quod factum eſt de facto in præterito, ſed quid debet fieri de iure in futuro. *c. cum ad cauſam de electio.*

§. V.

§. V.

Occurritur quinto argumento, & ponuntur remedia ad obuianda inconuenientia.

SVMMARIVM.

1. *Qua Ratione ſummus Pontifex euertit & deſtruit Eccleſiam.*
2. *Ad quot capita poſſunt reduci crimina à Papâ patrata quæ ſcandalizent Eccleſiam.*
3. *Cardinalis Turriſcremata pro his omnibus affert remedium.*
4. *Prælati quot peruerſa perpetrant tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittunt.*
5. *An ab aliquibus Pontifici danda correctio.*
6. *Quid in his correctionis modis ſit adhibendum.*
7. *Vnde fiat quod Papa etſi nequiſſimus poſſit appellari ſanctiſſimus.*
8. *Etſi mali & peruerſis moribus dediti Pontifices, eorum tamen dignitas Sacroſancta eſt, veneranda, & defendenda contra inimicos.*
9. *Petilianus arguitur.*
10. *Licet ſint ſummi Pontifices nocentiſſimi, honor ſeruandus tamen S. Sedi.*
11. *In quo caſu orandus Deus pro Domino Papa.*
12. *Deprecatio vnius iuſti aſſidua multum valere dicitur.*
13. *Audita eſt Eccleſia contra Anaſtaſium ſecundum, qui orationibus iuſtorum percuſſus interiit.*
14. *Item Ioannes XII.*
15. *Cuiuſlibet particularis perſonæ oratio pia perſeuerans & petens neceſſaria ad ſalutem pro ſe eſt cauſa efficaciſſima, & infallibilis, & num.* 16. 17. 18. 19. 20. ex Caietan.
21. *An delegata ſit poteſtas in Eccleſia ad deponendum Papam fidelem.*
22. *Vnde ſequatur ſcandaloſi Papæ conuerſio, emendatio, aut exterminatio.*
23. *An omnes communitates Eccleſiaſticæ tam ſæculares quam Regulares teneantur ſub mortali orare pro illo, vt emendetur. & num.* 24. 25. 26.
27. *Aliud eſt auferre gladium, reſiſtere, impedire, &c. & aliud eſt facere authoritatiuè.*
28. *An Papam inuaſorem liceat ſe defendendo occidere.*
29. *An reſiſtendum ſit in faciem Papæ publicè delanianti Eccleſiam.*
30. *Multa ſunt viæ quibus abſque rebellione Principes mundi & Prælati Eccleſiæ ſi vellent reſiſtentiam impedimentumque abuſus poteſtatis auferrent.*
31. *Quibus licet ſcandala ſedare, & n.* 32. 33. *&* 34.
35. *An Prælatos & Epiſcopos congregare conueniat, vt in congregatione iſta abuſus poteſtatis cohibeatur in Papa ſcandaloxè viuente, & res Eccleſiæ dilapidante.*
36. *Exhortatio à tota Eccleſia facta eſt magnæ efficaciæ.*
37. *Quod ſi duo conſenſerint ſuper terram de quocumque petierint fiet eis à Patre meo, ex Matthæo, & n.* 38.
39. *In ſchiſmate poſſunt Domini Cardinales conuocare Concilium.*
40. *Nullus niſi Pontifex poteſt legitimè congregare Concilium.*
41. *Cardinal. in conuocando Concilio deſidibus, ad quos pertineat conuocare, & n.* 42.
43. *Quibuſnam competat remedium adhibere vt ceſſet conturbatio.*
44. *De Pontifice heretico, aut dubio vt eſt in ſchiſmate diuerſa ratio.*

QVintum argumentum quod praxim reſpicit Regiminis Eccleſiæ, ob cuius conſtructionem & ædificationem data eſt Pontifici poteſtatis plenitudo, non vt ea vtatur in deſtructionem; grauem continet difficultatem, quum † ſummus Pontifex noto- 1
riis, & ſcandaloſis criminibus euertit & deſtruit Eccleſiam, malos mores introducendo, ſuo malo exemplo fideles ſcandalizans, ſi enim his inconuenientibus in regimine vniuerſalis Eccleſiæ non eſt relictum remedium, non eſt perfectum regimen vt in argumento bene tangitur, ego vero huic argumento ex aliorum Doctrinis ſatisfaciam.

Hæc autem crimina à Papa patrata quæ 2
ſcandalizent Eccleſiam, ad diuerſa poſſunt reduci capita: Primum, quia moribus perſonalibus diſſolutè viuit luxuriæ, ludis, conuiuiis & commeſſationibus impudicis vacat, ſuo exemplo alios ad ſimilia inducens. Secundum, ſi diſcordias, & bella inter Principes Catholicos ſeminet, & ea foueat ſine iuſtis motiuis, aut velit à Principibus auferre id quod pacificè poſſident, ſine rationabili titulo. Tertium, ſi beneficia Eccleſiaſtica ſimoniacè diuendat, promouens manifeſtè & notoriè indignos, ſpretis dignis. Quartum, ſi bona Eccleſiarum dilapidet & ſine cauſa auferat. Quintum, ſi hæreticis faueat in temporalibus (etſi non conſentiat hæreſi) contra Principes Catholicos.

Et quidem generale remedium pro his omnibus poſuit his verbis Cardinalis † Tur- 3
riſcremata, *cap.* 106. *Humilis admonitio, & fraterna charitatiua correctio, quæ vt in ſuperioribus diximus etiam ad ſuperiores ſe extendit; deberet autem ipſe in tali caſu tam*

per Dominos Cardinales, quam prælatos quam
per alios notabiles Prælatos, & Dominos ac
Viros religioſos, dulciter admoneri exhortari,
& obſecrari, vt dignaretur vitam ſuam,
quæ multis eſt ſcandalum, corrigere, & emen-
dare, & vt tenetur ſic viuere, vt eius vita
cunctis ſit in exemplum ſanctitatis, commemo-
rando etiam exhortationis gratia aliqua dicta
de ſacra Scriptura; ſicut eſt illud quod Dominus
ait Apoſtolis Matt. 18. qui autẽ ſcandalizaue-
rit vnũ ex his puſillis expedit ei, vt ſuſpẽdatur
mola aſinaria & demergatur in profundũ ma-
ris. Quanto magis in dãnatione eſt qui vniuer-
ſam Eccleſiam ſcandalizat? Item aliqua de
Sanctis Patribus, & DD. ſicut & illud B. Gre-
gorij habetur cap. præcipuè 1. quæſt. 3. ſcire de-
4 bent Prælati † quod ſi peruerſa, vnquam per-
petrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſub-
ditos perditionis exempla tranſmittunt. Vnde
neceſſe eſt tanto ſe cautius à culpa cuſtodiant
quanta per praua quæ faciunt non ſoli moriun-
tur. Hæc autem humilis admonitio & charita-
tiua correctio tanquam filij ad Patrem, tan-
quam ouis ad Paſtorem, tanquam ſubditi ad
ſuperiorem in ſpiritualibus, & in temporali-
bus nulli ſubiectum niſi ſoli Deo † fieri poteſt ab
5 Imperatoribus; Regibus, & Principibus ſiue
per ſe ſiue per legatos, & oratores ſuos, vt agno-
ſcens Papa crimina ſua ita nota eſſe, quod ad
notitiam publicam Principum, & Poteſtatum
ſæculi deuenirent, ad ſe reuertens vitam emen-
det & corrigat, ne maiora ſequantur damna,
fieri etiam poteſt hæc admonitio, vel ſecreto,
litteris miſsiuis, vel conſiſtorio Cardinalium, vt
fecit Otto Imperator cum Ioanne XII.

Verum enim vero antequam alia expo-
namus remedia ad cohibendam exorbitan-
tiam hanc, operæ pretium eſt adnotare quã-
ta reuerentia, & ſummiſſione ſint adhiben-
6 da, † ne maiora damna, maiorque pertur-
batio Eccleſiæ ſi modus correctionis & ad-
monitionis deſit, ſequantur, aduertere enim
debent admonitores; & correctores, vt be-
nè Gerſon lib de poteſt. Eccleſ. conſiderat. 11.
Quod ex conſideratione poteſtatis ſtupen-
dæ & miraculoſæ Papæ, Imperatores &
Reges procumbunt ad oſcula pedum illius,
7 & hinc fit † quod abſque mendacio, vel
adulatione, Papa nequiſſimus poteſt ap-
pellari Sanctiſſimus, poteſt adorari cultu
duliæ vſque ad oſcula pedum & ita de reli-
quis honoribus.

Notent præterea doctrinam egregiam
Auguſtini; quod † etſi mali & peruerſis mo-
ribus dediti ſint Summi Pontifices, tamen
eorum dignitas Sacroſancta eſt, veneranda,
defendenda, vlciſcenda contra inimicos, &
tuẽda à blaſphemiis hæreticorum, Auſcul-
ta lib. 2. contra litteras Petiliani cap. 48. Quæ-
8 ro ſi non habebat Saül ſacramẽti ſanctitatem,
quid in eo Dauid venerabatur? Si autem ha-
bebat innocentiam, cur innocentem perſeque-
batur? Nam eum propter ſanctam vnctionem,
& veneratus eſt viuum, & vindicauit occiſum,
& quia vel panniculum ex eius veſte præci-
dit, percuſſo corde trepidauit: Ecce Saül non
habebat innocentiam, & tamen habebat ſan-
ctitatem non vita ſua (nam hoc ſine innocen-
tia nemo poteſt) ſed ſacramenti Dei, quod
& in malis hominibus ſanctum eſt, & eodem
lib. cap. 51. contra eundem Pitilia qui Cathe-
dram Apoſtolicam cathedram peſtilentiæ dice-
bat, ſic arguit. Si omnes per totum orbem tales
eſſent, quales vaniſſimè criminaris, cathedra
tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus
ſedit & hodie Anaſtaſius ſedet, quibus nos in
Catholica veritate connectimur, & à quibus
vos nefario furore ſeparaſtis? Quare † appellas 9.
cathedram peſtilentiæ, cathedram Apoſtolicã?
ſi propter homines, quos putas legem loqui, &
non facere, nunquid Dominus Ieſus Chriſtus
propter Phariſeos de quibus ait dicunt, & non
faciunt cathedra in qua ſedebant, vllam fecit
iniuriam? Nonne illam Cathedram Moyſi com-
mendauit, & illos ſeruato honore cathedræ, re-
darguit? Ait enim Matth. 18. ſuper Cathedram
Moyſi ſedent, quæ dicunt facite, quæ autem fa-
ciunt nolite facere, dicunt enim & non faciunt.
Hæc ſi cogitaretis non propter homines, quos in-
famatis blaſphemaretis Cathedrã Apoſtolicã,
cui non communicatis. Sed quid eſt aliud quam
neſcire, quid dicere, & tamen non poſſe niſi
maledicere? Sint igitur † Summi Pontifices 10
quales ſibi fingunt hæretici, quales Conci-
liarij Principum, & ipſi Principes certis re-
lationibus agnoſcunt, & publica vox con-
clamat, peſſimis moribus dediti impollutã
Eccleſiam ſuis ſceleribus conſpurcantes,
ſint nocentiſſimi, ſeruandus tamen eſt ho-
nor debitus ſedi & rationi huius ſedenti in
ipſa etſi ſceleratiſſimus, tamen ſanctiſſimus
dicendus, propterquod remedia correctio-
nis ſumma veneratione, humilitate Paternæ
dignitatis recognitione adhibenda.

Sit ergo remedium ſecundum, vbi præ- 11
cedens locum non inuenitet (ait Turriſcre-
mata) deuota oratio: orandus eſt enim Deus in
illo caſu pro Domino Papa, per totam vniuerſi-
tatem fidelium, hoc conſtituẽtibus Prælatis Ec-
cleſiæ, vt illum Dominus, aut illuminaret, aut
de medio tolleret. Hoc remedium communiter
aſſignant DD. & non parua virtutis cenſen-
dum eſt: quoniam ſi iuxta ſcripturam, † de- 12
precatio vnius iuſti aſsidua multum valere
dicitur, quantò magis oratio iuſtorum om-
nium, qui per orbem diffuſi Chriſti ſponſam
exornant? cuius veritatis plura ponit exem-
pla D. Thom. lib. 2. de regimin. Princip. vbi
ſuprà ex veteri teſt. quod ſi omnino contra
Tyrannum auxilium humanum non poſsit
haberi, recurrendum eſt ad Regem omnium
Deum, eius enim potentiæ ſubeſt: Hoc reme-
dio

13 *dio audita eſt Eccleſia † contra Anaſtaſium ſecundum, qui orationibus iuſtorum percuſſus interiit, dum enim aſſellaret emiſit inteſtina de quo cap. Anaſtaſius. 19. diſtinct. cum gloſſa. Item hoc remedio vſus eſt Beatus Hilarius qui contra Leonem Papam, ſecundum alios Liberium orando praualuit.* Hæc ille 14 quibus † adde Hiſtoriam Ioannis XII. qui vita ſcandaloſus & peſſimis deditus moribus in temporibus ita eſt percuſſus à dæmone vt intra ſpatium octo dierum interiit ex vulnere ad eo inflicto vt Eccleſiam ſuam liberaret ab ſcandalo æquo liberare deſiderans orabat, tanta eſt orationis Eccleſiæ efficacia.

Vt enim egregie ait D. Calet. *vbi ſupra §. ad quintam. Non eſt minus efficax cauſa ſecunda oratio Eccleſia pro ſe petens neceſſaria ad ſalutem perſeueranter, quam prouidentia hu-* 15 *mana: cum conſtet quod † cuiuſlibet particularis perſona oratio pia perſeuerans, & petens neceſſaria ad ſalutem pro ſe eſt cauſa efficaciſſima, & infallibilis vt diffuſè habes in 3. contra Centes cap. 95. & 96. vnde ſi neceſſarium eſt ad ſalutem Eccleſia quod Papa talis auferatur ſine dubio oratio ſic conditionata auferret illum de medio, & ſi non eſt neceſſarium, quod auferatur, quid cauſamur bonum Dominum qui negat quod volumus, & tribuit quod nolumus? ſi eſt neceſſaria eius ablatio non poteſt non auferri ab eo rogato, qui promiſit quod nihil de-* 16 *eſſes timentibus eum. Si non eſt neceſſaria diuino iudicio, & tamen iudicio humano vtilis, & neceſſaria creditur cui præponis te Deo, volens illum deponere. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat aut cadit Ieſu Chriſti Vicarius.*

Et infra ait, *oportet inquiunt prouidentia noſtra puniri Papam non diuina prouidentia ſoli & orationibus relinqui. Quare hoc dicunt* 17 *niſi quia prouidentiam humanam præferunt orationum efficacia? Quare hoc dicunt, niſi quia animalis homo non percipit qua Dei ſunt? Quare hoc dicunt niſi quia didicerunt confidere in homine & non in Domino, & ponere carnem brachium ſuum?*

Et paulo inferius proſequitur. *Vnde concluditur, quod, aut abſciſſio Papa fidelis, & incorrigibilis poſt humana remedia eſt in veritate neceſſaria ad ſalutem Eccleſia, & oratio fit ſine intermiſſione ab Eccleſia & ſic habetur* 18 *certa, & multo celſior & efficacior promiſſio, quam ſi auctoritas deponendi humanæ eſſet prouidentia delegata. Aut non eſt neceſſaria aut non fit oratio, vt debet, & tunc nullus eſt querela locus, ſi non neceſſariis abeſt promiſſio exterminatiua. Quoniam neque humana prouidentia deberet ea vti auctoritate ſi eam haberet.*

Et aliquanto poſt concludit. *Et ſi contra hac inſtetur, quia oratio commune eſt remedium omnibus occurrentibus malis, in hac autem re proprium quæritur remedium ſicut in cæteris re-* 19 *bus; vltra communem cauſam propria aſſignanda eſt. R. quod ſuprema cauſa, quamuis ſint cauſa communes reſpectu inferiorum, ſunt tamen propria reſpectu Superiorum effectuum, & propterea oratio, quia eſt inter ſupremas cauſas ſecundas ſupernaturales reſpectu inferiorum eſt cauſa communis, reſpectu autem Summorum effectuum (qualis eſt exterminatio Papæ fidelis vtpotè effectus reſeruatus Deo) eſt cauſa propria & remedium proprium vltra quod ſunt alia humana adminicula, quæ ſcripſit Dominus Ioannes de Turrecremata, lib. 2. de Eccleſ. cap. 106. cum his tamen omnibus memento quod peſſimus Papa fidelis toleratus à Deo non* 20 *poteſt totum corpus Eccleſia inficere, aut in perniciem ducere: nam Deus non poteſt ſeipſum negare de quo ſcriptum eſt. Fidelis Deus qui non permittit, vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet, etiam cum tentatione prouentum.* Hactenus Cardinalis.

Qui profundiſſim loquitur ſuppoſita veritate, quod † non ſit delegata poteſtas 21 in Eccleſia ad deponendum Papam fidelem & ſi incorrigibilem, & ſcandaloſum, remedium proprium nullum eſt aliud, niſi oratio facta ab Eccleſia vniuerſali, pro eo conuertendo aut exterminando, quia hic effectus ſibi Deus reſeruauit, vnde à ſolo Deo dimanare debet, ſicut animæ rationalis aut Angeli annihilatio; vt autem Deus inclinetur à cauſis ſecundis ad talem effectum cauſa debet eſſe proportionata & nulla eſt alia niſi oratio pia, perſeuerans qua petamus à Deo hoc quod Eccleſiæ ſuæ eſt neceſſarium, vt † aut conuerſio & emendatio aut 22 exterminatio Papæ fidelis incorrigibilis & ſcandaloſi ſequatur cætera vero quæ adducimus potius ſunt humana media & adminicula ad detinendum damnum, quod afferret Papa ſcandaloſus, quam remedia ad ipſum deponendum. Quare non dubito ſi caſus (quod Deo vertat) contingat † quod omnes communitates Eccleſiaſticæ, 23 tam ſæculares, quam regulares omneſque fideles (niſi ignorantia eos excuſet) tenentur ſub mortali orare Deum, vel vt emendet, vel vt de medio tollat, quia præceptum orationis obligat quando adeſt vrgens communis, publica neceſſitas, vt eſt omnino certum, & cum D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 79. *art.* 5. docent omnes Catholici.

Tertium ſit vbi præcedentia occulto Dei Iudicio non iuuarent hoc ſupereſſet, vide- 24 licet reſiſtentia, *reſiſtendum enim eſſet* (ait Cardinalis Turriſcremata) *in faciem per Dominos Cardinales, mala eius opera exprobrando, ac rationibus conuincendo, & etiam ſcandalis, qua Papa vellet attendere, ſe opponendo ſicut Paulus reſtitit Petro, quia non ambulabat ad veritaem Euãgelij & ſicut Epiſcopo*

vel

vel Abbati ſeu Priori dilapidatori Eccleſiæ ſubditi & cōtrauenirēt ita in propoſito ſi Papa prout exemplificat. D. Petus de Palude theſaurum
25 *Eccleſiæ vellet dare parentibus ſuis aut Eccleſiā S. Petri deſtruere, & ædificare palatia parentibus ſuis, aut dare Patrimonium S. Petri, quod non licet vel aliquid huiuſmodi, quod tamen non eſt veriſimile poſſe contingere, non eſſet ei permittendum, ſed reſiſtendum, & non obediendum, ſine tamen ipſius depoſitione. Similiter ſi vellet contra ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ generaliter aliquid attentare vt ſi vellet omnes Epiſcopos deponere, aut ſimilia ex quibus vniuer-*
26 *ſalis turbaretur Eccleſia. Et hoc modo dicunt Hoſtienſis, Innocentius, & Archidiaconus, quod non eſſet Papa ſuſtinendus, id eſt permittendus hoc facere, ſed ei tamen cum humilitate, & reuerentia reſiſtendum forte.* Hactenus Cardinalis vnus.

Sed audi Cardinalem alterum Eminentiſſimum Caiet. vbi ſupra ſigillatius & expreſſius hoc medium enucleantem, §. *ad ſe-*
27 *cundam.* vbi ſic fatur. † *aliud eſt auferre gladium, reſiſtere impedire & huiuſmodi, & aliud eſt facere ipſamet auctoritatiuè. Auferre namque gladium de manu furioſi, reſiſtere Tyranno, impedire oppreſſorem & huiuſmodi cuilibet licet, & debitum eſt, vt actus virtutes, ſed facere iſta auctoritatiuè ſoli Superiori licitum eſt. Vnde licet cuilibet liceat vim in ſe, & in proximum vi repellere cum moderamine inculpatæ tutela, non tamen cuilibet licet punire eum qui vim*
28 *infert. Et ſimiliter † quamuis licitè poſſit Papam ſe defendendo occidere, nulli tamen licet Papam propter homicidium punire pœna mortis vnde huiuſmodi argumenta, & ſimilia non concludunt auctoritatem iudicis ad puniendum, ſed cuiuſlibet priuati debitum ad reſiſtendum, impediendum, defendendumque, niſi quis adeo deſipiat, quemlibet eſſe iudicem cuiuſlibet.*

29 *Reſiſtendum eſt † ergo etiam in faciem Papæ publicè dilanianti Eccleſiam v. g. quia non vult dare beneficia Eccleſiaſtica, niſi pro pecunia aut commutatione officij & cum omni obedientia, & reuerentia neganda eſt, poſſeſſio talium beneficiorum, his, qui emerunt, & alleganda eſt cauſa Symoniæ, etiam cum Papa commiſſa, & ſine dubio Principes ſæculi clarius gladium de manu*
30 *furioſi ſic cum modeſtia tollerent. Multa † quoque ſunt via quibus abſque rebellione Principes mundi & Prælati Eccleſiæ ſi vellent reſiſtentiam impedimentumque abuſus poteſtatis auferrent, ſed quando Principes & Prælati non curant niſi quaſi ſomniando, cur queruntur, quod non poteſt deponi? cur opponunt, quod poteſtas data eſt in ædificationem, & non in deſtructionem? Abuſui namque poteſtatis, qui deſtruit obuiam eant congruis remediis, non obediendo, in malis non adulando, non tacendo, arguendo, ad vocando Illuſtes ad increpandum exemplo Pauli & præcepto eiuſdem (dicite Archiepiſcopo vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, vt illud impleas ad Coloſſens. vlti.) & parum, aut nihil abuteretur poteſtate.*

Ex hac celebri Doctrina, vtriuſque Eminentiſſimi Cardinalis poſſemus multa ad praxim inferre, quibus Principum, & Prælatorum iuſtificarentur actiones. † qui- 31
bus licet cohibere ſcandala, quæ ex malis motibus, & iniuſtis poſſet Papa incorrigibilis toti Eccleſiæ dare, ſed quia caſus Papæ fidelis ſcandaloſi, & incorrigibilis rariſſimus eſt (Deo ſic ſpecialiter prouidente) Doctrina nimis ſpecialis aſſignanda, ſed quaſi in vniuerſum principia moralia proponere, ex quibus reſolutiones morales faciliter deducantur, in caſu quum contingat vt pax Eccleſiæ, iura ſpecialia Regum, & Principum conſeruentur illæſa. Papæ Summus honor & reuerentia deferatur, quia, & ſi iniquiſſimus ſit propter crimina eſt tamen Sanctiſſimus propter dignitatem & tanquam Chriſti Vicarius adorandus, & pedibus oſculandus, etiam ab Imperatore & Rege, quantumuis abſoluto Monarcha.

Cæterum cum præfata doctrina maximè 32
D. Caiet. non fundetur non in iuriſdictione & authoritate, quam, quis in terris habeat vt iudex ſupra Papam; ſed in iure naturali qua quis cum moderamine inculpatæ tutelæ ſe & ſua defendere etiam auferendo gladium de manu furioſi, cuius eſt ne eo in ſuam & publicam perniciem abutatur, ſi hunc abuſum impedire nequeunt, niſi vi & vi armata, poſſunt ea vti etiam cum exercitu ſi adhibitis aliis remediis politico-Chriſtianis, & Catholicis, impetū abuſus Pontificij cohibere nequeunt, ſi talis abuſus manifeſtè eſt in perniciem ſui regni, & conſeruationem ſui ſtatus, v. g. habet aliquis Prin- 33
ceps Catholicus aliquod feudum Eccleſiæ, quod pacificè poſſidet vult Papa ſine cauſa, iuſta illud auferre, & conferre alteri Principi Catholico, ſed inimico alterius poſſidentis; ex qua collatione magnum damnum ſequitur conſeruationi alterius, qui poſſidebat, tunc iſte iuſtè non auctoritatiue, ſed iure naturali, quo poteſt ſe, & ſua conſeruare cum moderamine inculpatæ tutelæ Summa tamen reuerentia & ſummiſſione erga Summum Pontificem vi & vi armata, ſi aliter non poteſt tueri ne inimico ſuo feudum conferatur & auferatur à ſe ſine iuſta cauſa id quod poſſidet. Vnde poteſt reſiſtere, defendere, & impedire damnum quod 34
ſuo Regno, & ſtatui imminet, non puniendo perſonam Papæ aut illi damnum inferendo, aut eius auctoritati, abſit hoc à Principe Catholico, ſed ſuū regnum defendendo iure ſibi à natura conceſſo ab inuaſione mali abuſus Poteſtatis Pontificiæ, cui non tenetur obedire cum tam notabili detrimento ſui.

Sed

35 Sed † num conueniat Prælatos & Epiſ-
copos congregare, vt in congregatione iſta
abuſus Poteſtatis ſuæ cohibeatur in Papa
ſcandaloſè viuente, & res Eccleſiæ dilapi-
dante. D. Cardinalis Turriſcremata dicit.
*Quartum remedium eſt conuocare Concilũ ge-
nerale, quæ congregatio eſſet facienda per domi-
nos Cardinales vbi ipſe Papa nollet congrega-
re, aut per alios illis negligentibus, & hoc non
ad deponendum Papam, quia ſuperius probata
talem poteſtatem habere non poſſet, ſed ad tria
prædicta faciendum cum maiori ſolemnitate, &
auctoritate, primò ad admonendum, eſt exhor-
tandum Papam de correctione ſua, denuntian-
do & qualiter pernitioſa vita ſua exemplo vni-
uerſam Eccleſiam ſcandalizet, & conturbet*
36 *qua † exhortatio à tota Eccleſia facta non du-
bium quin magna efficacia, & virtutis eſſet ad
eius animum in bonum commouendum. Secun-
dum quod Concilium facere deberet vbi pri-
mum non ſufficeret, eſt deuotiſſimis precibus &
ieiuniis & operibus rectis, diuinæ clementiæ au-
res pulſare, vt dignaretur Eccleſiæ ſuæ miſere-
ri, vt eorum Pontificem, aut illuminare digna-
retur aut auferre de medio. Hoc plane reme-
dium eſſet magnæ virtutis. Tum quia ſi Domi-*
37 *nus pollicetur Matth.* 18. *quod ſi † duo conſenſe-
rint ſuper terram, de omni re quacunque petie-
rint fiet eis à Patre meo, qui eſt in cælis, quan-
to magis vbi tot & tanti Patres Eccleſiæ con-
gregati, vno animo, & vna communi intentio-
ne, conſentientes concurrerent, & potiſſimè de
re maximè neceſſaria Eccleſiæ ipſi vniuerſali.
Credendum namque eſt quod niſi peccata noſtra
obſiſterent quod Deus preces Eccleſiæ ſuæ non
deſpiceret, nec pateretur ſponſam ſuam pro qua
mortem amariſſimam pertulit, per vnius hominis
malitiam funditus demoliri aut in tanta neceſ-*
38 *ſitate relinquere. Tertium quod Concilium de-
beret facere vbi priora occultis nobis cauſis, vſ-
quequaque non proficerent etiam cum inuoca-
tione brachij ſæcularis, vt putà Imperatoris, vel
aliorum Principum prouidere de modo & forma
reſiſtendi malis, quæ Papa tentaret facere ne
Eccleſia periclitaretur.* Hactenus Cardinalis.

Circa quæ aduerte primum ex Doctrina
Turriſcrematæ, quod in caſu huius & ſimilis
39 neceſſitatis, ſicut & † in ſchiſmate poſſunt
Domini Cardinales conuocare Concilium
ita Alua *de Conciliis. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. Albanus.
de Card. quæſt. 42. *priuileg.* 14. ſi enim Papa
illud non conuocat ad Cardinales deuolui-
tur ius conuocandi vtpotè maiores cum
ſint Eccleſiæ: argumento. *leg.* 1. *D. de alb.
ſcrib.* quod Concilium & ſi imperfectum, &
tamen venerabile, vtpotè congregatum, ad
ſubueniendum extremæ & vrgẽtiſſimæ ne-
ceſſitati Eccleſiæ, circa quam eſt auctoritas
defendendi ſe ipſam, & tuendi ſe ab ſcan-
dalo, ſicut eſt ad prouidendum ſibi de ca-
pite certo canonicè electo, quamuis enim
Concilium perfectum cui competit res fidei
tractare, & leges vniuerſali Eccleſiæ dare,
nullus † niſi Pontifex poſſet legitimè con- 40
gregare, ſecus tamen quum eſt vrgentiſſi-
ma Eccleſiæ neceſſitas ad conuocandum
Epiſcopos in congregatione generali, ad de-
liberandum de mediis opportunis pro vr-
gentia neceſſitatis, & ſi Pontifex nolit con-
uocare poſſunt Domini Cardinales.

Nota Secundum quod ſi † Cardinales de- 41
ſides ſint in conuocanda hac congregatione
Imperator & Monarcha aliquis Catholicus,
vel maior pars Principum, qui Eccleſiæ
ſunt defenſores poſſunt eam congregare
petendo ab Epiſcopis vt conueniant ad me-
dium opportunum, ad vitanda ſcandala
ponendum, hæc autem congregatio propriè
non erit Concilium niſi acephalum, quia
Summus Pontifex illud non conuocauit vt
dicebam, ſed erit cœtus legitimus Prælato-
rum, non qui iudicet Papam, ſed † qui 42
emendet ipſum, & corrigat atque ab ſcan-
daloſa vita cohibeat, & de hoc ponat op-
portuna remedia, ſic enim factum eſt in
Concilio Sinueſano *an.* 303. celebrato tẽpo-
re Marcellini contra Marcellinum ipſum,
quem correxit, non iudicauit quia concla-
mantibus Patribus nemo vnquam iudica-
uit Pontificem, quouiam *prima Sedes à nemi-
ne iudicatur* quod rectè tuetur ibi Coriola-
nus, in annotatione illius Concilij, & De la
Vigne nouus compilator Conciliorum.

Aduerte tertiò quod ſi conuocatio Con-
cilij difficilis ſit, & Collegium Cardina-
lium negligens, & damnum inſtet, & re- 43
medium ſit neceſſarium poſſunt Principes
vt Eccleſiæ defenſores remedium compe-
tens adhibere, vt ceſſet conturbatio, & pax
Eccleſiæ conſequatur, ſumma tamen reue-
rentia exhibita Pontifici, & quanto minori
rumore fieri poſſit ad quod tenentur, quod
ſi expectetur remedium, poſt aliquod tem-
pus patienter tolerare debemus, & ſuffer-
re diuinam iuſtitiam, quæ nunquam obli-
uiſcitur miſericordiæ, maximè quando adeſt
pia tolerantia.

Ex quibus conſtat quid ſit dicendum ar-
gumento 7. (nam ad 6. §. ſequent. dicam)
eſt enim † diuerſa ratio de Pontifice hære- 44
tico, aut dubio vt eſt in ſchiſmate, nam Pon-
tifex hæreticus externus deſinit eſſe mem-
brum corporis myſtici, & ita nequit eſſe ca-
put viſibile atque adeo iure deponitur, nam
qui non credit iam iudicatus eſt, ſimiliter
Eccleſia habet ius ad habendum caput cer-
tũ à quo regatur & gubernetur, atque ita ſi
eſt dubius Pontifex ipſum valet Concilium
deponere vt certus canonicè eligatur & vt
certus Petri ſucceſſor certa fide credatur,
adoretur, obediatur.

§. VI.

Expugnatur ſextum argumentum.

SVMMARIVM.

1. *An Rex multitndinem ſibi ſnbditam tyrannicè regens, ab ipſa poſſit deponi.*
2. *Poteſtatis Eccleſiaſtica plenitudo quæ, ex Gerſone.*
3. *Concilium generale ſine authoritate Papæ acephalum eſt.*
4. *An auferibilis ſit aut mutabilis lege ſtante qnalibet Politia ciuilis Monarchia, ex Geſone.*
5. *Fas eſſe plures Papas aliqui malè ſentiunt.*
6. *Illius aſſertores ſententiæ hæretici cenſendi.*
7. *Eccleſiæ Monarchia eſt ex Chriſti inſtitutione.*
8. *Eccleſia non habet poteſtatem ad deponendum Monarcham Eccleſiæ.*
9. *Vtrum magis ſit obediendnm maiori poteſtati quàm minori, ex Sancto Thoma.*
10. *Cauſa prima plus influit ſuper cauſatnm cauſæ ſecundæ, quam etiam ipſa cauſa ſecunda, ex eodem S.Thoma.*
11. *Inter regimen Monarchicum ab hominibus inſtitutum, & regimen Monarchicum Eccleſiæ diſparitas.*
12. *Eccleſia etiam conciliariter congregata iure naturali, non habet aliqnid in regimine Monarchico, cnius immntabilis inſtitutio ſupernaturalis adæquatè prouenit à Deo auctore ſupernaturali.*
13. *Pontifex ſcandaloſus tenetnr ad inridicam pnrgationem faciendam, ſiue coram populo, ſiue in Concilio.*
14. *Priuilegium dedit Chriſtus Romanæ Eccleſiæ, vt omnes ei ſicut Chriſto obediant, ex S.Thoma.*

SExtum argumentum non paruam continet difficultatem me quidem iudice
1 omni alia maiorem, quia † multitudo aliqua perpetuo pacto (quod iure naturali debet ſeruari) alicui Regi ſe ſubdidit ſi iſte non fideliter regeret vt exigit Regis officium, ſed tyrannicè gubernat, multitudo ipſa non adſtringitur pacto inito, ſed poteſt Regem deponere, ergo etſi Pontifex iure diuino habeat Iuriſdictionem immediatè à Deo in omnes fideles, qui iure diuino tenentur ei obedire, poſſunt quum Papa ſcandaloſè notoriè viuit ab ipſa Eccleſia in Concilio Congregata deponi, interpretans ius diuinum, quod in his circumſtantiis non obligat, ſed quod ius naturale quod habet ad ſe conſeruandum deponendo Paſtorem ab officio, illæſum manet, quum aliter conſeruari non poteſt, quia ius diuinum non euertit ius naturale, ſed illud ſupponit & illæſum conſeruat.

Hoc argumentum rigoroſius eſſet ſi non ſupponeret id quod omnino falſum eſt ſcilicet Concilium eſſe ſupra Papam, & quod in Eccleſia eſt aliqua iuriſdictio etſi radicalis vt poſſit iudicare ſuum caput fidele, ſi eſt ſcandaloſum ſed vtrumque deficit à vera doctrina & ſana vndequaque ſententia, vtrumque apud recte ſentientes indubitatum eſt. Audi de vtroque Gerſonem (vt ipſum ſuis principiis euincamus) de primo *in lib. de poteſt. Eccleſiæ conſid. 11. ſi vero conſidere-*
tur † plenitudo poteſtatis Eccleſiaſticæ in ſua 2
ſupremitate, tunc abſque vlla dubitatione plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis Papalis ſuperior & maior eſt ad reliquas, ſed eam illud quod reliquum eſt nullo pacto poteſt conſtituere generale Concilium in ſua ratione formali quæ includit de neceſſitate Papalem authoritatem. Ex quibus conſtat quod Concilium nequit eſſe ſupra Papam, cum huius auctoritas ſit neceſſariò requiſi-
ta vt Concilium generale ſit, nam † Concilium 3
generale ſine auctoritate Papæ acephalum eſt, & Synagoga Diaboli, vnde non habet aliquam iuriſdictionem ſupra Papam canonicè electum, nedum circa aliquod aliud membrum, & ſic deponere Papam nequit, neque aliquod Concilium hoc egit niſi irrito conatu vt Concilium Baſilienſe quod totis viribus curauit deponere Eugenium IV. & non potuit quia præualuit veritas Catholica.

De ſecunda ſic fatur idem Gerſon. *tract.*
de auferibilitate Papæ conſiderat. 8. † Auferi- 4
bilis eſt (ait) aut mutabilis lege ſtante qnælibet Politia ciuilis Monarchia ſiue Regalis vt fiat Ariſtocratica, non ſic de Eccleſia, quæ in vno Monarcha ſupremo per vniuerſum fundata eſt à Chriſto, quia nullam aliam politiam inſtituit Chriſtus immutabiliter Monarchicam, & quodam modo regalem niſi Eccleſiam, & oppoſitum
ſentientes de Eccleſia ſcilicet † quod fas eſt eſ- 5
ſe plures Papas, aut quod quilibet Epiſcopus eſt in ſua Diæceſi Papa vel Paſtor ſupremus æqualis Papæ Romano errant in fide & in vnitate Eccleſiæ contra illum articulum. Et in vnam
Sanctam, &c. & † ſi pertinaces maneant iu- 6
dicandi ſunt hæretici ſicut Marſilius de Padua & quidam alij. Conſonat ratio, quia ſicut ad vnam fidem & eadem Sacramenta obligantur omnes viatores ſic oportuit, vt non eſſet ſchiſma reductionem finaliter fieri ad vnum ſupremum.

Ex quibus manifeſtum deduco argumentum non eſt in Eccleſia poteſtas ad mutandam Monarchiam in Ariſtocratiam, ſed ſemper † Monarchia debet ex 7
Chriſti inſtitutione, & ſi quælibet alia

Monarchia

Monarchia purè humana poſſit ex populi
conſenſu propter inconuenientia quæ ſe-
qui poſſunt in Regimine Monarchico, quæ
etiam poſſunt ſequi in Monarchia Eccleſiæ,
& ramen quia immutabiliter eſt à Chriſto
inſtituta mutari nequit, etiam pet Conci-
lium generale, quia non dimanauit ab Ec-
cleſia huius forma regiminis, ſed immedia-
8 tè à Chriſto. Ergo † Eccleſia non habet po-
teſtatem ad deponendum Monarcham Ec-
cleſiæ, ſcilicet Summum Pontificem, quia
huius poteſtatis plenitudo non ab Eccleſia,
ſed à Chriſto dimanat, quare ab ipſo ſolo
dimanare debet eius abſolutio, & depoſitio,
quia tota iſta Monarchia, quæ hodie eſt
corpus Myſticum Eccleſiæ, cuius caput
exiſtit Innocentius X. nec radicaliter ab
Eccleſia dimanat, ſed radicalitet & forma-
liter eſt à Chriſto Domino cuius Vicarius
eſt Papa Romanus, Eccleſia ergo etiam re-
præſentata in Genetali Concilio nullam
iuriſdictionem habet in Monarcham ſuum
fidelem, etiam ſi ſcandaloſè viuat, non
enim eſt aliquod Teſtimonium Scriptutæ,
quæ talem ei tribuat poteſtatem imo ex
Eccleſiæ traditione contrarium in ſuperio-
ribus, eſt probatum.

Totus hic diſcurſus, qui manifeſtus
eſt, fundatur in Doctrina S. Thom. *in 2.
diſt. vlti. in expoſitione. Litteræ Magiſtri.*
9 Vbi quætit, *Vtrum † magis ſit obediendum
maiori poteſtati quam minori, &c. dicit quod po-
teſtas ſuperior & inferior dupliciter ſe poſſunt
habere, aut ita quod inferior poteſtas, ex to-
to oriatur ex Superiori & tunc virtus tota infe-
rioris fundatur ſuper virtutem ſuperioris, &
ideo ſimpliciter in omnibus eſt magis obedien-
dum Superiori, quam inferiori ſicut etiam in
10 naturalibus † cauſa prima plus influit ſuper
cauſatum cauſæ ſecundæ, quam etiam ipſa cau-
ſa ſecunda, vt in lib. de cauſ. & ſic ſe habet
poteſtas Dei ad omnem poteſtatem creatam. Sic
ſe habet poteſtas Imperatoris ad poteſtatem
Proconſulis. Sic etiam ſe habet poteſtas Pa-
pæ ad omnem poteſtatem in Eccleſia, vnde eius
poteſtas eſt quoddam Eccleſiæ fundamen-
tum, & ita magis tenemur obedire Papæ
quam Epiſcopis, & Archiepiſcopis.* Qui
etiam ſi ſint congregati in Concilio, ni-
bil poſſunt ſtatuere ſine Papæ auctotita-
te, vt ait *in opuſc. contra impugnantes Re-
ligionem.*

Ex quibus liquidò conſtat quam iner-
11 me ſit argumentum. Conſtat enim † ma-
nifeſta diſparitas inter Regimen Monarchi-
cum ab hominibus inſtitutum, quod va-
riari poteſt viſis inconuenientibns & malo
Regimine Monatchæ, at Monarchia Ec-
cleſiaſtica immutabiliter eſt inſtituta à
Chriſto Domino qui nullam in tettis re-
liquit poteſtatem ad eam immutandam,
aut ad ſuum Monarcham fidelem de-
ponendum, quantumcumque ſcandalo-
ſè viuat, ſed hoc ſibi ſoli Dominus re-
ſeruauit, etenim † Eccleſia etiam Con- 12
ciliaritet congregata iure naturali, non
habet aliquid in hoc regimine Monat-
chico, cuius immutabilis inſtitutio ſupet-
naturalis adæquatè ptouenit à Deo au-
ctore ſupernatutali, vnde ad deponen-
dum Pontificem nihil conducit ius na-
tutale, quòd quælibet communitas habet
ad ſe conſeruandam, ſed huius Eccle-
ſiæ communitas à Deo auctote ſupet-
natutali conſeruatut, & conſeruanda eſt
vſque ad conſummationem mundi. Vnde
non manet in Eccleſia poteſtas ad in-
terptetandum ius diuinum niſi in Pon-
tifice, vt in primo ſonte à quo in reliquos
dimanate poteſt.

Ad octauum teſpondetut, quod † Pon- 13
tifex ſcandaloſus non tenetur ad iuridi-
cam purgationem faciendam, ſiue co-
ram Populo ſiue in Concilio, quia non
habet iudicem in tetia, tenetut tamen
ex lege natutali & ex charitate, vt rui-
na proximi, & ſcandalum multitudinis
auferatur, ſicut ſecetunt Damaſus &
alij ſi tamen hanc chatitatiuam putgatio-
nem non faciat, nullus in tertis poteſt
ipſum punire, ſed peccatum ſoli Deo
reſeruatut.

Concludo ergo hanc grauiſſimam Re-
ſolutionem (quam vno ore confitentur
Hiſpani, tam Reges qnam Theologi cæ-
tetique Sapientes vtriuſque iutis) ver-
bis D. Tho. *opuſcul. decimo - nono, con-
tra impugnantes Religionem. Hoc † priuilegium* 14
*dedit Chriſtus Romanæ Eccleſiæ, vt omnes ei
ſicut Chriſto obediant. Vnde dicit Cyrillus
Alexand. libro 2. theſaur. Vt membra ma-
neamus in capite noſtro Apoſtolico Throno Ro-
mani Pontificis, à quo noſtrum eſt, quære-
re, quid credere, quid tenere debeamus, ip-
ſum venerantes, ipſum rogantes, pro om-
nibus, quia ipſius ſolus eſt reprehendere,
corrigere, ſtatuere, diſponere, ſoluere &
in loco illius ligare, qui ipſum ædificauit
& nulli aly, quod ſuum eſt plenum ſed ipſi
ſoli cui omnes iure diuino caput inclinant
& Primates mundi, tanquam ipſi
Domino Ieſu obediunt.*

Hæc ibi.

RESOLVTIO V.

Vtrum Cardinales ex vi dignitatis Cardinalitiæ teneantur Romæ reſidere.

NON loquimur de Cardinalibus Epiſcopis de quibus, *infra Reſolutio.* 8. plura dicam, ſed de Cardinalibus ſimplicibus, qui nullam habent Epiſcopalem dignitatem, de quibus etiam aliquid *ibidem* dicemus, ex his quæ in præſenti Reſolutione tractabimus. Vt tamen ea recte conſidetentur, quæ de eorum reſidentia in Vrbe dicenda ſunt, aliqua prælibare prius licet. Quanta ſit Eminentiſſimorum Cardinalium dignitas & veneranda auctoritas, non eſt cur inpræſentiarum inquiratur, eſt enim nota Vrbi & Orbi, & tamen eximia ſit vt immediata conſiſtat ſummæ Pontificiæ dignitati habens innumera priuilegia, quorum plura congeſſit Albanus. *de Card. quæſt.* 42. quod prælibandum eſt inpræſentiarum eſt exercitium huius ſupremæ dignitatis, eius antiquitas, & inſtitutio à quo iure dimanet, & originem ducat.

§. I.

Officium & Dignitas Cardinalitia eſt de iure diuino.

SVMMARIVM.

1. *Cardinalitiam dignitatem iure humano introductam eſſe in Eccleſia, & ſummum Pontificem poſſe illam extinguere, qui aſſerant?*
2. *Contrarium ſentientes afferuntur.*
3. *Officium & dignitas Cardinalium Romanæ Eccleſiæ ex primario ſuo obiecto, & exercitio, originem ducit à iure diuino & Eccleſiæ traditione.*
4. *Reſponſio Chriſti ad Petrum Romam deſerentem.*
5. *In nouo teſtamento lex de Cardinalibus obſeruari debet, & ita à iure diuino dimanat.*
6. *Cardinalis dignitas quantùm ſit ſublimis, & aliis excellentior & n.7.*
8. *Ab exordio Eccleſiæ ſicut & hodie ſummis Pontificibus in regenda gubernandaque Eccleſia vniuerſali aſſiſtunt Cardinales.*
9. *Cardinales B. Syluester coadiutores ſuos in Concilio generali congregatos vocauit.*
10. *Cardinalium Papæ aſſiſtentium tres ordines diſtinxit idem B. Syluester & n.11.*
12. *Cardinalatus dignitas maior eſt dignitate Archiepiſcopali.*
13. *Chriſtus ſponſam ſuam, Eccleſiam nempe variis ſtatibus, officiis, & gradibus decorauit & miro ordine diſtinxit, ex Card. Turrecremata.*
14. *Varietas hæc ſtatuum, officiorum, & graduum non ab humana diſpoſitione, ſed ab ipſo Chriſto Eccleſiæ capite ortum habet.*
15. *Apoſtoli in triplici circumſtantiarum ordine poſſunt conſiderari.*
16. *Quoad primum & ſecundum DD. Cardinales ſuccedunt Apoſtolis, quatenus coadiutores ſummi Pontificis.*
17. *Epiſcopalis dignitas non eſt maior Cardinalitia.*
18. *Apoſtoli prius fuerunt Cardinales, quàm Epiſcopi.*
19. *Apoſtoli prius ſunt Cardinales Orbis quàm vrbis.*
20. *Quale ſit præcipuum exercitium eximiæ dignitatis Cardinalitiæ.*
21. *Cardinales aſſumpti ſunt in adiutorium gubernationis totius orbis.*
22. *Summis Pontificibus non fuit bene viſum omnem ſuam ſphæram propalare.*
23. *Vſque ad Bonifacium VIII. nullus Epiſcopus volebat fieri Cardinalis.*
24. *Quanti æſtimanda dignitas Cardinalitia.*
25. *Pontifex poteſt Cardinales ad libitum aſſumere ad ſibi coadiuuandum.*
26. *An de plenitudine poteſtatis poſſit Pontifex ardua negotia ſe ipſo ſolo expedire.*
27. *Papa an ſine Concilio Cardinalium requiſito poſſit abſolutè, & valeat res arduas ſe ſolo definire & concludere.*
28. *Pontifex an debeat adhibere Cardinalium conſilia, vt res bene dirigantur, & leges ferantur conuenientes.*
29. *Facta à Cæleſtino Papa reuocata ſunt, quòd ſine Cardinalium conſenſu ea fecit.*
30. *Papa in negotiis arduis Cardinalium conſilium ſibi adiungere debet, & vti iis vt Conſiliariis.*
31. *Cardinales lumina & columna Eccleſiæ.*
32. *Cardinales, flores orbis electi ex vniuerſa Eccleſia vt viri excellentiſſimi in vita & doctrina, ex Caiet.*
33. *An ad Cardinales rerum arduarum pertineat deciſio.*
34. *Qui viri adhibendi in ferendis legibus.*
35. *An Pont. poſſit minuere vel augere Cardinalitiam dignitatem.*
36. *Status Religioſus partitus eſt per vniuerſum orbem ad prædicandum Euangelium*

gelium , & numero 37.
38. *Ad perfectionem acquirendam quid ſpe-ctet eſſentialiter.*
39. *Innocentij III. & Eugenij IV. afferuntur fundamenta.*
40. *In Euangelio multa ſunt omiſſa , quæ per Apoſtolos sũt ſuppleta ſcripto & verbo.*
41. *Cardinalatus officium & dignitas ex traditione habetur Eccleſia.*
42. *An ſummus Pontifex poſsit omnino extinguere ſtatum Religioſum in Eccleſia?*
43. *Item ſtatum, dignitatem & officium Cardinalitium?*
44. *In Synodo Romana ſub Sylueſtro plures requiruntur teſtes ad damnationem Epiſcopi , quàm Cardinalis presbyteri.*
45. *Maior comitatus conceditur Epiſcopo viſitanti, quàm Cardinalibus.*

DE antiquitate , & inſtitutione , qui-
1 dam adfirmant eſſe † ſolum iure hu-
mano introductam in Eccleſia Cardinali-
tiam dignitatem , & ſic poſſe Summum
Pontificem illam extinguere. Ita Sanchez
lib. 7. *conſilior. cap.* 1. *dub.* 10. *num.* 2 Balde-
lus *tom.* 1. *lib.* 5. *de lege diſput.* 7. *num.* 11. Bo-
nacina *de electio Sum Pont. diſput.* 1. *quæſt.*
punct. 1. §. 3. Suarez *de legibus lib.* 4. *cap.* 6.
num. 5. Azor. *tom* 2. *lib.* 4 *cap.* 1. *quæſt.* 5.
ſed quod Cardinalium inſtitutio prima &
fontalis origo & adumbratio ſit de iure di-
uino ſentiunt antiquiores Magiſtri Augu-
ſtinus Triumphus *de poteſt. Eccleſ quæſt.* 102.
Camillus Borrellus *in ſumma tit.* 5. *num.* 8.
Barbatius *de Card. quæſt.* 1. Laudenſ. *in ſimili*
p. quæſt. 34. Albanus *quæſt.* 5. S. Antoninus
p. 3 *tit.* 21. *cap.* 1. & 2. quos citat & ſe-
quitur Barboſa *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1.
cap. 3. *num* 5. Mamphredus *de Card. quæſt.*
105. Villadiego *in ſimili quæſt.* 1. Iacobatius
de Concil lib. 1. *artic.* 12. Ojeda *de Beneficiis*
2 *in præfatio. lib.* 1. *num.* 5. & omnium † ele-
gantiſſimè Cardinalis Turriscremata, *lib.* 2.
de Eccleſia. cap. 80. & 81. quare miror quo-
modo Diana *p.* 5. *tractat.* 2. *Reſol* 2. di-
cat quod prior ſententia eſt communiter
recepta , & tenenda, quam ego dico neceſ-
ſe communiter receptam , nec tenendam ,
niſi limitatam, vt modo dicam, & proponã.

Igitur mihi certiſſimum videtur , quod
3 † officium, & dignitas Cardinalium Roma-
næ Eccleſiæ ex primario ſuo obiecto , &
exercitio, quod quale ſit infra dabo) origi-
nem ducit à iure diuino , & Eccleſiæ tradi-
tione. Ita determinant duo Summi Ponti-
fices Innocentius III. *in Concilio Generali*
Lateran. Præſidens refertur , *cap. per vene-*
rabilem, Qui filij ſint legitimi. Ita dicens, *fa-*
tè cum Deuteronomium lex ſecunda interpre-
tetur ex vi vacabuli comprobatur, vt quod ibi
diſcernitur in nouo teſtamento debeat obſerua-
ri. Locus enim quem elegit Dominus Apoſtolica
ſedes eſſe cognoſcitur , cum enim Petrus vrbem
fugiens exiuiſſet , volens eum Dominus ad lo-
cum , quem elegerat reuocare, interrogatus ab
eo, Domine quo vadis? Reſpondit † *venio Ro-* 4
mam iterum crucifigi , quod intelligens pro ſe
dictum ad locum ipſum protinus eſt reuerſus ,
ſunt autem Sacerdotes Leuitici generis Fratres
noſtri , qui in iure Leuitico in executione Sa-
cerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Hacte-
nus Innocentius ; ergo † in nouo teſtamen- 5
to lex de Cardinalibus obſeruari debet , &
ita à iure diuino dimanant , quod colligit
Pontifex non per ſimplicem ſenſum accõ-
modatiuum , ſed ſenſu litterali inhibito in
figura Sacerdotum Leuitici generis.

Sed enucleatiùs , expreſſiùs , & à primo
fonte id elicuit Eugenius IV. in epiſt. decre-
tali miſſa à ciuitate Florentiæ (vbi tunc tẽ-
poris *anno* 1448. Concilium Generale pro
vnione vtriuſque Eccleſiæ celebrabatur) *ad*
Henricum Archiepiſcopum Cantuarien. qui in-
tendebat , quod dignitas Epiſcopalis maior
eſſet quam Cardinalitia, ponens fundamẽta
firmiſſima ſententiæ noſtræ, ſic fatur: *Quan-*
tũ autẽ hæc † *Cardinalis dignitas ſit ſublimis ,* 6
& aliis excellentior, & ita hactenus in Eccleſia
reputata, ſi eius officium, ac SS. Patrum ſtatuta
& conſuetudinem, tam apud hanc ſedem, quam
Generalia Concilia ſemper obſeruatam, ſcieris
diligenter ſcrutari facilè ſibi innoteſcet. Quip-
pe etſi huius dignitatis nomẽ, quod modo in vſu
eſt, ab initio primitiuæ Eccleſiæ nõ ita expreſ-
ſum fuit, officium tamen ipsũ, à B. Petro, eiuſque
ſucceſſoribus inſtitutum euidenter inuenies. Imò
vt inquit Innocentius III. ex veteri teſtamento
iuſſu Dei traxit originem , aſſerit enim id quod
Deut. 17. *dicitur , vt pro difficultate & ambi-*
guitate iudicij accedatur ad Sacerdotes Leuiti-
ci generis & iudicẽ, qui fuerit illo tempore , &
obediatur ipſorum iudicio, qui præſunt loco, quẽ 7
Dominus elegerit, de Summo Pontifice intelligẽ-
dum eſſe, & Fratribus eius, id eſt S.R E. Cardi-
nalibus, qui ei iure Leuitico in executione Sa-
cerdotalis officij coadiutores exiſtunt.

Itaque, † *& ab exordio Eccleſiæ, ſicut & ho-* 8
die Sum. Pontificib. in regenda gubernandaque
Eccleſia vniuerſali aſsiſtebat, & vt ex Concilio
Stephani Papæ colligitur dicentis. Oportebat vt
hæc Sacroſãcta Domina noſtra R.E. iuxta quod
à B. Petro eiuſque ſucceſſoribus inſtitutum eſt
ritè ordinaretur , & in Apoſtolatus culmine
vnus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis
conſecraretur , &c. datur manifeſtè intelligi
hos Fratres noſtros , qui inter Cardinales lo-
cantur tempore Beati Petri extitiſſe in confine
autem Nicæni Concilij. † *Beatus Sylueſter* 9
(qui cœpit Eccleſiam regere anno Incarnatio-
nis Dominicæ 230 *) in Synodo Generali congre-*
gatis præſidẽs hos coadiutores ſuos vocauit Car-
dinales , & magno admodum priuilegio eos

inſigniuit, quale nullus Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Canonibus habere reperitur, vt videlicet ſine plurima teſtium multitudine damnari non debeant.

Et infrà † poſtquam diſtinxit tres Cardi-
10 nalium ordines, aſſiſtentes Papæ, qui purgantium, illuminantium, & proficientium fungerentur officio, ſubdit. *Decuit etiam vt quemadmodum Chriſto conuerſanti in terris aſſiſtebant Apoſtoli, ita etiam Cardinalium cœtus Apoſtolicum repræſentans coram Papa aſſiſteret, reliqui vero Epiſcopi vbique diffuſi Apoſtolos repræſentant ad prædicandum per orbem miſſos*, & infrà. *Multum etiam mouere te debet diuturna per Chriſtianum populum, vbique ſeruata conſuetudo, quæ etiamſi cætera*
11 *deeſſent, ex quo tam vetuſta eſt vt eius initij memoria non extet in contrarium pro conſtituto iure habenda foret, præſertim, quando ſciente & approbante ſummo Pontifice non quidem vno, ſed tot, quot vnquam habuit Eccleſia, id actum eſſe dignoſcitur. In omnibus enim nationibus, & Regnis, & in Anglia vt memorauimus hactenus huiuſmodi præminentia Cardinalibus delatus eſt honor qui quidem non tam ipſis, quam nobis (cum noſtra ſint membra) attribui cenſendus eſt.*

12 Vnde concludit epiſtolam. Quis† enim non videat Cardinalatus dignitatem Archiepiſcopali maiorem eſſe dignitate? Quia cum illa priuatæ vnius Patriæ præſit vtilitati, iſta publicæ totius populi Chriſtiani, illa vnam dumtaxat regit Eccleſiam, iſta cum ſede Apoſtolica vniuerſas, & cũ à nemine niſi à ſolo Papa iudicentur Cardinales, ipſi & Patriarchas, & Archiepiſc. & reliquos Eccleſiæ gradus cum ſummo Pontifice iudicant, quorum officio nomen ipſum conſonat optimè, nam ſicut ſuper Cardinem voluitur oſtium domus, ita ſuper hos Sedes Apoſtolica (totius Eccleſiæ oſtium) quieſcit, & ſuſtentatur.

Huius decretalis Doctrina deſumpta videtur ex Turrecremata, *vbi ſuprà*, & Canonizata à ſummo Pontifice, dicit enim Car-
13 dinalis. *Chriſtus † ſponſam ſuam videlicet tanquam ſplendentibus monilibus decorauit, & miro ordine diſtinxit. Vnicuique autem noſtrûm data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, propter quod aſcendens in altum dedit bona hominibus, & ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, alios Euangeliſtas, alios autẽ Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij ædificationis corporis Chriſti. Ex quo Apoſtolico documento apertè colligitur quod varietas hæc ſtatuum, officiorum, & graduum quibus hierarchicè diſtincta eſt Eccleſia non ab humana diſpoſitione, princi-*
14 *paliter † ſed ab ipſo Chriſto Eccleſiæ capite fundatore atque ordinatore ortum habet, & per conſequens, quod Dominorum Cardinalium ſtatus poſt ſtatum Papalem, ad ordinem Hierarchicum Eccleſiæ, ex inſtitutione diuina pertineat, cum ipſi quantum ad hunc ſtatum ſtatui Apoſtolico immediatè ſuccedat.*

Quæ doctrina, vt percipiatur rectè, & dilucidè, atque ſolidè enodetur, noto quod
vt colligitur ex Euangelio, † Apoſtoli in 15
triplici circunſtantiarum ordine poſſunt conſiderari. Primò, poſtquam Chriſtus eos elegit, ipſi aſtiterunt vt ipſemet dixit illis, *vos eſtis qui permanſiſtis mecum, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater Regnum*, videlicet Eccleſiæ Militantis, *vt ſedeatis ſuper Thronos iudicantes*. Secũdò pro vt ante diuiſionem ad prædicandum Euangelium omni creaturæ Petro vt Vicario Chriſti aſsiſtebant in adminiſtratione Papalis officij. Tertiò pro vt obedientes Chriſti præcepto à Petro ſeparati, vnuſquiſque abiit in regionem, quæ ſibi ex diuina ſorte contigit, quantum enim ad primam, & ſecundam conſi-
derationem. † DD. Cardin. ſuccedunt Apo- 16
ſtolis, quatenus coadiutores ſummi Pontificis, & ſimul cum illo iudicant orbem in iuſtitia, *c. fundamenta de electio. in 6.* ſed quantum ad tertiam Epiſcopi ſuccedunt Apoſtolis ſtatum ipſorũ repræſentantes, vt ait, *Trid. ſeſſ. 23. c. 4.* dicens, *ad ordinem Hierarchicum præcipuè pertinere*, quod ſic debet intelligi
non quod † Epiſcopalis dignitas maior Car- 17
dinalitia cuius contrarium determinat Eugenius IV. ſed, quod dignitas ordinis Epiſcopalis, maior ſit & præcipuè ad Hierarchiam de qua loquitur Concilium pertineat, non verò de dignitate iuriſdictionis in qua longè excedit Cardinalis Epiſcopo, dum iſte vnam Eccleſiam gubernet ille ſimul cum Papa vniuerſas, quam doctrinam clare docet Eugenius IV. illis verbis. *Decuit etiam vt quemadmodum Chriſto conuerſanti in terris aſſiſtebant Apoſtoli, ita etiam Cardinalium cœtus Apoſtolicum repræſentans coram Papa aſſiſterent, reliqui vero Epiſcopi vbique diffuſi Apoſtolos repræſentant ad prædicandum per orbem miſſos &c.*

Ex quibus conſtat quòd † Apoſtoli prius 18
fuerunt Cardinales quam Epiſcopi, nam Cardinales fuerunt viuente Domino, cui aſſiſtebant, at Epiſcopi & Paſtores conſtituti ſunt poſt paſſionem, quoniam Chriſtus poſt reſurrectionem dixit Petro *paſce oues meas*, tunc enim ſtatus paſtoralis inſtitutus, & in nouo teſtamento cum ante ſolum eſſet ſta-
tus Apoſtolicus, rurſus † Apoſtoli prius 19
ſunt Cardinales orbis quam vrbis, ſicut Petrus prius fuit Papa orbis, quam Epiſc. vrbis.

Cæterum antequam meum propale iudicium, & ſententiam ratione firmiſſima probem, prælibandum eſt aliud
quod propoſui, † quale ſit præcipuum 20
exercitium huius eximiæ dignitatis

Eugenius

Eugenius I V. illud non ſemel explicuit, quod ſint coadiutores Summi Pontificis in regimine Vniuerſalis totius Eccleſiæ, illique aſſiſtant, itaque ab exordio Eccleſiæ, ſicut & hodie Summis Pontificibus in regenda gubernandaque Eccleſia vniuerſali aſſiſtebat(Dignitas Cardinalitia) vnde Teſte B. Greg. relato *cap. decreto. 2. quæſt. 6. Epiſcopi & alij Prælati aſſumpti ſunt in*
21 *partem ſolicitudinis* , † *iſti vero in adiutorium Gubernationis totius Orbis* & S. Bernar. *lib. 2. de conſiderat ad Eugen.* dicit : *Hi quoque (Cardinales) qui tibi continuo aſſiſtunt ſenioris populi Orbis Iudices &c. ſtent viriliter pro aſſictu & iudicent in æquitate pro manſuetis terræ.*

Verum enim verò etſi huius altiſſimæ dignitatis tanta fuerit eminentia, imo & ſuperemiuentia in ſe tamen quoad nos ali-
22 quando latuit, quia † Summis Pontificibus non fuit bene viſum omnem ſuam ſphæram propalare; antiquitus enim Cardinales in humiliora charitatis opera ſe exercebant adminiſtrando Sacramenta & ſimilia vnde vſque ad Clementem 3. *anno* 1190. dignitas hæc non dabatur niſi Monachis, Abbatibus, Decanis, & Prioribus
23 & vſque ad Bonifacium VIII. † nullus Epiſcopus volebat fieri Cardinalis, quia putabant non licere deſcendere à maiore dignitate ad minorem, etſi enim dignitas Cardinalitia à Chriſto Domino inſtituta in ſe maior ſit, tamen quoad nos non erat nota vt maior, quo vſque Summi Pontifices agnoſcentes eorum officium altiſſimum, & magiſterium ſupremum mundo propala-
24 runt, † quanti æſtimanda eſt dignitas Cardinalitia propter eius exercitium, quod eſt gubernare vnà cum Papa vniuerſalem Eccleſiam.

Rurſus hoc regimen ; & gubernatio magis vel minus diffuſa eſt, nam etſi Pontifex Cardinales debeat creare vt mox di-
25 cemus; tamen † poteſt illos ad libitum aſſumere ad ſibi coadiuandum in regimine, vel quia non agnoſcit eximiam prudentiam vel litteraturam, aut propter malos mores, vel ob alia motiua ſibi viſa; vnde poteſt illis non committere aliquas cauſas, & res decidere ſine Cardinalium concilio, imo & ſi adhibeat non tenetur, etiam ſi ſit maior pars, ſequi eorum concilium, imo
26 † de plenitudine poteſtatis poteſt quælibet ardua negotia ſe ipſo ſolo expedire, vt deponere Cardinales, Imperatores, cognitis cauſis, Sanctos canonizare, res fidei proponere, vt tenent Barbatius *Conſil. 1. per totum ibi*, Caſtro, *conſilio.* 415. *n.* 6. Troil. Malecit. *de Canoni. Sanct. dub. ſecundo, à numer.* 31. quos refert, & ſequitur Barb. *de iur. vniuerſ. libro primo , capite* 3. *numer.* 81.

Quod ego ſic intelligo, quod † Papa ſine 27
concilio Cardinalium requiſito poteſt abſolutè, & valet res arduas ſe ſolo definire, & concludere ad hoc enim ſe extendit poteſtatis plenitudo à Domino ſibi conceſſa, vt egregiè conſiderat S. Bernard. *lib. 1. de conſiderat. ad Eugenium*; ſed Summus Pontifex qui omnia diſponit ſummâ prudentia non latitudinem plenitudinis poteſtatis, tam attendit, quam id quod debet facere, & expedit fieri, ne alteretur modus regiminis, ab anteceſſoribus ſuis, di-
uino dirigente ſpiritu diſpoſitus; quare † vt 28
res bene dirigantur & leges ferantur conuenientes, Pontifex adhibere debet concilia Cardinalium & aliorum peritorum in materia, quæ determinanda eſt. *cap. Per venerabilem, qui filij ſint legitimi. cap. auctoritate de priuileg. in 6.* Quare iure optimo gloriabatur in Dominus Martinus V. *nunquam in arduis aliquid determinaſſe ſine conſenſu Cardinalium.*

Vnde notat Zabar. *conſil.* 137. *num.* 6.
& 7. quod † facta à Cæleſtino Papa re- 29
uocata ſunt, quia ea fecit ſine conſenſu Cardinalium, quod ego ſic intelligo, non quia non eſſent valida, ſed quia non expediebat ea conſeruare vt facta ſunt, & quidam cum vt modò dicam ſit officium Cardinalium de iure diuino, & officium ſit Papam iuuare, & coadiuuare in regimine vniuerſalis Eccleſiæ ſicut Conſules, & Auditores Regij, ad politicum regimen iuuant Reges, & Prin-
cipes, expedit omnino quod † Papa in 30
negotiis arduis Cardinalium concilium ſibi adiungat, & eis vt Conciliariis, vti: vnde vt notat Barboſa *ex Barbatio. & Flaminio vbi ſupra num.* 3. Beatus Petrus elegit viginti quatuor quaſi Senatores Romanæ Eccleſiæ inter quos præcipui fuerunt Linus, Cletus, & Clemens, vt ab omnibus concilium caperet in rebus arduis, ſunt enim Cardinales Conſules *vrbis & orbis* & pro illius recto regimine Papæ & Tribunalis Pontificij integerrimi Conciliarij, *capite Eccleſiaſticis duodecimò quæſtione ſecunda capite in Parochia decimoſexto quæſtione prima capite fundamenta de electionib. in Sexto.* Vnde † & lumina & 31
columnæ Eccleſiæ ſunt, vnde dicuntur pars corporis Papæ.

Et ſic egregiè Dom. Caiet. *in articulo quinto præpoſito huic tomo* : dicit quod
† Cardinales *ſunt flores Orbis electi ex vni-* 32
uerſa Eccleſia vt viri excellentiſſimi in vita & doctrina. Et in hoc quod dicitur Cardinalis Romanæ Eccleſiæ præſumitur de iure quod

quod ſit vnus ex primis ſapientibus orbis
ad regendam,& paſcēdam Eccleſiam Dei.
Vnde manifeſtum fit,quod in arduis tene-
tur Pontifex, Cōcilia Cardinalium ſapien-
tum inquirere, & aliorum, qui periti ſunt
33 in materia de qua tractatur,non quia † ad
Cardinales rerum arduarum deciſio, ali-
quatenus pertineat,cum ſolum pertineat ad
Sedem Apoſtolicam, quæ in ferendis legi-
bus, & aliis ad communem Eccleſiæ vtili-
tatem attinentibus habet ſpecialem Spiri-
tus ſancti infallibilem aſſiſtentiam, vt non
erret, ſed quia Pontifex,vt hæc faciat de-
bet ponere media ordinaria, vt fiant pru-
denter, ad quod debet adhibere homines
34 practicos, & prudentes inter quos † ſunt
ſelectiſſimi flores DD.Cardinales, vt dice-
bat Caiet.& ita debent adhiberi,vt conſul-
tores,non deciſores.

Ex dictis colligitur ratio fundamentalis
noſtræ ſententiæ. Quia, etſi officium & di-
gnitas Cardinalitia tot inſigniis,priuilegiis,
muniis & muneribus condecorata, tanta
amplitudine & honoribus atque præroga-
tiuis munita non ita antiqua ſit in Eccleſia,
35 ſed iure Pontificio introducta,quare † Sū-
mus Pontifex poteſt eam vel augere, vel
minuere in priuilegiis & exemptionibus
ſibi conceſſis, tamen officium ipſum & di-
gnitas ex ſua prima inſtitutione, & ſecun-
dum eius primum exercitium, quod ex-
plicauimus eſt de iure diuino, & à Chriſto
Domino inſtituta in ſuis Apoſtolis ante
ipſius mortem, ſicut inſtituta eſt dignitas
Epiſcopalis,in eiſdem poſt reſurrectionem,
dum dixit Petro *paſce oues meas* & ex huius
mandato per ſortes partiti ſunt ad vniuer-
ſum,vt prædicarent Euāgelium omni crea-
36 turæ Non ſecus ac licet † ſtatus Religio-
ſus, prout hodie eſt condecoratus à Sum-
mis Pontificibus tot priuilegiis, & exem-
ptionibus, diſtinctus in tot communitates
diuerſis conſtitutionibus, & regulis,& mo-
dis viuendi partitus,ſit à iure humano Ca-
nonico dimanans tamen ſtatus ipſe regula-
ris prout dicit communitates, cuius mem-
bra ligantur tribus votis eſſentialibus,Pau-
37 pertatis,Caſtitatis,& Obedientiæ,de iure di-
uino eſt à Chriſto Domino inſtitutus, vt
eſt certa,& indubitata ſententia,vt videre
eſt apud S.Tho.2.2.*quæſt.* 185. Suarez *tom.*
*3.de Relig.lib.*3.*cap.* 2. Bellarmin. *lib.* 2. *de*
*Monach.cap.*5.*&* 6.Azor.*p.*1.*lib.*11.*cap.*23.
*quæſt.*8.*&* 9.Miranda *tom.*1.*quæſt.* 3.*art.* 2.
& 3.Pellizar. *tom.*1.*cap.* 2.*quæſt.* 4.& ratio
eſt præcipua, quia Chriſtus inſtituit ſta-
tum perfectionis acquirendæ;ad perfectio-
38 nem autem † acquirendam pertinet eſſen-
tialiter,quod,quis per tria vota renunciet
omnibus,& ſic fiat holocauſtum Domino,
vt probat. S.D. *vbi ſupra art.* 6. hoc autem
faciunt Religioſi; ergo ſtatum Religio-
ſum Chriſtus inſtituit. Sic Chriſtus Domi-
nus inſtituit officium Cardinalatus,vt ſum-
mo Pontifici aſſiſterent aſſumpti in curam
& regimen totius Eccleſiæ.

Hoc autem probant ea omnia, quæ ex 39
Innocentio III. & Eugenio IV. adduxi-
mus fundamenta,quorum viuacitas ſumi-
tur ex traditione Eccleſiæ, quæ tunc cen-
ſetur eſſe,quādo à primordiis ipſius,ita ob-
ſeruatur, & conſuetudine inuiolata reti-
netur,vt dicitur in Cōcilio Nicæno *actio.*7.
Tertullian.*lib.de corona milit.cap.*4. Auguſt.
lib. 2. *contra Donatiſtas*, & quod latiſſimè
probat Antonius Perez, *in Penteceu. fidei.*
*volum.*4.*per totum.* Vnde Innocentius III.
*cap.non eſt dubitandum diſt.*4. *non eſt dubi-*
tandum(inquit)*quin Eccleſia hac ab Apoſto-*
lis ſuſcepit. Nec obeſt quod in Euangelio
non habeantur,quia † multa ſunt in Euan- 40
gelio omiſſa, quæ per Apoſtolos ſunt ſup-
pleta ſcripto & verbo multa alia adducit
Card.Bellarm.*lib.*1.*de verbo Dei non ſcripto.*
Aſt Eugenius IV. in præfata epiſtola. *Mul-*
tum etiam (ait) *mouere te debet diuturna per*
Chriſtum populum vbique ſeruata conſuetudo,
qua etiam ſi catera deeſſent ex quo tā vetuſta
eſt,vt eius initij memoria non extet in contra-
rium, pro conſtituto iure habenda foret, pra-
ſertim quum approbante, & ſciente Summo
Pontifice,nonquidem vno,ſed tot quot vnquam
habuit Eccleſia. Ex quo clariſſimè liquet,
quod † Cardinalatus officium & dignitas 41
ex traditione habetur Eccleſiæ,quæ ex nul-
lo certiore origine dignoſcitur, quam ex
conſenſu Summorum Pontificum. Vnde
iure diuino ad Hierarchiam Eccleſiaſticam
iuriſdictionis pertinere mihi non dubium.

Ex quibus patet, quod ſicut † Summus 42
Pontifex nequit omnino extinguere ſta-
tum Religioſum in Eccleſia, etſi illum poſ-
ſit moderari, tam in numero Religionum,
& domorum, & redituum,quam in exem-
ptionibus, & priuilegiis ipſi ſtatui con-
ceſſis,quia iſta ex iure humano dimanant,
at ſtatus ipſe ex iure diuino, quod Ponti-
fex abrogare nequit.Ita † nequit extingue- 43
re ſtatum, dignitatem, & officium Cardi-
nalium, quod eſſe ex traditione Eccleſiæ
iureque diuino conſtat, licet poſſit illum
augere, vel minuere tam in numero,quam
in priuilegiis & exemptionibus illis con-
ceſſis, imo aliquando minores habuerunt,
quam Epiſcopi, ſiquidem † in Synodo Ro- 44
mana ſub Sylueſtro maior numerus teſtiū
requiritur ad damnationem Epiſcopi,quam
Presbyteri Cardinalis, ad huius enim 44.
Teſtimonia requiruntur, ad Præſulis 72.
exigit Concilium *act.*1.*cap.*3. *non damnabi-*
tur Præſul,niſi in ſeptuaginta duobus: neque
Præſul Summus à quoquam iudicabitur, quia
ſcriptum

ſcriptum eſt, non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum. Presbyter niſi in quadraginta quatuor non damnabitur, Diaconus autem Cardin. conſtructus Vrbis Romæ, niſi in triginta ſex, &
15 *cap. cum Apoſtolus 6. de cenſibus*, † maior comitatus conceditur Epiſcopo viſitanti, quam Cardinalibus, quia tunc temporis quoad nos maior exiſtimatur dignitas Epiſcopalis, quam Cardinalitia, quamuis in ſe longè altior ſit, iuriſdictione & non ordine.

§. II.

Quod Cardinalis ex vi ſuæ dignitatis tenetur reſidere, vbi Pontifex reſidet, oſtenditur.

SVMMARIVM.

1. *Officium Cardinalis primarij quod.*
2. *Cardinalis non eligitur in Epiſcopum, ſed poſtulatur.*
3. *Cardinalis ex vi ſui officij tenetur aſſiſtere ſummo Pontifici, & illum coadiuuare.*
4. *S. Bernardus Cardinalis qualitates quomodo exprimat.*
5. *Attributa à S. Bernardo Cardinalibus data reſidentiam omni ex parte requirunt.*
6. *Beatiſſimus Rom. Pont. ex muneris ſui officio debet ſibi lectiſſimos Cardinales ſibi adſciſcere.*
7. *An ex vi officij debeant perſonalem reſidentiam Cardinales.*
8. *Inter Papam & Cardinales ex vi Cardinalatus, non eſt tantum ſimplex vnitas, ſed etiam quadam identitas.*
9. *Cardinales ſunt cardines Romanæ Eccleſiæ, quibus oſtium Pont. adiutus, totam vniuerſalem gubernat Eccleſiam.*
10. *Dignitas Cardinalitia altior eſt quam Archiepiſcopalis & Patriarchalis, ex Eugenio IV. & n. 11.*
11. *Cardinalatus dignitas cum Sede Apoſtolica vniuerſas regit Eccleſias.*
13. *Eugenij IV. teſtimonium illuſtre.*
14. *An ſub mortali teneantur non abeſſe per multum tempus.*
15. *Pontifex non requirit cauſam ita vrgentem ad diſpenſandum cum Domin. Cardinal. in reſidentia in Curia, ac cum Epiſcopis.*

HOc probant multa & efficacis conſiderationis (præterea quæ *reſolut.* 8. vbi de Cardinalibus Epiſcopis erit ſermo, & plura conducent ad præſens intentum) pri-
1 mum ſit † ex vi officij primarij Cardinalis, quod eſt aſſiſtere, & Concilio & induſtria ſuæ perſonæ, ſummum Pontificem iuuare circa curam totius ouilis Chriſti quod clauditur terminis vniuerſi, hoc autem officium cum ſit quaſi compaſtoris reſidentiam exigit vbi Paſtor reſidet; vnde ex natura rei ſunt beneficia incompatibilia Epiſcopatus, & Cardinalatus, quia vtrumque iure naturali ex vi officij requirit reſidentiam, vnde
† Cardinalis non eligitur in Epiſcopum, ſed 2
poſtulatur, vt docent Villadiego, *tractat. de origine Card. quæſt. 5. num. 17.* Azor. *p. 2. lib. 4. cap. 3. quæſt. 15.* vnde ille Cardinalis, qui eligitur, *cap. Eccleſia veſtra, el ſecundo de elect.* non erat Cardinalis S. R. E. ſed Canonicus principalis illius Eccleſiæ, electio enim ſupponit ſubiectum capax, poſtulatio vero expoſtulat vt diſpenſatione Apoſtolica capax fiat, ſicut fecit Gregorius Magnus cum quodam Cardinali, *capite vltim. vigeſimo, quæſtio. prima*, ſicut enim Epiſcopus ex vi officij Paſtoris tenetur reſidere, in ſua Diœ-
ceſi, ita † Cardinalis ex vi officij inſtituti à 3
Chriſto Domino tenetur aſſiſtere ſummo Pontifici, & illum coadiuuare, quia hoc iuuamen in cura, & regimine, eſt exercitium officij ſui & quis dubitat quod hoc requirat perſonalem reſidentiam in loco vbi reſidet coadiutus?

Huius officij magnitudinem propter aſſiſtentiam quam coniungens tenetur habere
ſummo Paſtori, conſiderans † S. Bernardus 4
qualitates Cardinalis ſic exprimit, *libro primo, de conſiderat. ad Euge.* quod hanc reſidentiam expoſcant. *Itaque neque volentes, neque currentes, ſed cunctantes, ſed renuentes, etiam coge, compelle intrare in talibus, vt opinor requieſcet Spiritus tuus; qui non ſint tritæ frontis, ſed verecundi, ſed timorati Catholicè ad fidem, fideles ad diſpenſationem, conſortes, ad pacem, conformes ad vnitatem, qui ſint in iudicio recti, in conſilio prouidi, in iubendo diſcreti, in diſponendo induſtrij, in agendo ſtrenui, in loquendo modeſti, in aduerſitate ſecuri, in proſperitate deuoti, in zelo ſobrij, in miſericor-
dia non remiſſi*, quæ † attributa reſidentiam 5
maiori ex parte requirunt. Vnde Hoſtienſis, *in ſumma tit. de pœnit. & remiſ. verſic. cui Cardin.* dicit, *caueant Cardinales ne ſint Dracones ſtantes iuxta arcam Domini; &c.* ſtare ergo debent iuxta ſummum Pontificem vt Angeli pacis, conſilij & ſalutis.

Hinc eſt quod Concilium Trident. *ſeſſ. 24. capite primo, de reformat.* dicit, *eadem. S. Synodus tot grauiſſimis Eccleſiæ incommodis commota non poteſt non commemorare, nihil
magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium quam † vt 6
Beatiſſimus Romanus Pontifex, quam ſolicitudinem vniuerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio debet, eam hic potiſſimum impendat vt lectiſſimos tantum ſibi Cardinales adſciſcat, & bonos maximè atque idoneos Paſtores ſingulis Eccleſiis præficiat*, quibus verbis reſidentiam Cardinalium, vbi Pontifex reſidet ſicut

& Paſtorum in ſuis diœceſibus, quibus præficiuntur non obſcurè docet, verbum enim *adſciſcat*, coniunctionem Cardinalium cum Papa denotat, *adſciſco* enim in proprietate ſermonis in præſenti idem eſt, quod adiungo tanquam coadiutores circa curam vniuerſi gregis. Quare dubio procul Cardinales ex munere ſui officij reſidere perſonaliter tenentur vbi Pontifex reſidet.

7 Secundum id conſtat ex variis attributis, quæ dantur tam ab Authoribus claſſicis, quam à iure, & Summis Pontificibus, Cardinalibus † quibus competunt ex vi officij & dignitatis Cardinalitiæ, & ex vi & proprietate nominis reſidentiam perſonalem denotant in loco vbi curia Pontificia ſedem habet, dicuntur enim & ſunt membra Pōtificis, vt ait Eugenius IV. in ſua decretali. Vnde Ioannes Andreas. *cap. requiſiſti n.* 12.
8 *de teſtam* Iacobatius *de Concil. lib.* 1. *n.* 172. & alij quod inter Papam & Cardinales ex vi Cardinalatus non eſt tantum ſimplex vnitas, ſed etiam quædam identitas, vnde faciunt vnum corpus cum Papa, ſicut Epi-
9 ſcopus cum Canonicis, vnde † ſunt Cardines Romanæ Eccleſiæ, quibus oſtium Pōtifex adiutus totam vniuerſalem gubernat Eccleſiam; quæ omnia & pluta alia, quæ omitto, & habent Cardinales ex vi ſuæ dignitatis, manifeſtè demonſtrant perſonalem reſidentiam in loco vbi Papa reſidet, ſine cuius licentia abeſſe non poſſunt.

Tertium accedit, quod cum Eugenius IV. velit oſtendere Archiepiſcopo Can-
10 tuarienſis, quod † dignitas Cardinalitia altior ſit, quam Archiepiſcopalis & Patriarchalis; ſic fatur: *Hoc enim rationi conſonum eſt, vt dignius minus dignum ad ſe trahat, & res à potentiori & nobiliori denominetur, quod in ipſis Cardinalibus euidenter ſeruatur, qui licet certarum Eccleſiarum dum ad Cardinalatum aſſumuntur Epiſcopi ſint, nihilominus eos non Epiſcopos, ſed Presbyteros Cardinales, S. R. E. Sedes Apoſtolica appellat. Quinimo ſi eis ſuas priores Eccleſias, in titulo dimittat, non amplius ſub nomine Eccleſiarum, ſed tituli Cardinalatus ſcribit, quaſi ad maio-*
11 *rem dignitatem, & iuriſdictionem aſſumpſerit, alioquin non aſcendiſſe, ſed deſcendiſſe non honorari, ſed dehonorari viderentur. Quis enim nō videat Cardinalatus dignitatem Archiepiſcopali maiorem eſſe dignitate? quia cum illa priuata vnius patriæ præſit vtilitati, iſta publica totius populi Chriſtiani illa vnam dūtaxat regit Eccleſiam, iſta*
12 *† cum Sede Apoſtolica vniuerſas, & cum à nemine niſi à ſolo Papa indicentur Cardinales. Ipſi, & Patriarchas, Archiepiſcopos, & reliquos Eccleſiæ gradus cum Summo Pontifice iudicant. Quorum officium, nomen ipſum conſonat optimè, nam ſicut ſuper cardinem voluitur oſtium Domus, ità ſuper hos Sedes Apoſtolica (totius Eccleſia oſtium) quieſcit, & ſuſtentatur.*

Hoc † Eugenij teſtimonium adeo eſt illuſtre, vt me quidem iudice rem determinet, & ſicut Epiſcopus ex vi ſuæ dignitatis, tenetur in ſua diœceſi reſidere, ita Cardinalis tenetur, vt cardo Eccleſiæ reſidere, vbi oſtium Eccleſiæ Summus Pontifex reſidet, quare ita tenent Lotterius *de re beneficia. lib.* 1. *quaſt* 8. *num.* 49. Sanctarellus *variarum reſol. quaſt.* 2. *num.* 8 Barboſa *de poteſt. Epiſcopi p* 3. *allegat.* 53. *num.* 11. Burrel. *in ſumma Deciſ. tit.* 10. *num.* 8. Hojeda *de incompatib p.* 1. *cap.* 2. *n.* 6. & 15 Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 24 *n.* 123 Germonius *de indultis Card.* §. *ſibi n.* 18. Gambar. *de poteſt. Legati tit. an legatus poſſit vni plur. benef. n.* 227. Flaminius Pariſius *lib.* 2. *de reſignat. quaſt. n.* 34 Quare † ſub mortali tuentur non abeſſe per multum tempus ſine licentia Summi Pontificis Præſidis Collegij Eminentiſſ. Cardinal. qui ipſos mittit legatos à latere, ad vniuerſas mundi prouincias, vt diſſidia inter Principes Chriſtianos componant, tumultus ſedēt, bella extinguant, pacem Eccleſiæ inducant. Verum eſt quod † Pontifex non requirit cauſam ita vrgentem ad diſpenſandum cum Dom. Card. in reſidentia in curia, ae requirit ad diſpenſandum cum Epiſcopis ne reſidcant in ſua diœceſi, nam defectus Cardinalis in curia facilius ſuppletur, quam defectus Epiſcopi in ſuo Epiſcopatu.

13 ... 14 ... 15 (margin numbers at right: 13 beside "Hoc † Eugenij", 14 beside "† ſub mortali", 15 beside "Verum eſt quod †")

RESOLVTIO VI.

Vtrum ſit ſufficiens motiuum ad diſpenſandum cum Epiſcopo, aut Cardinali in obligatione reſidendi, quòd vadat, vt dux exercitus ſui Principis contra alium Catholicum?

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopi armati lorica & galea veluti monſtra Eccleſiæ primò viſi ſunt.*
2. *Quod Epiſcoporum officium?*
3. *Quo tempore Epiſcopi & Abbatos ad bella procedebant, & num.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.
11. *An Epiſcopi pro fide pugnantes excuſari poſſint.*
12. *Qui defendendi Epiſcopi, qui in aciem ibant.*
13. *An abſolutè licitum ſit Catholicum iuuare in bello iuſto regem infidelem pugnantem*

gnantem contra alium regem infidelem
entaſtè debellantem.

1 EPiſcopos † armatos lorica & galea ve-
lut monſtra Eccleſiæ primo viſos fuiſ-
ſe Salonium & Sagittarium fratres ambos
Epiſcopalibus inſulis inſignitos, in bellis
longo barborum contra Gallos narrat Ba-
ronius, *ad annum* 575. Verum Carolus Ma-
nus *in Concilio Vuormatienſ.* quod ex pluri-
bus Epiſcopis congregauit, *anno* 770. &
habetur in Capitularibus Regum Franco-
rum, *lib. 6. cap. 285. & 286. poſtulantibus*
populis valde enixè, ne Paſtores animarum ſua-
rum bella adirent; decreuit nedum aliquod bel-
lum gereretur Epiſcopi cum militibus pergerent,
nec prælis intereſſent vulneribus obnoxij, ſed
2 *† in ſuis Eccleſiis reſidentes miſſas celebrarent,*
ac preces ad Deum pro exercituū incolumitate
funderent, eleemoſynas facerent, ſed paucos
tantum Sacerdotes eoſdémque pietate, & do-
ctrina conſpicuos, cum exercitibus mitterent ad
benedictionem dandam & periclitantium re-
conciliationem fauendam. Hactenus ex Ba-
ronio reſumpſit Spondanus ad præfatum,
annum 770. n. 3.

Et circa *ann.* 888. refert idem Sponda-
3 nus. *ex Baronio n. 2. quod † deterius videtur*
ac plane monſtruoſum illud ſuit, quod tam
Epiſcopi, quam Abbates armati ad bella pro-
cederent, hoſtes cæderent, & cæderentur ab
ab ipſis, quod execrandum facinus cum diu in-
oleuiſſet in Galliis, eius merito accidiſſe pu-
tamus, vt externis, atque ciuilibus bellis ea-
dem prouincia afflictarentur, ſed deterius, quod
iidem ab eiſdem temporis auctoribus laudati
reperiuntur nomine bellicæ fortitudinis, cum
tanquam ſacrorum Canonum violatores, &
muneris Paſtoralis deſertores deteſtandi fuerint.
4 Vnde *anno* 1196. ſic fatur, *ad rem ipſe*
Spondanus ex Cardinali ſuo. Cæleſtinus Papa
III. literis Bellonacenſis Epiſcopi rogatus ſcribe-
re ad Regem Angliæ pro ſua liberatione (qui ſci-
licet dimicantibus inter ſe Francis & Anglis
præter ſas, iuſque Eccleſiaſticum armatus haſta,
& clypeo aduerſus Anglos progreſſus ab iis ca-
ptus fuerat) quamuis eumdem Epiſcopum acriter
redarguerit de armorum tractatione, egit ni-
hilominus ſolicitè apud Regem pro eius libera-
tione, quem & in Epiſtola ſua, vt magis fle-
5 *cteret Regem Chariſſimum vocauit fratrem, &*
filium ſuum, & Eccleſia. Sed Rex miſſa lorica
Epiſcopi ad Papam. Vide (inquit) an tunica fi-
lij tui ſit, an non? cui Papa non filius meus eſt
vel Eccleſia, ad Regis igitur voluntatem redi-
matur, quia potius Martis quam Chriſti miles
indicat. Hæc ibi quod an iure tantum Ec-
cleſiaſtico an etiam iure naturæ, & diuino
ſit illis prohibitum, iam explico ſi prius
ex occaſione noſtros antiquos Antiſtites
Hiſpaniarum defendam.

Et quidem, olim permiſſum fuiſſe im- 6
pune imo cum maxima laude Epiſcopis
noſtris, dum Hiſpania à Mauris Summa in-
iuſta tyrannide poſſideretur, contra eoſdem
Mauros arma aſſumere, & bella Domini ſa-
cere clare conſtat ex Hiſtoriis, in illa enim
miraculoſa Victoria (quam Eccleſia Hiſpa-
na celebrat, 16. *Iuly* obtenta à Alphonſo IX.
contra innumerabilem Maurorum multitu-
dinem, & dicitur, *de las Nauas de Tholoſa*
Archiepiſcopus Toletanus Rodericus, &
eius crucifer D. Paſchaſius ibi interfuerunt
non clypeo & lorica muniti, ſed in Pontifi- 7
cali præeunte ſigno crucis in quo parta eſt
victoria; in ſimili habitu Eminentiſſimus
Cardinalis D. Franciſcus de Ciſneros Ar-
chiepiſcopus Toletanus, & debellauit, &
vicit præſentialiter Mauros eos eiiciens ab
Oranio in Affrica, vt late refert noſter Eu-
genius de Robles noſtræ Religionis profeſ-
ſus, *in vita eiuſdem Eminentiſſ. Cardinalis*, cui 8
adiunxit, *miſſæ Muzarabis officium & cæremo-*
nias, prout hodie exercentur in Capella Muza-
rabeſita in Eccleſia Matrice Toletana, & inſer-
ta eſt Latino idiomate tom. 15. *Biblioth. vete-*
rum Patr. Agripin. Multique alij Hiſpani
Præſules dimicantes pro fide Catholica
tuenda contra Maumetanos fortes facti
ſunt in bello & tanquam Martyres Chriſti 9
vitam æternam pro temporali commuta-
runt, vt notant Antonius Yepes, *in annali-*
bus ordinis Benedicti tom. 5. cent. 6. anno Domi-
ni. 1010. *& fundationis ordinis.* 530. Caſtil-
lo. *tom. 7. de Tertiis, cap. 9. n. 48.*

Sed difficile eſt excuſare, id quod ex 10
Cardinale ſuo refert Spondanus, *ad annum*
1010. *num. 2. quod ad res Hiſpaniarum Eccle-*
ſiaſticarum cum in eas quoque ille prauus vſus
illapſus eſſet, vt Epiſcopi armati certarent in
acie, & quod nefas eſt amplius pro Arabibus
contra Arabes, ita ſecum ciuili bello pugnanti-
bus Cordubæ Principibus Zeluma & Almahadio:
accidit Deo vindice vt qui ſtabant pro Zeluma
Epiſcopi in prælio hoc anno geſto occiſi fuerint
victorque exiſtens Almahadius Cordubæ hoc an-
no regnare cœpit. Hæc ibi. † Hi enim Epiſ- 11
copi tanquam pugnantes pro fide excuſari
nequeunt, vt minus bene, putat Diana. *p.* 10.
tract. 2. *Reſolut.* 5. ſi enim pro iure Arabum
pugnabant quomodo pro fide pugnant?

Aliter ergo † defendendi ſunt huiuſmo- 12
di Epiſcopi Hiſpani, vel quia ipſi non vo-
luntariè, ſed coacti ad debellandum ibant,
minis, & extorſionibus cadentibus in con-
ſtantiſſimum virum, ne contra oues ſuas
perſecutio validior excitaretur, erant
enim tyrannico iugo ſubiecti; & non id
quod volebant, ſed quod nolebant opera-
bantur, pro vita ouium ſuarum, & ea-
rum ſecuritate, non enim vltro ſe ad
bellum pro Arabibus contra Arabes ſe
offerebant,

offerebant, ſed inuitè adibant, vel quia ille contra quem debellabant, acerbior & crudelior in Chriſtianos erat, & pro quo pugnabant benignior, & ſuauior, vel tan-
13 dem, quia † abſolutè licitum eſt verum Catholicum iuuare in bello iuſto Regem fidelem contra alium Regem infidelem iniuſtè debellantem, vt benè aduertit Granados, *controuerſ. 3. de charit. tract. 12. diſp. 4. ſect. 6. num. 52.* ſic enim Machabæi fœdus inierunt cum Romanis infidelibus, vt alia infidelium regna expugnarent, quod exemplum illi Epiſcopi ſunt ſecuti.

§. II.

Quo iure teneantur Epiſcopi, & Cardinales non belligerare?

SVMMARIVM.

1. *An iure Eccleſiaſtico Epiſcopi & Cardinales perſonaliter poſſint bellum gerere.*
2. *Prohibentur ſub mortali culpa Epiſcopi & Cardinales bellum gerere.*
3. *An Pontifex poſſit in hoc diſpenſare.*
4. *Articulus neceſſitatis duplex in bello contingit.*
5. *Quis finis legis.*
6. *In quo caſu poſſit Clericus bellum gerere.*
7. *In quo caſu non ſit licitum.*
8. *Quandonam Clericis liceat manu propria pugnare, victoriæ cauſa.*
9. *Nulla communitas clericalis, ſiue regularis, ſiue ſæcularis, rei ablatæ ſibi recuperandæ cauſa, & à qua ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè eſt expoliata poteſt ſine grauiſſimo ſcandalo & peccato mortali pugnare propria manu.*
10. *Antiqui & primitiui regulares rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſcipiebant.*
11. *Qui pugnant propter iniurias domorum ſuorum non profitentur ſe nolle pati pro Chriſto.*
12. *An pugna prohibita ſit conſtitutis in ſacris non ſolum iure humano in bello iuſto, ſed etiam altiori lege diuina.*
13. *Valentiæ ſententia.*
14. *Chriſti ad Petrum dictum volentem ipſum defendere.*
15. *Chriſti præceptum impoſitum eſt Clericis ne propria manu pugnent, ex SS. Patribus.*
16. *Clerici debellantes ſacrorum Canonum ſunt contemptores.*
17. *Innocentij III. ſententia.*
18. *Officium Clericatus inhabiles facit ad pugnandum.*
19. *Et cur.*
20. *Diui Thomæ ſententia.*
21. *Miles Chriſti & miles ſæculi ex vi ſuæ inſtitutionis pugnantia habent exercitia.*
22. *Omnes ordines Clericorum ordinantur ad altaris miniſterium.*
23. *D. Pauli ſententia.*
24. *Ad eam potentiam, artem, & virtutem ad quam pertinet finis pertinet etiam diſponere de medijs.*
25. *Licet ex iure gerere bella iuſta meritorium ſit, tamen Clericis illicitum.*
26. *Araujo ſententia non admittenda, & n. 27.*
28. *In legibus Hiſpanicis indicitur à Regibus Epiſcopos & Clericos ſuis perſonis Regem in bello debere iuuare.*
29. *Tenentur Clerici & Epiſcopi in bello propriis manibus pugnare in defenſionem Regni & patriæ ex Araujo.*
30. *Leges iuſtæ non ſunt niſi adſit caſus & articulus neceſſitatis, & 31.*
32. *An Clerici pugnantes etiam ob iuſtam patriæ defenſionem etiam cum merito vitæ æternæ incurrant irregularitatem.*
33. *Clemens V. decernit eum immunem ab irregularitate qui iniuſtum aggreſſorem pro tuenda propria vita occidit, & n. 34. & 35.*

COmmunis ſententia tenet, quod † ſolum iure Eccleſiaſtico prohibentur Clerici, & Religioſi in ſacris, Epiſcopi, & Cardinales perſonaliter bellum gerere, & etiam in bello iuſto pugnare ſiue propriis manibus, in vi & vi armata expugnando inimicos tam Reip. quam Religionis Chriſtianæ, ſiue ducendo exercitum, ſiue naualem, ſiue terrenum, hoc ad minus probant textus, quos adducunt Scribentes tam antiqui quam moderni Caſtro Palao, *tom. 1. tract. 6. diſp. 5.* Azor, *p. 3. lib. 2. cap. 16. quæſt. 13. & 12.* Malderus, Sylluius, Bannez, Torres, Araujo, Becanus, 22. *qu. 40. art. 2.* vbi vterque Thomas, punctum exagitat, Molina, *tom. 1. tract. 2. diſp. 106. & 108.* & alij quos citat & ſequitur Diana, *vbi ſuprà reſol. 6. & p. 6. tract. 4. reſol. 33. ex cap. clericum, cap. eos 20. q. 3. & c. quicunque clericus, & cap. ex multa, de voto,* vbi Canoniſtæ Barboſa & alij qui omnes conueniunt † prohibitionem hanc eſſe ſub graui mortali culpa, cum ſit de re grauiſſima, & valde indecenti ordini ſacro, Epiſcopali, & Cardinalitiæ dignitati inſtitutæ ad regendas animas non ad eas, pugnis & armis defendendis, vnde fit quod cum iuxta hanc communem ſententiam ſolum ſit *hoc malum, quia prohibitum*, lege Pontificia, quod † Pontifex poteſt ex rationabili cauſa in hoc diſpenſare, vt multoties diſpenſatum eſt imo ſi non ſubſit rationabilis cauſa & ſi Papa male faciet diſpenſando, Cardinalis exercitum ducens non peccabit, quia ſolutus eſt à lege id prohibente, ex diſpenſatione Apoſtolica.

Imo

Imo vt benè D. Caiet. *vbi ſupra §. ad hoc*
4 *dicitur*, ait, quod † *articulus neceſſitatis dupliciter poteſt contingere in bello, primo ſcilicet defenſiuè, vt ſcilicet niſi Clerici aliqui pugnent ciuitas, vel exercitus euertitur ab hoste: Secundò ratione victoriæ ſcilicet, quia niſi Clerici aliqui pugnent non haberetur victoria, tunc parata: in primo caſu Clerici non peccant pugnando manu propria, quia lex poſitiua quæ Clericos arcentur ne pugnent manu propria venit ad caſum in quo ſi Legiſlator adeſſet di-*
5 *ſpenſaret, cum enim † finis legis, ſit commune bonum, & legis ſpiritualis bonum ſpirituale, quod in iuſto bello defenſiuo ſeruatur præſtet bono particulari alicuius, quo habilis eſt altaris miniſterio conſtans eſt, vt licitè Clericus ſciens benè dirigere bombardas, aliis ad hoc non exiſtentibus, vel alio ſimili caſu manu propria ſaluet patriam, vel exercitum ſine tali au-*
6 *xilio perentem. Nec † ſolum videtur, quod hoc poſſit Clericus, ſed etiam quod ad hoc teneatur in tali articulo propter eandem rationem, præſertim ſi cum infidelibus agitur. Neque obſtat quod fiant & maneant irregulares, quia irregularitas ſine peccato, & cum merito vitæ æternæ incurri poteſt, propter quod ſicut Laicus ad hoc tenetur, ſic & Clericus in caſu in quo lex, quoad peccatum locum non habet, licet ſemper habeat locum quoad irregularitatem, quia irregularitas ſequitur factum Neque obſtat dictis ratio litteræ. ſcilicet nulli de pietate ad aliquod officium licet id per quod ſuo officio incongruum redditur, quoniam hoc eſt verum regulariter non autem in ſingulari caſu.*
7 *In ſecundo autem caſu † non videtur communiter licitum, & ratio diuerſitatis eſt, quia victoria eſt neceſſaria propter recuperationem rerum, vel puniſtionem aut expulſionem hoſtium, quæ non ſunt neceſſaria ſicut ſalus, quæ in primo caſu defenditur. Dixi autem communiter, quia ſi parta tunc victoria eſſet pax vniuerſalis Eccleſiæ, aut fidei Chriſtianæ magna*
8 *protectio, crederem † Clericum licitè manu propria pugnando illam facere, & hac intelligo ſaluis aliis conditionibus, iuſti belli ſcilicet, quod Clerici publica authoritate hoc faciant, & conſtet de iuſtitia belli, quoniam in eis non habet locum obedientia excuſans.* Hæc Cardinalis, quibus rectè comprehendit ferè omnia, quæ alij diffuſè tractant.

Ex qua doctrina, quæ certa eſt inter Ca-
9 tholicos, liquidò conſtat, † quod nulla communitas clericalis, ſiue regularis ſit ſiue ſæcularis, vt recuperet rem ſibi ablatam, & à qua ſunt iuſtè vel iniuſtè expoliati, poteſt ſine grauiſſimo ſcandalo, & peccato mortali pugnare propria manu, aut ducēdo exercitum ipſum ordinando, conſilia, ſubminiſtrando arma, & alia bellica ad pugnam cōtra eum, qui iuſtè vel iniuſtè expoliauit, qui iniuſtè aggreditur armis, ſine authoritate publica congregato exercitu, iſtos enim qui ſic pugnant ſub imagine Religionis, obrepit impietas, Antiqui enim † & pri- 10
mitiui Regulares rapinam bonorum ſuorū cum gaudio ſuſcipiebant, quod iniuſtè excluderentur, diuitias fugiebant martyrium à Tyranno, & tribulationes à propriis appetendas, at † qui ſic pugnant palam pro- 11
fitētur ſe nolle pati pro Chriſto iniurias domorum ſuarum gloriam alteri non cedentes. Miſera quidem & miſerabilis vox in ore Sacerdotis, qui Chriſtum ſic agnoſcit, vt ſe eum nolle ſequi in tolerantia perſecutionis palam confitetur, dum in vi & vi armata contra fas & modeſtiam religioſam dux exercitus iniuſti factus ſua recuperat, cum ſtrage fidelium & ſcandalo Eccleſiæ.

Sed modo reſtat dubium, an non ſolum 12
iure humano conſtitutis in ſacris ſit prohibita pugna in bello iuſto, ſed altiori lege diuina ſcilicet aut naturali? negant, vt ſupra retuli Auctores, at affirmant alij. Turriſcremata, *cap. Clericum* 50. *diſt.* Valentia 22. *diſput.* 3. *quæſt.* 16. *punct.* 4. *verſic. & quoad primum*, vbi neruoſè eam probat, quem ſequitur Didacus Granados, *vbi ſupra num.* 48. *verſic.* 3. vbi ſic prauiſſimè loquitur. *Cum diximus obligari clericos ad non pugnandum ex vi iuris naturalis intelligendum eſt itavt ſint varij caſus in quibus licet poſſint bellare, ex diſpenſatione Pontificis, aut in magna neceſſitate. Non vero contendimus, quod clericus ſemper, & abſque vlla neceſſitate dimicet, optimè* † *enim probat Valentia iure naturæ prohibi-* 13
tum eſſe, vt perſonæ Eccleſiaſtica perinde pugnare poſſint, atque Laici: verè enim id eſt contra dictamen rectæ rationis, & contra Patrum doctrinam. Vnde Pontifex non poſſet diſpenſare cum Clerico, & ſine vlla cauſa pugnet, quia in lege naturali non poteſt Eccleſia diſpenſare. Hæc ille, quæ etiam docuit Gratianus 23. *quæſt.* 8. adducēs illud *Matthæi* 26. quod † dixit Chriſtus ad Petrum volens defen- 14
dere ipſum *mitte gladium tuum in vaginam, omnis enim, qui gladium acceperit gladio peribit, ac ſi apertè ei diceretur, hactenus tibi tuiſque prædeceſſoribus inimicos Dei gladio corporali licuit per ſe, qui deinceps in exēplum patiētia gladium tuum id eſt tibi hactenus conceſſum in vaginam conuerte, & tantum ſpiritualem gladium, quod eſt verbum Dei in mactatione veteris vitæ exerce.* Hactenus Gratianus.

Quod † Chriſti præceptum Clericis im- 15
poſitum ſit ne propria manu pugnent ſatis confirmant dicta Patrum aſſerentes, antequam eſſet ius Canonicum valde eſſe reprehenſibile Sacerdotibus, qui nec poſſunt nec debent bellum aduerſus inimicos gerere. Ita Ambr. *lib.* 5. *epiſt. quæ eſt oratio in Maxentium* Bernard. *lib.* 4. *de conſiderat.* Nicolaus

laus Papa *epiſt. ad Ludouicam & Carolum Reges.* Gregorius Magnus *lib. 7. epiſt. 1. ad Sabinianum.* Concilium Meldenſe, *cap.* 37. vbi ex vi rationis naturalis duo efficacia
16 elicit argumenta. Primum quia † Clerici debellantes ſacrorum Canonum contemptores, ecce ius Canonicum & Eccleſiaſticæ ſanctitatis profanatores, ecce ius naturale, quia non poſſunt ſimul Deo & ſæculo militare, ecce rationem efficaciſſimam vtriuſque. Profanare autem ſanctitatem ius naturæ prohibet, quod magis enucleo.

17 Ex ratione, quam † Innocentius III. *reſcribens Cantuarienſ. Epiſcop.* refertur *cap. ex multa. §. de Clericis de voto dat.* dicens. *De Clericis vero ducimus reſpondendam, quod cum Clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnãdum, niſi vel conſilio ſtrenui, vel officio prædicationis inſtructi*, &c. ex quibus validum
18 ſumitur argumentum † officium Clericatus *facit eos inhabiles ad pugnandum;* ergo nõ ex iure Canonico, ſed ex vi officij Clericatus hanc habuit inhabilitatem; quia ex vi illius ſignificant manſuetudinem Chriſti, qui pro nobis ſanguinem ſuum fudit, non effudit alienum. Tum quia officium Clericatus ex vi ſua dicit ſanctitatem Eccleſiaſticam, quam profanat, qui propria ma-
19 nu in bello pugnat. Sed † cur Clericatus officium eos inhabiles reddat ad pugnandum? quia vt ait Baſilius Seleuc. *orat.* 24. *Acies ab hominibus in homines ordinata & armis iaculiſque confligens graue quiddam, ac ſæuum eſt, natura enim voluntate improba in ſe ipſam inſaniens; à ſemet eandem ſibi perniciem molitur.* Et Ennodius *in vita Epiphanij capite quadrageſimo octauo, Prœliis temperantiam nullus annectit ſtatuta ſunt dimicantium, quidquid non licet tunc licere. Hoſtem ſuum, qui non læſit adiuuat.* Quæ omnia iure naturæ diſſonantia ſunt clericali officio.

Huc accedunt plures & vrgentes ratio-
20 nes † quas adducit S. Thomas *vbi ſupr.* quæ omnes probant ex iure naturæ eſſe id prohibitum Epiſcopis, & Clericis in ſacris propria manu bellum facere, aut in bello etiam iuſto pugnare. Primò, quia bellica exercitia maximè pugnant officiis Eccleſiaſticis propter maximas inquietudines, quas habent, quæ impediunt animum à contemplatione diuinorum, laude Dei, & oratione pro populo, quæ ad officium pertinent
21 Clericorum. Vnde † miles Chriſti & miles ſæculi, ex vi ſuæ inſtitutionis pugnantia habent exercitia, vt dicebat Concilium Meldenſe. Vnde Apoſtolus 2. *ad Thimot.* 2. *num.* 6. ex vi huius contrarietatis exercitiorum vtriuſque militiæ dixit: *nemo militaris Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus,* & propter hoc etiam iure naturali, eſt prohibita publica negotiatio Clericis, vt vult & benè Valentia, quamuis non ita ſtrictè ſicut bellica exercitia; quia exercitia negotiationis non ita videntur pugnare exercitiis clericatus.

Secundò, quia † omnes ordines Clerico- 22
rum ordinantur ad altaris miniſterium in quo paſſio Chriſti repræſentatur, & ita eis non competit occidere, aut fundere ſanguinem, ſed magis eſſe paratos ad propriam ſanguinis effuſionem pro Chriſto, vt imitentur opere quod gerunt miniſterio, & propter hoc eſt inſtitutum, quod effundentes ſanguinem etiam ſine peccato ſint irregulares, nulli autem qui eſt deputatus ad aliquod officium licet id per quod ſuo officio incongruus redditur. Quæ D. Thom. ratio me quidem iudice manifeſta eſt, quia officium Clericatus, & deputatio ad altaris miniſterium eſt de iure diuino, ergo iure naturali tenetur quis vitare quod illi officio adfert incongruitatem, & diuertit à primaria ſua ſignificatione, quale eſt occidere, & ſanguinem fundere, etiam ſine peccato.

Tertiò in ſolut. ad primum, id colligit ex Apoſtolo 2. *ad Corinth.* 10. *numero* 4.
† *arma militia noſtra* (ait Paulus) *non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum.* 23
Vbi Primaſius, *arma noſtra non eſt ſcutum, vel gladius, ſed potentia Dei, quia plus facimus verbo, quam aliis armis.* Et Auguſtinus *libro de fide & oper. capite ſecundo, quia in Eccleſiæ diſciplina viſibilis futurus gladius ceſſaturas,* hoc eſt ex iure diuino Chriſti, quod intimat Paulus.

Quartò *ex ſolatio. ad* 3. ex ratione natu-
rali, quia † ad eam potentiam, artem, & 24
virtutem ad quam pertinet finis, pertinet etiã diſponere de mediis, quæ ſunt neceſſaria ad finẽ, vt dicitur. 1. *Ethico. c.* 1. & 2. bella autem in populo fideli ſunt referenda ſicut ad finem bonum ſpirituale diuinum, cui Clerici ex vi iuris diuini deputantur, vnde bellare illis interdicitur non quia peccatum ſit ex ſuo obiecto, ſed quia tale exercitium eorum perſonæ non congruit, hæc autem non congruentia oritur ex deputatione ipſorum ad bonum diuinum; quæ oritur ex iure diuino.

Quintò, *ex ſolut. ad* 4. quia † licet, ex iure 25
gerere bella iuſta, meritorium ſit, tamen illicitũ videtur Clericis propter hoc quod sũt ad opera magis meritoria, deputati, ex quo principio clarè infertur, quod eſt illicitum ante omnem legem humanam; antequam Clerici habeant hanc deputationem, quod explicat S. Doctor manifeſto exemplo, *ſicut* (inquit) *matrimonialis actus poteſt eſſe meritorius, & tamen virginitatem voventibus damnabilis redditur propter obligationem*

eorum

eorum ad maius bonum. Atqui hoc eſt illici-
tum iure naturæ, ergo & quod Clerici pu-
gnent etiam in bello iuſto.

Quibus rationibus motus S. Doctor *in
ſolut. ad 2.* colligit, *quod ſuperior nequit dare
licentiam vt Clerici propria manu pugnent, ſed
vt iuſtè pugnando illis intereſſendo ad ſubue-
niendum eu ſuis exhortationibus & abſolutio-
nibus, & aliis huiuſmodi ſpiritualibus ſubuen-
tionibus ſicut & in veteri lege mandabatur
Ioſue 6. quod Sacerdotes ſacris buccinis in bellis
clangerent, & ad hoc primo fuit conceſſum quod
Epiſcopi vel Clerici ad bella procederent, quod
enim aliqui propria manu pugnent, abuſionis eſt.*
Quid clarius? vt enuclearet quod hoc eſt illis
iure naturæ prohibitum, quare non eſt ad-
mittenda ſolutio Araujo dicentis quod D.
26 Thom. loquitur ſecluſa licentia Papæ cum
de ea expreſsè loquatur, & dicat, *quod datur
non ad pugnandum manu propria, ſed ad inter-
eſſendum bello, vt ſubueniant exhortationibus
& ſpiritualibus ſubuentionibus*, quare hanc
eſſe S. D. mentem mihi nec in dubium ve-
nit. Aduerte tu Thomiſta, & da gratias Deo,
27 qui tibi dedit Doctorem, & Magiſtrum, qui
nihil ſine ratione efficaci dixerit, vix enim
eſt periodus, quæ rationem non contineat
eorum quæ tractat.

Ex dictis colligitur clara intelligentia le-
28 gum Hiſpanicarum, in quibus † dicitur, &
indicitur à Regibus Epiſcopos & Clericos
ſuis perſonis Regem in bello debere iuuare,
ſic habetur, *l. 52. tit. 6. p. 2. & l. 6. tit. 19. p. 2.*
vbi ponuntur duo caſus in quibus tenetur.
Primus, cum quis inſurgit & rebellatur
Regi tãquam proditor. Secundus, eſt quum
hoſtes extranei Regnum intrant, ad præ-
liandum cum Rege, & regnicolis, omnes
naturales & regnicolæ qui ſunt in ætate ca-
piendi arma etiam non vocati tenentur ve-
nire ad prælium ſub proditionis pœna, & in
his duobus caſibus ait Illuſtriſſimus Araujo
29 † tenentur Clerici, & Epiſcopi in bello pro-
priis manibus pugnare in defenſionem Re-
gni & Patriæ. Nec credendum eſt has leges
adeò iuſtas eos obligare ad opus prohibi-
tum iure naturæ, aut per quod inhabiles in
ſuis officiis reddantur, *& infrà* probat, quod
hæ leges etſi ciuiles non tamen vt ciuiles,
ſed vt iuri naturali conformes Epiſcopos &
Clericos obligant, & quod iſti propria manu
pugnantes non fiunt irregulares.

Sed me quidem iudice in his omnibus
deficit præfatus Doctiſſimus Magiſter in
primo quod abſolutè has leges iuſtas vocat,
30 non enim † iuſtæ ſunt niſi adſit caſus & ar-
ticulus neceſſitatis, ita vt ſi Clerici non pu-
gnent ciuitas vel exercitus euertetur ab
hoſte, vt aiebat D. Caietanus, ſi enim hic
articulus non ſit neceſſariæ defenſionis;
nullus poteſt præcipere etiam Papa, quod
Clerici & Epiſcopi propria manu pugnent
& leges noſtræ, vt iuſtæ ſint ſupponunt
hunc articulum neceſſitatis interuenire, qui
facilius tunc temporis quum leges latæ ſunt
poterat interuenire tam propter multitudi- 31
nem Arabum inimicorum, quam propter
paucitatem gentis Chriſtianæ quæ pugna-
ret contra illos.

Deinde falſum eſt, & contra vtrumque
Thomam, quod † Clerici pugnantes etiam 32
ob iuſtam patriæ defenſionem etiam cum
merito vitæ æternæ non incurrant irregu-
laritatem, etſi enim Pontifex non diſpen-
ſet, dubio procul eam incurrent ob defe-
ctum lenitatis ſicut incurrit iudex dans reo
iuſtam mortis ſententiam, vt enim ait D.
Thom. inſtitutum eſt vt effundentes ſan-
guinem etiam ſine peccato ſint irregula-
res, ob defectum ſignificationis manſuetu-
dinis Chriſti, qui in altari à Clericis of-
fertur.

Nec obligat quod, *in Clementi. ſi furioſus
de homicid.* Clemens V. † decernat immu- 33
nem ab irregularitate eum, qui iniuſtum
aggreſſorem pro tuenda propria vita occi-
dit, & bellum iuſtum defenſiuum tuetur
pro patria propriis manibus pugnando con-
tra iniuſtos patriæ aggreſſores ipſam, & per-
ſonas defendit, ergo iure nouo huius Cle-
ment. immunis eſt ab irregularitate. Iner-
me profecto argumentum, vt Magiſtrum 34
& Doctorem noſtrum deſeramus, non enim
in iure quis abſoluitur vel ligatur ab irregu-
laritate ex paritate rationis, niſi enim ex-
preſſetur in iure irregularitas non contra-
hitur neque ab irregularitate expreſſa li-
beratur niſi expreſſo iure. Clementina au-
tem citata Pontifex declarat diſpenſando
& diſpenſat declarando, quod qui occi-
dit iniuſtum inuaſorem pro tuenda vita,
non manet irregularis non tamen exten-
ditur ad alios caſus, etiamſi ſine pecca- 35
to fiant, vt ſi quis alium occidat pro de-
fenſione proximi, etiamſi valdè neceſſa-
rius ſit Reip. nec ſi quis occidat pro de-
fenſione rei familiaris, iſte enim irregu-
laris manet, & ſic manebit etiam ſi in
bello iuſto occidat inimicos, quia volun-
tariè occidit & fundit ſanguinem huma-
num & ſic niſi expreſsè eximatur,
incurrit irregularitatem ob
defectum leni-
tatis.

§. III.

Satisfit titulo Reſolutionis.

SVMMARIVM.

1. *Triplex præceptum interuenit.*
2. *Primi præcepti obligatio ſtrictiſſima eſt.*
3. *Si Rex Hiſpaniæ alicui Epiſcopo vel Clerico in ſacris præcipiat, vt ſit dux exercitus contra iniuſtos inuaſores ſui regni, etiamſi non reſideat in ſuo Epiſcopatu, aut beneficio curato, an teneatur, & n. 4. & 5.*
6. *Quod tempus determinet Concilium in ducendo exercitu.*
7. *An conſuetudo introduci poſſit quod princeps ſæcularis ius diuinum de Reſidentia interpretetur.*
8. *An Princeps præceptum naturale de non pugnando propriis manibus poſſit interpretari &c.*
9. *Princeps poteſt ſpeciales conuenientias ſtatus conſiderare in Epiſcopo quæ non in ſæculari.*
10. *Rex poteſt declarare an ſit caſus vrgentis neceſſitatis, defenſionis regni faciendæ per Epiſcopum.*

EX dictis reſolui poteſt difficultas propoſita *in titulo*, an ſit ſufficiens motiuum diſpenſandi in reſidentia perſonali Epiſcopi in ſua Diœceſi, & Cardinalis in Curia Pontificia, quod vadat, vt dux claſſis, aut
1 exercitus. Hic † interuenit triplex præceptum vnum reſidentiæ, quod eſt diuinum, alterum non pugnandi propriis manibus, & tertium defendendi proprium regnum,
2 Patriam, aut Ciuitatem, obligatio † primi ſtrictiſſima eſt quæ vt nun exerat vires & efficaciã ſuam requiritur quod pugnare propriis manibus & induſtria ita ſit neceſſarium, vt obliget præceptum de defenſione Patriæ, ita vt nullus ſit alius, qui poſſit tueri eam officio ducis aut alterius officialis bellici, ſi enim eſt alius, qui id bene faciat, & ſi non æque bene diſpenſatio in præcepto reſidendi non eſt valida nec tuto Cardinalis, aut Epiſcopus officium ducis exercitus admittere & retinere poteſt vltra tempus à Concilio Trident. aſſignatum, etenim ſi eſt Princeps ſæcularis, qui bene & fideliter officium ducis adminiſtret, non eſt aliqua ex cauſis propoſitis à Concilio, ad diſpenſandum in præcepto reſidentiæ, cum in hoc caſu non interueniat *Chriſtiana charitas vrgens neceſſitas, debita obedientia, aut euidens Eccleſiæ vel Reip. vtilitas.*
3 Quod † ſi Rex Hiſpaniæ alicui Epiſcopo vel clerico in ſacris præcipiat, vt ſit dux exercitus contra iniuſtos inuaſores ſui Regni, etiamſi non reſideat in ſuo Epiſcopatu aut beneficio Curato, an iſte teneatur? & quidem ſi hoc officium illi in perpetuum detur, dubio procul illud ſine expreſſa Pontificis diſpenſatione nequeunt admittere, quia præceptum de reſidendo, cum ſit diuinum nullus in perpetuum poteſt interpretari vt non obliget niſi Summus Pontifex, conſtat ex Bulla *Clementis* 8. *directa ad Philippum.* 3. *anno* 1599. *die* 26. *Februarij*, vnde bene Petrus Gonzalez de Salzedo *lib.* 2. *de lege politica cap.* 12. *n.* 58. poſtquã plura adduxerit, vt probet Epiſcopos, poſſe non reſidere in perpetuum ad
mandatum Regis Hiſpani, ſed tandem con- 4
cludit dicens. *Contrariam ſententiam tuendam eſſe fateor & Epiſcopos quoſcũque in præcepto de reſidendo ineſſe cum per Pontificem declarationem ad obtinenda qualiacunque officia ſæcularia vel mixta non habuerint: væ illis nam nec potentia, nec faſtus eos à tremendo iudicio liberabit, nec dignitas, nec magiſtratus, nam hæc cito pereunt, & ſolum illis ſupereſt ſepulchrum.*
Si vero ad tempus ſicut munus legatio-
nis ad alios Principes, pro pace Reip. ſimili- 5
ter & pro duce exercitus, & pro conſultationibus ad curiam, de rebus ad regnum pertinentibus, delegationibus, & conſultationibus in curia de officio ducis exercitus, dupliciter poſſumus loqui vel ducatus iſte
non durat trimeſtri, quod † Concilium de- 6
terminat eſſe paruum tempus, pro Epiſcopis, aut durat vltra ſi prius quantum eſt ex vi præcepti de Reſidentia poteſt in ducatu exiſtere ſi cauſa ſit ſufficiens, quod concilium relinquit conſcientiæ, ipſius Epiſcopi, *quam ſpirat religionem & timoratam fore cum Deo corda pateant.* Si vero abſentia ducatur vltra tres menſes, & ad hoc eſt neceſſaria Pontificis expreſſa licentia, has enim legitimæ abſentiæ cauſas à Beatiſſimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano vel eo abſente à Suffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit in ſcriptis eſſe approbandas
cap. 1. *ſeſſ.* 23. quare † nulla poteſt conſuetu- 7
do introduci quod Princeps ſæcularis ius diuinum de reſidentia poſtquam Trident. ſic decreuit interpretetur vt bene Salzedo *n.* 90. *de his lib.* 2. *plura.*
Sed an † Princeps præceptum naturale 8
de non pugnando propriis manibus, poſſit interpretari & præcipere Epiſcopo quod tribus menſibus, ex quibus poteſt ex cauſa non reſidere, vel ſi Pontifex diſpenſauerit ob iuſtas cauſas, quod Epiſcopus non reſideat in ſua Diœceſi, ſed in Curia Regis, vt ſit dux claſſis, aut exercitus, ex cauſa quam ipſe Rex iuſtam iudicat, ex qua mouetur ob bonum publicum, quamuis per alium ſæcularem poſſet eadem vtilitas conſequi,

quia

quia non debet attendere Princeps vtilitatem, quam per Epiſcopum conſequi poteſt etſi aliter conſequi poſſit, vt ex multis probat Ioannes del Caſtillo, *lib. 3. contron. cap.*
9 18. *num.* 3. præcipuè quia † Princeps poteſt ſpeciales conuenientias ſtatus conſiderare in Epiſcopo quæ non ſunt in ſæculari. Sed exiſtimo quod niſi in caſu defenſionis neceſſariæ Reip. aut ciuitatis non poteſt Princeps ſæcularis interpretari ius Canonicum, & naturale quod Clerici non pugnent propriis manibus, aut quod ducant claſſem aut exercitum, quia ad Regis iuriſdictionem non pertinet abſoluere à lege Eccleſiaſtica, quæ fertur à ſummo Pontifice, & multo minus legem naturalem, quæ ſpecialiter reſpicit perſonas Eccleſiaſticas, quæ ſunt extra iuriſdictionem Regiam, interpretari,
10 verum eſt quod † Rex poterit declarare an ſit caſus vrgentis neceſſitatis, defenſionis Regni faciendæ per Epiſcopum, cui debet eſſe manifeſta ratio, qua Rex hoc declarat alias nec poteſt, nec tenetur illi obedire iuxta Doctrinam Abbatis, *cap. venerabilis, verſ. 3. nota de elect.* Innocentij, *c. inquiſitioni n. 4. de ſententia excomm.* Immolæ, *conſ. 4. col. 1. vol. 1.*

RESOLVTIO VII.

De Epiſcopis Cardinalibus, Oſtienſi, Praneſtino, Albanenſi, & aliis qui Roma perpetuo reſident etſi alibi ſuas habeant Diœceſes?

SVMMARIVM.

1. *De Epiſcopis Cardinalibus Oſtienſi, Praneſtino, Albanenſi, & aliis Roma reſidentibus, Cardinalis Petri Damian. ſententia, & n. 2.*
3. *Roma quinque Patriarchales Eccleſia.*
4. *Patriarchales Eccleſia ſingula ſeptem Cardinales Presbyteros habent.*
5. *Septem hi Cardinales Collaterales & hebdomadarij tempore Damiani, & n. 6.*
7. *Vrbani VIII. Bulla contra Cardinales Epiſcopos non reſidentes.*
8. *Quod in Cardinali de Borja comprobatur, & num. 9.*
10. *Sex Epiſcopatus ſupradicti pertinent ad Epiſcopum Romanum ſumm. Pontif.*
11. *Hi Epiſcopi erant hebdomadarij Papæ.*
12. *Ab inſtitutione ordinis Cardinalitia dignitatis ſacro Collegio aggregati ſunt Cardinales Epiſcopi.*
13. *In illis Epiſcopatibus Romanus Epiſcopus reſidet, & n. 14. & 15.*
16. *Pontifex & præfati ſex Epiſcopi Cardinales ſecuri ſunt in conſcientia non reſidendo in propriis Eccleſiis.*
17. *An poſſit duplex Eccleſia Cathedralis in titulum dari, & n. 18.*
19. *In Germania multi paſtores in tribus vel quatuor Cathedralibus intitulantur, & num. 20.*
21. *Qui Caluini errore eſſent infecti ſi non obniaſſent Eccleſiaſtici Electores, & numero 22.*
23. *Valde cenſendus felix qui vnam Eccleſiam benè ac fructuosè gubernat.*
24. *In quibus decretis Eminentiſſimi Cardinales comprehendantur.*
25. *In quibus Concilium Tridentinum non ſit receptum in Germania.*
26. *Multorum ſententia.*
27. *An vnus ex ſex Cardinalibus habens Cathedralem in titulum poſſit non obſtante, his Concilij decretis aliam Cathedralem dari illi in commendam perpetuam.*
28. *Pij V. ſententia, & 29.*
30. *An ſi Archiepiſcopus Toletanus vult reſidere Romæ teneatur dimittere Archiepiſcopatum.*
31. *Contrarium ſentientes afferuntur, & numer. 32.*
33. *Epiſcopus vnius Eccleſiæ an teneatur reſidere iure diuino in ſua Diœceſi.*
34. *Epiſcopus ex priuilegio eſt diſpenſatus quod ſemper in ſua Diœceſi non reſideat.*
35. *Qui Cardinales priuilegiati.*
36. *Vrbani VIII. ſententia.*

EMINENTISSIMVS Cardinalis Petrus Damiani, *lib. 2. epiſt. 1.* (cuius titulus eſt, *Venerabilibus in Chriſto Sanctis Epiſcopis Lateranenſis Eccleſiæ Cardinalibus Petrus indignus intimæ deuotionis affectum*) in qua plura de præſtantia, dignitate Cardinalitia & virtutibus, quibus aliis excellere debent religiosè tractat, de his Cardinalibus Epiſcopis ſic alloquitur. † *Hinc eſt quod ipſa Eccleſia* (Lateranenſis) *excellentioribus præ cæteris totius Orbis Eccleſiis nititur priuilegiis, ſed & myſticis etiam inſtituta atque diſpoſita non ambigitur ſacramentis. Nam vt de pluribus pauca perſtringam, Lateranenſis Eccleſia ſicut Saluatoris eſt inſignita vocabulo, qui nimirum eſt omnium electorum caput, ita mater & quidem apex & vertex eſt omnium per orbem Eccleſiarum. Hac ſeptem Cardinales habet Epiſcopos, quibus ſolis poſt Apoſtolicum Sacroſanctum illud altare licet accedere, ac diuini cultus myſteria celebrare. In quo nimirum illud Zachariæ c. 3. continetur, euidenter oraculum; ecce inquit lapidem, quem dedi coram Ieſu ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt, lapis iſte illa proculdubio pe-* 1

2 *tra eſt, de qua verus Ieſus Petro pollicetur, ſu-*
per hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.
Septem igitur oculos habet hæc petra, & infrà.
Quod vtique Sacramentum & B. Ioannes in
Apocalypſi, capite primo, ſe didiciſſe non ta-
cuit, cui dictum eſt. Myſterium ſeptem ſtella-
rum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem
candelabra aurea, ſeptem ſtellæ Angeli ſunt
ſeptem Eccleſiarum, & candelabra ſeptem, ſep-
tem Eccleſiæ ſunt.

Circa epiſtolam hanc & tirulum eius ha-
ctenus inauditum ſic fatur Spondanus ex
Baronio, *ad ann.* 1057. *numero tertio, ex ſcri-*
pto antiquo Vaticano codice Sacrorum rituum
conſtat hanc fuiſſe iſtorum temporum Romanæ
3 *Eccleſiæ formam, vt † eſſent Romæ quinque*
Patriarchales Eccleſiæ videlicèt Lateranenſis
(quæ & Conſtantiana & Baſilica Saluatoris
aliis nominibus nuncuparetur) Sanctæ Mariæ
Maioris. S. Petri, & S. Pauli, & S. Laurentij
extra muros; atque in Lateranenſi ſeptem eſ-
ſent Cardinales Epiſcopi videlicet Oſtienſis,
Portuenſis, S. Ruffinæ (ſiue ſilua Candida) Al-
banenſis, Sabinenſis, Tuſculanus, & Præneſti-
nus, iidemque dicti Collaterales, atque etiam
hebdomadarij eo quod ſingulis hebdomadibus
4 *per vices explerent munus Pontificis. † Aliæ*
quoque Patriarchales Eccleſiæ ſingulæ ſeptem
pariter haberent Cardinales Presbyteros, qui-
bus aſſignati eſſent totidem tituli Eccleſiarum
intra vrbem exiſtentium; ita tamen vt Late-
ranenſi Eccleſiæ præfectus eſſet primus Epiſco-
pus collateralis S. Mariæ, & S. Petro, Archi-
presbyteri Cardinales, S. Paulo & S. Laurentio
Abbates Cardinales, & infrà. *Ac denique præ-*
ter ſeptem collaterales Epiſcopos eſſent in di-
uerſis Italiæ Prouinciis alij Epiſcopi numero ſe-
xaginta duo, qui dicerentur Suffraganei Romani
Pontificis, & nulli alij Primati aut Archiepiſco-
po ſubiecti, frequenter ad Synodos vacarentur,
hactenus ibi, quatenus ad præſens inſtitu-
tum attinet.

Sed quamuis tempore Damiani, & circa
5 *annum* 1057. † ſeptem eſſent hi Cardinales
Epiſcopi collaterales & hebdomadarij, ho-
die tamen ſunt tantum ſex Oſtienſis, Por-
tuenſis, Albanenſis, Sabinenſis, Tuſculanus
& Præneſtinus (nam S. Ruffinæ non extat)
de quibus hoc eſt viuæ vocis oraculum fa-
ctum à Pio V. *ann.* 1568. Cardinali Farneſio,
quod ſex iſti Epiſcopatus qui ſunt propè vrbem,
non inducunt incompatibilitatem, iuxta for-
mam alias traditam tempore felicis recorda-
6 *tionis Pauli Papæ III. die.* 18. *February* 1547.
quod viuæ vocis oraculum mihi dedit Emi-
nentiſſimus Cardinal. Pimentel. & Clemens
VIII. ad dubia Cardinal. Bellarm. *ad dubit.*
4. & Vrb. VIII *ſpeciali decr.* 28. *Nou.* 1633.

7 Et idem Vrbanus VIII. in Bulla † quam
edidit, *contra Epiſcopos Cardinales perſonali-*
ter non reſidentes die 7. *Dec.* 1634. *Pontificatus*
ſui anno 12. hos eoſdem Cardinales Epiſco-
pos excipir, à reſidentia perſonali in ſuis
Diœceſibus vrbi proximis, quibus Cardina-
les in ordine priores præeſſe ſolent, reſiden-
tia enim ſi quæ apud præfatas Eccleſias titu-
lorum Cardinalium fieret aliquam excuſa-
tionem eiſdem Cardinalibus (vt præfertur)
non præſtaret quominus ipſi in alia vel
aliis Eccleſiis quibus eos etiam pro tempore
præfici contigerit, reſidere omnino tenean-
tur, quod † de facto executum eſt in Emi- 8
nentiſſimo Cardinali de Borja, qui cum eſſet
Cardinalis S. Sabinæ vnus ex ſex præfatis
Cardinalibus Lateranenſis Eccleſiæ, & ſi-
mnl Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & ſi ratio-
ne primi Epiſcopatus liber eſſet à reſidentia
perſonali niſi in Romana Curia ex rationi-
bus, & motiuis infrà adducendis, tamen coa-
ctus eſt à Curia Romana diſcedere, & Hiſ-
palenſem Diœceſim migrare, ibique reſi-
dere ſic declarante Pontifice priuilegium
conceſſum ſex Epiſcopis Lareranenſibus 9
Cardinalibus, & decernente, quod ſi quam
aliam habeant Eccleſiam in ea reſideant, &
non Romæ.

Igitur hoc certum cum ſit, ſupereſt exa-
minare † quomodo iſti ſex Cardinales Epiſ- 10
copi liberi ſint à præcepto diuino de reſi-
dentia perſonali Paſtorum, ita vt extra ſuas
Diœceſes poſſint Romæ reſidere. Quidam
dicunt ſex iſtos Epiſcopatus pertinere ad
Epiſcopum Romanum ſummum Pontifi-
cem, & ita à multis vocantur Titulares vt
Bellarminus, *de Clericis cap.* 16. alij titulares
Collegij Cardinalium, ſic apellat Vrba-
nus VIII. *in ſua Bullà. de annò* 633. ad quod
dicendum mouet primò qui Epiſcopatus
Romanus non debet coarctari intra mœnia
vrbis. Secundò; quia vt vidimus ex Baronio:
hi † Epiſcopi erant hebdomadarij Papæ & 11
dicuntur illi collaterales, vt illi aſſiſtant in
ſua curia perſonæ Hyrarchiæ Eccleſiæ, vt-
potè cũ ſit ſummus Hyerarcha; & ita ſicut
aſſiſtũt & ſuo lateri adhærent in Curia Preſ-
byteri Cardinales & Diaconi debẽt aſſiſtere
Epiſcopi. Tertiò, quia † ab inſtitutione Ord. 12
Cardinalitiæ dignitatis Sacro Collegio ag-
gregati ſunt Cardinales Epiſcopi, quare ex
vi huius Collegij Eminentiſſ. erectionis, &
fundationis in eo reſidere debent Epiſcopi
Cardinales, ſicut Presbyteri, & Diaconi.

Secundò, alij dicunt, hos Epiſcopos Car-
dinales non habere iuriſdictionem ordina-
riam in illis ciuitatibus, cuius ſunt Epiſcopi,
ſed ſolum delegatam à Papa qui vt Epiſco-
pus Romanus eſt Ordinarius Paſtor illa-
rum, quæ pertinent ad Epiſcopatum Ro-
manum, † & ſic Epiſcopus Romanus in 13
illis reſidet, & ſatisfacit præcepto diui-
no de reſidentia perſonali, ſex autem E-
piſcopi cum ſolum habeant iuriſdictio-

nem

nem delegatam, eam ſubdelegant vicariis, qui præſentes ſunt, perſonaliter dictis ciuitatibus.

14 Tertio, & melius alij, rationique conformius, dicunt Pontifices Summos diſpenſaſſe cum his ſex Epiſcopis Cardinalibus, qui ſeptem erant primis temporibus quam diſpenſationem vſus, & conſuetudo firmauit, ſolicitauit, muniuit. Neque enim codex antiquus Rituum S. R. E. ita diſpoſuiſſet, niſi Summi Pontifices, qui tot ſæculis illo

15 ſunt vti, non haberent motiua grauiſſima ad ſic interpretandum ius diuinum, diſpenſandum cum iſtis Epiſcopis Cardinalibus, inter quæ non eſt parum efficax, quod adducit Petrus Damiani, (celantiſſimus circa Paſtorum reſidentiam perſonalem) ex oraculo ſacræ Scripturæ, quod euidens eſſe dicit, *ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*, idem eſt ſeptem Epiſcopi Cardinales, quod etiam præuidit Ioannes, dum hos ſeptem Cardinales ſeptem ſtellas, dicit, id eſt ſeptem Angelos, qui ſunt ſeptem Epiſcopi Cardinales, præſidentes ſeptem Eccleſiis. Quare priuilegium, vel immemorialis conſuetudo non reſidendi perſonaliter ſuis Eccleſiis his Cardinalibus aſſi-

16 ſtit, † & ſic tam Pontifex, quam iſti ſex Eminentiſſimi Cardinales Epiſcopi, ſecuri ſunt in conſcientia non reſidendo in propriis Eccleſiis, declararunt enim facto ipſo Summi Pontifices anteriores reſidentiam horum ſex Epiſcoporum in Romana Curia, eſſe in euidentem Eccleſiæ Lateranenſis (quæ mater eſt, & vertex omnium Eccleſiarum) vtilitatem, vtpotè ad eius eximiam grauitatem, expedienter repræſentandam, quod motiuum non leuiter inſinuauit Cardinalis Petrus Damiani verbis ſupra adductis & colligitur ex codice ſacrorum Rituum. R. E.

17 Ex quibus poteſt colligi, quod † licet vni ex iſtis ſex Cardinalibus poſſit dari alia Eccleſia Cathedralis, ſed non in titulum, ſed in commendam ad tempus ſicut data fuit Cardinali de Borja Epiſcopo Sabinenſi Eccleſia Hiſpalenſis, & multis aliis filiis Regum, & Principum, vt habeant congruam decentem tamen in titulum hodie non dabitur duplex Cathedralis Eccleſia, niſi adſit vna ex cauſis, quas Trident. ponit ad

18 excuſandum à reſidentia perſonali, quia in duplici Eccleſia eſſe non poteſt, olim enim in Hiſpania & Italia vſus fuit, quod vni perſonæ duplex Eccleſia Cathedralis in titulum daretur. Sed Paulus III. *in Decreto Conſiſtoriali anno* 1547. obligauit Cardinales quod ſolum retinerent, vnam Eccleſiam ex his quas habebant.

19 Sed hodie in Germania perſeuerat, quod multi Paſtores, in tribus vel quatuor Cathedralibus intitulantur, eas in titulum habentes. Qui vſus, & conſuetudo reprobari non debet cum illum non ſolum permittat, ſed etiam approbet, S Apoſtolica, vtpotè cum ſit per tot annos continuatus. Neque obſtat obliquitas, & læſio quæ videtur eſſe iuris naturalis & diuini de reſidentia perſonali, quia per aliud excellens & diuiniſſimum bonum reſarcitur, & interpretatur, quod in his circunſtantiis, quæ ibi occurrunt non obliget, vnde cum 20 concurrat cum præcepto diuino de fide tuenda, iſti, illud cedit, cum enim in illis partibus incraſſata & impinguata hæreſis recalcitret Catholicis, imo illius regionis potentiores Principes ſint vel hæretici, vel hæreticorum fautores, indiget fides Catholica potentioribus Eccleſiaſticis Principibus. † Cum enim Dux Saxoniæ Mar- 21 chio de Bradebur, & Comes Palatinus Rheni ſint hæreſi Caluini, & Lutheri imbuti & infecti, ſi non obuiarent potentiores Eccleſiaſtici Electores, Imperator, Hæreticus eligeretur, & ſic periret Germaniæ fides; quod dicendum non eſt, & ſic obligatio ad maius malem vitandum abſorbet obligationem de minori, & facit quod non exerat vires ſuas, & forſan ex hoc capite, vt eſſet in Eccleſiaſticis potentia adexpellendos mauros à Regno plu- 22 res Cathedrales, in titulis vni perſonæ dabantur?

Sed huic doctrinæ videtur manifeſtè obſtare Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 7. *cap.* 2. *de reform.* vbi dicitur: *Nemo quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens plures Metropolitanas, aut Cathedrales Eccleſias in titulum ſiue commendam, aut alio quouis nomine contra Sacrorum Canonum inſtituta recipere, vel ſimul retinere præſumat cum* † *valdè felix ſit ille cenſendus, cui vnam* 23 *Eccleſiam benè ac fructuosè & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit*, & *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. ſic ait ſancta Synodus, *debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti decreto quod in quibuſcumque perſonis, quocunque titulo etiam Cardinalatus honore fulgeant mandat obſeruari, ſtatuit vt impoſterum vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur honeſtè ſuſtentandam non, ſufficiat liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri*, &c.

Reſpondetur his decretis etiam Eminentiſſimos Cardinales comprehendi, in ſe- 24 cundo non eſt dubium cum exprimantur, in primo etiam certum eſt. Primò quia teſte Aldana *lib.* 2. *titul.* 3. *numero* 2. ita declaratum eſt ab Eminentiſſ. Interpretibus

Concilij in Congreg. 2. quia tamus in lege correctoria ob peccati materiam & ita eos comprehendit, quibus ratio deciſionis tangit, ratio autem eſt, quia *valde felix eſt ille qui bene & fructuosè vnam Eccleſiam & oues ſibi commiſſas ſalubriter regit.*

25 Reſpondetur ſecundò † Concilium Trident. quantum ad hoc punctum non eſſe receptum in Germania, approbante, & conſentiente ſupremo Eccleſiæ capite ſummo Pontifice, qui diſpenſare poteſt declarando ius diuinum, quod vnus poſſit duas Eccleſias Cathedrales ſimul in titulum vel commendam perpetuam obtinere, *cap. relato 21. quæſtio. 1. capite is, tit. de elect. in 6.* & cum multis tenet Cardinalis Tuſchus, *tom. 6. littera P. concl. 49. numero 18. & con-*
26 *cluſ. 69. numero quarto.* † ſequuntur Garzia, *de benef. part. 12. capite ſecundo, numero 56. & ſeqq.* Reginaldus, *in praxi lib. 30. tract. tertio, numero 296.* Cenedo, *ad decretal. collect. octuageſima-ſeptima*, vnde multo melius poteſt Papa habenti vnam Cathedralem in titulum aliam, vel alias illi dare in commendam.

27 Sed † numquid, vt vnus Cardinalis ex iſtis ſex, qui habet Cathedralem in titulum poſſit non obſtante, his Concilij Decretis aliam Cathedralem dari illi in commendam perpetuam? Quæſtio fuit ventilata inter purpuratos interpretes Concilij in Congregatione. Aliqui dicebant poſſe, quia Canones antiqui concedentes, quod vnî poſſent duæ Eccleſiæ conferri vna in titulum, altera in commendam non ſunt immutati, *capite qui plures, capite relatio, cum ſequentibus 21. quæſtio. prima, capite dudum, el. ſecundo, de elect.* vbi Gloſſa, *verbo intitulatum*, vnde præfati DD. intelligebant loca Concilij, quod loquatur, quod vnus poſſit habere plures intitulatas, aut plures commendatas Eccleſias. Hanc ſententiam
28 † viſus eſt amplecti Pius V. *in viua vocis oraculo dato Cardinali Farneſio*, quod ſupra dedi, videlicèt quod hi ſex Epiſcopatus non inducant incompatibilitatem cum aliis. Et ratio congruitatis videtur ſatis efficax, quia cum Epiſcopus Præneſtinus v. g. ſit obligatus Romæ reſidere in ſeruitium vniuerſalis Eccleſiæ, non videtur rationabile quod illi
29 auferatur capacitas ad aliam Eccleſiam ſaltem in commendam poſſidere, vt congruam decentem ex fructibus Eccleſiæ cui inſeruit obtineat, extrauag. *execrabilis de præbendis.* Deinde quia hos Epiſcopatus habent ratione antiquitatis in dignitate Cardinalitia. Antiquiores enim Cardinales illos poſſident, ergo ſi aliquis Cardinalis antiquior
30 ſit Archiepiſc. Toletanus, hunc Archiepiſcopatum tenetur dimittere ſi vult Romæ reſidere, vt Epiſcopus Præneſtinus, quod valdè durum videtur, quare iſtum ſaltem commendatum poteſt ſimul cum alio intitulato retinere, vel vtrumque in titulum, & quidem cum ſummus Pontifex poſſit facere, ſi videt & conſentit, videtur facere.

Sed nihilominus alij Eminentiſſimi in- 31
terpretes contrarium ſentiebant, tum ex antiquis Conciliis & Canonibus quibus omnino prohibetur, ne vnus duplici Eccleſiæ Cathedrali præficiatur, *capite Clericum 21. quæſtio. prima, ex Concil. Calced. capite decimo, & capite vnio quæſtio. tertia, ex Niceno 2. capite decimo-quinto*, hoc videtur clarè docere, *Trident. capite ſecundo, cit.* ex ratione quam ſubdit, *cum valde felix ſit ille cenſendus, cui vnam Eccleſiam bene regere contigerit*, quæ ratio efficax eſt, etiamſi vnam habeat in commendam, idem etiam clarius conſtat, *ex capite decimo-ſeptimo, ſeſſion. vigeſima-quarta*, vbi decernitur ne vnus officia habeat plurimorum, ſiue in titulum ſiue commendata; quibus adde quod cum 32
hodie commendæ ſunt perpetuæ cum facultate percipiendi fructus, & eos conuertendi in vſus proprios magis participant, de collatione, & vero titulo, quam de depoſito ſimplici vt antiquitus fiebant, vt bene norat Ludouicus Gomez, *in regulam de Trien. quæſtio. quinta, à numero decimo.*

Hanc ſententiam vltimam veram ego teneo, quum † Epiſcopus vnius Eccleſiæ te- 33
netur reſidere iure diuino, in ſua Diœceſi, & in eo non eſt diſpenſatus à Papa tunc enim neceſſarium eſt, vt diſpenſetur in iure Trident. quod manifeſtè loquitur de illis Epiſcopis, qui tenentur reſidere in ſuo Epiſcopatu vt conſtat ex rationibus quas explicat, quia nemo poteſt duabus Eccleſiis perſonaliter reſidere; aſt prima opinio vera mihi videtur, quum † Epiſcopus ex priuile- 34
gio, eſt diſpenſatus quod ſemper in ſua Diœceſi non reſideat, vt ſunt ſex iſti Eminentiſſimi Cardinales Epiſcopi, qui Romæ reſident, & ſunt collaterales ſummi Pontificis, quibus ex iure Tridentini non prohibetur quod illis detur alia Eccleſia in commendam, quia abſoluti ſunt à reſidentia, alibi quam Romæ, vnde quod illis detur commendata alia Eccleſia non eſt prohibitum à Trident. ſicut enim habent titulum illius Eccleſiæ à cuius reſidentia ſunt liberi, ita poſſunt habere commendam alterius, etſi Romæ dumtaxat reſideant, vnde clarum videtur quod Concilium in his decretis non loquatur † de his ſex Epiſcopis Car- 35
dinalibus Lateranenſ. ſunt enim ſpecialiter inter Cardinales priuilegiati, quare ſi de eis non fiat expreſſa mentio eorum ſingulare priuilegium (quod cedit in authoritam

Papæ

Papæ & Eccleſiæ Lateranenſis quæ apex eſt & vertex aliarum omnium Eccleſiarum) non intelligatur derogatum.

36 Dixi ex iure Trident. preciſè † nam ex iure nouo Vrbani VIII. contrarium eſt ſequendum, quia ſic determinauit Pontifex in Bulla quæ, incipit. *Sancta Synodus Tridentina edita anno.* 1634. *die.* 7. *Decemb. & Pontificatus ſui anno.* 12. ibi. *Nos pro noſtro Paſtorali debito, nedum animarum præfatarum ſed etiam Eccleſiarum indemnitati prouidere volentes in Conſiſtorio noſtro ſecreto declarauimus eoſdem S.R.E. Cardinales, qui aliis Eccleſiis Metropolitanis, aut Cathedralibus præerant & apud eas non reſidebant, non feciſſe nec facere fructus ſuos, etiam ſub prætextu quod alicui ex dictis Eccleſiis Epiſcopalibus, quibus Cardinales in ordine priores præeſſe ſolent præſideant, & ibi vel in vrbe commorentur, aut cuiuſuis tolerantia, vel facultatis præterquam per breue ſpeciale noſtrum vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis ſibi conceſſa, &c.* Quare hoc ita tenendum eſſe cenſeo, vt ſua diplomate ſanctiſſimus, quod integrum dabo ad finem huius primi Tomi.

RESOLVTIO VIII.

Vtrum Cardinalitia dignitas excuſet.

SVMMARIVM.

1. *An Cardinalis ex vi Cardinalitiæ dignitatis eſt liber à reſidentia in Epiſcopatu multum diſtante à Romana Curia, & num.* 2.
3. *Ante Bonifacij VIII. tempora pauciſſimis Cardinalibus, idque raro, & nonniſi ex graui cauſa Epiſcopatus iura demandabantur.*
4. *Cardinales ſi ſint Epiſcopi & Paſtores iure antiquo non poſſunt eximi lege aliqua generali.*
5. *Cardinalatus an incompatibilis ſit cum Epiſcopatu.*
6. *Innocentius IV. ſtatim atque coronatus fuit Pontifex omnes Cardinales Epiſcopos à Curia abiecit.*
7. *An Cardinalis Epiſcopus excuſatus ſit à reſidentia perſonali in ſuo Epiſcopatu?*
8. *Cardinalatus Romanæ Eccleſiæ in quot diſcipulis ſit ſignificatus de iure diuino?*
9. *Quando ſunt duæ obligationes iuris diuini incompatibiles, quæ ſequenda?*
10. *Cardinalis eſt adſtrictus iure Vniuerſalis Eccleſiæ, cuius bonum præferendum eſt bono particulari.*
11. *An teneantur Cardinales aſſiſtere Papæ, vt conſulant in rebus agendis, concernentibus totam Rempublicam Chriſtianam?*
12. *Papa conſilio, aſſenſu Dominorum Cardinalium vniuerſalem Eccleſiam regit, diſponit & ordinat.*
13. *An Cardinales non poſſint ex Curia Romana diſcedere ſine licentia expreſſa Papæ.*
14. *Ioannes XXII. expreſsè excipit Eminentiſſimos Cardinales à reſidentia beneficiorum curam animarum habentium.*
15. *An Cardinales Papæ aſſiſtentes habeantur pro reſidentibus.*
16. *Auguſtini Germonij ſententia, & n.* 17.
18. *An cauſa non reſidendi ſit iuſta.*
19. *Priuilegium aliquod corpori iuris inſertum, niſi fiat de illo expreſſa mentio, non intelligitur reuocatum quod eſt de iure communi, & n.* 20.
21. *An Cardinales Epiſcopi non teneantur reſidere ſiue ante Cardinalatum ſiue poſt ipſum Epiſcopi conſecrentur & n.* 22.
23. *An ex vi Tridentini non tenentur Cardinales Epiſcopi non reſidere Romæ, ſed ſolum tenentur reſidere in ſua Diœceſi, ſi non aſſiſtunt Romæ.*
24. *Niſi Papæ voluntas ita clarè expreſſetur poteſt Epiſcopus Cardinalis Romæ reſidere tutus in conſcientia, & n.* 25.
26. *Pontifex noluit quod Cardinalis in ſuo Epiſcopatu non reſideret.*
27. *Cardinalis etſi habeat ex vi ſuæ dignitatis ſponſam ſuam Romanam Eccleſiam vt coadiutor Papæ, tamen dum eſt Epiſcopus habet altam.*
28. *An exemptus ſit ex vi ſuæ dignitatis Cardinalitiæ à reſidentia.*

SED dubium eſt, an † Cardinalis ex vi Cardinalitiæ dignitatis eſt liber à reſidentia in Epiſcopatu multum diſtante à Curia Romana? quod dubium aut poteſt exagitari de iure communi antiquo, aut ex iure nouo, Concilij Tridentini, & Bullarum Apoſtolicarum, quas poſt ipſum edidero Summi Pontifices, & quidem, quod Papa poſſit diſpenſare non obſtante Concilij, & Summorum Pontificum decreto, & bullis de nouo editis ita certum eſt, quod contrarium ſit temerarium, vt tenet Bellarminus, *in Obſeruationibus doctrinæ ad caput primum ſeſſio.* 23. *littera. S. verſ. an autem.* 1

Si tamen quæſtio agatur & iure communi antiquo pro vtraque parte ſunt argumenta non contemnenda pro negatiua eſt, *caput bonæ memoriæ el* 1. *de poſtul. Prælatorum.* vbi Pontifex non admiſit poſtulationem factam de Presbytero Cardinali Sanctæ Pra- 2

xedis, quia (ait) *eiuſdem Cardinalis præſentia vtilior eſt non ſolum Romanæ, ſed etiam vniuerſali Eccleſiæ.* Ergo ex vi Cardinalitiæ dignitatis non eximitur à reſidentia.

3 Secundò, quia † ante Bonifacij octaui tempora, pauciſſimis Cardinalibus idque rarò, & nonniſi ex graui cauſa Epiſcopatus iura demandabantur quia ſi Cardinali datur titulus Eccleſiæ, infra vrbem ergo aliam Eccleſiam ſponſam habere non poteſt, eſſet enim impoſſibile in Epiſcopatu & in titulo, cui tenetur. *cap. 2. de clericis non reſidentibus.*

Tertiò, quia ſi Cardinalles ſunt Epiſcopi & Paſtores tenentur iure diuino adſtricti ad reſidendum in ſua Diœceſi, ergo

4 † iure antiquo non poſſunt eximi lege aliqua generali, ita vt ex vi ſuæ dignitatis teneantur, non reſidere quia contra ius diuinum non poteſt lex humana ferri quæ valida ſit.

Quartò, quia de iure communi Cardinalatus, & Epiſcopatus ſunt beneficia incompatibilia, vt manifeſtè conſtat *ex capite bonæ memoriæ*, ex quo id Dominus Caietanus docet 22. *quæſtio.* 185. *art.* 5. §. *ſecundo iuxta doctrinam iuris communis.* Vnde etiam ante concilium Tridentinum, *in reformatione, per electos Cardinales ſub Paulo tertio*

5 *abuſu octauo concluſum fuerit † Cardinalatum cum Epiſcopatu incompatibilem eſſe.* Vnde Villadiego, *tractatu de origine Cardinalium, quæſtio.* 5. *num.* 17. probat quod Cardinalis ad Epiſcopatum non eligitur ſed poſtulatur, quia eſt incapax vt eligatur propter incompatibilitatem vtrius dignitatis, & ſic

6 † Innocentius quartus ſtatim vt coronatus fuit Pontifex omnes Cardinales Epiſcopos à Curia abiecit & coegit abire in ſuas Eccleſias, ſub Anathemate exceptis illis qui propter loci vicinitatem; permittuntur in Romana Curia intra ſuas diœceſes permanere vt Hoſtienſem Portuenſem &c.

Ex alia parte ſunt plura & efficacia argu-

7 menta ex iure quod † Cardinalis Epiſcopus excuſatus ſit à reſidentia perſonali in ſuo Epiſcopatu, & quod tuta conſcientia ſit reſidens curiæ Romanæ, primo quia eo ipſo quod ſit Cardinalis Eccleſiæ Romanæ habet identitatem perſonalem moralem cum Papa in ordine ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ, vt tenent Ioannes Andreas *cap. requiſiſti num.* 12. *de teſtamentis* & alij quos citat & ſequitur Diana. *tract. de Cardinalibus Reſolutio.* 1. Vnde idem Diana *Reſolutio.* 2. plures & graues Doctores tam antiquos, quam

8 modernos adducit docentes † Cardinalatum Romanæ Eccleſiæ de iure diuino ſignificatum in 72. duobus diſcipulis, quibus ſuccedunt ad iuuamen gubernationis orbis, ita cucus *in inſtitut. canoni. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 52. Lancellotus in templo iudicum. *lib.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 17. Mandfredus. *tractat. de Cardinalibus. deciſio.* 112. Loricus *in theſauro Theolog. verbo Cardin.* §. 10. & nos vtrumque probauimus *ſupra. Reſolut.* 5. §. 2. ergo de iure diuino ſicut Pontifex eſt Epiſcopus Romæ ita Cardinalis cum Pontifice Romæ, vel vbi fuerit curia Romana debet eſſe, probatur conſequentia, quia quando † ſunt duæ 9

obligationes iuris diuini incompatibiles, maior eſt exequenda, atqui maior eſt obligatio gubernationis vniuerſalis Eccleſiæ, cuius eſt Paſtor Summus Pontifex, cui ex iure diuino aſſiſtunt Cardinales, quam obligatio reſidentiæ in proprio Epiſcopatui ergo illa exequenda eſt ex vi Cardinalatus, quamuis enim vtraque dignitas ſit incompoſſibilis, tamen ſemel quod ex diſpenſatione Papæ compatiantur principaliori attendendum, qualis eſt Cardinalatus, cuius munera ſuppleri non poſſunt, per adminiſtratorem ſicut poteſt ſuppleri munus paſcendi oues.

Secundò, *ex capite bonæ citato*, vbi Pontifex dicit, quod † Cardinalis eſt adſtrictus 10

iure vniuerſalis Eccleſiæ, cuius bonum præferendum eſt bono particulari; ergo ſemel conceſſo, quod Cardinalis ſit factus Epiſcopus, excuſatur à reſidentia particularis Eccleſiæ, ne cogatur non reſidere in curia Eccleſiæ vniuerſalis; aliàs ſi non eſt adſtrictus reſidere Romæ non bene Pontifex negaret fieri Epiſcopum Rauennantem Cardinalem Sancti Xiſti poſtulatum.

Tertiò quia, vt dicitur, *capite per venerabilem, qui filij ſint legitimi & capite fundamenta de electio. in* 6. ideo † tenentur Car- 11

dinales aſſiſtere Papæ, vt conſulant in rebus agendis, *concernentibus totam Rempublicam Chriſtianam; decet ipſi Romano Pontifici per fratres ſuos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (qui ſibi in executione officij ſacerdotalis aſſiſtunt libera prouenire Concilia.* Si ergo iure communi, & ex ſua inſtitutione Cardinales ſunt Coadiutores Papæ, quatenus eſt vniuerſalis Paſtor cui commiſſæ ſunt oues Chriſti ex ſua inſtitutione, & iure naturali, & diuino ſuppoſito, quod ſint Cardinales tenentur reſidere Romæ, vt enim ait Cardinalis, *capite quamquam colum.* 2. *verſ. quod ſicut* 2. *quæſtio.* 8. *Sicut Cardine oſtium regitur, ita † con-* 12

cilio, & aſſenſu Dominorum Cardinalium Papa regit diſponit & ordinat vniuerſalem Eccleſiam. Hinc Sanctus Bernardus, *lib.* 1. *de conſideratione ad Eug. appellat Cardinales Seniores populi, & orbis iudices.*

Quartò, quia vt dicunt Ioannes Andreas & Doctores, *ad caput. veſtra. el* 2. *de electione.* † Cardinales non poſſunt ex Cu- 13

ria Romana diſcedere, ſine licentia expreſſa

preſſa Papæ, *habent enim à lat. ligatas*, vt ait Laudenſis, *de Cardinalibus quæſtio* 43. & ſic Ioannes Andreas, *in additionibus ad ſpeculat. titulo de legatis*. Oldradus *conſil.* 48. dicunt quemdam Presbyterum Cardinalem tituli Sancti Marcelli fuiſſe depoſitum, quia ſine licentia Papæ titulum ſuum per quinquennium deſeruit & abſens fuit à Curia.

14 Quintò, quia † Ioannes 22. *in extrauag. execrabilis de prabendis, & dignitatibus*, expreſſe excipit Eminentiſſimos Cardinales à reſidentia beneficiorum curam animarum habentium, dans rationem *Cardinales inquit S. R. E. qui circa nos vniuerſali Eccleſiæ ſeruiendo ſingularum Eccleſiarum commoditatibus inpendunt*, & Gloſſa *ibi verbo circa nos*, dicit quòd Cardinales ſunt ad inſtar ſonatorum lateri Principis aſſiſtentium, ergò iure communi tenentur reſidere Romæ, & lateri Pontificis aſſiſtere, & ita Oldradus. *vbi ſupra* Sarnanus *de viſit. cap.* 2. *à num.* 5. Laudenſis. *quæſtio* 68. Barbatius, *de Cardinalium poteſtate quæſtio* 12. qui alios citant,
15 dicunt quod † Cardinales aſſiſtentes Papæ habentur pro reſidentibus, & faciunt in abſentia fructus ſuos, quia ſeruiunt Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt omnium mater & Magiſtra, aſſumunt enim partem ponderis diei, & æſtus, quia ſunt de viſceribus Papæ, & pars corporis quinimo capitis eius *cap. ex parte de Clericis non reſidentibus. & in proœmio ſexto decret. capite bonæ memoriæ de poſtulat. & capite felicis de pœnis in ſexto.*

Sed dicet aliquis hanc extrauag. derogatam eſſe, per Tridentinum *ſeſſio.* 23. *cap.* 1. ſed contra iniſtò multipliciter & efficaci-
16 ter primò, quia vt ait † Auguſtinus Germonius *tractat. de Cardinalibus paragrapho tibi quoad vixeris*, *numer.* 10. explicans præfatum locum Concilij Cardinales Romæ reſidentes Papæ aſſiſtentes eo ipſo quod Papa illos occupet in congregationibus, conciliis, & vocet ad conſiſtoria in quibus cauſæ communes tractantur, nec illos licentiet, & excludat extra curiam, iam approbat cauſam iuſtam non reſidendi, in propria Eccleſia ſicut approbaret cauſam alicuius Epiſcopi ad non reſidendum. Concilium autem declarat poſſe Epiſco-
17 pos, etiam Cardinales extra ſuam diœceſim eſſe cauſa cognita & approbata, à ſummo Pontifice, & reſpectu Cardinalium Romæ exiſtentium, ſat eſt quod ſit implicita nec requiritur quod ſit in ſcriptis, niſi vt exiſtat alibi, vt in curia Regis vel alterius Principis, ad hoc autem requirunt Cardinales Epiſcopi licentiam, & approbationem in ſcriptis.

Secundò ex eodem Concilio vbi dicitur quod † cauſa non reſidendi iuſta eſt euidens Eccleſiæ vtilitas, & ſi Epiſcopatui 18
ſit annexum aliquod munus & Reipublicæ officium, atqui Cardinalatus eſt dignitas inſtituta, vt Romæ reſideat Cardinalis in euidentem vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem, *capite bonæ, citato extrauag. execrabilis*, & aliis iuribus citatis; rurſus Cardinalatus eſt annexa cura totius Eccleſiæ, vt Barbatius, Sarnanus, Laudenſis & alij citati docent, ergo ex vi Tridentini non tenentur Cardinales reſidere in ſuo Epiſcopatu, ſed ſi reſidet Romæ habetur pro reſidente in illo.

Tertiò, quia quando † priuilegium aliquod eſt inſertum corpori iuris, niſi fiat de 19
illo expreſſa mentio non intelligitur reuocatum, quod eſt de iure communi, atqui priuilegium datum Cardinalibus in extrauag. Ioannis 22. *execrabilis.* eſt in corpore iuris inſerta titulo *de prabendis & dignitatibus* inter extrauagantes communes, ergo cum de illo non fiat expreſſa mentio in Tridentino non cenſetur reuocatum firmat regulam in contrarium, cùm in præfata extrauaganti ſolum excipiantur Cardinales, & filij Regum, cæteri omnes cenſentur comprehenſi ſub illa, etiam ſi ſint in ſeruitio domeſtico Papæ, quamuis in iure excipiantur. *capite cum dilectus capite ad audientiam capite de cætero de Clericis non re-* 20
ſidentibus, niſi expreſſe diſpenſentur à Papa; limitanda ſunt hæc iura per Concilium, quia iſti ſeruitores non adſtringuntur, vt non dimittant officium ſicut Cardinales, quare quando Concilium Tridentinum docet, quod etiamſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia vel diœceſi reſidentiam, intelligendum eſt niſi ſint in Romana Curia, quæ etiam eſt propria Eccleſia Cardinalium, tanquam coadiutores Papæ in officio Paſtorali *capite fundamenta de electio. in ſexto.* & hoc ex vi inſtitutionis dignitatis Cardinalatus; quare ex vi huius Tridentini decreti ſolum adſtringuntur Cardinales Epiſcopi, ad reſidendum in ſua diœceſi, ſi non reſident Romæ Pontifici aſſiſtentes.

Hæc ſunt vtriuſque ſententiæ fundamina pro vtraque valde vrgentia meum iudicium (quod ex animo ſubiicio ſummo Eccleſiæ Paſtori) eſt de iure communi decretalium & extrauagantium † Cardi- 21
nales Epiſcopi non tenentur reſidere ſiue ante Cardinalatum ſiue poſt ipſum Epiſcopi conſecrentur, hoc me quidem iudice manifeſtè probant argumenta ſecundæ ſententiæ ex claris iuribus ibi citatis, quamuis enim reſidentia

perſonalis

perſonalis in propria diœceſi ſit obligatoria, ex præcepro diuino & naturali, vt vidimus, *lib.* 1. tamen etiam ex iure naturali officij & dignitatis Cardinalitiæ tenetur Romæ reſidere pro bono vniuerſalis Eccleſiæ *cap. bona , & extrauag. execrabilis*: Quare niſi Papa declarer, quod eius aſſiſtentia non indiget ſemper cenſetur velle, quod exequarur exercirium ſuæ dignitaris, quæ alrior eſt quam Epiſcopatus, vt declarauit Eugenius IV. *in epiſtola ad Henricum Archiepiſcopum Cantuarienſ.* nam vi-
22 dens Papa Cardinalem Epiſcopum in Romana Curia & non eiicit, imo potius occupat in congregarionibus & aliis muneribus concernenribus vniuerſalem Eccleſiam, & tacet conſentire videtur, & implicitè diſpenſare, quod non reſideat in Epiſcopatu, & ex hac taciturnitate mihi videtur ortum ducere, quod ſex illi Epiſcopi Cardinales Romæ, & non in ſua diœceſi reſideant, nam viciniras diœceſum non excuſat præciſè à reſidenria iuris diuini præcepta, vt conſtat ex pluribus declarationibus Cardinalium circa reſidentiam Parochorum de quibus *infra lib.* 3.

Exiſtimo ſecundo propter argumenta facta in fauorem Auguſt. Germonij, quod
23 † ex vi Tridentini non tenentur Cardinales Epiſcopi non reſidere Romæ, ſed ſolum tenenrur reſidere in ſua diœceſi, ſi non aſſiſtunt Romæ, hoc conſtat ex dictis argumenris, quæ me quidem iudice valdè efficacia ſunt, nec enim voluit Concilium priuare Pontificem coadiurotibus ſui Paſtoralis officij, niſi ipſe Pontifex expreſsè excludar Cardinales Epiſcopos, à curia Romana, vt vadant ad ſuos Epiſcopatus, vr fecit Innocenrius IV. & conſecuti ſunt Pius V. & Vrbanus VIII. ſpeciali bulla edita quam *infra* adducam.
24 Quare † niſi voluntas Papæ ita clarè exprеſſetur poteſt Epiſcopus Cardinalis Romæ reſidere turus in conſcientia, ſi Papa ipſum videns tacet, quia tacens conſentire videtur, quod vtatur exercitio ſuæ dignitaris, quare Diana *vbi ſuprà Reſolutione* 8. *in fine* dicit, Hæc ſententia quæ excuſat Cardinales à reſidenria quamuis mulrorum
25 authorum iudicio ſir firmata, tamen hodie per Tridentinum & Bullam Vrbani VIII. ſuſtineri non poteſt ego quidem dico, quod per bullam Vrbani VIII. nam Tridentinum ſufficienter videtur explicatum ex dictis.

Ad argumenta primæ ſententiæ, quæ noſtræ Reſolutioni videntur opponi. Reſpondetur ad primum, quod illius capitis deciſio pro noſtra ſententia eſt, vt vidimus,
26 noluit † tamen Pontifex, quod Cardinalis non reſideret, in ſuo Epiſcoparu, quia quamuis ex licentia Pontificia liceret non tamen decebar.

Ad ſecundum Reſpondetur, quod etſi † Cardinalis habear ex vi ſuæ dignitaris ſponſam ſuam Romanam Eccleſiam, vt coadiutor Papæ, tamen dum eſt Epiſcopus aliam haber ſponſam, ad euius perſonalem reſidentiam tenerur, quia ex vi dignitatis Cardinalitiæ aſſiſtit vtilitati vniuerſalis Eccleſiæ. 27

Ad tertium Reſponderur, quod in iure illo diuino de reſidenria in propria Eccleſia † eſt exemptus ex vi dignitatis ſuæ Cardinalitiæ, niſi Papa expreſsè contrarium velit, ſicut voluit Vrbanus VIII. alios ſuos anteceſſores ſequens, volens ſe priuare iuuamine Cardinalium Epiſcoporum, vr ſuis Eccleſiis perſonaliter reſiderenr, & oues ſuas paſcerent verbo, & exemplo, non quia ſi vellent non poſſent licitè Cardinales Epiſcopos, ſuos coadiurores in Eccleſiæ vrilitatem detinere in Romana Curia. Vnde Card. Bellarm. *in additionibus ad c.* 1. *ſeſſ.* 23. *Trid.* air, *quod eſt cauſa ſufficiens, vt Cardinalis Epiſcopus excuſetur à reſidentia in ſuo Epiſcopatu, ſi ex mandato Papæ, ei aſſiſtit; quia officium Cardinalis eſt neceſſarium in Curia ad vtilitatem vniuerſalis Eccleſiæ.* 28

RESOLVTIO IX.

De cauſis excuſantibus Epiſcopos à perſonali reſidentia.

SVMMARIVM.

1. *Omnibus Patriarchalibus Primatibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Eccleſiis quibuſcumque, quocumque nomine & titulo præfectis, & ſi S.R.E. Cardinales ſint, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel diœceſi reſidentiam, ex Conc. Tridentino.*
2. *Legitima abſentia cauſas decernit Sacroſancta Synodus Tridentina, & n.* 3.
4. *An cauſa ſufficiens ad tranſlationem, & ceſſionem Epiſcopatus ſit ſufficiens ad diſpenſandum in reſidentia.*
5. *Epiſcopi tranſlatio, depoſitio & ceſſio non tam conſtitutione canonica, quàm inſtitutione diuina ſoli ſunt Romano Pontifici reſeruata, ex Innocentio III.*
6. *Cur tranſlatio, depoſitio & ceſſio ſolum ſint Romano Pontifici reſeruata, ex ſancto Thoma.*
7. *Vt hæc fiant à Summo Pontifice, non eſt æquitas in grauitate cauſæ requirenda.*
8. *Epiſcopus depoſitus propter culpam, an de*

de iure communi non poſſit iterato ad Epiſcopatum reuocari.

9. *Si propter hæreſim vel ſchiſma eſt depoſitus, an reuocandus ad ouium curam.*

10. *Quod Pontifex prudenter indicet Epiſcopum, maiorem fructum in Epiſcopatu ad quem transfertur, an ſit ſatis.*

11. *An Pontifex poterit præcipere in virtute obedientiæ Sanctæ alicui Epiſcopo, vt ſe transferat ad alium Epiſcopatum, ex eo ſolum quod maiorem vtilitatem ſperat accepturas oues Epiſcopatus ad quem transfertur.*

12. *An hic Epiſcopus teneatur obedire Pontifici ſub mortali, & num.13.*

14. *Si ſit alia perſona à Rege propoſita, quæ æqualem, vel maiorem afferat gregi vtilitatem in ſpiritualibus & temporalibus, an teneatur obedire, niſi Pontifex præcipiat.*

15. *Quam ſimilitudinem habeant ceſſio Epiſcopatus & diſpenſatio in reſidentia, & num.16.*

17. *D. Thomas ad tria capita hæc omnia reducit.*

SACROSANCTA Tridentina Synodus, *ſeſſio.23. cap.1. de reformatione.* ſic
1 fatur. *declarat Sacroſancta Synodus † omnibus Partriarchalibus Primatibus, Metropolitanis ac Cathedralibus Eccleſiis quibuſcumque, quocumque nomine & titulo præfectis, etſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam, vbi iniuncto ſibi officio defungi, teneantur, nec abeſſe poſſe, niſi ex cauſis & modis infra ſcriptis. Nam cum Chriſtiana Charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & euidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ vtilitas, aliquos*
2 *nonnunquam abeſſe poſtulent, & exigant, † decernit eadem Sacroſancta Synodus, has legitimæ abſentiæ cauſas, à Beatiſſimo Roman. Pontifice, aut Metropolitano, vel eo abſente Suffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit in ſcriptis, eſſe approbandas, niſi, quod abſentiam inciderit propter aliquod munus, & Reipublicæ officium, Epiſcopatibus adiunctum, cuius, quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ nec eas quidem ſignificare Metropolitano neceſſe erit.*

3 Quæ verba norma ſunt moralis directionis, circa reſidentiam perſonalem Epiſcoporum, & eas enodare opere prætium iudico, nam de cauſis excuſantibus alios Paſtores inferiores *infra* dicam, & priusquam ad cauſas reſpectu Epiſcoporum de-
4 ueniamus, dubitabit aliquis, † an cauſa ſufficiens ad tranſlationem, & ceſſionem Epiſcopatus, ſit ſufficiens ad diſpenſandum in reſidentia? Innocentius Tertius, *in capite inter corporalia. & cap. licet. de tranſlatione Epiſcoporum.* dicit quod hæc tria † *Epiſcopi* 5
tranſlatio, depoſitio, & ceſſio non tam conſtitutione Canonica, quam inſtitutione diuina ſoli ſuæ Romano Pontifici reſeruata. &. Diuus Thomas, *opuſcul.18. de perfectione vitæ ſpiritualis, cap.25.* expreſſe docet Epiſcopum non poſſe ad Religionem tranſire ſine licentia Papæ non eſſe ex conſtitutione Eccleſiæ, ſed eſt ex ipſa obligatione, quâ ſe Epiſcopi obligant ad perpetuam curam plebis habendam, quam doctrinam late & eruditè confirmat. 22. *quæſtio.185. art.4.*
Ratio autem cur † hæc tria ſolum ſint Ro- 6
mano Pontifici reſeruata, eſt, propter votum, quo Epiſcopi ſe obligant ad perpetuam animarum ſiue ſubiectarum, curam habendam, cumque, ex eâdem radice oriatur obligatio reſidentiæ perſonalis cuius diſpenſatio ſoli Romano Pontifici de iure diuino competit, hæc enim quatuor tranſlatio, ceſſio, depoſitio & perſonalis reſidentia cadunt ſub Præcepto diuino, ex quo prohibetur Epiſcopus, transferri, cedere, deponi, & obligatur ad perſonalem reſidentiam.

Cæterum vt hæc fiant à ſummo Pontifi-
ce, † non eſt æqualitas in grauitate cauſæ re- 7
quirenda, nam ad depoſitionem multo maior requiritur, cum ſit neceſſarium delictum iuridicè probatum, & vt ad probationem deueniatur magnum ſcandalum procedere, vel quod ſit Hereticus, aut Schiſmaticus Epiſcopus de his plura alias. *Solum aduerto Doctoris Sancti Doctrinam articulo quarto cita-*
to ad 2. quod † Epiſcopus depoſitus propter 8
culpam, de iure communi non poteſt iterato ad Epiſcopatum reuocari, *cap. nequaquam 7. quæſtio.1.* tamen Pontifex poteſt in hoc iure communi diſpenſare, & iterum reuocari, vel ad eundem, vel diuerſum
Epiſcopatum † ſi tamen ſit depoſitus pro- 9
pter hæreſim aut Schiſma difficillimè reuocandus eſt ad ouium curam.

Ad tranſlationem de vno Epiſcopatu in alium cum hodie ex rationabilibus motiuis, & ad regum inſtantiam fiat tranſlatio ordinarie facilior, & non ita grauis cauſa exi-
gitur; ſat enim eſt, quod † Pontifex pruden- 10
ter indicet Epiſcopum, maiorem fructum, facturum in Epiſcopatu ad quem transfertur, tum in eleemoſynis, quia ditior eſt, tum in animarum fructum, quia amplior.

Sed nunquid † Pontifex poterit præcipe- 11
re in virtute Sanctæ obedientiæ alicui Epiſcopo, vt transferatur ad alium Epiſcopatum ex eo ſolum quod maiorem, vtilitatem ſperat accepturas oues Epiſcopatus ad quẽ transfertur? res eſt dubia, & apud nullum diſputata; exiſtimo primò, quod ſi nulla ſit alia perſona, quæ æque benè paſcat Epiſcopatum

patum ad quē fit tranſlatio ſi Pontifex ponat præceptum, vt eius diſpenſatio acceptetur, † tenetur ſub mortali obedite Pontifici, quia hoc cedit in vtilitatem Eccleſiæ & diſpenſatio eſt licita, quare præceptum de illa acceptanda eſt de te licita, & conſeruatio in priori Eccleſia eſt impeditiua maioris boni. Similiter ſi ex hoc, quod Epiſcopus non acceptet nouum Epiſcoparum ſequitur magnum damnum in temporalibus circa prouiſionem beneficiorum, cum detrimento naturalium, verbi gratia, Archiepiſcopatus Toletanus, cuius amplitudo & beneficiorum multitudo nota eſt, ſi Archiepiſcopus non eſt Cardinalis, cui ex
13 Priuilegio Summi Pontificis competit omnium prouiſio naturalibus facienda ſi Cardinali Epiſcopo præcipiat Summus Pontifex, quod acceptet Archiepiſcopatum, tenetur acceptare, vel ex hoc capite propter bonum publicum.

14 Exiſtimo ſecundò, † quod ſi ſit alia perſona propoſita à Rege, quæ æqualem, vel maiorem afferat gregi vtilitatem in ſpiritualibus, & temporalibus, non teneatur obedire, niſi Pontifex præcipiat, quod eius opinio, quæ probabilis eſt ſequatur, cui ſe debet ſubditus conformare: ſi tamen Rex nō proponat niſi iuſtum iſte tenetur obedire, quamuis alias ſit alia perſona, quæ æque benè inſeruiret, ſed de hoc aliàs dixi conſultus an Eminentiſſimus Cardinalis de Sandoual Epiſcopus Giennenſis, teneretur, acceptare Archiepiſcopatum Toletanum cum in tranſlatione diſpenſaret Summus Pontifex, tenebatur enim dubio procull.

15 Maiorem ſimilitudinem habent † ceſſio Epiſcoparus & diſpenſatio in reſidentia, ſicut enim tenetur quis perſonaliter reſidere & inuigilare ſuper gregem ſuum, ita tenetur iure diuino non deſerere gregem in quo fuit poſitus ab Spiritu ſancto, vt tegetet & paſceret, quare æqualis cauſa videtur ad vtrumque requiſita D. Thomas *articulo* 4. *citato*, aliquas ponit ad ceſſionem, quæ continentur his verſibus.

Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis;
Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cadere poſſunt.

16 Quas ponit Summus Pontifex, *cap. niſi cum pridem* 10. *de renunciatio*, de quibus latè Barboſa, *ibi in collectaneis, & de poteſtate Epiſcopi allegatio.* 79. *à num.* 75. Tamburinius *de iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 13. *quæſt.* 1. *numero* 10. D. Thomas tamen † ad tria capita
17 hæc omnia reducit: primum eorum, quæ ſe tenent ex parte ipſius Epiſcopi, vt debilitas corporis, ex infirmitate accidentali, aut ex ſenectute, mala conſcientia, irregularitas, ſcandalum: ſecundum ex parte plebis, quæ ipſum odit tanquam inimicum. Tertium ex parte extraneorum, qui ipſum perſequuntur, de quibus latè Authores citari, & Syluius 22. *quæſtio* 185. *art.* 4. ſed in diſpenſatione à perſonali reſidentia ad alia capita reduxit Concilium Tridentinum, *vbi ſupra*, quæ ſigillarim ſunt enucleanda.

RESOLVTIO X.

Quid Concilium per Chriſtianam charitatem?

SVMMARIVM.

1. *Per Charitatem Chriſtianam à Concilio poſitam, vt primam cauſam non reſidendi, quid intelligatur.*
2. *An relicto proprio grege vicario idoneo commendato poſſit Epiſcopus ad tempus neceſſarium in aliena prouincia & diœceſi commorari.*
3. *Officium Epiſcopi circa qua verſetur, ex Dom. Caietano.*
4. *Quod ſpirituale ſit magis neceſſarium, quàm aliud?*
5. *Quod humana prudentia relinquatur penſandum?*
6. *Ex doctrina Eminentiſsimi Cardinalis Cajetani quid colligendum.*
7. *Hæreſis ſicut cancer ſerpit.*
8. *An Epiſcopus poſſit deſerere gregem prouidendo de adminiſtratore prudenti, & ſufficienti inſtructus ſcientia.*

OMMVNIS, & certa ſententia, † per 1 Chriſtianam charitatem à Concilio poſitam, vt primam cauſam non reſidendi, intelligunt proximorum vtilitatem, quando ſcilicet Epiſcopi induſtria, & in rebus agendis dexteritas, prudentia, maximè ſi iam ſit experta neceſſaria eſt ad inimicitias, graueſq; diſcordias, & alterius populi peccata vitanda, maximè contra fidem propter adſtantes hæreticorum turmas, quas Epiſcopus ſua prædicatione diſperget, & populum in fide conſolidabit, tunc enim † relicto proprio grege vicario idoneo commendato, poteſt ad tempus neceſſarium 2 in aliena prouincia & diœceſi commorari, ita Toletus *in ſumma lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 3. *verſ. per Chriſtianam charitatem* Palao, *tractatu* 17. *diſp.* 5. *punct.* 4. *num.* 3. Marcus Antonius Genue. *in manual. Paſtorum, cap.* 31. *num.* 3. Molfeſius *tract.* 6. *cap.* 11. *num.* 9. Sanctarellus *variarum quæſtio.* 3. Barboſa *de poteſtate Epiſcoporum allegat.* 53. *n.* 3. & aliis terminis non meminentes Concilij Tridentini docuerunt

cuerunt, Soto, *lib. decimo, de iuſtitia, quaſt.* 3. *articulo quarto*. Caietanus 22. *quaſtio* 185. *articulo quinto*, §. *dupliciter*, & Sylvius, *ibi quaſito vnico*, §. *charitas*. Couarruuias, *lib.* 3. *variarum capite* 13. *numero* 9. Cordub. *libro* 1. *quaſtio*. 18. Vaſquez, *de beneficiis, capite* 1. §. 1. *dub.* 2. ſed audiamus Dominum Caietanum, cuius integrum commentarium *ſuprà lib.* 1. dedi digeſtum, nullus enim poſt Diuum Thomam melius ſcripſit de reſidentia Epiſcoporum, quare non erit inutile aliqua
3 verba etiam repetere.† *Officium Epiſcopi cum pracipuè circa ſpiritualia, verſetur & ſpirituale eſt magis neceſſarium Eccleſia, quàm temporale non licitè Epiſcopus propter temporalem negotium alterius perſona vel Eccleſia priuaret Eccleſiam ſuam ſpirituali paſtu, ad quem perſona ſua praſentia tenetur, ſed è contra optimè faceret ſi in temporalibus damnum ſuſtineret, vt alteri in ſpiritualibus ſubueniret; ſimiliter*
4 *cum* † *vnum ſpirituale ſit magis neceſſarium quam aliud puta negotium fidei vel pacis, quam adminiſtratio Sacramentorum & huiuſmodi laudabiliter Epiſcopus pro negotio fidei vel pacis in aliena moraretur Eccleſia, poſſet tamen tanta neceſſitas alteri Eccleſia vel perſona in minus bono ſpirituali imminere, vt laudabiliter Eccleſia eligeret ſuſtinere aliquod detrimentum in ſe ipſa per ſubtractionem ſui Paſtoris ad tempus, vt tanta alterius neceſſitati ſub-*
5 *ueniret. Prudentia* † *autem humana relinquitur penſanda quantitas aliena neceſſitatis cum quantitate damni ſpiritualis, pracipuè Eccleſia propria ſi enim bona fide prudens propter aliquod pietatis opus Eccleſiam ſuam ad tempus corporaliter deſerit, etiamſi minus rectè iudicaret non imputaretur ei ad culpam mortalem ab eo qui intuetur, quod cogitationes mortalium timida & incerta prouidentia noſtra*, hactenus Card.

6 Ex qua † doctrina colligitur primò, quod ſi Epiſcopus mittatur à ſummo Pontifice ad aliam Eccleſiam, in qua eſt periculum labendi in hæreſim & apoſtatandi à fide, quamuis in propria Eccleſia ſequatur notabile damnum in adminiſtratione Sacramentorum, & prædicatione verbi Dei, aut aliis moribus licitè poteſt Epiſcopus adire, quia maiori malo Eccleſiæ eſt ſuccurrendum,
7 † hæreſis enim ſerpit ſicut cancer & vna Prouincia infecta contagio ſuo, alias inficit, quod tenet verum ſi non ſint alij, qui ita bene ſolicitè, & prudenter malo imminenti obuiarēt; quod ſi Epiſcopus vadit deſerens ſuam prouinciam, ſummo Eccleſiæ Paſtori qui illum mittit, competit prouidere de remedio ad euitandum damnum.

Colligitur ſecundò, ad Chriſtianam pietatem pertinere, ſi ſamilia Epiſcopi, hoc eſt puritas ſanguinis, vel infamia de læſa Maieſtatè immineret, ſi † prouideat de admi- 8
niſtratore prudenti, & qui vigeat zelo Sancto, & ſit ſcientia ſufficienti inſtructus poteſt deſerere gregem ſuum illi commiſſum, vt ſua ſtemmata, & puritatem defendat, ſiue dicat bona fide profuturum, & quamuis minus rectè iudicet, non tamen imputabitur ad mortale, & Eccleſia eligeret laudabiliter ſuo Paſtore ad tempus carere, vt ſuam defendat ſanguinis puritatem, & dedecus quod imminet quod in Eccleſiæ ſuæ non parum verget honorem, quod prudens rectè iudicet penſans quantitatem huius familiæ, neceſſitatis cum quantitate damni, quod poteſt contingere ex temporali Paſtoris abſentia, neque hoc eſt contra ordinem charitatis quando prouidetur, de Vicario prudenti, & per accidens eſt quod ſequatur damnum ſpirituale.

RESOLVTIO XII.

Quid vrgens neceſsitas?

SVMMARIVM.

1. *Diui Auguſtini ad Clerum & vniuerſam plebem Hypponenſem ſe excuſantis epiſtola, & n.* 2.
3. *Vrgentem inter & extremam neceſſitatem diſcrimen, & n.* 4.
5. *Vtrum Epiſcopi poſſint ſe abſentare.*
6. *An ob tyranni vel populi inſolentis perſecutionem licita ſit abſentia.*
7. *An Paſtor poſſit ſe abſentare dum imminet damnum in ſpiritualibus proprij gregis.*
8. *Paſtor debet minus aſtimare vitam propriam, eiuſque detrimentum quam proprij gregis.*
9. *S. Athanaſius an inſtinctu diuino ſe abſentauit.*
10. *An ad vrgentem neceſſitatem pertineat quod Epiſcopus abſens ſit à propria Eccleſia vt ſit in Concilio generali, Prouinciali, aut Nationali.*
11. *An aſſiſtentia propria in Concilio non ſit admodum neceſſaria.*

Diuus Auguſtinus † *epiſtola* 138. *ad Clerum, & vniuerſam plebem Hipponenſem* 1
excuſans ſe, quod aliquandiu non reſideat, ſic fatur. *Peto charitatem veſtram, & per* IESVM CHRISTVM *obſecro, ne vos contriſtet, mea abſentia corporalis, nam ſpiritu,* &

& cordis affectu puto vos non dubitare nullo modo me à vobis poſſe diſcedere, quamuis me amplius contriſtet, quam forte vos ipſos, quod infirmitas mea ſufficere non poteſt omnibus curis, quas de me exigunt verba Chriſti,
2 *quibus me & timor eius, & charitas ſeuire compellit, illud vero nouerit dilectio veſtra, nunquam me abſentem fuiſſe licentioſa libertate, ſed neceſſaria ſeruitute, quæ ſæpè ſanctos fratres, & collegas meos, & labores marinos, & tranſmarinos compulit ſuſtinere, à quibus me ſemper non indeuotio mentis, ſed minus idonea valetudo corporis excuſauit*, vbi ſanctus Doctor pro eodem accipit, *neceſſa-*
3 *riam ſeruitutem*, ac concilium † *vrgentem neceſſitatem*; non dicit *extremam*, quia vbi eſt extrema neceſſitas ſalutis animarum, quibus ſuccurrere poteſt Epiſcopus tenetur iure naturali, non reſidere, vt illis ſubueniat; de vrgenti neceſſitate dubium eſt, quæ dicatur in præſenti?

Ex quo colligunt omnes, quod infirma valetudo à qua commodè ſanari in ſua
4 Diœceſi non poteſt, vel ob acris in ſalubritatem Medicorum & medicamentorum indigentiam, vel quia neceſſarium ad balnea adire, poteſt Epiſcopus abſentari toto illo tempore, quod Medici prudentes, & timoratæ conſcientiæ, & non adulatores, aſſentatoreſve iudicauerint, dummodo de gubernatore competenti prouideat, ſi tamen morbus perpetuus ſit, & inſanabilis nullatenus licet Paſtoribus gregem deſerere, ita Armendariz in additionibus, *libro 2. titulo vigeſimo tertio, lib. 2. §. 2.* Rubrica
5 † *vtrum Epiſcopi poſſint ſe abſentare, numero 4. & 7.* vbi dicit deciſum eſſe à ſacra Congregatione, cuius deciſionem refert Bellarminus, *ſeſſio. 23. capite 1.* ibi *non licet Epiſcopo abſentare ſe ab Epiſcopatu ſuo etiam propter morbum perpetuum*, quod ego intelligo ſine Papæ diſpenſatione ad quam faciendam ſufficiens cauſa eſt morbus perpetuus, non tamen magna ſenectus.

6 Secundò conueniunt omnes, quod † tyranni aut populi inſolentis perſecutio perſonæ non Eccleſiæ, aut aliarum ouium ſuarum, etſi ſit perſecutio perſonæ quam inimici quærunt interficere, non tamen timetur magnum damnum Eccleſiæ, aut ouium ſpirituale detrimentum, tunc enim licita eſt abſentia à plebe & fuga Prælati, ſic fecere multi & inſignes ſancti, ſanctus Ioannes Euangeliſta, ſanctus Thomas Cantuarienſis, ſanctus Staniſlaus, & innumeri alij, ſi
7 tamen † immineret damnum in ſpiritualibus proprij gregis, ex nulla cauſa poteſt ſe abſentare Paſtor, quia *bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Ioannis 10. numero 10.* ita enim ſtrictiſſimi iuris eſt paſtorale munus, & ita arctè obligat, † quod munus debet æſtimare propriam vitam, eiuſque detrimentum, quam proprij gregis, vt eſt Patrum indubitata ſententia, quam manifeſtè colligunt ex præfato Ioannis teſtimonio. Ita Auguſtinus, *libro de Paſtoribus capite octauo.* Nicolaus Papa relatus *capite ſciſcitaris 7. quæſtione octaua.* Bernardus *libro de perſecutione ſuſtinenda capite trigeſimo primo*, Athanaſius *in epiſtolam ad Hebræos, capite vltimo*, quod ſi dicas, quod Beatus Athanaſius ſuum gregem relinquebat expoſitum lupis rapacibus Arrianis, quorum hæreſi totus penè orbis infectus erat; ergo cum periculo detrimenti ſpiritualis ouium licita eſt fuga, & abſentia à proprio grege. Reſpondetur † ſanctum 9
Doctorem hoc feciſſe inſtinctu diuino, vt totam Eccleſiam defenderet, & articulum *conſubſtantialitatis*, trium perſonarum diuinarum, tunc enim nomine totius Eccleſiæ legatione fungebatur, pro Chriſto, ſi autem Arriani ipſum caperent abſque dubio interficerent cum magno totius Eccleſiæ detrimento, pro quo tanquam pro bono corporis licitè permittebatur detrimentum alicuius partis minus principalis.

Tertiò conueniunt omnes † ad neceſſi- 10
tatem vrgentem pertinere, ſi Epiſcopus abſens ſit à propria Eccleſia, vt ſit in Concilio generali, Nationali, aut Prouinciali. Hæc enim aſſiſtentia ad præfata Concilia, eſt munus Epiſcopale altiſſimum, cum pertineat ad totam Eccleſiam, nationem, aut prouinciam, agitur enim de bono communi, quare ſi prouiſo adminiſtratore conuenienti aliquod detrimentum ſequatur in propria diœceſi permittendum eſt, quia potius eſt bonum totius, quam partis, verum eſt quod † aſſiſtentia propria in con- 11
cilio non eſt admodum neceſſaria, quia ſunt multi alij, qui benè, doctè, & prudenter tractent ibi materias communes, eaſque proponãt ſummo Eccleſiæ Paſtori, ſine cuius voto deciſiuo nihil agetur, & ſine illo nihil canonice decernitur, & ex alia parte ſit valdè neceſſarius ſuæ Eccleſiæ, non tenetur Epiſcopus aſſiſtere Concilio, imo maior poteſt eſſe neceſſitas in ſua Eccleſia, quam intereſſentia Concilij, quod non poſſet ſe abſentare tura conſcientia, quamuis de hoc certiorem debeat facere Summum Pontificem, vel Præſidem Concilij.

RESOLV

RESOLVTIO XIII.

An votum peregrinationis ſit vrgens neceſſitas?

SVMMARIVM.

1. *An ſi Epiſcopus fecerit votum alicuius magnæ peregrinationis, teneatur ſub præcepto ad illud implendum, etiam non reſidendo & ſic voti adimpletio ſit vrgens neceſſitas.*
2. *In Paſtoris conſecratione eſt votum reſidendi perſonaliter ex D. Thoma.*
3. *An ſi quidam Epiſcopus fecit votum peregrinationis Hieroſolymitanæ, quod Pontifex non declarauit eſſe irritum & nullum, imò potius illud commutauit, an ſit validum.*
4. *Quando id licitum fuiſſe Epiſcopis, dicat Sanchez.*
5. *Votum longæ peregrinationis quod excedat ſpatium trium menſium ſi fiat ab Epiſcopo qui habeat actualem onium curam, & non ſit expreſsè diſpenſatus an ſit irritum ipſo facto.*
6. *Quando id votum ſit irritum, ex Sanchez.*
7. *An votum factum ab Epiſcopo ingrediendi religionem ſine expreſſa licentia Papæ eſt nullum, & inualidum.*
8. *In Epiſcopi conſecratione an votum Religionis impediatur.*
9. *Quouſque diſpenſatio à Papa ſit facta, materia voti ingrediendi Religionem eſt impeditiua maioris boni.*
10. *Ante actualem diſpenſationem materia voti de eleemoſyna eſt ex natura rei oppoſita cum materia voti paupertatis.*
11. *Inter ea quæ ſunt inhibita, quia mala, & inter ea quæ ſunt mala quia inhibita manifeſtũ intercedit diſcrimen, & n. 12.*
13. *Materia reſidentiæ ex natura ſua eſt oppoſita materiæ voti Religionis.*
14. *Exemplum affertur, & n. 15.*
16. *Si Epiſcopus dum emittit votum Religionis aut longæ peregrinationis expreſſe ponat conditionem, ſi Papa diſpenſauerit, an tunc validum ſit votum.*
17. *Papa diſpenſante in reſidentia non eſt Epiſcopo Religio impeditiua maioris boni præcepti iure diuino.*
18. *An Epiſcopus qui ſub conditione expreſſa vouit Religionem teneatur petere licentiam, & diſpenſationem in reſidentia.*
19. *An quando ſuperioris conſenſus conſecutio facilis eſt, ſit etiam licentia.*
20. *Quandonã obligatio voti maneat ſuſpenſa.*
21. *Qui fecit votum Religionis exprimens conditionem, ſi Papa diſpenſauerit, quas cauſas prudenter iudicare debet.*
22. *An Pontifex in præcepto diuino de perſonali reſidentia non poſſit diſpenſare ſine cauſa ſufficienti.*
23. *An Epiſcopus qui vouet Religionem, ſi Papa diſpenſauerit, ſi iudicatur à viris timoratis quod cauſa non ſit ſufficiens excuſetur à petitione illius.*
24. *Qui facit votum dandas magnas eleemoſynas ſi illi det Archiepiſcopatum Pontifex an ſint exercitia virtutis.*
25. *Votum longæ peregrinationis & Religionis ab Epiſcopo factum, an ipſo iure irritum ſit, remiſſiuè, & n. 26.*
27. *Domini Caietani ſententia affertur.*
28. *Licèt præceptum ſit affirmatiuum obligans ſemper, ſed non pro ſemper; tamen obligat ſemper ad reſidendum continuè perſonaliter, ex D. Caiet.*
29. *Quid ſit modicum tempus ratione cuius moraliter non diſcontinuetur reſidentia continua, quæ præcipitur.*
30. *Cuius arbitrio relinquatur modicum tempus.*
31. *Modicum tempus quod dicatur, ex Graſſis.*
32. *Corſeti ſententia.*
33. *Papa poſt Concilium Tridentinum poteſt declarare attenta qualitate perſonæ & conſideratis aliis circumſtantiis, quod modicum tempus non diſcontinuans reſidentiam ſit pluſquam tres menſes, vel vnius anni.*
34. *Alexandri III. ſententia, & n. 35.*
36. *Quando nondum erat detractum quid ſit modicum tempus ad non reſidendum.*
37. *Quid ſit modicum tempus ſuppoſita declaratione Concilij.*
38. *Epiſcopus ſatis prudenter facit qui tale votum emiſit.*
39. *Sanchez ſententia.*
40. *An Prælati regulares poſſent vouere votum tranſmarinum in ſubſidium terræ Sanctæ, ex Barboſ.*
41. *An prius debeat Epiſcopus implere votum quàm fiat Epiſcopus.*

SED modo ſupereſt, an ſi † Epiſcopus fecerit votum alicuius magnæ peregrinationis, verbi gratia, Hieroſolymitanæ, aut Compoſtellanæ teneatur ſub præcepto ad illud implendum, etiam non reſidendo & ſic voti adimpletio ſit vrgens neceſſitas de qua Concilium? Et quidem hoc votum, aut commiſſum eſt ante ſuſceptionem Epiſcopatus; aut poſtquam quis factus eſt Epiſcopus, & Paſtor conſecratus, in cuius † conſecratione, vt ſuprà vidimus *ex Diuo Thoma*, eſt votum reſidendi perſonaliter de voto iſto facto ab Epiſcopo poſt conſecrationem dicit Thom. Sanch. *lib. 4. ſumm. c. 25.* ſecutus Suarez, *tom. 2. de Relig. tra. 3. de voto, c. 4.* Ta- 1 2

bienna, *verbo votum* 5. *q*. 2. *n*. 1. quod eſt validum, ſicut votum ſubditorum de rebus licitis, quia in tali voto eſt imbibita conditio affirmatiua, ſi ſuperior conſenſerit, & in voto Epiſcopi, ſi Papa diſpenſauerit, quia iſtis non ſubeſt aliqua ratio cur ſit nullum votum, niſi ratione materiæ prohibitæ, quæ ſaluatur, ex illa imbibita condi-
3 tione, ſi auferatur prohibitio. Secundo, quia *capite magna, de voto*, quidam † Epiſcopus fecit votum peregrinationis Hieroſolymitanæ, quod Pontifex non declarauit eſſe irritum, & nullum, imo potius illud commutauit, atque ita ſuppoſuit illud eſſe validum. Tertiò, quia votum in Hieroſolymitanum ſubſidium licitum erat, emittere, & exequi ab Epiſcopis inconſulto Summo Pontifice, vt docent Butrius, *cap. ſcripturæ num* 4. *de voto* Abbas *numero vltimo*, Cardinalis *numero* 3 *quæſtio*. 8. Ananias *numero* 9. Cardinalis, *cap finali numero vnico quæſtio*. 2. Anchattanus, *capite magna numero* 12. *de voto*, & alij de quibus aſſenti-
4 tur ipſe Sanchez, *numero* 42. *in fine*, aliis citatis dicens † id fuiſſe licitum Epiſcopis, quando omnibus generaliter concedebatur aditus in terram ſanctam, at cum hodie hic aditus non pateat, indiget Pontificia licentia, quare ex vi reſidentiæ perſonalis non eſt irritum votum, adeundi in ſubſidium terræ ſanctæ.

Sed hæc Sanchez, & ſequacium opinio
5 mihi ſummè diſplicet, exiſtimo enim, quod † votum longæ peregrinationis, quæ excedat ſpatium trium menſium, etiamſi ſit Compoſtellanæ & Hieroſolymitanæ, ſi fiat ab Epiſcopo, qui habeat actualem ouium curam, & non ſit expreſsè diſpenſatus in reſidentia, hoc, inquam, votum eſſe ipſo facto irritum, ita Syluester, *verbo voto* 3. *q*. 1 *n*. 4. *q* 4. *n*. 4. Tabienna, *q* 1. *n*. 3. Alu. *in ſpeculo iuris Pontificij*, *cap*. 9. Azor. *p*. 1. *lib*. 11. *cap*. 16. *quæſtio*. 2. Sayrus *in claui libro* 6. *capite* 5. *numero* 24. Antonius Genuenſis *in Manuali capite* 31. *numero* 11. Filliucius *tractatu* 26. *cap*. 6. *numero* 169. dicens hoc votum eſſe inualidum, quia materia eſt iure naturali, & diuino prohibita. Malderus 22. *tractatu* 10. *cap*. 5. *dub*. 7. Richardus *in* 4. *diſtinctione* 38. *articulo* 4. *quæſtio*. 2. Paludanus *quæſtione* 3. *articulo* 1. Maior. *quæſtione* 3. *dub*. 1. Antoninus 2. *parte titulo* 11. *cap*. 5. §. 6. Angelus, *verbo votum* 2. *numero* 1. & 2. & tandem ipſe Sanchez *numero quadrageſimo*. Sic fatur, *iudica-*
6 *rem* † *eſſe irritum id votum, quando attentis circumſtantiis iudicaretur maius Dei obſequium reſidere, nec peteret eius abſentia facultatem, quia tunc tanquam obſtans maiori bono, non obligaret*. Hæc ille, atque longa abſentia vltra ſpatium trium menſium ſemper ex natura ſua, eſt impeditiua maioris boni paſcendi gregem, cuius obligatio eſt de iure diuino. Ergo votum de longa peregrinatione ſemper eſt impeditiuum maioris boni, atque ita nullum & irritum.

Secundò, quia † votum factum ab Epiſco- 7
po ingrediendi Religionem ſine expreſſa licentia Papæ, nullum eſt, & inualidum, vt expreſsè tenent D. Thomas *quæſt*. 185. *art*. 4. Sayrus *vbi ſupra*, & alij citati, & colligitur manifeſtè *ex capite niſi cum pridem de renunciatione*, votum enim renunciandi Epiſcopatum nullum eſt, quia eſt impeditiuum maioris boni, quod promiſit Epiſcopus voto perpetuo, & ſolemni in ſua conſecratione, vt expreſsè ſanctus Thomas *quæſt*. 189. *art*. 7. de vacando diuinis obſequiis in procuranda proximorum ſalute, ratione curæ Paſtoralis, quam † ex natura ſua impedit vo- 8
tum Religionis; ergo iſtud ex natura ſua nullum eſt, niſi antecedat prius Pontificis licentia, & diſpenſatio in vinculo matrimonij contracti cum Eccleſia.

Neque valet dicere, quod tale votum Epiſcopi eſt validum ſi Pontifex diſpenſauerit, aut licentiam conceſſerit tranſuolandi ad religionem. Hoc, inquam, manifeſtè reiicitur, quia † quo vſque ſit facta 9
diſpenſatio, materia huius voti eſt impeditiua maioris boni, & contra maiorem obligationem ſcilicet iuris diuini, de paſcendo grege ſibi commiſſo, atque ita votum de tali materia ipſo facto eſt irritum. Sicut ſi Religioſus Profeſſus faciat votum elargiendi mille in eleemoſynam, ipſo facto eſt nullum & irritum, quia quamuis Pontifex poſſit diſpenſare in voto ſolemni paupertatis iuxta ſententiam Sanchez & aliorum, tamen, quia † ante 10
actualem diſpenſationem, materia voti de eleemoſyna eſt ex natura rei oppoſita cum materia voti paupertatis, nullus hucuſque dixit, quod tale votum eſt validum, & conditionale, ſi Papa diſpenſauerit, atqui materia voti Religionis non eſt minus oppoſita ex natura rei cum materia præcepti diuini de reſidentia; ergo votum Religionis factum ab Epiſcopo, actu exercente Paſtoritiam curam, ipſo facto irritum eſt.

Secundò probatur ex manifeſto diſcrimine, quod verſatur † inter ea quæ ſunt in- 11
hibita, quia mala, & ea quæ ſunt mala, quia inhibita: iſta enim cum ſecluſa prohibitione non ſint mala, poſſunt eſſe materia præcepti, & voti in aliquo caſu in quo ordinentur ad aliquod bonum, vt egregiè aduertit Dominus Caietanus, *ſecunda ſecundæ quæſtione* 88. *articulo* 8. §. *vnde ad primum dubium*, at vero ea quæ ſunt inhibita, quia mala ex natura rei, quia ex natura rei ſunt impedi

impeditiua huic perſonæ maioris boni nullo modo eſſe poſſunt huic perſonæ materia voti, licet enim votum Religionis ex ſui forma (vt ait Alexander III. *reſcribens Epiſcopo Trecenſi, cap. Magna, de voto,*) id eſt, ex ſuo genere ſanctum, & honeſtum ſit, tamen ex perſona vouentis minus licitum videtur, cuius ratio eſt perſpicua, quia huic perſonæ ſcilicet Epiſcopo non reſidere, eſt illicitum ex natura rei, & diuino præcepto,
13 & ſic materia † huius præcepti diuini, ex natura ſua eſt appoſita materiæ voti Religionis, quæ in Epiſcopo eſt impeditiua maioris boni, quare ante diſpenſationem, vouere Epiſcopum Religionem, non eſt opus virtuoſum nec in voto imbibitur conditionalis, ſi Papæ placet, quia in his quæ ſunt inhibita ex natura rei, non imbibitur talis conditio, vt ſupra dicebam de Religioſo.

14 Et explico † alio exemplo, quamuis ex iuſta cauſa poſſit Rex mihi applicare diuitias Petri, tamen ſi antequam applicem ego faciam votum elargiendi in eleemoſynam mille quæ ſunt actu Petri, & non mea, num quis dicet tale votũ eſſe validum & conditionale & imbibere conditionem, ſi Rex illas mihi diuitias Petri applicauerit? cuius ratio eſt quia bona Petri ante actualem applicationem non ſunt mea, vnde quando vouco de illis elargiri pauperibus, non intelligitur conditio, ſi Princeps ea mihi applicauerit. Ita eſt in præſenti quia materia voti reſpectu Epiſcopi vouentis
15 Religionem ex natura rei eſt illicita, illi ergo non intelligitur conditionalis ſi Papæ placet, quod ſecus eſt in illis quæ ſunt inhibita iure humano & mala quia inhibita, quia ablata inhibitione poſita ab homine non manent mala, imo ſunt bona, vt actus virtutis abſtinentiæ, & ſimiles; atque ita dum voueo de illis votum eſt validum conditionatè ſi ſuperiori placet, vt eſt communis & certa ſententia, cum Diuo Thoma, *articulo octauo citato, ad tertium.*

16 Si tamen † Epiſcopus dum emittit votum Religionis, aut longæ peregrinationis expreſsè ponat conditionem ſi Papa diſpenſauerit, tunc validum eſt votum, & obligat, poſita conditione ex qua expreſsè
17 poſita oritur quod materia voti Religionis non ſit impeditiua maioris boni, quia † Papa diſpenſante in reſidentia non eſt Epiſcopo Religio impeditiua maioris boni præcepti iure diuino, in quo ſupponitur quod Papa diſpenſet; idem iudicium eſto de Religioſo profeſſo, qui vouet dare mille pro eleemoſyna, ſi Papa diſpenſat in voto paupertatis, nam tale opus conditionale bonum eſt, & virtuoſum.

Verum eſt; quod † Epiſcopus qui ſub hac conditione expreſſa vouit Religionem 18
eſt valdè probabile quod teneatur petere licentiam, & diſpenſationem in reſidentia, ita tenent Paludanus, Antoninus, ſupplementum Gabrielis, Syluester, quos citat & ſequitur Sanchez, *vbi ſupra, numero vigeſimo quarto*, Caietanus 22. *quæſtio octuageſima-octaua, articulo octauo, paragrapho, ad hoc dicitur, & in ſumma verbo Votum capite ſecundo, numero ſeptimo*, ſed ego hanc communem ſententiam intelligerem hoc modo, quod quando † conſecutio conſenſus ſuperioris facilis eſt, & etiam licentia, quia ſunt 19
rationes, quæ prudenter obligare poſſunt ad licentiandum ſubditum circa rem, quam vouet, tenetur ſubditus petere licentiam dicendo expreſsè, quod fecit votum, etſi licentia concedatur tenetur votum implere, quia iam fit abſolutum, eum ſit conditio poſita, ex cuius poſitione tenetur ad actum abſolutum, ſi tamen non concedatur ſi explicuit votum feciſſe, votum manet irritum, & non reuiuiſcit aliquando, ſi tamen non explicuit qualitatem voti, & ſi non teneatur ad illud, quia materia manet ſibi inhibita, & ſic † obligatio voti manet ſuſpenſa. Vnde ſi alio tempore Prælatus licentiam concedat, reuiuiſcit voti obligatio, exeritque vires ſuas, & tenetur ſubditus illud adimplere, quia iam conditio, quam votum exigebat, ponitur de facto, & vſque ad eius poſitionem ſuſpenditur vis obligandi ſubditum, qui non manet obligatus cum materia voti ſit ſibi inhibita. 20

Si tamen, † qui fecit votum Religionis 21
exprimens conditionem, ſi Papa diſpenſauerit, prudenter & timoratè iudicat cauſas, quas habet ad ingrediendum Religionem, & Epiſcopatum relinquendum non eſſe ſufficientes vt Papa diſpenſet, & licentiam concedat, atque iudicent viri timoratæ conſcientiæ; non tenetur petere licentiam, à Papa, ſed ſemper manet votum conditionatum, quo vſque ſuperueniat cauſa, quæ prudenter iudicetur ſufficiens, cuius ratio eſt, quia † Pontifex in præcepto diuino de per- 22
ſonali reſidentia non poteſt diſpenſare ſine cauſa ſufficienti, ſine qua nulla eſt diſpenſatio, vltra peccatum mortale, quod committitur tam à petente, quam à concedente: Ergo † Epiſcopus qui vouet Reli- 23
gionem, ſi Papa diſpenſauerit, ſi iudicatur prudenter à viris timoratis quod cauſa non eſt ſufficiens, excuſatur à petitione illius, præterquam quod qui vouit hoc modo non obligatur, niſi ad ponendum media natura ſua ſufficientia, ad illud implendum;

plendum, at ſi iudicatur prudenter, quod cauſa ad diſpenſandum ad reſidentiam, non eſt ſufficiens nullatenus vouens tenetur ex vi voti ad petendam diſpenſationem, quare votum illud erit ſolum conditionatum validum, eritque actus virtutis Religionis, ſicut votum Religioſi Profeſſi de dando mille in eleemoſynam ſi Papa diſpenſaret in voto Paupertatis,
24 & † votum, quod quis facit dandas magnas eleemoſynas ſi Pontifex illi det Archiepiſcopatum Toletanum, ſunt exercitia virtutis, tum Religionis, tum miſericordiæ, at nec Religioſus tenetur petere talem diſpenſationem, nec alter procurandi Archiepiſcopatum.

25 Id quod dixi, votum † longæ peregrinationis, & Religionis factum ab Epiſcopo, eſſe ipſo iure irritum, vtpotè de materia impeditiua maioris boni, & obligationis, & quod in illo voto non eſt imbibita conditio ſi Papæ placet, hoc inquam intelligi debet de Epiſcopis actu exercentibus munus Paſtorale circa gregem ſuum, non vero de Epiſcopis titularibus non exercentibus actu munus paſcendi oues, cum quibus non eſt neceſſaria actualis diſpenſatio in iure diuino de actuali perſonali reſidentia, quia illam ex defectu materiæ ſibi moraliter impoſſibili habere non poſſunt, &
26 ſic ſolum exigunt licentiam intrandi Religionem, & longæ peregrinationis, quæ iure humano eſt illis prohibita, nec eſt aliqua diſpenſatio iuris diuini neceſſaria, hoc enim in illis conſopita manet, nec exerit vires ſuas, quare in horum Epiſcoporum votis eſt imbibita conditio ſi Papæ placet, & de his intelligo doctrinam Domini Caietani, *in ſumma vbi ſupra numero ſeptimo*
27 citato dicentis, *ſi † Epiſcopus vouerit ingredi Religionem, ſubintelligitur ſi Papæ placet, vnde tenetur requirere ſi Papæ placet; vt impleat votum an non, ſi placet implere, ſi non, irritum eſt votum, quia Epiſcopo prohibitum eſt ingredi Religionem*, hæc ille; iſti enim Epiſcopi, vidui ſunt cum Eccleſia ſponſa ſua ſit extincta, quare ſolum habent vinculum matrimonij in habitu, non in actu.

Ex dictis colligitur, vt egregiè adnotauit Dominus Caietanus 22. *quæſtio.* 185.
28 *articulo quinto*, quod † licet præceptum ſit affirmatiuum obligans *ſemper, ſed non pro ſemper*, tamen obligat ſemper ad reſidendum continuè perſonaliter, quare omnis non reſidentia, quæ per multum temporis diſcontinuat reſidentiam mandatam iure diuino opponitur præcepto reſidendi; & vigilandi ſuper gregem commiſſum Epi-
29 ſcopo, quid autem † ſit modicum tempus ratione cuius moraliter non diſcontinuetur reſidentia continua, quæ præcipitur; pertinet ad ſuperiorem Legiſlatorem, aut ad eius in terra Vicarium, quid autem dicatur modicum tempus variè & iuxta varia negotia, & negotiorum circunſtantias, determinatur in iure, vt videre eſt apud Antonium Corſetum *tractatu de minimis, qui habetur tomo decimo octauo D D. parte ſecunda, numero decimo octauo.* Albericum *in dictio. verbo modicum temporis*, Brixianum, *in repertorio*, qui dicunt quod † modicum 30
tempus relinquitur arbitrio iudicis ſecundum qualitatem operis, loci & temporis & perſonarum iuxta Bartolũ *lege ſi ſuſceperit, Paragrapho* 1. *D. de iudiciis, in verbo modica*, Gloſſa *capite præterea, verbo breue de ætate, & qualitate.* Vnde Graffis *libro ſecundo de arbitriis capite quadrageſimo primo, numero decimo*, dicit, quod † modicum tempus ali- 31
quando dicitur viginti dies, aliquando biennium, aliquando vnus annus, aliquando ſeptennium, aliquando ſexdecim menſes, vt determinauit Rota *in vna Nepheſina Canonicatus vigeſimo quinto Februarij milleſimo ſexconteſimo vigeſimo quinto, coram Domino Merlino*, cum autem Concilium Tridentinum modicum tempus circa Epiſcopalem reſidentiam perſonalem declarauerit eſſe trium menſium dumtaxat, atque ita ſi ſit huius modici tẽporis exceſſus, non reſidentia ex natura rei opponitur præcepto diuino, & ſic votum magnæ peregrinationis vltra ſpatium modicum temporis aſſignatum à Tridentino (ratione cuius non diſcontinuatur reſidentia, nam modicum & nullum æquiparantur in iure, vt ait † Corſetus *vbi ſupra parte* 1. *numero ſexto*, ex *capite licet cauſam, de probationibus, & capite cum te, de re iudicata*, & 32
ſic Romanus *conſil.* 263. docet quod aliquis dicitur continuo reſidere, quamuis modico tempore abſit) eſt irritum, & nullum, nec poteſt habere implicitam conditionem ſi Papa diſpenſauerit; quia ante diſpenſationem abſentia vltra modicum tempus, ex natura rei & ſecluſa quacumque lege humana, eſt illicita, & impeditiua maioris boni, niſi in voto exprimatur conditio ſi Papa diſpenſauerit, vt ſupra.

Dices † Papa etiam pôſt Concilium Tridentinum, poteſt declarare attenta qualitate perſonæ, & conſideratis aliis circunſtantiis, quod modicum tempus non diſcontinuans reſidentiam ſit plus, quam tres menſes, vt vnius anni & amplius. Ergo in voto peregrinationis facto imbibitur conditio ſi Papa prolongarit tempus modicum, quod ſit ſufficiens ad 33
meam

meam peregrinationem, atque ita non eſt modo irritum ipſo facto, ſed conditionatum.

Reſpondetur primò, quod forſan propter hoc † Alexander III. *in c. Magna, de voto & voti redempt.* declarauit validum votum factum ab Epiſcopo Trecenſi, qui vouit votum longæ peregrinationis Hieroſolymitanæ, cuius ipſe Epiſcopus petit abſolutionem, & tamen Pontifex non irritauit, ſed commutauit in hoc quod expenſas itineris in eundo redeundo, & ibi morando in vſus terræ ſanctæ mitteret abſque diminutione, quia quamuis non conceſſa licentia votum manebat nullum, tamen quia propter conditionem imbibitam manebat obligatus ſub conditione hanc obligationem commutauit in prædicta, ne ſcandalizentur Laici & dicerent, *vbi eſt Deus Clericorum?* Et hoc exemplo crederent, quod ipſi non tenebantur ad voti obſeruantiam; quare votum huius Epiſcopi, & fuit validum ſub conditione, ſi Papæ placuerit, & ita manebat obligatus, ad requirendum Papæ placitum, & erat non validum abſolutè, quia Papa non conceſſit licentiam, quia ex parte ceſſauit motiuum voti mortuo Comite Campaniæ, ad quem ibat pro libertate ſuæ Eccleſiæ, & ſic obligationem voti conditionati commutauit, illa enim tenebatur Epiſcopus quatenus erat ex parte ſua, tunc autem temporis imbibatur conditio præfata, quia † nondum erat detractum, quid ſit modicum tempus ad non reſidendum, & hoc dependebat à voluntate Papæ, hodie tamen eſt iam determinatum tempus trium menſium, qua ſuppoſita determinatione eſt præceptum diuinum.

34

35

36

37 Reſpondetur ſecundò, quod † ſuppoſitâ declaratione Concilij, quid ſit modicum tempus, quod pro nullo reputatur ad diſcontinuandam reſidentiam, eo ipſo quod notabiliter excedatur iam diſcontinuatur reſidentia, nec eſt in poteſtate Papæ quod non ſit diſcontinua, & ſic quod non opponatur diuino præcepto, & ſit impeditiua ex ſua natura maioris boni, & ſic votum de longa peregrinatione eſt de materia illicita, niſi antecedat declaratio Pontificia de modico tempore quæ extendat ad manus ſpatium, quam Tridentinum, & ſic in voto iſto non eſt imbibita conditio ſi Papa prolongauerit tempus, & niſi expreſsè ponatur à vouente votum irritum ipſo facto. Fateor

38 tamen † ſatis prudenter Epiſcopum facere, qui tale votum emiſit ſi conſultet Pontificem, de validitate voti qui forſan illud commutauit, ad maiorem ſecuritatem ſicut fecit Alexander III. cum Epiſcopo Trecenſi.

Ex dictis conſtat quod ſit dicendum ad fundamenta Sanchez, qui falſo † exiſtimat, 39 quod tempore antiquo licitum erat Epiſcopis tranſitus in terram ſanctam; cum omnibus generaliter tempore paſſagij generalis tranſeuudi, dabatur licentia in qua generalitate etiam includebantur Epiſcopi, quare votum de hoc tranſitu erat illis licitum. Sed hoc eſt falſum ſi tranſitus duraturus eſſet multum temporis, vt conſtat expreſsè, *ex capite Magna citato*, vt expreſsè tenet Syluester, *verb. votum* 3. *q.* 4. & expreſsè decidit Honorius III. *cap. poſtulaſti, de voto*, vbi videndus eſt Barboza. Vnde Pontifex cũ interrogatus eſſet, *an* † *Prælati Regulares* 40 *poſſent vouere votum vltra marinum in ſubſidium terræ Sanctæ; verbo pariter & exemplo dimiſſis Procuratoribus idoneis in Eccleſiis veſtris poteſtis & tenemini votum peregrinationis implere*, vbi nec verbum de Epiſcopis, & ſic reprehenditur Epiſcopus Trecenſis, *capite Magna*, quod ſine licentia ſummi Pontificis fecerit votum vltra marinum, Epiſcopi enim ſtrictiorem reſidentiam vouent, propter maius detrimentum, quod ſequitur ex eorum notabili abſentia, de voto tamen facto ab Epiſcopo ante Epiſcopatum de ingrediendo Religionem vel peregrinatione longa ad Ieruſalem vel Compoſtellam, *in capite per tuas* 10. *de voto*, reſpondet Papa 41 quod prius debet implere votum, quam fiat Epiſcopus, ita Reginaldus, *in praxi lib.* 8. *num.* 281. ſed de hoc alias legatus Azor, 2. *p. lib.* 3. *cap.* 32. *quæſt. vlt.*

RESOLVTIO XIV.

Quid debita obedientia?

SVMMARIVM.

1. *Omnes inferiores Paſtores ſummo Eccleſiæ Paſtori Chriſti vices gerenti in terris ſunt ſubditi.*
2. *Finito negotio ad quos vocatus eſt Epiſcopus, ſi illo anno non fuerit vſus priuilegio menſium ſibi conceſſo à Tridentino, an poſſet illo vti, & n.* 3.
4. *Si aliquis Epiſcopus vir ſit inſignis ſapientiæ, Concilij & induſtriæ & in rebus agendis magna dexteritatis, quæ omnia longa experientia cognita habet Pont. ſiue iſte Epiſcopus Cardinalis ſit ſiue non; an ſit legitima cauſa vt Papa diſpenſet in reſidentia.*

CVM † omnes Inferiores Paſtores ſummo Eccleſiæ Paſtori Chriſti vices gerenti in terris ſubditi ſint, illique, vel explicitè 1

titè vel implicitè obedientiam promittant, *v. Magn. de voto.* Cauſa ſufficiens erit, vt vltra tres menſes Tridentinos non teneantur reſidere, & actu inuigilare perſonaliter ſuper gregem ſuum, ſi Summus Pontifex ipſos ad curiam Romanam accedere iubeat, pro miniſterio aliquo, aut ad petendū conciliū, aut, vt aſſiſtat alicui congregationi factæ pro bono alicuius Religionis, in qua ipſe eſt valde ſpretus, vel pro bono alicuius Reipublicæ, cuius ipſe eſt ciuis, & valde nociuus dummodo finito negotio ad ſuam ſe conferat Eccleſiam, quam primum poſſit, etſi tempore abſentiæ rectè ſit gubernata, per adminiſtrationem. Valentia, *tomo tertio. diſputatio.* 10. *quæſtio.* 3. *punct.* 5. *verſ. debita obedientia.* Toletus, *lib.* 5. *ſumm. cap.* 4. *num.* 7. Azor. *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Palao *tractat.* 13. *diſputatio.* 5. *punct.* 3. Vazquez *de Beneficiis cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 141. Reginal. *vbi ſupra* Sanctarellus *variarum quæſtio.* 3. *num.* 3. Miranda *tract. de reſidentia. cap.* 11. & eſt certa & indubitata ſententia.

2 Exiſtimo tamen, quod finito † negotio ad quod vocatus eſt Epiſcopus, ſi illo anno, non fuerit vſus priuilegio trium menſium ſibi conceſſo à Tridentino, poſſet illo vti, etiamſi nouem mēſium ſpacio fuerit in negotio, ſi tamen per annum ibi fuerit, non poteſt vti priuilegio illius anni, quia iſte
3 tranſactus iam fuit, & priuilegium expirauit, vt poteſt anno adſtrictum, ſicut recitatio officij adſtricta eſt diei.

4 Exiſtimo ſecundò quod † ſi aliquis Epiſcopus vir ſit inſignis ſapientiæ, concilij, & induſtriæ, & in rebus agēdis magnæ dexteritatis, quæ omnia longa experientia cognita habet Pontifex, ſiue iſte Epiſcopus Cardinalis ſit, ſiue non, eſt legitima cauſa vt Papa diſpenſet in reſidenria, & vt præcipiat ne diſcedat à Curia. Vnde Antiſtes iſte tutus erit in conſcientia, quia obedientia detinetur, & Pontifex tuto ipſum detinet, propter Eccleſiæ vniuerſalis vtilitatem. *vt infrà* dicam de Legatis.

RESOLVTIO XV.

An officia à Papa conceſſa in curia Romana excuſent.

SVMMARIVM.

1. *Circa obedientiam debitam quæ excuſat à reſidentia perſonali aliqua interueniunt dubia.*
2. *Quæ ſufficiens & ſecura cauſa vt Pontifex diſpenſet in præcepto reſidentia in ſua Eccleſia ſiue Epiſcopali ſiue Parrochiali.*
3. *An Papa hæc officia det alicui qui iam eſt Epiſcopus, & vt illa exerceat in curia Romana vocatus vel huiuſmodi miniſtris non Epiſcopis tribuit Epiſcopatum.*
4. *Azory ſententia. & n.* 5.
6. *An Epiſcopus iure diuino ad deponendum Epiſcopatum poſſit compelli.*
7. *Quid iuris ſit in eo, quem primò Romanus Pontifex Cardinalem creat, & deinde certæ Eccleſiæ Epiſcopum præficit.*
8. *In Cardinali an requiratur expreſſa diſpenſatio & relaxatio iuris diuini de reſidentia in ſua Eccleſia.*
9. *An ius diuinum ſtrictius obliget quam ius humanum.*

Sed † circa hanc debitam obedientiam, quæ excuſat à reſidentia perſonali ſunt aliqua dubia ſcitu digna primum, an vt aliquis Epiſcopus ſoluatur à lege reſidendi ex Papæ diſpenſatione ſit ſufficiens, & ſecura cauſa, quod ſit Curiæ Romanæ Camerarius, Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius, Viceecancellarius, Summus Pænitentiarius, Auditor Rotæ, à ſecretis vel à confeſſionibus Papæ, Capellæ Pontificiæ Sacriſta, Summus cantor in ea, communis huius dubij reſolutio eſt apud Authores citatos horum officiorum exercitia, vtpotè circa vtilitatem vniuerſalis Eccleſiæ eſſe † ſufficientem, & ſecuram cauſam, vt Pontifex diſpenſet in præcepto reſidentiæ in ſua Eccleſia ſiue Epiſcopali, ſiue Parrochiali, ſi tamen non ſint alij, qui æquè benè & ſimili dexteritate illa faciat. ita Barboſa, *alleg.* 53. *num.* 11. Vaſquez, Palao, Reginaldus, & alij *ſupra* citati. 1 2

Sed poſſet aliquis non improbabiliter, dicere, & diſtinguere; quod vel huiuſmodi officia dantur † à Papa alicui qui iam eſt Epiſcopus, & vt illa exerceat in Curia Romana vocatus vel huiuſmodi miniſtris non Epiſcopis tribuit Epiſcopatum; ſi priori modo; eo ipſo videtur Pontifex habuiſſe ſufficientem & rationabilem cauſam ad diſpenſandum, in reſidentia paſtorali, cuius munus & officia iſta ſunt incompatibilia, cum exercitium horum officiorum ſit continuum in Curia Papæ, & ſic ſi ad illud vocatur Epiſcopus diſpenſatur in reſidentia Epiſcopali quod videtur inſinuare Azor. 2. *part. libro* 7. *cap.* 4. *quæſt.* 5. *dicens* † *ſi autem deſint qui his muneribus pares eſſe poſſint, licitè Papa Epiſcopum hiſce officiis profert facultate conceſſa vti à ſuis Eccleſiis abſint* atque eo ipſo, quod Pontifex Epiſcopum ad hæc munia eligit, cenſet non eſſe alios aptiores ad illa exercenda, quare electus tuta 3 4

eſt

eſt conſcientia non reſidens & Papa ſemper eſt præſumendus bene feciſſe, & cauſam habuiſſe ad talem electionem faciendam per notata à Doctoribus *cap. bonæ memoriæ de poteſtate Prælati. & cap. Eccleſiæ ve-*
5 *ſtræ. de electio.* Si tamen huiuſmodi miniſtris Epiſcopatum conferat Azor *vbi ſupra quæſtio. 6. verſ. dubitari.* loquens de Cardinalibus dicit meo iudicio quandocumque Cardinalis eò eſt concilio, ſapientia, prudentia, induſtria, & elegantia, vt Papa hiſce adminiculis plurimum indigeat, licite illũ Papa ſoluit hac lege, cũ eius præſentia in curia Romana ob commune totius Eccleſiæ
6 bonum ſit neceſſaria, vel vtilis: vnde † iure diuino ad deponendum Epiſcopatum minimè compellitur, dum Papa prædictam legem hac de cauſa relaxat, quæ doctrina accommodatur pro officiis relatis, vno excepto Sacriſta, & Cantore, quorum officia non afferunt vniuerſali Eccleſiæ vtilitatem, etſi Romanæ poſſent adducere aliquem ſplendorem, ni ſummus Pontifex iudicet perſonas, in his duobus officiis conſtitutas, plurimum ſibi inſeruire, & non facile alias ſimiles inueniri.

Addit Azor, idem iuris eſt in eo quem
7 † primo Romanus Pontifex Cardinalem creat, & deinde certæ Eccleſiæ Epiſcopum proficit, quod enim vnus & idem ſit Cardinalis & Epiſcopus communi Eccleſiarum ſaluti prodeſſe poteſt, cum tanta eſt perſonæ auctoritas, vel ob vitæ probitatem, vel ob ſapientiam & induſtriam, vel ob potentiam, & nobilitatem, vt vtrique muneri & officio ſatisfacere commodè poſſit, ſed quamuis in his circunſtantiis ita ſit, loquen-
8 do de Cardinale † tamen requiritur expreſſa diſpenſatio & relaxatio iuris diuini, de reſidentia in ſua Eccleſia, quæ non intelligitur conceſſa ex eo quod factus Cardinalis fiat Epiſcopus, quod clarè conſtat ex *capite bonæ memoriæ el. 1.* Vbi Innocentius tertius noluit aſſentiri poſtulationi factæ à Clericis Rauennatibus, cuiuſdam Cardinalis in Epiſcopum Rauennatem, quia vt Cardinalis decebat Romæ reſidere & noluit diſpenſare in reſidentia, in ſuo Epiſcopatu ad quam tenebatur ex iure diuino, quare niſi expreſsè diſpenſetur, tenetur reſidere in ſua diœceſi, & idem eſt iudicium, ſi miniſtris relatis tribuat Epiſcopatum; ex iure enim diuino tenentur ad ſuam diœceſim tranſuolare, niſi expreſsè diſpenſetur, quia
9 † ius diuinum ſtrictius obligat, quam ius humanum habendi illa beneficia, quod ſecus eſt, quando iam Epiſcopis dantur prædicta officia, & ad illa exercenda in Romana curia tanquam vtiles Eccleſiæ vocantur, tunc enim tacitè & virtualiter diſpenſat Pōtifex in reſidentia, quam agnoſcit eſſe de iure diuino, & nihilominus, vocat ad officia iuris humani exercenda, at dum habet quis hæc officia & dat ille Papa Epiſcopatum, eo ipſo cenſetur velle, quod illa officia deſerat (niſi contrarium exprimat) cum ſit fortior obligatio iuris diuini, quæ vires ſuas exerit niſi Pontifex diſpenſando declaret quod hic & nunc non ligat.

RESOLVTIO XVI.

Quid euidens Eccleſiæ & Reipublicæ vtilitas? an Nuntiatura?

SVMMARIVM.

1. *Circa cauſam quam Concilium ponit excuſantem à Reſidentia paſtorali alicuius Eccleſiæ, dubia.*
2. *Filliucy ſententia.*
3. *Adrianus ſecundus in cauſa Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani iniuſtè depoſiti direxit nuntios ad Baſilium Imperatorem.*
4. *Summi Pontifices mittebant Epiſcopos ad legationem & nuntiaturam, ex Eccleſ. hiſt.*
5. *Caietanus quid ſentiat.*
6. *Sixti V. declaratio.*
7. *An Epiſcopus ſit legatus à Papa ad Principes & à Principibus ad Papam, an ſit neceſſarium requiſitum, vt Epiſcopus excuſetur à reſidentia perſonali, & n. 8.*
9. *An tam miſſus quàm mittens tuti ſint in conſcientia.*

Circa hanc cauſam, † quam concilium ponit excuſantem à Reſidentia Paſtorali alicuius Eccleſiæ, aliqua ſuperſunt dubia ſcitu digna in quibus comprehenduntur omnes fere cauſæ, quæ ſupererant explicandæ excuſantes à Reſidentia Paſtoris perſonali. Primum eſt an officium Nuntij, & Legati à latere miſſi à Papa ad Reges, & Principes, ſit ſufficiens cauſa vt quis Epiſcopus non reſideat perſonaliter in ſua diœceſi? & Reſpondetur affirmatiuè, quod obſeruatum eſt etiam in primis Eccleſiæ ſeculis: Ita Filliucius † *de ſtatu Clericorum tom. 3. tract. 41. cap. 6. num. 29.* & alij. Vnde eſt conſuetudo iuris diuini, de perſonali reſidentia interpretatiua & ab omnibus iuſta ſemper habita vt tali reſidentia Epiſcopi legationem aut nuntiaturam exercentes ſint liberi, Pontificibus approbātibus ipſo exercitio talem laudauilem conſuetudinem.

dinem,vnde ſemper laudatur hæc conſue-do vt frequẽtior & vtilior experientia comprobata & ſic vt conſtat, *ex octaua Synodo*
3 *act.*1. Adrianus † Secundus *in cauſa Ignatij Patriarchæ conſtantinop.iniuſtè depoſiti* direxit nuntios ſuos ad Baſilium imperatorem, & eius filios; videlicet Donatum Epiſcopum Hoſtienſem & Stephanum Epiſcopum Nephesinum & Marinum Diaconii Cardinalem, qui Phocium anathematizantes Ignatium reſtituere vt habetur. *cap. Adrianus* 1.63.*diſt.* Similiter Agatho Papa miſit legatum ſuum Ioannem Epiſcopum Portienſem ad Imperatorem vt releuaretur quantitas auri, quod illi dabatur, pro ordinatione ſummi Pontificis, quod eſt conſecutus, vt refertur ex geſtis Romanorum Pontificum, *cap. Agatho. diſtinct. eadem.* Similiter ex hiſtoriis Eccleſiaſticis paſſim erit ob-
4 uium, quod † ſummi Pontifices mittebant Epiſcopos, ad legationem & nuntiaturam, etiam longi temporis quod faciunt, quia legationes iſtæ & nuntiaturæ ſunt, in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, & ſubordinationem Regnorum ad vnum Eccleſiæ Paſtorem vniuerſalem; exiſtimo etiam licitam eſſe hanc legationem & non abuſio-
5 nem vt † Caietanus exiſtimauit.22.*q*.185. *art.*5. *verſic. ſed contra optime*) etiam ſi fiat pro rebus temporalibus magni ponderis. Imo non ſolum eſt iuridica interpretatio qua abſoluuntur ab reſidentia Epiſcopi miſſi à Pontifice ad Principes ſed etiam miſſi ad Pontifices ab ipſis Regibus & Principi-
6 bus ita † declarauit Sixtus V. *anno* 1.*ſui Pontificatus*, in Bulla, *quæ incipit Romanus Pontifex edita anno* 1585. *tertio Kalendas Ianuarij* dicens *quum etiam Principes temporales ſi quid pro eorum pietate & erga hanc Sedem Apoſtolicam obſeruantiam Romano Pontifici voluerint ſignificare eoſdem, ſiue Epiſcopos ſiue alios qui ab eis mittuntur fidos habebunt Nuntios ac Relatores, &c.*

Verum enim vero aduertendum maxi-
7 mè eſt, quod vt † aliquis Epiſcopus ſit legatus miſſus à Papa ad Principes, & à Principibus ad Papam non eſt neceſſarium requiſitum, vt Epiſcopus excuſetur à reſidentia perſonali, quod non ſit alius non Epiſcopus, qui idem officium, poſſit præſtare,etiam ſi ſit Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tum quia Concilium Trident. ſolum exigit vt Epiſcopus non reſideat quod ſit euidens vtilitas Eccleſiæ, quam adducere Eiſcopum, etiamſi ſint alij, iudicat ſummus Pontifex, Secundò, quia licet ſint alij Epiſcopi æquali dexteritate, & induſtria aſt non æquali dignitate & auctoritate. Tertiò, quia non eſt credibile quod cum ſummi
8 Pontifices ordinariè miſerint Legatos ad Reges & Principes, quod non fuerint alij non Epiſcopi, qui æquales eſſent induſtria ſcientia & dexteritate. Quartò, eo ipſo, quod ſit conſuetudo iuridica, qua interpretatur ius diuinum de reſidentia perſonali ratione legationis apoſtolicæ, ad Principes vel Principum ad apoſtolicum ſolum requiritur, quod vtilitas conſequatur vniuerſali Eccleſiæ per quemcumque ſit, vt tenent Simon de Prætis *libro primo & interpretatione vltimarum voluntatum. lib.* 1. *interpretatio*.1. *dub*.1. *num*. 26. & 27. Ioannis del Caſtillo. *lib*. 3. *contr. cap*. 28. *num*. 3. quare 9
tam miſſus quam mittens tuti erant in conſcientia, verum eſt, quod magis decet animarum vigilantem Paſtorem (ſicut fecit Sanctus Carolus Borromeus, qui ſæpius vocatus à Romano Pontifice, vt Romæ aſſiſteret diſpenſando ipſum in perſonali reſidentia,) ſe humiliter excuſare ne deficiat, in paſcendo oues ſi ſunt alij, qui legationem æque bene poſſunt perficere.

RESOLVTIO XVII.

Vtrum Princeps ſæcularis abſolutus poſſit interpretari ius diuinum de Reſidentia Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1. *An Princeps ſæcularis abſolutus, vt Rex, Imperator, Reſpublica, non recognoſcentes ſuperiorem, poſſint ex aliquo iure ſaltem naturali, vel ex aliquo priuilegio apoſtolico interpretari ius diuinum de reſidentia perſonali Epiſcoporum.*
2. *Quandonam Rex, Imperator aut Princeps alius abſolutus poterat interpretari ius diuinum Euangelij de reſidentia Epiſcoporum ſi horum abſentia à ſuis Eccleſiis erat valdè vtilis ad regimen politicum, & ad adminiſtrandum Iuſtitiam.*
3. *An non ſolum Proceres & Magnates Regni Hiſpaniæ, ſed etiam Prælati & Epiſcopi faciant iuramentum fidelitatis Regibus, & illis obediendi in rebus licitis & honeſtis.*
4. *An ex conſuetudine, an ex Pontificis priuilegio hoc habeant Reges Hiſpaniæ.*
5. *An Epiſcopi teneantur accedere ad Curiam regiam vel imperialem ad iuſſum & vocationem Regis.*
6. *Oſius Epiſcopus Cordubenſis reſidentiæ perſonalis accerrimus defenſor.*
7. *Iuſtiniani Imperatoris ad Epiphanium Archiepiſcopum & Patriarcham Conſtantinop. Epiſtola.*

8. An

8. *An Princeps poſſit diſpenſare Epiſcopum ne in Eccleſia reſideat.*

9. *An Princeps laicus toties quoties Epiſcopum vocat ad curiam etiamſi vocetur à Metropolitano teneatur obedire regio mandato.*

10. *An ſi Epiſcopus eſt feudatarius debeat prius obedire Regi quàm Pontifici.*

11. *Panormitani ſententia.*

12. *Ioannes X X I I. conceſſit quod Prælati Eccleſiaſtici faciant iuramentum fidelitatis. & n.13.*

14. *An abſentia in propria diæceſi fiat propter aliquod munus, & Reipublicæ officium Epiſcopatibus adiunctum.*

15. *In Belgio & Germania debent intereſſe in Comitiis ordinum Epiſcopi.*

16. *Dum Rex conuocat Epiſcopos, vt mediante ipſorum conſilio, vigilantia & prudẽtia ipſi aſſiſtant, an tunc declarat Rex ius diuinum de reſidentia perſonali.*

17. *An Imperator, Rex aut Princeps abſolutus non poſſit iure politico regio, aut imperiali, declarare aut quolibet modo abſoluere à præcepto diuino de reſidentia perſonali.*

18. *Ius diuinum interpretandum tradit Chriſtus ſummo Eccleſiæ viſibilis Capiti, & ipſius vicario in terris.*

19. *Lex diuina inſtituta eſt ad ordinandum hominem ad Deum, & Politia humana ordinat homines ad inuicem & in ordine ad bonum Politicum.*

20. *Poteſtas politica ex ſua linea non reſpicit felicitatem æternam.*

21. *Deus voluit ad ſacerdotes quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt pertinere, non ad ſeculares poteſtates, ex Ioanne PP.*

23. *An Summi Pontifices & Concilia magna priuilegia Regibus & Principibus abſolutis conceſſerunt, & n.22.*

24. *Ob quod Adrianus Papa conceſſit Carolo Regi ius & poteſtatem eligendi Summum Pontificem & ordinandi Apoſtolicã ſedẽ.*

25. *Fragoſij ſententia.*

26. *An Rex ratione ſui muneris & dignitatis ius habeat Epiſcopos conuocandi.*

27. *An Epiſcopi poſſint non reſidere propter aliquod officium Epiſcopatibus coniunctum.*

28. *An aliquod Priuilegium conceſſum ſit Regi Hiſpaniæ, & n.29.*

30. *An ſi Pontifex declaret Epiſcopum habere cauſam ſufficientem ad non reſidendum, an poſſit Rex vtens priuilegio ſibi conceſſo cogere Epiſcopum vt non reſideat, ſed ſit Præſes Conſilij, &c.*

31. *An Rex iure Politico interpretetur ius diuinum.*

32. *Quod paruum tempus intelligatur in Bulla Clement.*

33. *An Epiſcopi teneantur accedere ad Curiam vocati à Rege, & ibi reſidere quantum negotij grauitas ad bonum publicum attinentis exigit.*

34. *Panorm. Abbatis doctrina abſurda.*

35. *An præceptum regium oriatur ex Poteſtate politica, quæ ſemper ex natura rei ſubdita eſt poteſtati Pontificiæ.*

36. *Cui debeat parere Epiſcopus in occurrentia mandatorum ſimultanea.*

37. *An ſi ex interpretatione canonica iuris diuini facta à Concilio poſſit Rex vocare Epiſcopos, non vt Epiſcopos, ſed vt Conciliarios in vtilitatem ſui regni ad Curiam regiam, non in perpetuum officium exequendum, ſed tantum temporis quantum fuerit neceſſarium prudenter iudicatum ad negotij expeditionem.*

SECVNDVM dubium eſt † an Princeps 1
ſæcularis abſolutus vt, Rex, Imperator, Reſpublicæ non recognoſcentes ſuperiorem poſſint ex aliquo iure ſaltem naturali, vel ex aliquo priuilegio Apoſtolico interpretari ius diuinum de reſidentia perſonali Epiſcoporum, ſi ita expedit, ad rectum regimem Politicum confusè nimis & licentioſè tractat hoc punctum, Petrus Gonzalez de de Salcedo *lib. 2. de lege Politica, cap. 12.* cuius doctrinam cauterizatam igne Theologico dabo, eſt enim vir eruditus, ſed *ſcuti-ſat.* in immunitatem Eccleſiaſticam auſteritate magna.

Igitur prædictus Salcedo, *ex num. 90.* aſſerit, quod licet poſt decretum Tridentinum ſemper requiratur licentia & approbati, cauſæ, facta à Summo Pontifice, tamen † an- 2
te Rex, & Imperator aut Princeps alius abſolutus poterat interpretari ius diuinum Euangelij de reſidentia Epiſcoporum, ſi horum abſentia à ſuis Eccleſiis erat valde vtilis ad regimen politicum, & ad adminiſtrandam Iuſtitiam, & ſic *in leg. Caſtellæ.* ſtatutum eſt, quod officium Præſidis concilij Caſtellæ ſit Epiſcopus vt notant Bobadilla *lib. 2. politicæ cap. 17. num. 3.* Nauarrete. *diſputatio. 19.* Solorcano. *lib. 4. de iure Indiarum.* Henriquez. *lib. 14. Sum. cap. 12. nu. 6.* Nicolaus Baldelus, *lib. 5. de legibus diſp. 38. num. 28. & verſ. ſi ergo.*

Igitur Principes ſeculares poſſe, interpretari ius diuinum de reſidentia perſonali Epiſcoporum multis & non inermibus rationibus poteſt comprobari. Primò, quia 3
† non ſolum Proceres & magnates Regni Hiſpan. ſed etiam Prælati, & Epiſcopi faciunt iuramentum fidelitatis Regibus, & illis obediendi in rebus licitis, & honeſtis, & ita ſi ad iſtas exequendas neceſſaria ſit abſentia, à proprio Epiſcopatu poteſt Rex declarare ius diuinum, quod non teneantur

tur perſonaliter reſidere, antecedens con-
ſtat ex leg. quinta tit. 15. p. 2. & ſequuntur &
amplexantur aliquando. de protect. 1. p. cap. 1.
præludio 2. num. 6. Zeuallos. de cognitio. per
viam violentiæ in prologo nu. 99. Solorzano de
iure Indiarum tom. 1. lib. 3. cap. 27. à num. 67.
4 quod † non ſolum ex conſuetudine, ſed ex
Pontificis priuilegio hoc habent Reges
Hiſpaniæ, ſic enim conceſſit Ioann. XXII.
vt referunt Salgado & Salcedo.

5 Secundò, quia leg. 65. tit. 5. p. 1. Epiſcopi
tenentur accedere ad curiam Regiam vel
Imperialem ad iuſſum, & vocationem Re-
gis, quod non ſolum lege noſtri Regni eſt
ſanctum, ſed etiam iure canonico, cap.
Paſtoralis. §. cum autem de officio & poteſtate
iudi. de leg. & cap. ſi Epiſcopus. 18. diſtinctio.
ibi. ex Concilio Agathenſi. cap. 35. dicitur,
quod nullus Epiſcopus poteſt ſe excuſari venien-
di ad Synodum vocatus à Metropolitano exce-
pta graui neceſſitate, aut præceptione Regia.
ibi Gloſſa verbo Regia, quod quilibet Epiſ-
copus debet venire ſi vocaretur propter
negotium Regni, quod etiam expreſsè di-
citur in Concilio Romano ſub Eugenio ſecundo,
& Leone IV. c. 6. & in Concilio Sardicenſi. c. 7.
& cap. ſi vobis 28. cauſ. 23. quæſtio. 8. deſum-
ptum ex Concilio Sardicenſi. cap. 8. vbi
6 † Oſius Epiſcopus Cordubenſis reſidentiæ
perſonalis acertimus defenſor dixit, ſi vobis
fratres cariſſimi placet decernite ne Epiſcopi ad
comitatum (ideſt ad curiam Principis cum
omnibus ſuis officiis inſtructam, vt habe-
tur leg. vnica c. quando imperator inter pug.
& explicat ibi gloſſa verbo comitatum) acce-
dant niſi forte hi qui à Religioſis imperatoribus
vel inuitati vel vocati fuerint, & gloſſa ibi.
verbo vocati. nam tunc excuſat eos Imperator
ideſt à reſidentia perſonali. Vnde in Au-
thent. quomodo oportet Epiſcop. &c. collati. 1.
nouella. 6. cap. 1. Imperator † Iuſtinianus ſcri-
7 bens Epiphanio Archiepiſcopo, & Patriar.
Conſtantinop. dicit Illud etiam diffinimus vt
nemo Deo amabilium Epiſcoporum foris à ſua
Eccleſia plus quam per totum annum deeſſe au-
deat, niſi hoc per Imperialem fiat iuſſionem, tunc
enim ſolum erit inculpabile, vbi gloſſa Gothi-
8 fredi dicit † Princeps diſpenſare poteſt Epiſco-
pum ne in Eccleſia reſideat, & ſic Epiſcopus Re-
gis ſui iuſſu negotia Reipublicæ tractare poteſt,
Balſam. Calcedonenſ. Syno. cap. 4.

9 Tertiò, quia † toties quoties Princeps lai-
cus Epiſcopū vocat ad Curiā, etiamſi voce-
tur à Metropolitano tenetur obedire Regio
mandato, vt eſt Communis ſententia anti-
quorum Canoniſtarum, quos citat Salcedo
num. 8. & latè probat Illuſtriſſimus Valen-
zuela, conſil. 4. num. 112. dicens ita ſeruati à
tempore, Concilij Emeretenſis, quod celebra-
tum eſt anno 666. ſub Vitaliano Papa . . .
confirmatum ab Innocentio Tertio. Epiſto-
la ad Petrum Compoſt. Archiepiſcopum, & ca. 5.
dicitur quod per iuſſionem Regiam poteſt
Epiſcopus detineri ne vadat ad Concilium
vocatus à ſuo Metropolitano, cui per Litte-
ras debet ſatisfacere, idem tenet Garcia de
Loayſa in erudititiſſimis adnotationibus illius
Concilij Henriquez de Pontificia claui lib. 2.
cap. 20. §. 3. qui liber non eſt typis mandatus 10
quare in concurſu duplicis mandati Ponti-
ficij & Regij, & ſi quidam dicaut quod ſi
Epiſcopus eſt feudatarius prius obediri de-
bet Regi, quam Pontifici, tamen hoc ab-
ſolutè dictum eſt omnino falſum, quia ſine
dubio obediendum eſt Pontifici omiſſo
Politico mandato; cum ius politicum ex iu-
re diuino iuri ſpirituali capitis Eccleſiæ ſub-
ſit. Cæterum ſi Rex eſt in maiori neceſſita-
te propter quam vocat Epiſcopum ad cu-
riam quam Pontifex. Panormitanus, in cap. 11
cum parati. de appellationibus numer. 8. dicit,
quod parendum eſt Regi tum quia eſt in
maiore neceſſitate.

Tum quia prior vocauit quam ſuperior
Eccleſiaſticus, tum præcipuè quia in noſtro
Regnu Ioannes XXII. vt ſupra dixi conceſ- 12
ſit, quod Prælati Eccleſiaſtici faciunt jura-
mentum fidelitatis, & Omenaje patendi Re-
gi, virtute cuius iuramenti maior manet
apud Regem auctoritas. Siquidem median-
te hoc priuilegio ſubſunt Epiſcopi Regibus,
vnde quod facit in executionem Pontificij
priuilegij non facit derogatorium aliquid li-
bertatis Eccleſiaſticæ, vt tenent plures &
graues Doctores quos citant ex Theologis
Salzedo num. 19. & Pater Suarez, libro quar-
to contra Regem Angliæ, cap. 34. num. 29. non 13
audet damnare vſum horum priuilegiorū,
an vero hoc priuilegium, & ſimilia ſit de-
rogatum per Bullam cœnæ Domini, quæ
quotannis publicatur, etſi multi id affirment
vt Sayrus, de Cenſuris lib. 3. cap. 25. num. 10.
& alij quos citat & ſequitur Diana, vbi ſu-
pra Reſolutio. 6. tamen alij etiam grauiſſimi
negant reuocatum, ita Filliucius. to. 1. tract.
16. cap. 10. num. 258. Bannez. 22. quæſt. 67.
articul. 1. dub. 2. concluſ. 2. Cruz in director.
parte prima præcepto octauo quæſtio. 3. art. 1.
dub. 1. concluſ. 3. Peſantius de immunitate Ec-
cleſiaſtica. diſputatio 3. Zenardus, tomo tertio.
directo. cap. 50. Decianus, tom. prim. libro 4.
cap. 9. num. 66. ego ipſe tomo primo tracta-
tuum. vbi alios adduxi.

Quartò, & valdè efficaciter, quia Con-
cilium Tridentinum, ſeſſio 23. cap. 1. dicit
quod † cum abſentia in propria Diœceſi fit 14
propter aliquod munus, & Reipublicæ of-
ficium Epiſcopatibus adiunctum, cuius quo-
niam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum re-
pentinæ, nec eas quidem ſignificare Me-
tropolitano

tropolitano oportebit. Vnde in Belgio & Germania debent intereſſe in Comitiis ordinum, in quibus ipſi primum locum obtinent & in Hiſpania erat idem officium Epiſcopis annexum intereſſendi *alas cor-*
15 *tes.* Vnde Epiſcopi Hiſpani habent annexum ſuis dignitatibus officium Conſiliarij Regis, & ſic ſuperſcriptio Litterarum ad ipſos dicit à D. N. Epiſcopum. N. *del Conſejo de ſu Mageſtad* atque ita
16 † dum Rex eos vocat vt mediante ipſorum vigilantia, conſilio, & prudentia ipſi aſſiſtant; tunc declarat Rex ius diuinum de reſidentia perſonali, quæ tunc non obligare certum eſt; vnde Clemens Octauus, *in Bulla directa ad Philippum Secundum Regem Hiſpaniæ, anno milleſimo quinquageſimo nonageſimo-nono. die vigeſimo-ſexto Februarij*, ordinauit, quod ſi Rex Epiſcopos ad Curiam vocat debent mandatum Regis ſeruare.

His tamen nullo modo obſtantibus, exiſtimo omnino certum, ita vt oppoſitum ſit
17 dignum graui nota, quod † Imperator, Rex aut Princeps, abſolutus, non poteſt iure politico Regio, aut imperiali interpretari, declarare aut quolibet modo abſoluere à præcepto diuino de Reſidentia perſonali, per multum temporis vt ipſe obliget nullus, qui ſincere, Romanam ſequatur Eccleſiam, poteſt diſſentire ab hac
18 concluſione, ius enim † diuinum interpretandum tradidit Chriſtus Summo Eccleſiæ Viſibilis, Capiti, & ipſius Vicario in terris, eſt enim ius hoc omnino ſpirituale, & ſupernaturale quare iure Politico, & Regio, interpretari & declarari nequit, cum ius Politicum, & Regium ex natura rei ſubditum ſit iuri diuino, & ſpirituali quod eſt omnino altioris ordinis, & politiam altiorem conſtituens, & fundans.

Cuius rationem fundamentalem & à priori dedit Diuus Thomas 1. 2. *quaſt.* 99.
19 *art.* 3. quia † lex diuina principaliter eſt inſtituta, ad ordinandum hominem ad Deum, politia autem humana ordinat homines adinuicem & inordine ad bonum politicum, & ſic quod Princeps Politicus iure regio politico nihil poteſt declarare circa ius diuinum, & ſpirituale,
20 quia † poteſtas politica ex ſua linea non reſpicit felicitatem æternam nec circa homines viatores poteſt diſponere de materia ſpirituali conducenti ad finem vltimum ſupernaturalem, hoc enim ex Chriſti inſtitutione pertinet ad Paſtorem animarum & maxime ad Summum Pontificem. Vnde Ioannes Papa, *in capite ſi Imperator nonageſimo-ſexto, diſtinctio.* ait
21 † *ad ſacerdotes Deus voluit qua Eccleſia diſponenda ſunt pertinere non ad ſaculi poteſtates, quas ſi fideles ſunt Eccleſia ſua ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas, non ſibi vendicet alienum ius, & miniſterium, quod alteri diſputatum eſt, &c.* & Gelaſius Papa, *ad Anaſtaſium Imperatorem. Noſti ex illorum (Sacerdotum) te pendere Iudicio* (quoad ſpiritualia ait gloſſa) *non illos ad tuam redigi poſſe voluntatem*, & egregie Nicolaus Papa *ad Michaelem Imperatorem.*

Dixi iure politico & regio, nam ſi id faciant ex priuilegio expreſſe conceſſo à ſummis Pontificibus, vel eorumdem conſenſu iuridico, & legali interpretatione iuriſditione de reſidentia perſonali id poterunt facere Reges, & Epiſcopi ſecuri erunt in cõſcientia ſi ad iuſſionem Regiam parentes à ſuis Eccleſiis ab ſunt; maiora enim † priuilegia Pontifices ſummi, & Concilia, Regibus & Principibus abſolutis conceſſerunt, quibus vtebantur tuta conſcientia, quia in remunerationem, & ob alia motiua concedebantur. Sic enim Adrianus Papa, (vt refertur *ex hiſtoria Eccleſiaſtica cap. Adrianus el 2. 63. diſtinct.*) conceſſit ſimul cum Concilio Romano 153. Epiſcoporum † Carolo Regi ius, & poteſtatem eligendi Summum Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem in remunerationem, quia liberauit Italiam ab inuaſione Deſiderij Regis, & in alia Synodo Romana ad imitationem Adriani idem priuilegium conceſſit Leo Papa Otthoni primo Regi Theutonicorum & eius ſucceſſoribus, ſimiliter aliud magnum priuilegium conceditur Regibus Hiſpaniæ & Galliæ. *capite cum longe. diſtinct. eadem.* Si ergo hoc faciebant licite Imperatores, & Reges ex priuilegio ſibi conceſſo à ſede Apoſtolica, cur non poterunt ex ſimili priuilegio interpretari ius diuinum. 22 23 24

Vnde Fragoſius *tomo primo parte prima libro ſecundo diſputat. quarta numero ducenteſimo ſexageſimo octauo* † dicit. *Rex quatenus tales non habet ius conuocandi Epiſcopos, quatenus tales; ſed tanquam regni priores, ac Principes, vnà cum aliis propter commune Regni ſalutem niſi ad id habeat priuilegium à ſede Apoſtolica* & Azor *prima parte libro quinto capite decimo quarto, quaſtio. vltim. verſic. item non video*, cur † *Rex ratione muneris & dignitatis ius habeat Epiſcopos conuocandi poteſt quidem hortari, inuitare, ſuadere vt congregentur poteſt à Romano Pontifice impetrare priuilegium, quo illi in vnum conueniant. Praterea quia Epiſcopi ſolent eſſe Regni Principes, & Proceres Regum & pracipere vt tanquam tales, non quatenus Epiſcopi ſunt,* 25 26

vna cum aliis conuocentur ob commune Regni
ſalutem , & bonum. Hæc ibi, quæ ſunt,
27 quæ dicebat Tridentinum , quod † Epiſ-
copi poterant non reſidere propter ali-
quod officium Epiſcopatibus coniunctum;
Cæterum vbi non eſt hæc coniunctio ex
ſpeciali priuilegio non ſolum monere vt
veniant in curiam ſuam Epiſcopi,ſed etiam
cogere quod non facit vi politica & Regia,
ſed vi Pontificia.

Sed nunquid huiuſmodi priuilegium
28 conceſſum fuit † Regi Hiſpaniarum ſit
derogatum ſupra dixi non reuocatum,
quia in bulla cœnæ ſolum reuocantur pri-
uilegia prætexta , ideſt *ſub cuius prætextu*
Reges operantur contra immunitatem
Eccleſiaſticam , ſi autem tale priuilegium
conceſſum eſt , cum virtute illius Regis
operantur , nihil faciunt contra liberta-
tem Eccleſiaſticam , ſicut qui ex priuilegio
non iciunat non facit contra legem Ec-
cleſiaſtitam, à qua reuera eſt exemptus per
priuilegium.

Sed quamuis omnia hæc vera ſint de
29 iure antiquo, & conſuetudine interpreta-
tiua iuris diuini , tamen poſt concilium
Tridentinum nullatenus eſt ſuſtinendum,
quia ad abſentiam Epiſcoporum vltra tres
menſes in anno , requirit cauſas prædictas
quarum cognitionem , & approbationem
reſeruauit Summo Pontifici , aut Metro-
politano , & eo abſente Suffraganeo Epiſ-
copo Antiquiori , reſidenti priuatiuè ad
omnes alios , & quamuis concilium non
deroget expreſſe priuilegium Regibus
conceſſum ad iubendum quod Epiſcopi
accedant ad Curiam Regiam , tamen eo
ipſo , quod reſeruauit cauſarum abſentiæ
cognitionem ſoli Papæ , Metropolitano , &
antiquiori Suffraganeo , manifeſtè abſtulit
poteſtatem Regibus vacandi Epiſcopos,
30 verum eſt quod † ſi Pontifex declaret Epiſ-
copum habere cauſam ſufficientem , ad
non reſidendum , poteſt Rex vtens pri-
uilegio ſibi conceſſo , cogere Epiſcopum
vt non reſideat,ſed quod ſit Præſes conci-
lij , aut Conſiliarius vel habeat alium offi-
cium publicum.

Ex dictis colligitur ſolutio argumento-
rum oppoſitæ ſententiæ ad primum. Reſ-
pondetur verum eſſe antecedens , ſed ne-
31 gatur conſequentia , quod † Rex iure poli-
tico interpretetur ius diuinum aut decla-
ret apage , ſed ius diuinum declarat ius
canonicum & concilium Tridentinum,
vt vidimus & poſt Tridentinum Clemens
octauus ſpeciali bulla expedita *anno milleſi-*
mo ſexageſimo nonageſimo nono. Regi noſtro
facultatem conceſſit vocandi Epiſcopos ad
curiam pro rebus neceſſariis , & paruo
tempore quod erit paruum vel magnum
iuxta qualitatem negotij ſupra tres menſes
menſes aſſignatos à Tridentino. quare
† paruum tempus intelligitur in bulla Cle- 32
mentina vnus annus argumento *ex authent.*
quomodo oportet Epiſcopis. collat. prima Noue-
la.6.cap.2.

Ad ſecundum reſpondetur , quod
† Epiſcopi tenentur accedere ad curiam 33
vocati à Rege , & ibi reſidere quantum
negotij grauitas ad bonum publicum at-
tinentis exigit , non tamen diſpenſat Rex
iure Regio in Reſidentia Paſtorali , ſed
eum occurrant duo præcepta vnum bo-
ni totius Regni proſpiciendi , aliud de
reſidentia ad tempus in Epiſcopatu , ſi
maior eſt neceſſitas boni publici , quam
in Eccleſia particulari reſidentiæ iſtud
ceſſat , & non obligat , nec indiget Regia
interpretatione , ſed Pontificia cauſæ pu-
blicæ approbatione , & cognitione , quare
decreta illa iuris canonici declarant , quod
quando Reges vocant Epiſcopos ad comi-
tatum ex vi iuris canonici ſunt liberi à re-
ſidentia quandiu negotium durat , quod
explicuit Tridentinum. *vbi ſupra ſeſſio.vigeſi-*
ma tertia capite primo.

Ad Tertium reſpondetur † illam doctri- 34
nam Panormi. Abbatis prorſus eſſe abſur-
dam , ſi Pontifex vt ſucceſſor Petri , &
Chriſti Vicarius imperet vt Epiſcopus ac-
cedat ad Curiam Romanam , & ſimul Im-
perator , & Rex imperet Epiſcopum qua-
tenus Procerem Regni , aut tanquam Epiſ-
copum virtute priuilegij , tunc enim pa-
rendum eſt ſummo Pontifici (ſi neceſſitas
Regni non ſit extrema) nam præceptum
Papæ oritur à poteſtate ſpirituali , & in or-
dine ad finem ſuper naturalem & † præce- 35
ptum Regium oritur ex poteſtate politica,
quæ ſemper ex natura rei ſubdita eſt pote-
ſtati Pontificiæ , & in iuramento fidelita-
tis factum Regi intelligitur hæc conditio
niſi aliter ſummus Pontifex ordinet , &
præcipiat , alias eſſet vinculum iniquitatis,
imo & priuilegium quod habent Reges vo-
candi Epiſcopos , intelligitur etiam ſub hac
cunditione niſi tunc vocet Pontifex
quia † iſti , & non Regi eſt parendum 36
in occurrentia mandatorum ſimulta-
nea , niſi ſit Epiſcopi extrema neceſ-
ſitas aut vrgentiſſima quia tunc per
Epiſtolam debet cauſa ſummo Iudici
deferri, argumento. *ex capite quinto Concilij*
Emeritenſis.

Ad Quartum reſpondetur , illo 37
argumento probari optimè , quod ſi ex
interpretatione canonica iuris diuini
facta à Concilio poteſt Rex vocare Epiſ-
copos non vt Epiſcopos , ſed vt Conſilia-
rios

rios in vtilitatem ſui Regni ad Curiam Regiam non in perpetuum officium exequendum, ſed tantum temporis, quantum fuerit neceſſarium prudenter iudicatum ad negotij expeditionem, & tenebitur Epiſcopus Regi obedire, tum ratione officij Conciliarij, tum ratione ſpecialis iuramenti fidelitatis facti Regi.

RESOLVT. XVIII.

Vtrum Epiſcopus diſpenſatus à Papa ad petitionem Regis, in Reſidentia teneatur ſub mortali obedire Regio mandato.

SVMMARIVM.

1. *An ſi Rex proponat Pontifici aliquem Epiſcopum, vt ſit Præſes Concilij Regis dicens non eſſe alium qui ita bene munus illud grauiſſimum exerceat, & Pontifex approbet cauſam tanquam legitimam ad diſpenſandum in reſidentia, teneatur Epiſcopus iam diſpenſatus obedire regio mandato ſub mortali.*
2. *An credendum Principi dicenti eſſe cauſam iuſtam diſpenſandi, & quod perſona Epiſcopi ſibi ſubditi eſt neceſſaria ad gubernamen Regni.*
3. *Cum vrgens neceſſitas requiratur, vt Princeps de illa atteſtetur, an eius prudentiæ relinquatur penſanda quantitas neceſſitatis Regni cum quantitate damni ſpiritualis, & n.4.*
5. *Si Rex præcipit & Pontifex approbat cauſam non reſidendi, an teneatur Epiſcopus regi obedire, & acceptare officium publicum.*
6. *Rex debet timere prudenter damnum ſpirituale ouium ex abſentia ſui Paſtoris.*
7. *Papa ſi ſine cauſis à Concilio propoſitis diſpenſet, diſpenſatio eſt nulla.*
8. *An ſuppoſita probatione Pontificia in reſidentia propter cauſam quam illi Rex propoſuit, ſi Rex præcipiat Epiſcopo vt accedat ad Regiam Curiam, & ibi exerceat munus & officium perpetuum vt Conciliarij, &c. teneatur Epiſcopus præcepto regio obedire.*
9. *Quodnam Epiſcopi iuramentum faciant?*
10. *An Epiſcopi teneantur accedere ad Comitatum ſi Rex iubeat & præcipiat.*
11. *Quamuis Papa ex vi diſpenſationis in præcepto diuino de reſidentia, non obliget ad præceptum officium ſæculare, aut ad aliud quod cedat in vtilitatem publicam, an poſſit obligare, ſi ita ſibi expedire videatur bono aut Eccleſiæ aut Reipub.*
12. *An Rex ſuppoſita diſpenſatione Pontificia poſſit obligare Epiſcopum ad acceptandum officium publicum Reipublicæ.*
13. *An iure naturæ & poſſit Princeps iubere, & teneatur Epiſcopus obedire.*
14. *Azorij ſententia.*

Tertium dubium eſt, an ſi † Rex proponat Pontifici aliquem Epiſcopum, vt ſit Præſes concilij Regis, dicens non eſſe alium, qui ita bene munus illud grauiſſimum exerceat, & Pontifex approbet cauſam tanquam legitimam ad diſpenſandum in reſidentia, teneatur Epiſcopus iam diſpenſatus obedire Regio mandato ſub mortali, & idem dubium eſt, an Cardinalis Epiſcopus vocatus à Papa diſpenſando in reſidentia teneatur adire Romam ad ibi reſidendum in ſeruitio Eccleſiæ: ſic enim contigit Beato Carolo Borromeo qui ſæpius vocatus à Summis Pontificibus humiliter ſe excuſauit. 1

Pro intelligentia Reſolutionis dubij præſentis, aduertendum eſt cum communi ſententia Doctorum vtriuſque iuris interpretum, quod † credendum eſt Principi dicenti eſſe cauſam iuſtam diſpenſandi; & quod perſona Epiſcopi ſibi ſubditi eſt neceſſaria ad gubernamen Regni, de quo videndi ſunt Panormitanus, *in capite qua in Eccleſiarum numero decimo-quarto. de conſtitutionib.* Baldus, *in lege reſcripta C. de Precibus Imperator. offeren.* Fachineus. *lib. 8. controuerſ. cap.* 63. Caſtillo. *tomo ſeptimo de Tertiis capit.* 18. *à numero* 136. & vt ait & probat egregie vt aſſolet D. Ioannes de Solorzano, *tom.* 2. *de iure Indiarum lib.* 2. *capit.* 27. *à numero* 91. *vſque ad* 98. & videndæ ſunt Rotæ deciſiones apud Farinacium in poſtumis, *tom.* 1. *deciſio.* 630. *die* 5. *Martij* 1618. coram Damaſceno & 339. *die* 15. *Aprilis coram Manzanedo anno* 1611. Verum cum † vrgens neceſſitas requiratur, vt Princeps de illa atteſtetur, eius prudentiæ relinquitur penſanda quantitas neceſſitatis Regni cum quantitate damni ſpiritualis, quod poteſt contingere in abſentia Epiſcopi à ſua Eccleſia vt adnotauit Dominus Caietanus *ſecunda ſecundæ, quæſt. centeſima octuageſima quinta, art.* 5. quare ſi Pontifex ex Principis aſſertione facultatem concedat Epiſcopo, vt reſideat in 2 3

in curia, & accipiat officium Præſidis, alicuius Concilij Regis, eſt dubium, an Epiſcopus diſpenſatus teneatur obedire Regi præcipienti vt munus iſtud accipiat.

4 Non vidi aliquem qui ſub hac caſus ſpecie dubium tractet, videtur enim quod ſic, quia licèt Papa non præcipiat ſed diſpenſet, & facultatem concedat ad acceptandum officium, quod ex ſua natura eſt perpetuum, & ad non reſidendum, tamen Rex præcipit, & Epiſcopus ratione ſpecialis iuramenti fidelitatis quod præſtant Regibus Hiſpaniæ, in virtute priuilegij Ioannis XXII. obediendi illis in licitis,& honeſtis, & ſic poteſt Rex Epiſcopis præcipere non ſolum iure politico, quatenus Proceres ſunt, ſed etiam iure Eccleſiaſtico ſibi conceſſo à Papa, vt imperet Epiſcopis, ratio-
5 ne iuramenti fidelitatis, vt ſi † Rex præcipit & Pontifex approbat cauſam non reſidendi, dubio procul videtur quod tenetur Epiſcopus Regi obedire, & acceptare officium publicum, quamuis non reſideat, quia diſpenſatus à Papa in reſidentia non tenetur reſidere.

Ex alia parte durum videtur (niſi ſit extrema aut vrgentiſſima neceſſitas à qua ſolus iſte Epiſcopus poteſt liberare aut ciuitatem aut Rempublicam) obligare Epiſcopum ſub mortali vt relinquat proprium gregem, in quo ipſum regere poſuit Spiritus Sanctus, & obediat Regi maximè, ſi
6 † timet prudenter damnum ſpirituale ouium ex abſentia ſui Paſtoris, vt æquum eſt iudicare fere ſemper euenturum, maximè in abſentia propter officium perpetuum, quamuis autem ſit diſpenſatus in reſidentia ad Regis petitionem, tamen non eſt obligatus à Papa qui forſan non poterit ipſum obligare, niſi ita euidens ſit vtilitas inferenda ab iſto, quæ ab alio adduci non poſſit; cum ſit obligatio iuris diuini ad reſidendum perſonaliter niſi ad paruum tempus, & abſentia ad longum & perpetua totaliter ſit prohibita, niſi ex cau-
7 ſis propoſitis à Concilio, & ſi † ſiue illis & ſimilibus Papa diſpenſet nulla eſt diſpenſatio vt eſt communis & certa ſententia Theologorum, neque iuramentum fidelitatis ipſum obligat, quia eſt impeditiuum maioris boni, quale eſt paſcere oues in ſpiritualibus, quam regnum in temporalibus negotiis, niſi iſta ruerent aut pene turbaretur regnum, niſi obediret quod rariſſimè continget.

8 Sed exiſtimo probabilius † ſuppoſita probatione Pontificia in reſidentia propter cauſam quam illi Rex propoſuit; ſi Rex præcipiat Epiſcopo quod accedat ad comitatum, hoc eſt ad curiam Regiam, & ibi exerceat munus & officium publicum ex natura ſua perpetuum vt Conſiliarij, Confeſſoris Regis, aut Præſidis alicuius Conſilij tenetur Epiſcopus ſub mortali Regio præcepto obedire, & ſi contumax fuerit poteſt virtute iuramenti fidelitatis factæ facere quod non reſideat in ſuo Epiſcopatu, in cuius reſidentia eſt diſpenſatus & multi dicunt (ſed hoc ego non approbo quia hæc erat pœna quam Rex non poterat ponere Epiſcopis) & quidquid ſit de hoc meam reſolutionem probo primò, quia ſi iuramentum quod faciunt Epiſcopi Hiſpani ſuo Regi eſt ſpeciale, iuramentum enim † quod 9
Epiſcopi iure communi faciunt tantum eſt contra Regem & regnum non machinaturos, vt tradit Aluarus Velaſcus, *conſultatio. centeſima-decima, numero ſexto*, Tuſcus, *tomo 1. littera E. concluſio. trecenteſima-ſecunda, numero ſexto*, at virtute iuramenti fidelitatis facti ab Epiſcopis Hiſpanis in vi priuilegij Ioannis XXII. maior eſt penes Regem auctoritas præcipiendi, vt adnotat Salgado, *tom. 1. in epiſtola dedicatoria numero centeſimo decimo-quarto*, cum ergo materia iuſſionis Regiæ ſit honeſta, neque hic & nunc impediat maius bonum, quia diſpenſata eſt obligatio reſidendi, & à Pontifice in his circunſtantiis ſit iudicatum melius, quam quod reſideat in Diœceſi, & quod reſideat in curia Regia tenetur, ergo Epiſcopus ſub obligatione præſtiti iuramenti Regi obedire debet.

Secundò, ad idem probandum maximè conducunt textus, & auctoritates gloſſarum, quos adduxi dubio præcedenti in argumento ſecundo dicentes, quod † Epiſcopi 10
tenentur accedere ad comitatum ſi Rex iubeat, & præcipiat, *cap. Paſtorali, de officio iudicis de leg. cap. ſi Epiſcopus 18. diſt.* Concil. Rom. *ſub Eugenio II.* Concil. Sardicenſe *c. 7. & 8.* Balſamo, *in Concilio Calcedonenſi, capite 4.* tum inſuper, quia ſi non obſtaret præceptum de reſidentia perſonali valdè conueniens eſſet, quod Epiſcopi in adminiſtratione Regni eſſent occupati. Caſſiodorus, *li. 1. epiſt. 8. ad Seuerum Epiſcopum, quis melius ad æquitatis iura deligitur, quam qui Sacerdotio decoratur?* & Sineſius, *epiſt. 57. ſi vero ſunt aliqui, qui, neque à condeſcenſu læduntur poterunt ſanè, & Sacerdotio fungi, & ciuitatum Præfecti eſſe.*

Ad rationem in contrarium reſpondetur quod, quamuis † Papa ex vi diſpenſa- 11
tionis in præcepto diuino de reſidentia, non obligat ad præceptum officium ſæculare, aut aliud quod cedit in vtilitatem publicam, tamen dubio procul poteſt obligare, ſi ita ſibi expedire videatur bono aut Eccleſiæ aut Reipublicæ, quare † Rex ſup- 12
poſita diſpenſatione Pôtificia poteſt obligare Epiſcopum ad acceptandum officium, publicum

publicum Reipublicæ tum ex vi iuramenti præſtiti tum ex vi boni communis quod damnum notabile patietur ſi Epiſcopus non
13 acceptet, quare † iure naturæ, & poteſt Princeps iubere & Epiſcopus tenetur obedire, quatenus membrum huius Reipublicæ liberum ab impedimento auctoritate Papæ, eo enim ipſo quod Papa declarat eſſe cauſam ſufficientem & euidentem Reipublicæ vtilitatem, dubio procul poſſunt Epiſcopi iura & cauſas ſeculares concernentes bonum publicum tractare officia illas continentia acceptando: ita tenet communis ſententia apud Couarruuia *lib. 3. practicarum cap. 13. num. 9. verſ. hi vero Caſus.* Bartholo de Carranza. *in opere de reſidentia mirifice laudatus à Couarruuia vbi ſupra ca. vlt.* Moneta. *de commutatio. vltimæ voluntatis. cap. 4. quæſtio 4. num. 112.* Bobadilla. *lib. 2. cap. 17. num. 12. & 22.* Azor. *p. 2. lib. 7. cap. 4.*
14 *quæſtio 6.* 101 † *ſi tamen ea ſit hominum penuria, vt alij ſatis idonei minime reperiantur, qui hæc præſtent obſequia, licet Epiſcopo cum Romani Pontificis non Cæſaris indulgentia his muneribus præeſſe, eo quod ad commune bonum Reipublicæ pertineant, & priuato commodo commune bonum charitatis lege præponitur.* Hæc ille, vnde manifeſtum eſt quod ſuppoſita Pontificia indulgentia circa reſidentiam ſi Rex præcipiat, teneatur Epiſcopus ſub mortali obedire ex vi iuramenti præſtiti, vt ſupra dicebam.

RESOLVTIO XIX.

De inquiſitore generali Hiſpaniæ.

SVMMARIVM.

1. *Inquiſitor generalis etſi Iuriſdictionem immediatam habeat à Pontifice cuius iudex eſt delegatus, nominatim tamen proponitur à Rege.*
2. *An ſi Rex proponat Pontifici aliquem Epiſcopum, vt det illi generalem Inquiſitionem, ſi in nominatione dicat quod ſit Epiſcopus, & hoc cognito à Papa fecit Inquiſitorem generalem, eo ipſo cenſeatur diſpenſatus in reſidentia.*

1 QVARTVM dubium eſt, de Inquiſitore generali, qui, etſi † Iuriſdictionem immediatam habeat à Pontifice, cuius eſt Iudex delegatus, ad omnes cauſas fidei, tamen nominatim proponitur à Rege. Dubitatur igitur duo. Primum an ſit ſufficiens cauſa diſpenſandi in reſidentia perſonali, quod quis ſit Inquiſitor generalis, ita vt poſſit Epiſcopus in Inquiſitorum eligi generalem, & tamen ſit tutus in conſcientia non reſidendo, ſecundum † an ſi Rex 2
proponat Pontifici aliquem Epiſcopum vt det illi generalem inquiſitionẽ, ſi in nominatione dicat quod ſit Epiſcopus, & hoc cognito à Papa fecit Inquiſitorem generalem, eo ipſo cenſeatur diſpenſatus in reſidentia, & tutus ſit in conſcientia non reſidens perſonaliter.

§. I.

An ſit ſufficiens cauſa diſpenſandi in reſidentia quod ſit generalis inquiſitor.

SVMMARIVM.

1. *Officium Inquiſitoris generalis viris aliis non Epiſcopis commiſſum eſt.*
2. *Multorum ſententiæ afferuntur.*
3. *Clemens VIII. conſtituit & decernit officium ſeculare, & expreſsè Inquiſitoris generalis officium non excuſare Epiſcopos à reſidentia perſonali in ſua Diœceſi.*
4. *An Inquiſitor generalis immunis ſit à vinculo reſidendi perſonaliter, ex Vaſque.*
5. *Quid inquiſitor generalis attẽdere debeat.*
6. *Si Pontifex non approbet diſpenſando, & diſpenſet approbando, quod Epiſcopus ſit Inquiſitor generalis, quod ex vi huius officij non liberatur à reſidentia perſonali, & vigilantia ſuper gregem ſuum.*
7. *Et ſi Inquiſitor generalis attendat cauſis fidei, & in extirpandis hæreſibus, an ſit neceſſarium quod ſit Epiſcopus.*
8. *An ſit cauſa ſufficiens ad diſpenſandum quod aliquis Epiſcopus non reſideat, quod ſit Inquiſitor generalis.*
9. *An Epiſcopus tale munus exercens tutiſſimus erit in conſcientia, non reſidendo perſonaliter.*

CIrca primum dubium, negant communiter Doctores Salzedo. *vbi ſupra numero quinquageſimo - octauo. & quinquageſimo nono. & ſexageſimo.* Palao. *vbi ſupra puncto quarto, numero decimo.* tum quia † hoc officium viris aliis non Epiſcopis commiſſum eſt à quibus optimè eſt & legitimè præſtitum. Secundum quia officium Inquiſitoris alicuius Tribunalis particularis non excuſat Patrochum de reſidentia, vt deciſum à Sacra congregatione Cardinalium referunt, Gloſſa, *ſexta numero ducenteſimo ſexageſimo quinto.* & Gloſſa *quadrageſima-tertia. n. 164.* 1

2 † Aloyſius Riccius *Reſolutio.* 393. *numer.* 4. Barboſa *allegatio.* 53. *num.* 87. *& de officio Parrochi, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. quam deciſionem adducit Bellarminus, *ſeſſione vigeſima tertia capite primo in declarationibus Cardinalium & ibidem.* alij collectores *declarationum* ex quibus Garzia *de beneficiis p.* 3. *cap.* 2. *num.* 140. ergo neque officium inquiſitoris generalis. Tertiò, quia Clemens octauus, *in bulla edita anno* 1599. *die vigeſima ſexta February qua incipit, Chariſſime in*
3 *Chriſto,* † conſtituit & decernit officium ſæculare, & expreſsè inquiſitoris generalis officium non excuſare Epiſcopos à reſidentia perſonali in ſua diœceſi, quod etiam decernit Vrbanus octauus *in bulla edita contra non reſidentes.*

Sed Vaſquez. *opuſculo de beneficiis capite quarto, paragrapho ſecundo, dub. ſecundo nu-*
4 *mero* 138. dicit quod † Inquiſitor generalis immunis eſt à vinculo reſidendi perſonaliter, eo quod officium inquiſitionis vix poteſt per alium quam per Epiſcopum præſtari, *& ita* (inquit) *de facto iudicarem ego legitimum impedimentum.* Probatur quia inquiſitor generalis cauſas fidei diſcutit, & in earum verſatur cognitione, & puniendo Hæreticos ſeparando triticum à zizania malæ doctrinæ, & contra bonos mores cuius officij vtilitas vergit in commodum publicum, tam ſpirituale, quam temporale
5 Eccleſiæ, & Regnorum, quare † illi attendi debet propoſito commodo particularis Eccleſiæ in quod cedit, quod hæreſes extirpentur, & extinguantur vt bene notant Sanchez *libro ſecundo ſumm. capite ſecundo,* Scobar. *de purit. ſangui. quæſito tertio paragrapho ſecundo numero ſeptimo* DD. *capite qualiter paragrapho iubemus de accuſat. capite inquiſitionis, de Hereticis in Sexto* Sixtus ſextus. *Epiſtola ad Granat. Epiſcopum Caleſtinus prima epiſtola ad Epiſcopos Galliæ.*

Cæterum ego ſub diſtinctione loquendum exiſtimo, ſi enim loquamur poſt Concilium Tridentinum exigens approbationem ſummi Pontificis cauſarum, quas po-
6 nit ad non reſidendum, certum omnino eſt quod † ſi Pontifex non approbet diſpenſando & diſpenſet approbando, quod Epiſcopus ſit Inquiſitor generalis, quod ex vi huius officij, non liberatur à reſidentia perſonali, & vigilantia ſuper gregem ſuum, & hoc eſt quod intendunt ſummi Pontifices relati pro prima ſententia, & contrarium aſſerere non eſt tutum, poſt Tridentinum, quod reſeruauit ſummo Pontifici interpretationem, aut diſpenſationem à præcepto diuino de reſidentia perſonali maximè quando abſentia à propria Diœceſi eſt per officium ex natura ſua perpetuum, & hoc bene probant fundamina primæ ſententiæ, cui nihil officit fundamentum ſecundæ, quia, † etſi Inquiſitor ge- 7
neralis attendat cauſis fidei, & in extirpandis hæreſibus, ſicut etiam attendit Inquiſitor Tribunalis Hiſpalenſis, tamen non eſt neceſſarium quod ſit Epiſcopus, ſiue ſit generalis ſiue particularis & eſt de iure diuino obligatio ad reſidendum.

Si tamen loquamur † an ſit ſufficiens 8
cauſa ad diſpenſandum quod aliquis Epiſcopus non reſideat, quia eſt Inquiſitor generalis, exiſtimo eſſe cauſam ſufficientiſſimam, quia vt dicebat ſecunda ſententia hoc officium vergit in magnam vtilitatem totius Eccleſiæ, quare ſi Rex noſter preſentet Summo Pontifici aliquem Epiſcopum vt exerceat munus Inquiſitoris generalis, quia prudenter iudicat, ita conuenire ſuis Regnis quamuis ſint alij non Epiſcopi, qui illud munus poſſint bene exercere, qui illud munus poſſint bene exercere, ſed non ita bene, ſicut Epiſcopus Papa poteſt diſpenſare in Reſidentiæ præcepto, † & Epiſcopus exercens tale munus tutiſſi- 9
mus erit, in conſcentia non reſidendo perſonaliter, ſicut *ſuprà* dicebamus de Cardinalibus Epiſcopis aſſiſtentibus Romæ in Congregationibus inſtitutis pro bono Communi totius Eccleſiæ.

§. II.

Si Rex proponat pro hoc officio Epiſcopum, & Papa ipſum facit Inquiſitorem eo ipſo cenſeatur diſpenſare in reſidentia?

SVMMARIVM.

1. *An ſi Rex præſentet ad Inquiſitorem generalem ſuorum Regnorum Summo Pontifici Archiepiſcopum Hiſpalenſem, vel Granatenſem, quem obligatum eſſe ad reſidendum perſonaliter in ſua Diœceſi conſtat Papa ex iure diuino, eo ipſo eſt diſpenſatus in reſidentia perſonali in ſua Diœceſi.*
2. *An detur diſpenſatio tacita & virtualis.*
3. *Multorum ſententia.*
4. *Si Pontifex ſciat aliquos eſſe irretitos voto Caſtitatis, & ſciens & prudens ipſos matrimonio coniungat, an cenſeatur diſpenſare in obligatione voti.*
5. *Si Epiſcopus ſciat aliquem irretitum irregularitate, & ipſum ordinat, an cenſeatur diſpenſare in irregularitate.*
6. *Quæ diſpenſatio tacita non ſubſiſtat iuridicè aut extraiudicialiter.*

7. Prin

7. *Princeps non præcipit repugnantia, nec præſumitur praecipere iniquitatem, vel facere actum inualidum, ex Franciſco Suarezio.*

8. *Vnde diſpenſatio tacita poßit dici virtualis, ex eodem.*

9. *Si Rex præſentet Summo Pontifici pro officio Inquiſitoris generalis Epiſcopum verbi gratia Conchenſem, ſi illi Pontifex conferat officium tacitè diſpenſare in reſidentia perſonali ſui Epiſcopatus.*

10. *An officium Inquiſitoris generalis non excuſet à reſidentia.*

11. *An reſidentia perſonalis in ſua diœceſi ſit de iure diuino.*

12. *An ſi Epiſcopus factus Inquiſitor generalis fiat de nouo Archiepiſcopus, aut Epiſcopus noui alterius Epiſcopatus, ſit neceſſaria noua diſpenſatio.*

CIrca ſecundam difficultatē huius quarti dubij valdè probabile exiſtimo, &
1 tutum in praxi, quod † ſi Rex præſentet ad
Inquiſitorem generalem ſuorum Regnorū
Summo Pontifici Archiepiſcopum Hiſpalenſem, aut Granatenſem, quem obligatum
eſſe ad reſidēdum perſonaliter in ſua diœceſi Papæ conſtat ex iure diuino, & ipſum
conſtituit Inquiſitorem generalem, & tribuit iuriſdictionem ad inquirendum & extirpandum hæreticos & malas doctrinas
contra fidem & bonos mores, eo ipſo eſt diſpenſatus in reſidentia perſonali in ſua diœceſi à qua abſens tutus in conſcientia poteſt præfatum officium Inquiſitoris exercere.

Hoc mihi perſuadeo ex hoc fundamento,
2 quia † datur diſpenſatio tacita, & virtualis
etiam reſpectu præcepti ſuperioris facta ab
inferiore habente poteſtatē ſiue ex priuilegio ſiue ex conſuetudine, ſiue ex delegatione, vt contra quoſdā Canoniſtas ſentientes inferiorem non poſſe tacitè diſpenſare
in lege, & præcepto ſuperioris, eleganter
3 defendūt Suarez † *de cenſuris diſp. 41. ſect. 3.*
in fine, Ludouicus Lopez 1. *p. inſtruct. c.* 4. &
multis citatis Thomas Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 4. n.* 17. dicens *hanc opinionem eſſe tutam in praxi, & n.* 18. intelligendam etiam
fore reſpectu Pontificis diſpenſantis, in iure diuino in quo diſpenſare poteſt, id quod
adnotauit expreſsè Decius, *cap. cum in cun-*
4 *ctis, §. inferiora, n. 17. de electione.* Vnde † ſi
Pōtifex ſciat aliquos eſſe irretitos voto caſtitatis, & ſciens, & prudens ipſos matrimonio coniungat, cenſetur diſpenſare in obli-
5 gatione voti, ſimiliter † ſi Epiſcopus ſciat
aliquem irretitum irregularitate, & ipſum
ordinat aut dat dimiſſorias, vt ordinetur,
cenſetur diſpenſare in irregularitate, &
idem iſto iudicium, ſi ſuperior regularis
ſciat aliquem eſſe inhabilem, vt ſit ſuperior, quia ex illigitimo thoroſi facit ſuperiorem, cenſetur illum tacitè & validè diſpenſare. Cum procedat ex certa ſcientia, defectus, & impedimenti ſine quorum cognitione certa, aut † iuridice aut extraiu- 6
dicialiter diſpenſatio tacita non ſubſiſtit,
quia voluntas nec tacitè fertur in incognitum, quando tamen adeſt in ſuperiore talis certa cognitio, & facit actum, qui ſine
diſpenſatione, non ſubſiſtit, tunc eſt tacita diſpenſatio, quæ idem operatur ac ſi
eſſet expreſſa *leg. de quibus 31. in fin. D de legibus* ibi *quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret an rebus & factis leg. quidam D. de re iudicata.* Princeps enim qui
illi dignitatem dedit omnia gerere decreuit.

Vnde Pater Franciſcus Suarez *lib. 6. de leg. cap. 13. num.* 23. ſic fatur, reddens huius veriſſimæ ſententiæ rationem. † *Prin-* 7
ceps non praecipit repugnantia, nec præſumitur præcipere iniquitatem, vel facere actum inualidum; ergo intelligitur concedendo, aut præcipiendo tollere impedimentum, qui enim introducit formam cenſetur præmittere diſpoſitiones ſi ſunt in illius potentia, & qui dat poteſtatem, dat omnia neceſſaria ad illam, & 8
concludit: *Vnde ita eſt hæc diſpenſatio tacita, vt poſſet dici virtualis,* quibus ego addo
quod ita eſt neceſſario connexa hæc tacita & virtualis diſpenſatio cum actu, qui conceditur, aut præcipitur, quod non poßit Pontifex ex ſuppoſitione, quod concedat actum aut illum præcipiat tacitè & virtualiter non diſpenſare cum in præcepto, aut conceßione non poſſint imbibi obiecta inter ſeſe pugnantia. Ex
qua doctrina, quam hodie amplectuntur
ferè omnes Theologi, vt videre eſt in Caſtro Palao *tom. 1. tractatu 3. diſputatio. 6. punct.* 12. *numero* 2. Azor. *tom. 1. libro* 5. *capite* 15. *quæſtione* 10. Salas *de legibus diſputatione* 20. *ſectio.* 2. *numero* 8. Amicus,
tomo quinto diſputatione ſexta, ſectione 6. *numero* 80. qui plures alios tum Theologos,
tum Iuriſperitos citant, manifeſtè colligi- 9
tur, quod ſi Rex præſentet Summo Pontifici pro officio Inquiſitoris generalis Epiſcopum verbi gratia, Conchenſem, ſi illi
Pontifex conferat officium, tacitè diſpenſat in reſidentia perſonali ſui Epiſcopatus,
& niſi exprimat ad tempus, tacita diſpenſatio perpetua eſt ſicut & officium
generalis Inquiſitoris, quia vt dicebam,
non cenſetur Pontifex concedere ea quæ
illicita ſunt, & iure diuino in quo poteſt diſpenſare repugnantia, vnde ego ſingulariter intelligo *bullam* Clementis Octaui
ad Philippum ſecundum directam, quod
† officium Inquiſitoris generalis non 10

excu

excuſat à reſidentia ſi cum ſit generalis Inquiſitor fit Epiſcopus de nouo, nam tunc tenetur officium relinquere, niſi diſpenſetur (ſaltem per patientiam rationabilem quæ vt dicunt Amicus, & Diana, *p.8. tract. 3. reſolutio.17.* cauſat tacitam diſpen-
11 ſationem) quia † reſidentia perſonalis in ſua Diœceſi eſt de iure diuino in quo non diſpenſatur, neque tacitè quod ſecus eſt ſi Epiſcopus iam factus fiat Inquiſitor generalis de nouo, quia tunc eſt diſpenſatio im-
12 plicita, tacita, & virtualis, ſi tamen † Epiſcopus factus Inquiſitor generalis fiat de nouo Archiepiſcopus, aut Epiſcopus alterius noui Epiſcopatus neceſſaria eſt noua diſpenſatio, quia eſt neceſſaria noua cognito cauſæ diſpenſandæ in reſidentia, & vigilantia perſonali, ſuper nouum gregem, qui forſan magis indigebit reſidentia perſonali ſui Paſtoris.

RESOLVTIO XX.

De Oratore Regio apud alios Principes?

SVMMARIVM.

1. *An pro Oratore Regis ad alium Principem, abſolutum pro negotiis attinentibus ad bonum publicum, ſit ſufficiens cauſa excuſandi à reſidentia perſonali ex vi decreti Trident.*
2. *Quo tempore Imperatores, Reges, & Principes mittebant Epiſcopos ad alios Reges, qui fungerentur officio Legati & Oratoris.*
3. *An à Pontificibus videatur interpretatum ius diuinum de reſidentia perſonali, quod non obliget tempore detracto, quo aliquis Epiſcopus fungitur pro bono communi & pace introducenda officio Oratoris apud alios principes tam Catholicos quam infideles, & n.4.*
5. *Antiquis temporibus licet ex permiſſione & taciturnitate Pontificum rationabili hoc eſſet licitum, tamen ius diuinum in has parte nimis relaxatur, n.6. & quid Concilium Tridentinum ſtatuat, n.7.*
8. *An Prorex Indiarum ſi neceſſitas publicà vrgeat, & ſit Epiſcopus in peragendis negotiis expeditus poſſit mittere ad legationem neceſſariam.*
9. *D. Caietani animaduerſio.*

QVINTVM dubium eſt de Oratore Regis apud alium Principem abſolutum, pro negotiis attinentibus ad bonum publicum, & de Prorege alicuius regni, an ſit ſufficiens cauſa excuſandi à reſidentia perſonali ex vi decreti Tridentini? nam poſt Bullam Vrbani VIII. ſi vſu eſt recepta non dubitamus non licere, & quidem ſi annales reuoluamus Eccleſiaſticos, paſſim inueniemus † Principes, Reges, & Imperatores, 2
miſiſſè Epiſcopos ad alios Reges, qui fungerentur officio Legati & Oratoris hoc cõſtat à tempore Concilij Emeritani celebrati, *ante mille ferè annos*, & à tempore Iuſtini Imperatoris multis exemplis confirmat Salzedo, *vbi ſuprà, à num.65. vſque ad num.72.* quare conſuetudine ipſa non repugnãte, † à 3
Pontificibus videtur interpretatum ius diuinum de reſidentia perſonali, quod non obliget tempore detracto, quo aliquis Epiſcopus fungitur pro bono communi & pace introducenda officio Oratoris apud alios Principes ſiue Catholicos ſiue Ethnicos & infideles, ſic fecit Michaël Dux Venerorum, qui miſit ad pacem cum Emanuele Imperatore inducendam Michaëlem Epiſcopum Eſquilinum, & Dux Sabaudiæ miſit Epiſcopum Torulorien. ad Venetos, vt ipſos componeret cum Genuenſibus in his enim caſibus notoria eſt vtilitas Reipublicæ, atque ita ipſa Concilij Tridentini legali 4
interpretatione, quando cauſa notoria eſt, & aliquando repentina, videtur quod Epiſcopus iuſſu Regis, poteſt fungi ad tempus officio Oratoris & Legati.

Sed quamuis † antiquis temporibus ex 5
permiſſione, & taciturnitate Pontificum rationabili hoc eſſet licitum, & Epiſcopi licitè dum fungerentur his officiis, non reſiderent ex tacita Pontificis diſpenſatione orta, ex patientia prudenti; qua tunc temporis vti conueniebat, ad maiora vitanda inconuenientia & conſeruandam Principum in Eccleſiam Romanam deuotionem; tamen † quia ius diuinum in hac parte nimis rela- 6
xabatur. Concilium Tridentinum ſtatuit, quod cauſæ quas ad nõ reſidendum ponit examinentur à Romano Pontifice, etſi ad hunc ſit longus acceſſus à Metropolitano, & iſto abſente ab antiquiore Epiſcopo ſuffraganeo reſidente, & ſi non approbentur hîc & nunc currere, non poteſt Epiſcopus abeſſe etiã de mandaro Regis, huc accedit Bulla Clementis VIII. *ſupra adducta miſſa ad* 7
Philipp. II. declaratoria Concilij, quare ſine licentia Papæ ſi commodè haberi poteſt vrgente neceſſitate, vel Metropolit. aut ſuffragan. antiquioris huiuſmodi munia exercere poſſunt extra ſuam Diœceſim, huc accedit Bulla Vrbana, quam ſupra dedi, niſi ob ſummum eius rigorem non ſit admiſſa.

Ex quo fit quod † Protex Indiarum po- 8
teſt ſi neceſſitas publica vrgeat, & ſit aliquis Epiſcopus

Epiſcopus pollens prudentia, & dexteritate in peragendis negotiis, de conſenſu Metropolitani ſi vicinus ſit aut antiquioris Suffraganei, ipſum mittere ad legationem neceſſariam vel ad noſtrum Regem vel ad alium
9 Principem, ſed vt † aduertit Dominus Caietanus 22. *quæſtione centeſima octuageſima quinta, articulo quinto*, penſanda eſt quantitas huius neceſſitatis cum quantitate damni ſpiritualis, quod poteſt oriri ex abſentia Paſtoris.

RESOLVTIO XXI.

Vtrum in diſpenſatione huius præcepti diuini; intelligatur conditio, ſi cauſa permaneat?

SVMMARIVM.

1. *In diſpenſatione iuris diuini de reſidentia perſonali qua intelligatur conditio.*
2. *An ſtatim ac cauſa motiua diſpenſandi ceſſauit, ſtatim ius diuinum exerat vires ſuas.*
3. *An diſpenſatio Pontificia eſſet iniqua, ſi ceſſante cauſa non ceſſaret.*

DVBIVM ſextum an † in diſpenſatione iuris diuini de reſidentia perſonali intelligatur illa conditio, ſi cauſa ad diſpenſandum modo permaneat, & dicendum quod ſic, nam ſi iſta conditio non imbiberetur in tali diſpenſatione iniquè procederet diſpenſans, volens ſuam diſpenſationem iuris diuini extendi ad caſum in quo cauſa prorſus ceſſaret, hæc enim omnino neceſſaria eſt non ſolum ad licitam, ſed etiam ad validam diſpenſationem in iure diuino, quare † ſtatim ac cauſa motiua diſpenſandi ceſſauit ſtatim ius diuinum exerit vires ſuas, & ſic in eius diſpenſatione neceſſario imbibitur illa conditio, confirmatur ex lege, *ex facto D. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* in qua conceditur priuilegium patri, vt poſſit teſtari pro filio amente, quia erat amens, quare ceſſante cauſa motiua ſcilicèt amentia, ceſſat priuilegium factum patri, quia iniquum eſt priuilegium Principis ſi ceſſante cauſa adhuc perſeuerat, & ſic † iniqua eſſet Pontificia diſpenſatio, ſi ceſſante cauſa non ceſſaret, quia ſicut iſta non exiſtente à principio nulla eſt diſpenſatio, ita ceſſante prorſus euaneſcit, & incipit obligare ius diuinum de reſidentia perſonali. 1 2 3

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS
DE
RESIDENTIA PERSONALI PARROCHORVM.

SVMMARIVM.

1. *Quid magis neceſſarium ſit pro ouium ſalute.*

1 CVM † vna ex præcipuis, & magis neceſſaria pro ouium vtilitate ſpirituali ſit reſidentia Paſtorum, & reſidentia perſonalis ſuper gregem ſuum, non abſque conſilio & amicorum ſuaſione de hac materia diffusè tractare decreui, de qua multoties conſultus ſum, Romæ, Matriti, Hiſpali & alibi, non tamen omnem omnino quæſtionem diſputabo, ſed ſolum eas quæ aliquatenus concernere poſſunt ad præſentem tractatum.

RESOLV

RESOLVTIO I.

Vtrum reſidentia perſonalis Parrochorum, ſit de iure diuino.

SVMMARIVM.

1. *Quomodo obligentur ad reſidentiam Parochi.*
2. *Ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea qua ſunt perfectionis cum aliqua ſolemnitate, ex S. Thoma.*
3. *An Parochi poſſint animarum curam deſerere tranſeundo ad religionem abſque licentia Epiſcopi.*
4. *Epiſcopi quia ſunt in ſtatu perfectionis non niſi Summi Pontificis authoritate Epiſcopalem curam poteſt deſerere.*
5. *Innocentij III. ſententia.*
6. *Papa ſoli licet diſpenſare in voto perpetuo, quo quis ſe ad curam ſubditorum adſtrinxit, Epiſcopatum ſuſcipiens, ex S. Thoma.*
7. *Obligatio voti perpetui prafertur omni alij obligationi.*
8. *Epiſcopi Praſulatum non poſſunt deſerere quacumque occaſione abſque authoritate Romani Pontificis.*
9. *Diuerſimodè obligantur ex iure diuino ad reſidentiam perſonalem Epiſcopi, ac obligantur Parochi, ac alij inferiores animarum Paſtores.*
10. *Votum perpetuum non habent Curati.*
11. *Epiſcopi non faciunt votum non deſerendi gregem ſibi commiſſum, ſed ſolum eſſe praceptum inducens obligationem perpetuam, ex Cuiet.*
12. *Epiſcopi an formaliter habeant votum.*
13. *Quid dicat Epiſcopus in ſua conſecratione.*
14. *Quid iuret Epiſcopus.*
15. *Epiſcopus an poſſit per Papam diſpenſari, & illius votum non deſerendi gregem an poſſit diſpenſari.*
16. *Cur Epiſcopus non poteſt ex iure diuino deſerere gregem, benè tamen Curatus.*
17. *Diſcriminis ratio affertur.*
18. *Agentia principalia tenentur ad perfectionem ſuorum ſtatuum ex propria virtute.*
19. *Diuerſa obligatione iuris diuini adſtringitur Epiſcopus, ac adſtringitur Parochus.*
20. *Obligationem non deſerendi gregem votum appellat & ſolemne S. Thomas.*
21. *Hanc obligationem oriri ex pracepto nunquam dixit S. Doctor, ſed ex voto à ſolo Pontifice diſpenſabili.*
22. *An Epiſcopus obligetur ex iure diuino ad non deſerendum gregem ſibi commiſſum, vt à contemplatione vacaret, renuncians voluntariè Epiſcopatum, ſicut Curatus renunciat Parochiam.*
23. *An Epiſcopus in ſua conſecratione voueat implicitè non ſe deſerturum gregem commiſſum.*
24. *Epiſcopum facere votum intelligit S. Thomas, de voto quoad effectum non de voto quoad eſſentiam.*
25. *Eiuſdem D. Thoma ſententia.*
26. *An Epiſcopi voueant implicitè non deſerere gregem ſibi commiſſum à Papa.*
27. *Ex vi voti impliciti oritur obligatio iuris diuini.*
28. *Votum implicitum quod imbibitur in aliquo caſu optimè poteſt diſpenſari.*
29. *An ratione voti impliciti non conſecretur vouens ſpecialiter & primariò.*

QVAMVIS vt ſupra vidimus ex ſcriptura, PP. CC. DD. vtriuſque iuris,
Theologis omnibus ferè conſentientibus;
ex præcepto diuino mandatum eſſe omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt,
perſonaliter reſidere ſub qua vniuerſali
comprehenduntur Parochi, quibus etiam
commiſſa eſt animarum cura, ſicut vidimus Epiſcopos & Prælatos maiores com-
prehendi, ſed longè † diuerſo modo obli- 1
gantur iſti ex præcepto diuino, ac Parochi
cuius differentiam mirabili ingenio aſſecutus eſt eſt D. Thomas, & eam deduxit ex
iure Canonico, etenim Epiſcopus ex vi ſui
muneris cum in vita ſpirituali Monarchiæ
Eccleſiæ (quam iure diuino eſſe conſtantem, eſt indubitata ſententia) ſit in ſtatu
perfecto, & ſtatus abſque immutabilitate
ſubſiſtere nequeat; immutabilitas ſtatus
Epiſcopalis, qui reſpicit proprium gregem,
quem paſcere tenetur prouenit à voto ſolemni, quod faciunt Epiſcopi reſidendi, &
vigilandi ſuper gregem ſuum, quod eleganter docuit ſanctus Doctor 22. *quaſt.* 184.
artic. 4 *ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea qua ſunt perfectionis cũ
aliqua ſolemnitate*, ex qua doctrina colligit, 2
art. 5. *diſcrimen inter Parochos, & Epiſcopos, quia illi neque ex parte ordinis ſacri, neque ex parte cura animarum, quam ſuſcipiunt, ponuntur in ſtatu perfectionis, non enim obligantur ex hoc ipſo vinculo perpetui voti ad hoc,
quod curam animarum retineant, ſed † poſſunt* 3
eam deſerere, vel tranſeundo ad Religionem, etiam abſque licentia Epiſcopi, vt habetur, in decretis 19. *quaſtione ſecunda, & etiam cum licentia Epiſcopi poteſt aliquis Archidiaconus Archidiaconatum, vel Parochiam, dimittere,*

&

& ſimplicem præbendam accipere, ſine cura,
quod nullo modo liceret ſi eſſet in ſtatu perfe-
ctionis, nemo enim manum ſuam mittens ad
aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno
4 *Dei, vt dicitur Luc. 9. Epiſcopi autem* † *quia*
ſunt in ſtatu perfectionis, non niſi auctorita-
te Summi Pontificis ad quem etiam pertinet
in votis perpetuis diſpenſare, poſſunt Epiſco-
palem curam deſerere & ex certis cauſis, vt di-
citur infra, quæſt. 185. artic. 4. Vnde manife-
ſtum eſt, quod non omnes Prælati ſunt in ſtatu
perfectionis, ſed ſoli Epiſcopi.
5 Et *articulo quarto* idem repetit adducens
verba † Innocentij III. *in capite niſi cum pri-*
dem extra de renunciationibus, ſi pennas ha-
beas quibus ſatagas in ſolitudinem auolare,
ita tamen adſtricta ſicut nexibus præceptorum,
vt liberum non habeas abſque noſtra permiſſio-
ne volatum. Hæc Pontifex ex quibus infert
6 ſanctus Thomas, *ſoli enim* † *Papa licet di-*
ſpenſare in voto perpetuo quo quis ſe ad curam
ſubditorum adſtrinxit Epiſcopatum ſuſcipiens
& quæſtione 189. *articulo ſeptimo, poſtquam*
in argumento, ſed contra adduxit caput duæ
ſunt leges 19. *quæſtio.* 2. vbi ſtatuitur quod
Parrochus poteſt etiam renuente Epiſcopo
ad Religionem auolare, ſic fatur *in corp.*
7 *art.* † *obligatio voti perpetui præfertur omni*
alij obligationi, obligari autem voto perpetuo,
& ſolum ad vacandum diuinis obſequiis pro-
priè competit Epiſcopis, & Religioſis. Presbyte-
ri autem Curati, & Archidiaconi non obligan-
tur voto perpetuo & ſolemni, ad curam anima-
rum retinendam, ſicut ad hoc obligantur Epi-
8 *ſcopi, Vnde* † *Epiſcopi Præſulatum non poſſunt*
deſerere quacunque occaſione abſque authori-
tate Romani Pontificis, vt habetur, extra de
Regularibus, capite licet, Archidiaconi autem
& Presbyteri poſſunt libere abrenunciare Epi-
ſcopo curam eis commiſſam, abſque ſpeciali
licentia Papæ, qui ſolus poteſt in votis perpetuis
diſpenſare.
Quare apud Diuum Thomam omnino
9 certum eſt † diuerſo modo obligari ex iure
diuino ad reſidentiam perſonalem Epiſco-
pos, ac obligantur Parrochi, & alij infe-
riores Paſtores animarum, nam Epiſcopi
cum ſint in ſtatu perfecto ex duplici titulo
iuris diuini obligantur ad præfatam reſi-
dentiam, & quia Paſtores quibus ius diui-
num & naturale obligat ad vigilãdum per-
ſonaliter ſuper gregem ſuum, & quia in
hac arte Paſtoritia habent ſtatum perfe-
ctum immobilem ratione voti perpetui, in
quo ſolus Pontifex poteſt diſpenſare, non
10 deſerendi gregem ſuum, quod † votum
non habent curati, & alij Paſtores inferio-
ris animarum, cum libere etiam contradi-
cente Epiſcopo poſſunt deſerere gregem
ſuum, & admittere beneficium ſine cura
animarum, vel ad Religionem ſe conferre,
quare ex vi officij Paſtoris tempore quo il-
lud exercet obligantur ex iure diuino ad
reſidentiam perſonalem.
Verum enim vero, quamuis vt dixi
hoc ſit indubitatum in doctrina Diui Tho-
mæ, nihilominus Eminentiſſimus Domi-
nus Caietanus in comment. *articulo 5. quæ-* 11
ſtione 184. *&* 189. *articulo* 7. in ea eſt ſen-
tentia, vt exiſtimet, † Epiſcopos non fa-
cere votum non deſerendi gregem ſibi
commiſſum, ſed ſolum eſſe præceptum
inducens obligationem perpetuam, & ita
quando inuenitur, quod Epiſcopi vouent,
ea quæ ſunt perfectionis, vt eſt non deſe-
rere gregem ſibi commiſſum, intelligitur
de voto quoad effectum, non quoad eſſen-
tiam, hoc eſt, quod habent obligationem,
ac ſi vouiſſent, non tamen † formaliter 12
habent votum, & præterea tranſgredien-
do non ſunt rei voti facti, ſed præcepti
ſuſcepti, quam ſententiam probat, Primò,
quia non vouent implicitè, ſicut, qui ſuſ-
cipit ordinem ſacrum in Eccleſia occiden-
tali, vouent caſtitatem, cum hoc iure ca-
nonico inueniatur cautum, neque etiam
explicitè cum in ritu, & ceremonia, qui-
bus conſecrantur Epiſcopi nihil tale inue-
niatur, nam ſolum † dicit quod credit, ea 13
quæ ſunt fidei, & cum interrogetur de
agendis, dicit, *volo*; verbum autem *credo*
& *volo* non habent vim voti.
Secundò, quia *cap. ego. ff. de iureiuran-*
do † Epiſcopus iurat quædam particularia
ſe facturum, & fidelitatem Summo Pon-
tifici, non tamen iurat non deſerturum
oues ſibi commiſſas. Tertiò, quia *capite*
niſi cum pridem, dicitur † *Epiſcopum habere* 14
altas ſtrictas nexibus præceptorum, & non di-
xit *nexibus votorum.* Quarto, quia vo-
tum ſolemne Religionis, vt ait ſanctus Do-
ctor *quæſtione octuageſima, articulo quarto*
† non poteſt per Papam diſpenſari, at vo-
tum Epiſcopi non deſerendi gregem, po-
teſt diſpenſari *capite niſi cum pridem citato,*
ergo hoc non eſt votum, niſi lato vocabulo
& impropriè.
Sed cum hoc ita ſit iuxta Caietani ſen-
tentiam tradit optimam rationem, cur † 15
Epiſcopus, non poteſt ex iure diuino deſe-
rere gregem bene tamen curatus, quia ait
(*articulo ſexto, quæſtione centeſima octuageſi-*
ma quarta, Paragraph. ad obiecta, contra pri-
mam rationem) *Curati de iuris rigore non te-*
nentur ad curam animarum retinendam, quo-
niam nec iure ſcripto hoc inuenitur cautum,
nec naturali, ſeu diuino iure, ad hoc tenen-
tur, ſicut tenentur Epiſcopi † *& ratio dif-* 16
ferentiæ eſt, quia Epiſcopi aſſumunt cu-
ram animarum, vt agentia principalia,
Curati vero aſſumunt curam animarum,
vt officiales principalium agentium. Hinc
enim

Digitized by Google

enim prouenit quod Epiſcopi tenentur natu-
rali vinculo ex diuino iure, ad curam animа-
18 *rum non deſerendam, niſi caſu, ſicut † agentia*
Principalia tenentur ad perfectionem ſuorum
effectuum ex propria virtute; officiales vero
quia in virtute principalis agentis operantur vt
inſtrumenta & ſicut aliena agunt virtute, ita
alienam exequuntur obligationem. Hactenus
ſatis profunde Dominus Caietanus, iuxta
19 cuius doctrinam etiam ſequitur † diuerſa
obligatione iuris diuini adſtringi Epiſco-
pum, ac adſtringitur Parrochus, nam iſte
vtpotè inſtrumentum voluntarium non ad-
ſtringitur ad non deſerendum gregem,
quia non eſt in ſtatu perfectionis, ſicut E-
piſcopus, & ita adſtringitur iure diuino
ad non deſerendum gregem ſibi commiſ-
ſum.

Cæterum quamuis ſententia iſta Caieta-
ni valdè ſubtilis ſit, & probabilis. Sanctus
Thomas contrarium expreſsè docet vt vi-
20 dimus † ſemper enim obligationem non de-
ſerendi gregem votum appellat, & ſolem-
ne, & numquam præceptum diuinum niſi
ſuppoſito voto, cum adduxiſſet verba In-
nocentij III. *cap. Niſi.* dicentis, *Epiſcopos ha-*
bere illos aſtrictas nexibus præceptorum, con-
cludit, *quod Papæ ſoli licet diſpenſare in voto*
quo quis ſe ad curam ſubditorum adſtrinxit
Epiſcopatum ſuſcipiens, & mirum eſt quod
21 † nunquam hanc obligationem oriri *ex præ-*
cepto, dixerit, ſed ſemper, *ex voto*, à ſolo
Pontifice diſpenſabili, ex hoc enim voto
oritur immutabilitas ſtatus perfecti Epiſco-
palis ad non deſerendum gregem ſibi à
Pontifice commiſſum.

Tum etiam, quia vt *ſuprà* vidimus non
apparet locus Sacræ Scripturæ, ex quo col-
22 ligatur † Epiſcopum obligari ex iure diui-
no ad non deſerendum gregem ſibi com-
miſſum, vt à contemplatione vacaret re-
nuntians voluntariè Epiſcopatum, ſicut cu-
ratus renuntiat Parrochiam, quia ſicut iſte
eſt inſtrumentum & officialis Epiſcopi ita
Epiſcopus eſſet inſtrumentum Papæ, cui
tanquam Principali Paſtori iure diuino
commiſſæ ſunt oues omnes Chriſti, & Epiſ-
copi accipiuntur in partem ſolicitudinis vt
egregiè contemplatur Diuus Bernardus,
lib. de conſiderat. ad Eug. cap. 8. at hoc dici ne-
23 quit, ergo ideò eſt quia † Epiſcopus in ſua
conſecratione vouet implicitè, non ſe de-
ſerturum gregem commiſſum: & ratione
huius voti conſtituitur agens principale, ad
gubernandam ſuam Diœceſim, quia con-
ſtituitur in ſtatu perfecto, vt ait Diony-
ſius *de Eccleſiaſtica Hierarchia*, *capite*. 5.
qui ſtatus oritur ex immutabilitate voti
præfati, quod ex natura ſua eſt perpe-
tuum.

Nec fundamenta Caietani me mouent
contra ſanctum Doctorem, & imprimis id
quod dicit, quod quando ſanctus Thomas
docet † Epiſcopum facere votum intelligi- 24
tur de voto quoad effectum non de voto
quoad eſſentiam, extorta eſt omnino inter-
pretatio alias etiam poſſemus dicere quod
Epiſcopus facit votum non mentiendi non
peierandi, quia quantum ad effectum ita
manet obligatus ad hæc non facienda ac ſi
vouiſſet, quod eſt ridiculum, tum etiam,
quia † Diuus Thomas expreſsè concedit 25
quod Papa poteſt diſpenſare in votis perpe-
tuis, & tamen expreſsè negat quod poſſit
diſpenſare in iure diuino, ſed ſolum inter-
pretari illud, iuxta ea quæ *in ſuperiori lib.*
diſcuſſa ſunt.

Ad primum reſpondetur, quod † Epiſco- 26
pi vouent implicitè non deſerere gregem
ſibi commiſſum à Papa, quia hoc votum eſ-
ſentialiter requiritur ad ſtatum perfectum,
quem in conſecratione aſſumit reſpectu
huius gregis.

Ad ſecundum reſpondetur tranſeat, quia
eſt argumentum ab auctoritate negatiua.

Ad tertium reſpondetur, quod † ex vi 27
voti impliciti oritur obligatio iuris diuini,
& ita optimè dicitur ab Innocentio quod
Epiſcopus tenetur, *nexibus præceptorum*.

Ad quartum quod votum ſolemne ex-
plicitum iuxta doctrinam Diui Thomæ
optimam & mihi certam non poteſt diſ-
penſari per Papam, vt alibi latè docui, at
† votum implicitum quod imbibitur in ali- 28
quo ſtatu optimè poteſt diſpenſari, ſicut po-
teſt Papa diſpenſare, quod Sacerdos Latinus
ducat vxorem, quia eſt votum implicitum
in ſtatu Sacerdotali, aut in alio ordine ſa-
cro, ratio diſcriminis eſt quia ratione voti
impliciti ſolemnis non conſecratur ſpecia-
liter Deo perſona vouens ſicut per votum
explicitum ſolemne conſecratur Deo, quæ
conſecratio ſemel facta nulla humana po-
tentia auferri poteſt, quod verò † ratione 29
voti impliciti non conſecretur vouens ſpe-
cialiter & primario eſt manifeſtum, quia ſe-
quitur ad aliam conſecrationem aut Epiſ-
copalem, aut Ordinis ſacri. Vnde hoc poteſt
diſpenſari à Papa ſecus vero votum expreſ-
ſum ſolemne, ratione cuius primario &
adæquatè conſecratur quis Deo, legatur
Diana, *part.* 8. *tract.* 1. *reſolutio.* 72.
vbi ex aliis plura ad hoc
intentum dicit.

RESOLVTIO II.

Quid requiratur, vt Parrochus dicatur verè, & propriè reſidere?

SVMMARIVM.

1. *Vt Parrochus ſatisfaciat præcepto diuino de reſidentia Paſtorum, & vigilantia ſuper gregem ſuum, dicaturque verè, & propriè reſidere, tria requiruntur.*
2. *Declarationes de reſidentia Parrochi quo tempore facta ſint.*
3. *An ſi iſtæ declarationes ſub forma authentica factæ ſint, in iudicio & extra ſunt neceſſariò admittendæ.*
4. *Cardinalibus interpretibus quæ authoritas data ſit, ex Zippeo.*
5. *Hæ declarationes non ſunt ſolum doctrinales, ſed definitiuæ & deciſiuæ ac ſi à Papa reſcriptæ eſſent, ex Nicolao Garzia.*
6. *Plurimæ afferuntur declarationes.*
7. *Quando Sacra Rota Romana nixa declarationibus Cardinalium ſententiam tulit, an ſit iuridica declaratio.*
8. *Doctorum ſententia.*
9. *Minime mutanda ſunt quæ certam ſententiam habuerunt, ex iiſdem Doctoribus.*
10. *Si Doctor grauis & claſſicus declaratione Cardinalium vtatur, eſt in vtroque foro amplectenda.*
11. *Geminiani, & Ioannis And. ſententia.*
12. *An Decretum Congregationis ex iuſſu Vrbani VIII. non intelligatur de his declarationibus.*
13. *Selly ſententia.*
14. *An Declarationes quas adducunt Cardinales Bellarminus, Barboſa, & Marzilla ad Decreta Sacroſancti Concilij Tridentini ſint authenticæ, & numero 15.*
16. *An omnes declarationes præfatæ nullius ſint authoritatis, & n. 17.*
18. *An illis declarationibus ſit fides adhibenda in vtroque foro.*
19. *Quid pro difficultate notandum.*
20. *Vt Parrochus verè & propriè dicatur reſidere, quid requiratur.*

1 COmmunis omnium ſenſus, & conſenſus eſt, tria requiri vt Parrochus ſatisfaciat præcepto diuino de reſidentia

Paſtorum & vigilantia ſuper gregem ſuum, dicaturque verè & propriè reſidere. Primo vt in propria Eccleſia, ſecundo vt perſonaliter, tertio, vt continuo, ita omnes fere Doctores citati in ſuperioribus, & in pluribus Eminentiſſimorum Cardinalium declarationibus conſtat, vt iam videbimus (cæterum † fere omnes iſtæ declarationes 2
factæ ſunt ante declarationem & decretum Vrbani Octaui, quare opere pretium eſt aduotare, quod quamuis Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum *die 20. Aug. 1631.* ex ſpeciali ſanctiſſimi Domini Vrbani diuina prouidentia Papæ Octaui mandauerit, & præceperit, *huiuſmodi declarationibus tam impreſſis quam imprimendis nullam fidem eſſe in iudicio ſiue extra à quoquam adhibendam, ſed tantum illis quæ in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac à Secretario eiuſdem Congregationis pro tempore exiſtentium munitæ fuerint.*

Ex quo decreto ſequitur manifeſtè, quod † ſi iſtæ declarationes factæ ſint ſub forma 3
authentica vt præſcribitur in illo, in iudicio & extra neceſſario ſunt admittendæ, tanquam legis Tridentinæ iuridica interpretatio à Superiore potente interpretari legem, facta cuius non requiritur ſpecialis promulgatio, ſed ſat eſt illa, quæ facta fuit legis, quæ interpretatur, vt optimè aduertit Emanuel Rodriguez, *qu. Reg. tom..... quæſtio 11. art. 2.* quem ſequuntur Hieronymus Rodriguez. *Reſolutio. decima-octaua. numero vigeſimo-ſecundo. & Reſolutio. vigeſima-tertia. numero primo.* Delrius. *libro ſexto. diſquiſ. capite primo. ſectio. tertia. in fine.* Gambaruta. *de caſibus reſeruatis capite tertio. numero ſexto.* Salas. *de leg. tract. 14. diſputatio. 21. ſectio. 12.* Zippeus, *in Analitica poſtrema iuris in Epiſtola ad Lectorem*, vbi ſic loquitur. † *Cardinalibus interpretibus,* 4
ea Authoritas data eſt, quæ olim in Republica Romana prudentibus, quorum reſponſa accipiebantur pro iure vt illorum Reſolutiones in vtroque foro ſeruandas & iuxta eas indicandum aſſeratur. & Nicolaus Garzia, *tomo primo de beneficiis.* plura ſatis cordatè & prudenter dicit de auctoritate declarationum huiuſmodi, dicens † non eſſe ſolum 5
doctrinales ſed diffinitiuas & deciſiuas, ac ſi à Papa eſſent reſcriptæ, vnde ſuper declarationes Sacræ Congregationis Papa ſtatim dat breue, & Auditor Cameræ monitorium in earum executionem, & Rota eas abſque vlla controuerſia & diſputatione amplectitur, ſuſcipit & obſeruat vt praxis oſtendit, ſed de hoc latius dixi *tomo ſecundo tractat. Moralium tractat.....: Reſolutio.....*

6 Sed cum hoc ita ſit, † & plurimæ ſint
declarationes apud Auctores, Cardinalium
interpretum Concilij Tridentini, de quibus
non conſtat, an ſint factæ in ea forma, quam
præſcribit Congregatio, ex iuſſu Vrba-
ni octaui, & in illis fundent opiniones ſuas,
tum circa reſidentiam Parrochorum, tum
circa alias materias: & Rota Romana ſen-
tentiam ferat illis nixa, vt *in Panorm. Ar-
chipresbyteratus* 5. *Iunij milleſimi ſexcenteſi-
mi & vigeſimi, coram Burato deciſio.* 479. *nu-
mero* 3. & in *Niʒen. Parrochi vigeſimi Maij
milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti coram
Vbaldo, & in Tiburt. Parrochi vigeſimi ſepti-
mi Iunij milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi noni
coram Pironano, & Cauallîero, deciſio* 627.
Vnde Ferentil. *in annotatis ad deciſionem*
479. Burat. *numero vigeſimo & vigeſimo pri-
mo*, optimè dicit quod non eſt neceſſarium
adducere declarationes Cardinalium in
actis, ſed ſufficit eas allegare ad inſtar
legis communis iuxta textum *in Paragra-
pho, reſponſa inſtitut. de iure naturali*, quo-
modo ergo intelligendum eſt decretum
factum iuſſu Vrbani VIII.

7 Ego quidem exiſtimo, quod † quando
ſacra Rota Romana nixa declarationibus
Cardinalium ſententiam tulit, iſta decla-
ratio eſt iuridica, & authentica, & quam-
uis alias nobis non conſtet ex inſpectione
oculari, ſufficit Authoritas tam ſupremi
tribunalis, vt prout indubitata habeatur
talis declaratio obligetque in vtroque foro,
quando vero communis ſententia vtitur
declaratione Cardinalitia, & de illa nun-
quam extitit dubium, quod ſit iuridicè fa-
cta, & in lucem edita illis conditionibus
requiſitis in decreto Vrbano; etiam in
vtroque foro eſt amplectenda iuxta deno-
8 tata † per Doctores *ad legem Barbarium D.
de officio Pratoris*, & † minimè mutanda
ſunt quæ certam ſententiam habuerunt,
9 *leg. minimè D. de legibus*, & in caſu dubij
pro multitudine præſumendum eſt iuxta
gloſſam, *cap. finali de pœnit. diſtinctione* 1.
& communis opinio inducit probabilem
errorem textus iuncta gloſſa, *in capite vni-
co, de poſtulat. Pralatorum in ſexto*, & notat
Bartholus, *leg. de eo, Cod. de pœnis iud. qui
10 mal. iud.* Si vero † Doctor grauis & claſſi-
cus declaratione Cardinalium vtatur, etiam
eſt in vtroque foro amplectenda, quia non
eſt præſumendum, quod Doctor iſte illa
vteretur niſi eſſet authentica, & iuri-
dica, argumento *ex lege prima Cod. de vete-
ri iur. enucleand.* quod limitandum eſt ſe-
11 cundum Geminian. † *cap.* 1. *de ſumm. Tri-
nit in ſexto*, & Ioannem Andream, *cap.* 1.
de conſtitutionibus, niſi notoriè maledicat,
& rationabiliter conuinci poſſit, quia vera
& certa ratio contraria aſſignatur.

Decretum igitur † congregationis ex 12
iuſſu Vrbani VIII. non intelligitur de de-
clarationibus, de quibus locuti ſumus, qui-
bus vſi ſunt Doctores iudices & ſcriptores
claſſici, quæ ſemper præſumuntur iuridicæ,
vt dixi, ſed de aliis, quæ ſeparatim impri-
muntur, vel ſunt manuſcriptæ & non in
authentica forma, iſtæ enim non faciunt
fidem aliquam in aliquo foro, ſiue externo,
ſiue interno; ſimile decretum fecit ſacra
Congregatio Sacrorum Rituum 2. *Auguſti
anno milleſimo ſexcẽteſimo trigeſimo ſecundo*,
vt refert † Sellius *in ſelectis Canonicis capite* 13
primo, numero octuageſimo, & Lezan. *tomo*
3. *qq. Regul. verbo ſacra Congregatio, nume-
ro quinto*; verum enim vero neceſſarium
non eſt, quod Authores dum vtuntur hu-
iuſmodi declarationibus ibi inducant for-
mam authenticam, eſſet enim nimis
moleſtum tam ſcriptoribus, quam lecto-
ribus.

Cæterum dubitabis, an † declarationes 14
quas adducunt Cardinalis Bellarminus,
Barboſa, & Marzilla, ad decreta Sacro-
ſancti Concilij Tridentini ſint authenticæ,
hodie poſt decretum Vrbanum, Barboſa
in priori impreſſione, & Poſtumus liber
Cardinalis Bellarmini, vidit lucem, *anno
milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto*,
quare in illo ſic habetur, poſt priuilegium
Regis Chriſtianiſſimi. *His declarationibus
ſacra Congregationis Concilij nullam fidem
eſſe in iudicio, vel extra à quoquam adhiben-
dam, ſed tantum illis, qua in Authentica
forma ſolito ſigillo & ſubſcriptione Eminen-
tiſſimi Cardinalis Prafecti, ac Secretarij
eiuſdem ſacra Congregationis prò tempore
exiſtentium munita fuerint, eadem ſacra
Congregatio ex ſpeciali ſanctiſſimi Domini
noſtri Vrbani Papa VIII. iuſſa mandauit &
pracepit Roma die ſecundo Auguſti milleſimi* 15
*ſexcenteſimi trigeſimi ſecundi, & Concilium
ſancta & generalis Inquiſitionis Hiſpania
Regnorum cum huiuſmodi declaratione, poſſe
liberè & licitè à quocumque vendi, & reti-
neri cenſuit Matriti die ſeptimo octobris mil-
leſimi ſexcenteſimi trigeſimi tertij.*

Quare † omnes declarationes præfatæ 16
niſi alias conſtet eſſe ſub forma Vrbana
editas nullius ſunt authoritatis, aut pon-
deris etiam doctrinales, ſed tanquam
non dictæ habendæ ſint, dixi niſi alias
conſtet ex aliis capitibus ſupra adductis
authenticas eſſe, nec enim ſemper quod
citantur conſtare oculariter debet de for-
ma Vrbana, hoc enim, vt monui eſſet into-
lerabile onus ſcribentibus & legentibus, iſti
enim ſemper ſuſpenſum haberent iudiciũ
an declaratio, quam Auctor grauis & claſſi-

cus

cus adducit eſſet authentica, niſi videret ſubſcriptionẽ Cardinalis Præfecti,& Secre-
17 tarij Congregat. ſed ſemper eſt præſumendum,quod hodie poſt declarationem Vrbanam ſcriptor adducens declarationem, vidit eſſe ſub forma requiſita alias innumeras exemptiones, & priuilegia quæ à multis poſſidentur ex vi declarationum Eminentiſſimi Cardinalis, quarum verba adducunt ſcribentes legentibus licitum eſſe in dubium vertere, quod dici nequit. Barboſ. enim *tract.de dignitatib.* Sellius *in canonicis ſelectis*. Armendarez *ad leges Nauarræ*. Diana *in ſuis Reſolutionib.* & innumeri alij Doctiſſimi ſcriptores huius temporis ſcripſere poſt decretum Vrbanum, & quæſtiones, grauiſſimas ad vtrumque forum attinentes, ex declarationibus Cardinalium omnium fere congregationum determinarunt, & non poſuerunt ſubſcriptiones requiſitas in decreto Vrbano,& tamen dici nequit quod
18 † illis non ſit fides adhibenda in vtroque foro, quare ſufficit vt præſumatur eſſe authentica declaratio, quòd ponatur dies, & annus in quo facta eſt; cui præſumptioni ſtandum eſt, niſi rationabiliter contrarium poſſit conuinci, vt ſupra ex Ioanne Adria dicebam.

19 Quæ omnia valde notanda ſunt pro iudicio practico prudentiali formando, tam circa Auctores antiquos, quàm modernos, quibus valde periculum eſt dicere, ita deciſum eſt à ſacra Congregatione, vel Concilij, vel Rituum, vel propagandæ fidei, vel Epiſcoporum,& Regularium,vel Sanctæ & generalis Inquiſitionis Romanæ, & multas declarationes adducunt, ſine die & anno,at Auctore claſſico aut communi opinione recepta, aut Tribunali illis vtente, ad ferendam ſententiam declarationibus iſtis mutilis & non habentibus aliquam ex his circumſtantiis nulla eſt fides adhibenda in vtroque foro, vt determinatur, à decreto Vrbano,quod valde prudenter fuit editum, ſed de hac materia infra in digreſſione longiori redibit ſermo,eſt enim valde neceſſaria his temporibus.

20 Hac digreſſione non inutili noſtro inſtituto, ad propoſitum punctum de requiſitis, vt Parrochus dicatur verè & propriè reſidere, redeuntes. Primum erat vt ſit in propria Eccleſia, circa quod ſequentia obſeruanda ſunt quæ induco, & quatenus declarata à Sacra Congregatione Cardinalium Interpretum Concilij Tridentini, quia communi Doctorum vtriuſque iuris & Theologorum opinione firmata ſunt.

RESOLVTIO III.

De conditionibus requiſitis, vt Parrochus dicatur perſonaliter reſidere.

SVMMARIVM.

1. *Parrochus an teneatur reſidere intra Parrochiam intra cuius limites etiam habitant Parrochiani, etiamſi tantum fuerint in illa Parrochia tres vel quatuor incolæ.*
2. *Etiamſi Parrochus diſtet à ciuitate tantum tribus vel quatuor milliaribus, & diebus feſtiuis Parrochiali interſit, an poſſit conſtitui Magiſter Grammaticæ.*
3. *An Parrochialium Rectores debent reſidere in domo Parrochialium, & num.*4.5.*&* 6.*remiſſiuè.*
7. *Parrochi quamdiu manent cum animarum cura ratione officij ſui, an teneantur de iure diuino naturali reſidere perſonaliter iuxta gregem ſibi commiſſum, ſupra quem conſtitutus eſt Paſtor immediatus.*
8. *Epiſcopi, Prælati, & Paſtores iure diuino tenentur ad perſonalem reſidentiam ex Barthol. Carranza.*
9. *Qui fieri poteſt vt is cuius ad negotium arduum eligitur, induſtria alterum ſubſtituat.*
10. *Bartholomæus à Miranda idem ac Carranza, & n.*11.
12. *Orbis ſemper habuit ſacerdotum & doctorum magnam multitudinem;*
13. *Vox illa,* Operarius, *expenditur, n.*14.*&* 15.
16. *Quomodo cognoſcere debeant Paſtores obligationem qua vrgentur in vtroque foro reſidere perſonaliter, & inuigilare ſuper gregem ſuum,tempore quo lue peſtifera eſt infectus.*
17. *Sancti Bernardi ſententia.*
18. *Eccleſiæ prælatio magnum quiddam eſt, ex Chryſoſtomo.*
19. *Qui paſtores figura ſunt ſpiritualium Paſtorum, ex Theophilo.*
20. *Damaſus Papa in Epiſcopos inuehitur, &* n.21.
22. *Qui Epiſcopi meretricibus ſimiles,ex eodem.*
23. *Corepiſcoporum ſubrectitium ordinem cur excluſerit idem Damaſus.*
24. *Omnis negligenter paſcens, toties ſibi commendatum Dominicum gregem conuincitur, ſummum non amare Paſtorem,nec eius ſe velle diſcipulum fieri, cuius exempla negligit imitari.*
25. *B. Iacob. dictum.*

26. *Beneficia inferiora Eccleſiaſtica præſertim curam animarum habentia perſonis dignis & habilibus conferantur ex Conc. Trid.*

27. *Cogendi ſunt curati ad ſubeundum per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ea munia ad quæ tenentur, & n.28.*

1 PRIMVM † Parrochus tenetur reſi-
dere intra Parrochiam intra cuius li-
mites, etiam habitant Parrochiani: etiam
ſi tantum fuerint in illa Parrochia, tres vel
2 quatuor incolæ. Secundum, etiamſi † Par-
rochia diſtet à ciuitate tantum tribus &
quatuor milliaribus, & diebus feſtiuis Par-
rochiali interſit non poteſt conſtitui Magi-
ſter ludi ideſt grammaticæ. Tertium, licet
Parrochialis ſit in loco, vbi minor pars Par-
rochianorum habitat, & maior pars habitet
in locis longe remotis, tenetur habitare
prope Eccleſiam in ciuitate & ſuccurrere
eis, qui longe habitant ſecundum loci con-
ſuetudinem iuxta diſpoſitionem, *cap.4.ſeſſ.*
3 21. *Trident. de reformatione.* Quartum †
Parrochialium Rectores debent reſidere
in domo Parrochialium quod ſi Parrochia-
les domus non habent, tunc in alia domo,
quæ ſit intra limites Parrochiæ aut ſaltim
ita vicinæ Parrochiali Eccleſiæ, vt inde com-
mode poſſint per ſeipſos, ei inſeruire, &
ad hoc cogendum eſſe Parrochum, imo
non excuſatur Parrochus, quin intra Par-
rochiam reſidere debeat, quamuis non ad-
4 ſit commoda domus, Parrochialis, & ſit
magna aëris intemperies, & retineat ca-
pellanum in Parrochia, & ipſe accedat ſin-
gulis diebus feſtis, quæ omnia tradunt. Ni-
colaus Garzia. *p.3. de beneficiis, cap. 2. num.*
179. Armendariz. *ad leges Nauar. lib. 2. tit.*
26. *an Parrochi debeant reſidere num.87.149.*
& 150. Sanctarellus *Variarum Reſolutio. quæſtio.3.&* 4. Plura Gonzalez. *ad Reg.8.gloſ-
ſa.6. num.* 258. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi. allegatio.*53.*num.*71. & *de officio Parrochi p.*1.
cap.8. à num. 34. & *in Apoſtolicis deciſionibus. collectio.* 559. quod opus ſcripſit & prælo
mandauit poſt decretum Vrbanum. Zerola
in praxi. verbo Parrochus, & innumeri alij.
5 Quæ omnia hodie in praxi indefectibili-
ter obſeruantur, quia communis ſententia
ita intellexit declarationes adductas à Præ-
fatis Doctoribus, quæ vim habuerunt ad
hanc practicam conſuetudinem introducen-
dam, quod apud me eſt validum argumen-
tum has omnes declarationes authenticas
hos auctores vidiſſe non enim facile credi
poteſt Parrochos ſe obligatos iudicare, ex vi
6 harũ declarationum, niſi authenticas & ve-
ras iudicarent, cum ex vi Tridentini, niſi vt
declarati à Cardinalibus illius interpretibus,
non tenerentur ad tam ſtrictam in domibus
Parrochialibus reſidentiam, & ad alia mul-
ta quæ retulimus.

Secundum, quod requiritur eſt quod
perſonaliter reſideant circa quod ſequentia
à communi & certa ſententia recepta. Pri-
mum quod † Parrochi quandiu manent 7
cum animarum cura, ratione officij ſui te-
nentur de iure diuino naturali reſidere per-
ſonaliter iuxta gregem ſibi commiſſum, ſu-
pra quem conſtitutus eſt Paſtor immedia-
tus, ad quod probandum præterea quæ in
ſuperioribus ex *Trident. ſeſſio.*23. *cap.* 1. id
expreſſe aſſerente ſunt alia valde efficacia
argumenta quæ grauiſſimè congeſſit ſapien-
tiſſimus Vir Pater Magiſter Bartholomeus
Carranza Ordinis Prædicatorum & Conci-
lij Tridentini inſignis Theologus, quem iu-
re optimo vſque ad ſidera extollit Couarr.
*lib. 3. variarum cap. 13. num. 9. verſic. cæte-
rum.* vbi ſic loquitur probans idem aſſum-
ptum. † *Epiſcopique alij inferiores Prælati &* 8
*Paſtores iure diuino tenentur ad perſonalem re-
ſidentiam, cum ex iure diuino teneantur paſcere
gregem ſibi commiſſum, nam & decima dantur à
Chriſtianis ipſis Sacerdotibus, vt eis ſpiritua-
lia adminiſtrent, & ſint in hac Domini vinea
operarij digni mercede Matth. & Luc. cap.10.
quod minime eis conueniet ſuper vicarios, eas
operas exhibuerint, ac potius ipſi Vicarij erunt
operarij, quibus Domini Noſtri Ieſu Chriſti
verbum conueniet, & præterea perſona indu-
ſtria in his eligitur quod apertiſſimum eſt, quî
igitur fieri poteſt † vt is cuius ad negotium ar-* 9
*duum eligitur induſtria alterum ſubſtituat? qui-
bus equidem rationibus, & aliis iure firmioribus
probant hanc perſonalem reſidentiam iure diui-
no inſtitutam eſſe Caietanus 22. quæſtio.185.
art.5.* Ioannes Driedo *de libertate Chriſtia-
na pagi.204. omnium diligentiſſimè eruditione,
pietate Chriſtianiſque moribus inſignis vir
† Bartholomeus à Miranda (qui idem eſt ac* 10
*Bartholomeus Carranza ſub diuerſo cognomine,
quare malè pro diuerſo à quibuſdam citatur)
in ea controuerſia quam hac de re apud Tren-
tum habuit, cui aduerſus Ambroſium Catheri-
num ſubſcripſit Dominicus à Soto vir omnium
cenſura & iudicio in ſchola Theologica admo-
dum illuſtris in calce eius operis cui titulum fecit
de natura & gratia, & idem lib.10. de iuſtitia,
& iure quæſt. 3. art.5. & ſeqq.* Hactenus Co-
uarruuias quæ adduxi, tum quia fundamen-
ta noſtri aſſerti fere omnia continent, tum vt
videant moderni ſcriptores quanta venera-
tione vir tantus Scriptores ordinis Prædica-
torum citet, tanquam veritatis ſemper de-
fenſores.

Deinde hoc ipſum confirmat Magiſter 11
Carranza de Miranda ex illo Matth.10.*n.*18.
*meſſis quidẽ multa, operarij autem pauci, rogate
Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem
ſuam, ſed hac obiter adnotemus quia non di-*

xit

12 xit Chriſtus Sacerdotes pauci, quia † ſemper
urbs habuit Sacerdotum & Doctorum nume-
roſam multitudinem, operarios vero, qui Sa-
cerdotum & Epiſcoporum officio rectè funge-
rentur ſemper habuit paucos: hac igitur pra-
fatus primo ordinauit, vt gratis adminiſtra-
rent munera illa, caleſtia tantum permiſit, vt
operantes apud illos ſalutem aternam, qua ad
vitam naturalem ſeruandam erant neceſſaria
deſumerent, dicens edentes & bibentes, qua
apud illos ſunt, quoniam dignus eſt operarius
cibo ſuo Theophilus, hoc eſt à Diſcipulis paſce-
mini, debebunt enim hoc vobis, vt operariis.
Dixit autem cibo non luxu nec enim delitiari
oportet Doctorem, hac Theophilus. Expenda-
13 mus † vocem illam operarius, qui non eſt ope-
rarius, non eſt dignus cibum ſumere, in Ec-
cleſia, ſed qui non ſunt in diœceſi, aut parro-
chia ſua non poſſunt in ea operari; ergo abſen-
tes nõ poſſunt iure accipere mercedem aliquam,
cum nõ ſint operarij; hoc idem praſcripſit Chri-
ſtus ſeptuaginta duobus Diſcipulis quibus ſuc-
cedunt Parrochi. Luca 10. numero 14. comedi-
te & bibite, qua apponuntur vobis, dignus eſt
14 operarius mercede ſua Theophilus, pro merce-
de autem habete cibum, & ne quaratis, &
paſci & mercedem inſuper accipere, ſed ci-
bum pro mercede habetote, ſoli ergo operarij
ſuſcipiunt ex inſtitutione Euangelica merce-
dem in Eccleſia: Hæc ferè Miranda, cap. 4.
& cap. 3. circa medium adducit locum Eze-
chielis, cap. 14. n. 20. diſperſa ſunt oues mea
& facta ſunt in deuorationem beſtiarum agri,
eo quod non ſit Paſtor, quid eſt dictu non eſſe
Paſtorem in Iſraël? Si nullus eſt Paſtor quid eſt
15 quod Dominus dicit, ad Prophetam filij homi-
nis Propheta de Paſtoribus Iſraël, & Prophe-
ta clamátve Paſtoribus Iſrael, quid dicit, eo
quod non ſit Paſtor, certum eſt dixiſſe Domi-
num non eſſe Paſtores, aut ocioſos nec exercen-
tes officia ſua, quod non eſſe Paſtores quid enim
confert eſſe Paſtorem ſi nihil agat.

Plura alia adducit in confirmationem
huius manifeſtiſſimæ veritatis, ego vero
multis aliis è ſuo fonte deductis idem ma-
nifeſtè faciam. Eſt enim valdè neceſſarium
16 hoc confirmare, vt cognoſcant † Paſtores
obligationem, qua vrgentur in vtroque
foro, reſidere perſonaliter, & inuigilare
ſuper gregem ſuum tempore quo lue pe-
ſtifera eſt infectus, maximè indigens con-
ſolationibus, & remediis ſpiritualibus, quæ
ſine perſonali reſidentia impoſſibile eſt
ouibus adhibere, vt enim ait Auguſtinus
epiſtola 180. ad Honoratum, qui ſic fugit, vt
gregi Chriſti ea quibus ſpecialiter viuit ali-
menta ſubtrahantur mercenariis, ille eſt, qui
videt lupum venientem & fugit quoniam non
17 eſt ei cura de ouibus. Et egregiè ſanctus Ber-
nardus in declaratione quadam, quemadmo-
dum miniſtret, quemadmodum paſcat tri-
pliciter, exemplo conuerſationis, fructu ora-
tionis, verbo pradicationis gregem Domini ſo-
licita ſecum examinatione diſcutiat lacte &
lana conuincitur, ſi non paſtat oues, ſi non
vigilat in cuſtodia gregis iudicium ſibi man-
ducat, & veſtit, va va tibi Clerice mors in
olla, mors in olla, mors in ollis carnium, &
cætera grauiſſima & tremenda, Cyrillus
Alexandrinus libro ſeptimo, in Ioannem cap.
1. ad illa verba proprias oues vocat nomina-
tim, plura dicit ſatis egregia ad propoſi-
tum Chryſoſtomus, tom. 59. in Ioannem
† magnum quiddam dilectiſſimi, magnum in- 18
quam eſt Eccleſia pralatio, & qua multa in-
diget & fortitudinem qualem Chriſtus propo-
ſuit, vt nunquam oues deſeramus lupo genero-
sè reſiſtamus. Quare Parrochi cum Paſtores
ſint ouium nomen proprium ignorant pu-
tantes ſibi ocioſis vagari, licere, vel ne-
gotio longè ab officio alieno implicatis.
Etenim de Paſtoribus Bethlemitis dixit
ſanctus Lucas Euangeliſta, capite 2 nume-
ro 9. erant vigilantes, & cuſtodientes vigilias
noctis ſuper gregem ſuum ad quæ verba ſa-
pienter Theophilus † Paſtores, inquit, illi 19
figura ſunt ſpiritualium Paſtorum.

Idipſum poſſumus confirmare multo-
rum Summorum Pontificum, & Conci-
liorum decretis, pro nunc tamen vnus ſuf-
ficiat † Damaſus Papa Hiſpanus, qui epi- 20
ſtola quinta ad Proſperum & alios, acriter re-
prehendit Epiſcopos, qui perſonalem vigi-
lantiam & reſidentiam omittentes gregem
ſuum Epiſcopis cõmittebant & pari ratione
reprehenderet Parrochos, qui vicariis eun-
dem commendarent. Verba autem Dama-
ſi quia grauiſſima, placuit huic loco inſe-
rere, vt paueant Epiſcopi, & contremiſ-
cant Parrochi non reſidentes. Vt nobis re- 21
latum eſt, quidam Epiſcoporum ob ſuam
quietem plebes ſuas committere non formi-
dant, & vt illicita atque prohibita agant, &
ipſi in ſua quiete torpent, & curam ſibi à
Deo commiſſam negligunt cum Dominus dicat,
Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus
ſuis & vocat eas nominatim, & cognoſcit
ſuas & ſua cognoſcunt eum, & item ſicut
cognouit me Pater & ego agnoſco Patrem &
animam meam pono pro ouibus meis. De mer-
cenario autem quid dicat, bene noſtis, quia
videt lupum venientem, & demittit eas, &
fugit & lupus rapit & diſpergit oues & reli-
qua. Pro talibus vero negligitur Cura Ec-
cleſia, & eius ſtatus perturbantur, illi nam-
que † Epiſcopi qui talia ſibi praſumunt vi- 22
dentur mihi eſſe meretricibus ſimiles, qua
ſtatim, vt pariunt infantes ſuos, aliis
meritricibus tradunt educandos, vt ſuam
citius libidinem explere valeant, ſic &

iſti infantes ſuos id eſt populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt pro libito ſuo ſecularibus curis inhiant, & quod vnicuique viſum fuerit liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes, & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter Dominus docuit, nec Apoſtoli inſtituerunt, ſed ipſi qui curam ſuſcipiunt, ipſi peragant, & ipſi proprios manipulos Domino repræſentent, nam ipſe perditam ouem diligenter quæſiuit, ipſe inuenit, ipſe propriis humeris reportauit, noſque ad ipſum facere perdocuit. Si ipſe pro ouibus tantum curam habuit ipſe docuit, ipſe curauit, ipſe ſanauit, ipſe propriis humeris reportauit, atque in tantum dilexit, vt etiam animam ſuam multas ſubſtinens iniurias, multa opprobria, multaſque paſſiones, pro nobis traderet. Quid nos miſeri, & deſides dicturi ſumus, qui etiam pro ouibus nobis commiſſis curam impendere negligimus; & aliis educandas tradimus; colligantur hæc fratres neceſſe eſt, quia qui plus laborat maiorem mercedem accipiet. Hæc ibi & poſtquam † Corepiſcoporum ſubrectitium ordinem pluribus ex-
23 cluſit, quia introducti ad fugiendam Epiſcoporum perſonalem reſidentiam ſic ad finem epiſtolæ fatur.

Si Domini deſideramus eſſe diſcipuli ipſius imitemur veſtigia, vt nobis dicatur, ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoſcunt me meæ, & iterum monente Dominicæ vocis imperio, quo Beatiſſimus Apoſtolus Petrus trina repetitione myſticæ ſanctionis imbuitur, vt Chriſti oues, qui Chriſtum amant diligenter, & cum magna cura paſcat & infra. † Omnis negligenter paſcens, toties ſibi commendatum Dominicum gregem con-
24 *uincitur, ſummam non amare Paſtorem, nec eius ſe velle diſcipulum fieri, cuius exempla negligit imitari, nam gratia prorſus maior adquiritur ſi de commiſſis ouibus lucrum offerat Domino ſolicitudo Paſtoralis, nam & Beatus Iacob, qui pro vxoribus diu ſeruierat dixiſſe meminimus, viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi; ego † damnum omne reddebam, & quidquid furto perierat*
25 *à me exigebas die, noctéque æſtu vrebar, & gelu, fugiebat ſomnus ab oculis meis. Si ergo ſic laborat & uigilat, qui paſcit oues labam, quanto labore quantiſque vigiliis debet intendere, qui paſcit oues Dei, ſed in his omnibus ipſe nos inſtruat, qui pro ſuis dedit ouibus animam & adiuuet nos, vt de his qui nobis commiſſi ſunt fructum multiplicem, ac menſuram ſuperfluentem ad æterna gaudia reportare concedat.* Hactenus ſanctiſſimus Pontifex, quare neſcio qua cæcitate ducti Parrochi hæc non aduertant tam clara, & quaſi cœcis nota.

Ex quibus verbis conſtat, quàm ſanctè detractauit Concilium Tridentinum, *ſeſſione ſeptima, capite tertio, quod inferiora beneficia eccleſiaſtica præſertim curam* 26
animarum habentia perſonis dignis, & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſe ipſos curam exercere valeant, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij in Lateranenſi, quæ incipit, quia nonnulli; & aliam Gregorij decimi in generali Lugdunenſi, quæ incipit, licet canon, conferantur, aliter autem facta collatio ſiue prouiſio omnino irritetur, & ordinarius collator pœnas conſtitutionis Concilij generalis, quæ incipit, graue nimis, ſe nouerit incurſurum.

Circa quæ verba Farinacius *deciſione nona.* Aldana *in compendio Canonicæ. Reſolutio. libro primo, titulo ſeptimo*, referunt
deciſum, *die tertia Iulij anno milleſimo* 27
quingenteſimo nonageſimo primo à Congregat. Concilij, cogendos eſſe curatos ad ſubeundum per ſeipſos, &. non per ſubſtitutos ea munia ad quæ tenentur tolerandos autem, vt per ſubſtitutum ſuppleant in illis tantum caſibus, quibus expreſſis verbis canonum decretorum & Concilij permiſſum eſt eis, vt per Vicarios coadiutores, vel ſubſtitutos poſſint officio ſuo fungi. Et alia declarando facta ad inſtantiam Epiſcopi Piſtoricenſis, quam refert Garcia *numero centeſimo ſeptuageſimo nono*, ſic habet, *an ſit diſpenſandum cum eis, qui propter Monialium, & hoſpitalium curam, in Eccleſiis, quas in omnibus obtinent non facilè reſidere queunt: amplitudo tua id efficiet, quod definitum eſt capite primo, ſeſſione vigeſima tertia, quo non amplius id permittitur, quod in capite ſeſſione ſexta, erat relictum arbitrio ordinarij, ſed omnino imponitur neceſſitas reſidendi*, & plures alias declarationes inuenies ſtrictiſſimè declarantes præceptum diuinum de Reſidentia Parrochorum.

RESOLVTIO IV.

An Parrochus teneatur per ſeipſum adminiſtrare Sacramenta, & pro ouibus offerre Sacrificium?

SVMMARIVM.

1. *Parrochus tenetur per ſeipſum adminiſtrare Sacramenta, & pro ouibus offerre ſacrificium, &c.*

2. Parro

2. *Parrochi præſentia miniſterio deſtituta nihil prodeſt.*
3. *An reſidere idem ſit ſit quod deſeruire.*
4. *Innocentij III ſententia.*
5. *Quæ conuentio & contractus iure diuino & naturali ſint inter Parrochum, Paſtorem & Parrochianos, & oues rationales.*
6. *Quis teneatur perſonaliter miniſteria ſui officij præſtare ouibus.*
7. *Parrochus ad minus ſe præſentem in Eccleſia conſtituere tenetur.*
8. *Paſtor tenetur lupos arcere, & n.9.*
10. *Manuelis Rodriguez ſententia, & n.11. & 12.*
13. *Peccat qui indigenti panem non miniſtrat.*
14. *Parrochus tenetur ad audiendas ſubditorum confeſſiones, quoties illi velint confiteri extra tempus neceſſitatis.*
15. *Officium Parrochi eſt attendere profectui ſpirituali ſubditorum.*
16. *Sylueſtri ſententia reprobatur.*
17. *Ad diſcernendam Parrochi obligationem quid attendendum, & n.18.*
19. *Authoris ſententia.*
20. *An Parrochus non teneatur ex vi officij & ſub mortali, ſed ſolum ex Charitate reſidere.*
21. *An officio ſuo ſatisfaciat ſi onera à iure vel à ſuperiore impoſita compleat.*
22. *Curatus ad quid non teneatur ſub mortali.*
23. *Quandonam lege charitatis non teneatur.*
24. *Quandonam vituperatione ſit dignus & venialiter peccet.*
25. *Licèt ſubditus aliquod ius habeat petendi Sacramentum à ſuo Curato, non tamen habet coactiuum quo poſſet contra eundem agere.*
26. *Aliud eſt congruitas & decentia & ſuperabundantia Charitatis & Iuſtitia ex vi officij.*
27. *An pauper qui oſtiatim eleemoſynam petit habeat ius congruitatis illam tranſeuntibus petendi.*
28. *An munia debita ex vi officij aut ſunt impoſita à ſuperiore aut à iure.*
29. *Quid teneatur Parrochus ex præcepto Charitatis aut ex vi officij ſui præſtare ouibus ſuis.*
30. *Si ingreſſus beneficij Parrochialis ſint pinguet, tenetur Parrochus plurium perſonarum & frequentius obedire confeſſiones voluntarias, quam ſi ingreſſus tenuet ſint.*
31. *Obligatio iuſtitiæ quæ dimanet à fructibus, & n.32.*
33. *Curatus non tenetur audire confeſſiones ſubditorum quoties illi volunt confiteri, ſed quoties indigent, & illis eſt neceſſarium confiteri, ex Ioanne Medina.*
34. *Exemplum affertur.*
35. *Quando tenebitur Curatus audire confeſſiones.*
36. *Vaſquis & Lugonis ſententia.*
37. *Sylueſtri ſententia.*
38. *An conſenſus Parrochi aut Epiſcopi ſi non eſt habitus, ſit debitus.*
39. *Ratio difficultatis, & n.40.*
41. *Quis Parrochus ſine rationabili cauſa nolens ſubditum audire abutatur iuriſdictione ſibi data, & n.42.*
43. *An Parrochus nolens audire crebras Confeſſiones ſubditorum peccet contra iuſtitiam, & contra Religionem.*
44. *Quandonam Parrochus ſuo muneri ſatisfaciat.*

EX qua doctrina plura deducuntur ad 1
praxim Parrochorum valdè vtilia,
primum † Parrochū teneri per ſeipſum adminiſtrare Sacramenta, pro ouibus offerre
Sacrificium, curam gerere pauperum, &
miſerabilium perſonarum & hoc totum,
quia ad hæc munia electa eſt induſtria perſonæ, à Patribus & Conciliis, quæ ex ſacra
pagina id deduxere, vt optimè adnotarunt,
Corduba lib.1.quæſt.19.§.minor vero, Poſſeuinus, *de officio Curati, cap.1.num.*8. nihil enim
† prodeſt Parrochi præſentia miniſterio de- 2
ſtituta, imo potius impedit, & offendit, vt
notarunt Soto, *lib.10. de iuſtitia, qu.3. art.1.*
Graſſis, *tom.1.conſ.lib.3.conſ.vnico, num.7. de
Clericis non reſidentibus*, Bartholomæus à
Carranza, *tractat.de reſidentia, cap.*3. idem
enim eſt inutiliter adeſſe ac abeſſe, nec aliter, niſi miniſtrando ſaluatur præceptum diuinum de reſidentia cum præceptum non
ſit de materiali manſione in Parrochia, ſed
eſt officium ſuum perſonaliter exercere,
ſine exercitio enim officij vana eſt & fruſtratoria aſſiſtentia, cum teſte Hoſtienſi, *in
ſumm. titul. de Clericis non reſidentibus*, §. 2.
† reſidere idem eſt quod deſeruire, ita Vaſ- 3
quez, *opuſc. de beneficiis, cap.4.§.2.num.*181.
Sanchez, *lib.3.de matrim. diſputatio.*91.*n.*11.
Ledeſma, *in ſumm.tract.de los Eſtados ſolio* 28.
*col.*1. Azor, *p.2.li.7.c.3.q.*6. Leſſius, *lib.2.c.*34.
*dubit.*19. Garzia, *de beneficiis, p.3.c.2.num.*52.
Durantus, *de ritibus Eccleſiæ, lib.3.c.12.n.*8. Sa
emendatus, *verbo reſidentia, n.*1. & eſt omnium quos citaui, §.1. vnde verè dixit † In- 4
nocentius III. *c.inter corporalia, de tranſlatione Epiſcoporum*, Eccleſiam illam viduam eſſe
quæ licèt Epiſcopum, & Paſtorem habeat,
inutilis tamē eſt, reſpectu illius & quis inutilior qui oues non paſcit, nec ducit ad paſcua, niſi per mercenarios, & ſubſtitutos.

Secundum, quod † cum inter Parro- 5
chum & Paſtorem & Parrochianos & oues
rationales, ſit quædam conuentio & contractus iure diuino & naturali inſtitutus,

do vt facias & facio vt des, ideſt do fructus
vt miniſteria tui officij facias, & Parrochus
hæc miniſteria faciat obligatus ex perce-
ptione fructus beneficij colligitur manife-
ſte, quod ſicut Parrochiani tenentur ex iu-
ſtitia dare fructus vt ſuſtentetur Parrochus
6 ita † iſte tenetur perſonaliter miniſteria
ſui officij præſtare ouibus, quibus locauit
operas ſuas conueniens ex denario diurno,
quas tenetur exhibere, quantum æquitas
rationabilis patitur, nec enim vltra vires
tenetur quis operari, ſicut operarius con-
ductus non tenetur facere amplius quam
æquitas rationis patitur. Vnde Parrochus
7 ad minus tenetur † ſe præſentem in Eccle-
ſia conſtituere, vt Parrochiani ſi velint ip-
ſum eligant ſacramentorum adminiſtrato-
rem, etiamſi ſint confeſſiones quotidianæ.
Vnde tenetur ex vi ſui officij & conuen-
tionis ex iuſtitia neminem arcere ſuorum
Parrochianorum à profectu ſpirituali, quem
deſiderant ab ipſo miniſtrante, accipere;
non ſolum, non apponendo impedimen-
8 tum, ſed etiam poſitiuè coadiuuando † non
ſolum Paſtor, tenetur lupos arcere ne diſ-
pergant oues, ſuccurrendo neceſſitati vr-
genti, in qua ſunt, ſed etiam extra neceſſi-
tatem tenetur ouium vtilitatem, commo-
dum, & profectum procurare. Hoc enim
eſt quod ſacra Patrum concilia & Theologi
omnes clamant & proclamant, & vnum
propter quod iudicant Doctores neceſſa-
riam iure naturali, & diuino Paſtorum per-
ſonalem reſidentiam ne ſi purus mercena-
rius, ſed Paſtor, parens, & conſeruator ani-
marum, ſuarum ouium, at nullatenus in
profectu ſpirituali conſeruaret nedum au-
9 geret ſi ſolum, ex vi muneris, & officij Par-
rochi ſolum locaret operas ſuas, quæ neceſ-
ſariæ ſunt, vt grex ſaluetur, & ſalutem con-
ſequatur; ſed vtiles, quæ commodè ab ipſo,
& tempore competenti conferri poſſunt, à
quibus defraudari oues ſuas magnum, &
grauiſſimum iudico piaculum. Ita Valen-
ria 3.*part.diſp*.7.*quæſt*.10.*punct*.3. Poſſeuinus
de Officio curati, *cap*.5.*num*.7. Suarez *de pœni-
tentia*. *diſput*.32.*ſect*.1.*num*.4. Sotus *in* 4.*diſt*.
18.*quæſt*.4. *art*.2. Fagundez 3.*praceps*.*Eccleſ*.
lib.3.*cap*.3.*num*.4. Gaſpard. Gallego *diſputa-
tione de obligatione Parrochi tempore peſtis*,
part.2.*num*.26.*&* 27. Vaſquez *de pænitentia*,
quaſt.93.*art*.3.*dubit*.6.

Manuel Rodriquez 1.*part*.*ſumm*. *cap*.63.
num.1. vbi ita loquitur ſecutus communem
10 & certam ſententiam. *Y Obligados eſtàn los
curas à confeſſar ſus ouejas aunque ſea la con-
feſſion voluntaria como reſuelbe Nauarro*, *cap*.
placuit de pænitentia diſtin.6.*num*.152. dixit,
*aunque ſea voluntaria porque ſiendo forçoſa
por obligar el derecho al penitente à confeſſarſe
no ay duda ninguna, ſino que eſtan obligados
a ello. Verdad es que los curas no eſtan obligados
a confeſſar los enfermos de peſte en ſus caſas,* 11
*pudiendo ſer commodamente llebados a otra par-
te, donde les confeſſores con menos peligro de la
vida les pueden adminiſtrar eſte Sacramento.
Ya ſi no eſtan obligados a confeſſar los tales en
ſu cama pudiendo ſe lebantar y poner a la puer-
to o en otra parte donde corra el ayre, como lo
noto Rebuffo*, in praxi benefic. tit. diſpen-
ſat. de non reſidend. *Y adviertas e que eſtan
obligados los Parrochos a confeſſar los Parro-
chianos en tiempo de Iubileo, y no pudiendo obli-* 12
*gacion tienen de les buſcar confeſſores, laqual
obligacion tienen en las otras confeſſiones de en-
tre año, pues no eſtan obligados a oirlos eſtan-
do metidos en otras occupationes mayores y tan
neceſſarias ò teniendo vna probable conjetura
que no conuiene oirlos de confeſſion tan fre-
quentemente*. Hæc ille, quibus comprehen-
dit, quidquid auctores citati dicunt. Vnde
Doctiſſimus Petr. de Soto *in inſtruct.Sacerd.
tract.de Offic. Paſtoris*, dicit: *Boni Paſtoris eſſe
curare ne confeſſio néve communio alicui, vel
indigenti, vel petenti deſit. Quare † ſicut pec-* 13
*cat qui indigenti panem non miniſtrat, ita qui
petenti negat, cum facile poſſit porrigere, vel
per ſe, vel per alium ne grex clamet, paruuli
petierunt panem, & non erat qui frangeret
eis.*

Vnde egregiè Pater Vaſquez *vbi ſupra*,
num.3. dicit † quod Parrochus tenetur ad 14
audiendas confeſſiones ſubditorum, quoties
ipſi velint confiteri extra tempus neceſſita-
tis, & aperte conſtat, quia † officium Par- 15
rochi eſt attendere profectui ſpirituali ſub-
ditorũ, qui non mediocris eſt ex frequentia
confeſſionum, tenetur ergo non ſolum ex
charitate, & miſericordia ſpirituali iuuare
ſubditum, ſed ratione officij; cum ad hoc ei
officium datum ſit, vt bono ſpirituali ſub-
ditorum proſpiciat, ſi frequentiam confeſ-
ſionum expedire iudicauerit, vel ſi ſint alij
confeſſores eligibiles iure à pœnitente.

Quare † mihi non omnino probatur ſen- 16
tentia Sylueſtri, *verb*. *Confeſſor* 1.*nu*.13.*q*.18.
ex ſententia Richardi *in* 4.*diſt*.18.*art*.2.*q*.3.
aſſerentis, quod ſi ſubditus ſi de neceſſitate
tenetur confiteri, tenetur Parrochus ipſum
audire, & abſoluere ſi fuerit capax, ſi vero
non tenetur de præcepto confiteri, nec Sa-
cerdos obligatur audire, niſi de conſilio.
Stant enim contra hanc opinionem Aucto-
res citati, & plures quos congeſſit Ioannes
Sanchez *ſelect*.47. *num*.6. quibus addo Car-
dinalem de Lugo *de pænit*. *diſp*.22.*ſect*.1. qui
num.6. *&* 7. addit † ad diſcernendam hanc 17
Parrochi obligationem attendendum fore
multitudinem ouium volentium frequen-
ter confiteri, nam ſi magna eſt, imponitur
onus intolerabile Parrocho: ſimiliter atten-
di debet, an fructus beneficij pingues ſint
vel

vel tenues, nam ſi pingues tenetur ex vi of-
ficij plures audire fidelium ſibi ſubditorum
conf. ſſiones, ſi verò tenues ſint & plures in
oppido qui frequenter confiteantur onus
eſſet nimis graue, & non tolerandum ex
iuſtitia ex vi officij: ſicut medicus corporalis
18 ſtipendiatus à communitate, vt infirmos
curet ſi ſtipendium eſt tenue & infirmi
multi, non tenetur adhibere exquiſitam di-
ligentiam frequentius inuiſendo, & aſſiſten-
do, quia tenuitas ſtipendij ex vi ſuæ tenui-
tatis ſupponit medium alia via poſſe ſibi
neceſſaria quærere, & eodem modo eſt
philoſophandum de medio ſpirituali Par-
rocho, ſequuntur Coninch. *diſp. 8. de pœnit.
dubit. 17. n. 129. & 130.* Bonaci. *diſp. 5. quæſt. 7.
punct. 4. §. 2. n. 23.* Azorius, *p. 1. lib. 2. c. 17. q.*
10. Molfeſius, *tom. 1. tract. 7. c. 22. n. 36.* Baſ-
ſeus, *verbo Parrochus, n. 2.* Nauarrus, *in c. pla-
cuit, de pœnit. diſt. 6. num. 169. &* 170. vbi id
probat ſatis efficaciter.

19 Fateor quidem † hanc eſſe communem
Neotericorum ſententiam, & in fauorem
Parrochianorum introductam pie, & ſan-
ctè, ne deſint illis omnia media, quæ ad ani-
marum profectum, & ſalutis augmentum
conducere, queunt. Cæterum imponere
Parrochis obligationem ex iuſtitia & ex vi
officij ſui vt extra caſum neceſſitatis tenea-
tur per ſe pœnitentem toties, quoties vel
20 aliquoties mihi duriſſimum eſt, quare † non
teneri ex vi officij & ſub mortali, ſed ſolum
ex charitate, & libero conſilio valde proba-
bile eſt, non ſolum ſpeculatiue, ſed etiam
practice, & præter Sylueſtrum & Richardũ
tenent. Armilla, *verbo Abſolutio, n. 28.* Regi-
naldus, *in praxi lib. 1. c. 8. n. 81.* vbi ſic fatur.
Nec ratione Paſtoralis officij mortaliter peccare
21 *contra iuſtitiam probatur, quia † officio ſuo ſa-
tiſfacit ſi onera ſibi à iure vel à ſuperiore impo-
ſita compleat, ſed neque ius, neque ſuperior im-
ponit curato Sacramentum Pœnitentiæ ſubditis,
niſi cum neceſſarium eſt hos illud recipere. Vnde
quamuis curato commiſſa ſit cura ſubditorum
tanquam Patri filiorum ſpiritualium, tamen ſi-
cut Pater carnalis ſatisfacit officio ſuo dando
filio ſuo neceſſaria aliis abundantioribus dene-
gatis, ita etiam Curatus ſuo ſatisfacere iudi-
candus eſt Sacramenta neceſſaria tunc mini-
ſtrando ſubdito, cum eorum ſuſcipiendorum ne-*
22 *ceſſitas vrget, dixerat autem prius, † curatum
ad hoc non teneri, ſub mortali extra caſum in
quo confiteri illi adſtringuntur vel iure huma-
no, vt ſemel in anno, vel iure diuino, vt in vero
ſimili mortis periculo*, vel quoties tale reme-
dium eis neceſſarium eſſe videtur ad ali-
quod mortale peccatum vitandum, alias
23 † nec lege charitatis fraternæ tenetur, quæ
omnes æqualiter reſpicit iuxta illud, *Eccleſ.*
17. *n. 12. mandauit illis vnicuique de proximo
ſuo*, vnde cum alius Sacerdos non peccet
mortaliter contra legem fraternæ charitatis
nolendo audire alicuius confeſſionem, nec
peccabit Curatus, addit verò, *nu. 82. negan-
dum tamen non eſt quin officium Paſtoris, ſi non
de neceſſitate ſaltem de congruitate exigat à
Curato vt ſuis opem praſtet iuxta priorem ſen-
tentiam, ita vt † eam denegans vituperatione* 24
*dignus ſit & venialiter peccet idque non vn-
quam grauiter, vt cum lucrandum eſſet iubi-
leum aut ſubditus oſtenderet, ſe pati aliquam
indigentiam ſpiritualem opportunoque tempore
peteret, nec rationabilis negandi cauſa adeſſet.
Non peccaret tamen mortaliter contra debitum
iuſtitiæ, quia † licèt ſubditus aliquod ius ha-* 25
*beat petendi Sacramentum à ſuo Curato non
habet tamen coactiuum quo poſſet contra eun-
dem agere, & extra caſum neceſſitatis compel-
lere ad Sacramentum ipſum miniſtrandum,
ſicut nec filius poteſt compellere patrem ad ali-
qua neceſſaria, licèt commoda ſibi largienda,*
hactenus ibi.

Quæ fere deſumpſit ex Doctiſſimo Ioan-
ne Medina Doctore Complut. *C. de confeſſione
q. 37.* vbi id ſatis neruosè comprobat, ſoluit-
que ea quæ in contrarium adduci poſſunt
† aliud enim eſt congruitas, & decentia, & 26
ſuperabundantia charitatis, & iuſtitiæ ex vi
officij hoc vltimum extra caſum neceſſita-
tis mihi manifeſtum eſt non interuenire,
ſed ſolum prius, cuius contrarium magis
indecens eſt in curato, quam in alio confeſ-
ſore non habente animarum curam, quia
optimè Reginaldus Parrochiani habent ali-
quale ius petendi à patre ſuo ſpirituali non
ſolum alimenta neceſſaria, ſed etiam vtilia
ad maiorem profectum ſpirituale͂, ſicut fi-
lius legitimus habet ius ſimile vt pater ali-
menta vtilia ad ſuſtentationem, & ornatum
conuenientem ſuæ perſonæ, ſed non ius iu-
ſtitiæ, declaratur; pauper qui oſtiatim elee- 27
moſynam petit habet ius congruitatis illam
à tranſeuntibus petendi, non tamen ius
iuſtitiæ, & tamen ſi diues valde non porri-
gat, nec peccabit contra præceptum chari-
tatis aut miſericordiæ, niſi vrgens ſit ne-
ceſſitas, magis tamen indecens in hoc diui-
te obulum non porrigere quam in alio non
ita diuite.

Vrgetur quia munia debita ex vi offi- 28
cij, aut ſunt impoſita à ſuperiore, aut à iure
ex nullo ex his capitibus conſtat, curatum
teneri adminiſtrare Sacramenta extra ca-
ſum quo fideles tenentur, aut iure humano,
aut naturali, aut diuino confiteri, aut oſten-
dant contratij ex quo ſonte oriatur huiuſ-
modi obligatio in Parrocho, niſi quia ſolum
eſt ex congruitate & decentia conueniens
Paſtori & Patri ſpirituali animarum, quam-
uis enim valdè ſit vtile & ingens incremen-
tum gratiæ, adferat, quotidiana communio,
& confeſſio de venialibus nullus cordatus
dicet

29 dicet teneri † Parrochum ex præcepto charitatis aut ex vi officij ſui, id quotidie præſtare ouibus ſuis:ergo quamuis confeſſiu ſit de mortalibus, ſi ex denegatione abſolutionis nullum ſequatur proximum periculum labendi in alia mortalia, non tenetur Parrochus confeſſiones voluntarias audire.

Tandem confirmatur contra Eminentiſſimum Cardinalem de Lugo qui, *loco citato*
30 *n.8.* dicit, *quod ſi* † *ingreſſus Beneficij Parrochialis ſunt pingues, tenetur Parrochus plurium perſonarum & frequentius audire confeſſiones voluntarias, quam ſi ingreſſus tenues ſint.* Etenim diſtinctio iſta fructuum quantum ad obligationem iuſtitiæ ortam ex vi officij nulla prorſus eſt ad rem præſentem, quia ſi auditio confeſſionum voluntariarum, quia vtiles sũt ad animarum profectum, habetur ex vi officij Curati, eo ipſo quod curatus ſciens quantitatem fructuum, & ſi non magna officium admittit tenetur ea omnia præſtare quæ præſtat alius curatus ex vi officij cuius
31 ſunt pingues fructus, neque enim † obligatio iſta iuſtitiæ dimanat à fructibus, ſed ab officio Patris ſpiritualis, ex vi cuius Paternitatis tenetur ſub mortali ea omnia præſtare quæ per ſe conducunt, ad filiorum ſpirituale incrementum; vt dicit Cardinalis, quare magnitudo fructuum non inducit obligationem iuſtitiæ, ſed ſolum maiorem indecentiam, & ingratitudinem, quæ non obligat ad mortale. Neque exemplum quod
32 adducit, conducit, quia medicus, etſi ſtipendiatus magno ſtipendio non tenetur ad magis ex iuſtitia, quam ſtipendiatus paruo ſtipendio, vterque enim tenetur ſolum ex iuſtitia ad curandum infirmos, ita vt nullus ex ſua negligentia moriatur, aut deficiant ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem corporis, facere plures acceſſus ad infirmum, quam alij faciunt non tenetur ex iuſtitia ſed ex congruentia.

Quare optimè Ioannes vbi ſupra concluſit quæſtionem dicens *ſtat ſententia ſupra*
33 *probata quod* † *curatus non teneatur audire cõfeſſiones ſubditorum, quoties illi volunt confiteri, ſed quoties indigent, & illis neceſſarium eſt confiteri; eſt autem eis neceſſarium confiteri non ſolum tempore quo infirmi ſunt in quadrageſima, ſed in multis aliis vt ſupra quæſt.14. vbi de tempore quo neceſſarium eſt confiteri.* in qua ponit quinque caſus. Primò, quando peccator eſt in probabili periculo mortis, ſiue ratione infirmitatis in qua homines ſolent mori, ſiue ratione belli quod homines breui ſuſcipere parati, & determinati ſunt, ſiue
34 ratione tempeſtatis in mari ſubortæ, ſiue ſi quis ſumere medicinam compellitur vnde veriſimiliter timet, quod in perpetuam incidat amentiam, & ſimilia: iure enim diuino tenentur peccatores confiteri, ſi volunt remiſſionem conſequi peccatorum: vnde qui in periculo mortis habens confeſſoris copiam, confiteri nequit, dignus eſt qui in peccato ſine remiſſione decedat, & ad iſtum caſum cæteri alij reduci queunt, & ſit iſta generalis regula † tunc tenebitur cura- 35
tus audire confeſſionem ſubditorum, quoties ſibi innotuerit ſubditos obligari aut præcepto diuino aut Eccleſiaſtico ad confeſſionem peccatorum & ad ſummum ter in anno tenebuntur, ſicut olim tenebantur communicare fideles. *cap. & ſi non frequentius de conſecratione diſtinctio.2.* ſicut hodie tenentur ſemel in anno *ex cap. omnis citato.* in quo non relaxatur obligatio Parrochorum ſed ſolum fidelium ſubditorum vt optimè Nauarrus *vbi ſupra n.*157.

Quod ſi inquiras ſi Curatus nolit audire ſubditorum confeſſiones concedit illis facultatem alteri confitendi † negant Vaſquez, 36
& Lugo eo moti fundamento deſumpto ex Medina. *C. de confeſſione tract.2. quæſt.3.* quia licet hæc ſit negatio actus debiti, non eſt conceſſio iuriſdictionis ex iure enim. *in cap. placuit. de pœnitentia diſtinctio. 6.* Solum datur iuriſdictio, vt quis poſſit confiteri alieno Sacerdoti, quando proprius eſt ignarus omnibus aliis cauſis excluſis; quare *in capite omnis. de pœnitentia, & remiſſione,* dicitur *quod ſi quis rationabiliter velit alieno confiteri, à proprio Parrocho licentiam petat & obtineat.* Vnde textus videtur apertè loqui de confeſſionibus voluntariis intra annum faciendis.

Sed mihi contrarium magis arridet quod † ſequuntur Syluester *vbi ſupra* ſic loquens. 37
Si autem volentem pluries confiteri audire noluerit, libere poteſt alteri confiteri & ille poterit abſoluere, niſi Sacerdos proprius eum ad determinatum Sacerdotem miſerit, quia ſi nec audire nec alium determinatum aſſignare vult, videtur ei tacite dare licentiam, vt pro illa vice illi cõfiteatur cum voluerit. Richard. *in 4. diſt.17. art. 3. quæſt.7.* Henriquez *de pœnitentia l.3. cap.13. num.4. in comm. littera E.* quando conſenſus Parrochi aut Epiſcopi ſi non eſt habitus certe eſt debitus ex quadam iuſtitia præſumi- 38
tur ratihabitio Papæ de præſenti, vt tenent Henriquez de Gandauo. *quodlib.9. quæ 24.* Adrianus. *de confeſſ. quæſt.5. dub.3.* & multi alij quos ibi adducit & in textu optimè probat ſecutus Medinam. *quæſt.33. de confeſſ. §. ſed quoniam.* & hos omnes Amicus. *de pœnitentia diſp.15. n.60.*

Et † ratio eſt quia augmentum maioris 39
perfectionis nequit ſuperior immediatus impedire denegando licentiam ad illud conſequendum & ſi deneget, altior ſuperior tacitè concedit, argumento manifeſto *ex c. licet. de Regul.* vbi petita & non obtenta licentia tranſeundi ad perfectiorem Religionem, Pontifex tacito conſenſu dat licen- 40
tiam

tiam vt qui petit, & non obtinuit ſe transferat & alteri ſuperiori ſe ſubiiciat illique obediat, & ſua peccata confiteatur, ergo pari modo ſi Parrochus non vult audire ſubditorum voluntarias confeſſiones, eo ipſo ſuperior cenſetur implicitè licentiam concedere, & alteri ex approbatis confiteatur, ne animæ ſuæ profectus impediatur, quod maximè verum tenet, quando non eſt facilis reuerſus ad Epiſcopum quod maximè vrgetur ex doctrina Sancti Thomæ,
41 *in 4.diſt. 2.quæſt.3.art.3.quæſtiuncula 3.ad 6.* † iſte enim Parrochus ſine rationabili cauſa nolens ſubditum audire, abutitur iuriſdictione ſibi data, non in ſui profectum, ſed ſubditorum, quare iure optimo, cenſetur in foro animæ ſuperior licentiam pro hac vice ſubdito concedere, ſi ſuperior immediatus recuſat audire.

42 Caput autem *omnis, de pœnitentiis, & remiſſione*, melius intelligitur à Medina, *q.32. §.alia poteſt*, quam *in qu.30.* de illo qui cum poſſit & velit audire confeſſionem ſubditi, iſte tamen vult tempore debito, & ſtatuto à iure, alteri confiteri à quo ſperat magis promoueri ad bonum, tunc enim ſubditus, & debet petere & obtinere licentiam à proprio Curato, vt poſſit alteri confiteri; non tamen loquitur decretalis quando Parrochus non vult audire ſubditum.

43 Ex dictis colligitur primùm † Parrochum nolentem audire crebras confeſſiones ſubditorum nec peccare contra iuſtitiam nec contra Religionem, & minus contra illam virtutem contra quam operatur ſubditus, ſi cum à confeſſionibus præfatis non audierit Parrochus, qui minus peccat contra virtutem pœnitentiæ, cuius actus non exercetur, quia non vult ſubditi confeſſionem excipere, non peccare contra iuſtitiam conſtat ex dictis, quia non tenetur ex officio, vt vidimus quare peccata quæ ex negatione auditionis peccatorum ſubdito occaſionantur nullatenus refunduntur in Parrochum, vt male Ioannes Sanchez, *num.9.* & ſi conſequenter ad ſuum principium, quod ex hoc ipſo deprehenditur falſum.

44 Colligitur ſecundò † Parrochum ſuo muneri ſatisfacere, ſi confeſſarios idoneos exponat vt ſuarum ouium confeſſiones excipiant id enim praxis ferè omnium confirmat, ſicut ſermonem ad populum per alios habet & muneri prædicandi ſatisfacit, etiam ſi ex officio habeat niſi in caſu, in quo ſubditus velit cum Parrocho & non cum alio confiteri, ob ſpeciale motiuum, quod ipſe habeat ad animæ ſuæ ſalutem, & profectum ſpiritualem; contrarium tenet Ioannes Sanchez, *num.12.* ſine vrgenti ratione, aut fundamento, operarius enim conductus ad vineæ cultum ſatisfacit conductori, ſi alium ſibi æqualem ſubſtituat in laborando niſi expreſsè contrarium paciſcatur non autem expreſsè pactum eſt quod curatus per ſeipſum confeſſiones ſubditorum excipiat ſi alium ſubſtituat.

RESOLVTIO V.

Adducuntur verba Concilij Tridentini, ad tempus abſentiæ Paſtorum à ſuo grege.

SVMMARIVM.

1. *An ſint aliqua generales exceptiones de non reſidendo, ſi non ad ſemper & pro ſemper, ſaltem pro aliquo temporis ſpatio.*
2. *Quibus temporibus non abeſſe debent Parrochi.*
3. *Quid Concilium Tridentinum decreuerit.*

PLVRIMAE ſunt graues quæſtiones circa hanc reſidentiam quam ius diuinum Paſtoribus animarum iniunxit in
vniuerſum † an ſcilicèt ſint aliquæ etiam 1
generales exceptiones ſi non ad ſemper & pro ſemper, ſaltem pro aliquo temporis ſpatio, & quidem Concilium Tridentinum, *ſeſſio 23. c. 1.* loquens de Epiſcopis ſic dicit, *Quoniam autem qui aliquantiſper tantum abſunt ex veterum Canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt; Sacroſancta Synodus vult illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptum extra prædictas cauſas nullo pacto debere duos aut ad ſummum duos menſes excedere & haberi rationem, vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento, quod an ita ſit abſcedentium conſcientiæ reliquit, quam ſperat Religioſam & timoratam fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudulenter agere ſuo periculo tenentur eoſdem interim admonet & in*
Domino hortatur † vt per illius temporis ſpa- 2
tium Dominici aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, item & Corporis Chriſti diebus quibus refici maximè & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oues debeant ipſi à ſua Eccleſia Cathedrali vllo pacto abſint niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœceſi eos aliò vocent.

Et infrà loquens de Parrochis. † *Eadem* 3
omnino etiam quoad culpam omiſſionem fructum & pœnas de Curatis inferioribus & aliis quibuſcumque, qui beneficium aliquod Eccleſiaſticum curam animarum obtinent Sacroſancta Synodus declarat & decernit, ita tamen vt quandocumque eos cauſa prius per Epiſcopum cognita

cognita & approbata abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum cũ debita mercedis aſſignatione relinquant, diſcedendi autem licentiam in ſcriptis gratis, quam concedendam vltra bimeſtre tempus niſi ex graui cauſa non obtineant, &c.

RESOLVTIO VI.

Vtrum hoc decretum Tridentinum vires exerat, vbi morum reformatio, à Sacro Concilio determinata, non eſt recepta?

SVMMARIVM.

1. *Circa reſidentiam tam Epiſcoporum quam Curatorum dubia veniunt diſcutienda.*
2. *Quid modicum tempus in Epiſcopis intelligatur.*
3. *An nullus excuſetur à reſidentia.*
4. *An iure naturali & diuino ſit reſidendum.*
5. *Modici temporis interpretatio.*
6. *An obligetur vbi Tridentinum Concilium non eſt receptum.*

1 CIRCA quod decretum † tam de Epiſ-
copis quam de Curatis (eſt enim de
vtriſque paucis exceptis quantũ ad reſidẽ-
dum fere eadem omnino ratio) plura ſunt
dubia grauiſſima diſcutienda. Primum ſit
vtrum hoc decretum vires habeat in locis
illis, & Regnis vbi tridentina morum re-
formatio, non eſt recepta, nec admiſſæ
ſanctiones circa Eccleſiaſticum regimen:
& quidem decretum hoc tria continet, quæ
neceſſario diſtinguenda ſunt. Primum eſt
dogmaticum ſcilicet iure diuino obligari
animarum rectores ad perſonalem reſiden-
2 tiam. Secundum † quod per modicum tem-
pus in Epiſcopis intelligatur duorum aut ad
ſummum trium menſium ſpatium. Ter-
tium pœnæ impoſitæ non reſidentibus vl-
tra ſpatium præfatum; de primo dubium non
eſt quod vbique obligat, ita Nauarrus *de
conſtitution conſil.*10.*n.*43.ibi. *Concilium Tri-
dentinum videtur declaraſſe Beneficiarium cu-
ram animarum habentem iure diuino reſidere
3 debere in illo, cui conſequens eſt † nullum ex-
cuſari à reſidentia, niſi iuſta cauſa, & eodem
modo quo dicitur ibidem. Secundum quod hoc non
eſt inuentum Concil. Trid. idem enim iuris fuiſ-
ſe ante illud communis ſententia habet: vnde
Felinus. in cap. cum omnes de Conſtit. n.*33. *poſt
alios dixit non poſſe induci conſuetudine vt quis
non reſideat in beneficio curato, quod nulla alia
4 ratione defendi poteſt, quam, quia † iure natu-
rali vel diuino in illo reſidendum eſt, Tertio
quod eſt huic conſequens ſeruandum eſſe hoc
etiam in terris in quibus concilium Tridentinum
non ſeruatur, nec debet ſeruari.* Hactenus Al-
pizqueta & ex ipſo Cardinalis Bellarminus.
*in additione ad c.*1.*ſeſſ.*23.*num.*1. Lelius Ze-
chius *de caſibus Epiſcopo reſeruatis caſu* 3. *fo-
lio* 552. *&* 555. & ſic Papa non diſpenſat,
niſi interpretando iuxta ea quæ diximus
ſupra.

Secundum † de interpretatione, modici 5
temporis, & ſi ſit Iuridica interpretatio &
neceſſario ſequenda, vbi Concilium eſt re-
ceptum non tamen videtur neceſſario am-
plectenda in terris vbi non fuit receptum,
nam declaratio illa modici temporis pendet
ex iuris diſpoſitione quæ poteſt derogari
conſuetudine contraria in maius vel minus
ſpatium, iuxta prudentum virorum dicta-
men, vnde in iure varie interpretatur mo-
dicum tempus, vt videre eſt in Iacobo de
Graffis *de arbitrariis confeſſariorum lib.*2.*c.*41.
*n.*11. Menochio. *de arbitr. caſu* 57.*n.*30. Car-
dinalis Tuſcus *to.*2.*littera D. concl.*249.*& l.*2.
C. de Epiſcopis. tempus modicum ad non re-
ſidendum vnius anni ſpatium aſſignatur ab
Imperatoribus.

Tertium omnino certum † non obligari 6
vbi Tridentinum non eſt receptum, quia
harum pœnarum impoſitio facta eſt per le-
gem à Tridentino factam de nouo, quare
vbi lex non eſt recepta nec pœna legis in-
curritur.

RESOLVT. VII.

Vtrum conſuetudo poſſit interpretari ius diuinum de reſidentia perſonali.

SVMMARIVM.

1. *An poſſit conſuetudo introducere quod Paſtores animarum perſonaliter non reſideant.*
2. *Auctoris ſententia.*
3. *An dum Pontifex diſpenſat in reſidentia, non procedat diſponendo vt ſuperior, ſed interpretando ius diuinum per poteſtatem ſibi à Chriſto datam.*
4. *An imperium diuinum poſſit mutari.*
5. *Iacobi Gretſeri ſententia.*
6. *Necnon Auctoris opinio.*
7. *Si maneat obligatio, an pœna impoſita à lege contraria diſſuetudine euaneſcant.*
8. *An contra ius diuinum non poſſit, vllo tempore praualere conſuetudo.*
9. *An Conſuetudo poſſit interpretari legem diuinam & n.*10.

11. *Petri de Soto ſententia & n.12.*
13. *An confirmatio cadat ſub præcepto diuino & mandato Chriſti.*
14. *Canonis verba expenduntur.*
15. *An ieiunium ſit de iure natura.*
16. *Si perſonalis reſidentia ſit de iure diuino, an poſſit eſſe conſuetudo ipſũ interpretãs.*
17. *Ad quẽ pertineat iuris diuini interpretatio.*
18. *In Eccleſia tam hodie quàm antiquitus an fuerint leges Pontificia & conſuetudines diuinum præceptum de reſidentia perſonali interpretantes.*
19. *An Cardinales excipiantur à reſidentia perſonali ſuorum Epiſcopatuum.*
20. *An Parrochus Eccleſia in qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione Capellaniæ impoſita fuit tota animarũ cura. ſ. u vicaria perpetua, teneatur in ea reſidere.*

1 SECVNDVM dubium eſt, † an poſſit
conſuetudo introducere, quod Paſtores
animarum perſonaliter non reſi-
deant? Nauarrus, *in manuali. c. 25. num.*
121. verſ. quinta conſuetudo honeſta ait iux-
ta Innocentium, *in cap. tua de clerico non re-*
ſidente receptus à Panorm. & aliis commu-
niter, quamuis conſuetudo abſentandi ſe
ſine cauſa nihil valeat iuxta eundem, &
2 omnes; ego tamen exiſtimo † iuxta tria di-
cta in præcedenti dubio præſens decidere,
ſi loquamur abſolutè de Reſidentia perſo-
nali Paſtorum, quod hæc ſit de iure diuino
naturali, quod eſt immutabile, & actus con-
tra ipſum babent maliriam omnino inſepa-
rabilem, & ita implicat quod fiant liciti, ne-
dum quod ſub obligatione cadant, & de-
rogent naturalem legem, & de iure diuino
Chriſti Domini, quod etiam non cadit in
humanam diſpoſitionem, contra vtrumque
nulla poteſt præualere bumana cõſuetudo,
3 dum enim † Pontifex diſpenſat in reſiden-
tia non procedit diſponendo, vt ſuperior,
ſed interpretando ius diuinum per poteſta-
tem ſibi à Chriſto datam, in iure enim na-
turali, nec Deus ipſe propriè diſpenſat, &
in diuino poſitiuo ſolus ipſe Deus, quam-
uis enim materia huius diuinæ legis ſæpè
non ſit intrinſecè mala, tamen cum illius
prohibitio ſit diuina non poteſt humana
4 poteſtas contra illam præualere, cum † non
poſſint diuinum imperium mutare, nec
Deus ipſe cenſetur implicitè, & conſenſu
legali conſentire in ipſius mutationem, hoc
enim non conſtat nobis, neque eſt princi-
pium, aut fundamentum ad hoc præſumẽ-
dum, niſi interueniat reuelatio diuina, ne-
que enim maximè ſi loquamur de lege Euã-
gelica id expediens, aut decens eſt. Vnde
5 egregiè Iacobus Grerſerus † *lib. de immu-*
nitate Eccleſiaſtica, conſideratio. 13. verſ.
tandem dicit; *ego autem nihil aliud reſpondeo,*
quam nullam penitus conſuetudinem, cuius ori-
go ignoratur contra ius diuinum valere, id
quod ſequuntur omnes Theologi, cum D.
Thoma *1.2.q.97.art.3.& 4* Canoniſtæ, *ad*
caput vltimum de conſuetudine, & *cap. ſi con-*
ſuetudo diſt.8. & ſic talis cõſuetudo nullo tẽ-
pore tranſacto quantũuis longo cõfirmatur.
Auth. vt nulli Iudicũ liceat. collat. 9. tit. 9. c. 1.
Si vero loquamur de ſecundo, & tertio, 6
exiſtimo quod cum totum illud dependeat
ex interpretatione iuridica, & pœnarum
impoſitione, quod originatur ex humana
conſtitutione, contra ipſam poſſe præualere
conſuetudinem ſubſequentem, quæ vtrum-
que abroget, quamuis enim maneat apud
eum obligatio ſub mortali ad reſidendum,
orta ex præcepto diuino, poſſunt pœnæ de-
rogari ex conſuetudine humana, neque
enim nouum eſt, quod etiam † ſi maneat 7
obligatio legis, pœnæ tamen à lege impo-
ſitæ contraria diſſuetudine euaneſcant. Sic
enim manente obligatione ſub mortali, *ex-*
trauag. 1. de ſimonia pœna ibi ſtatuta contra
dantes, vel accipientes ob ingreſſum in mo-
naſterium per conſuetudinem eſt abroga-
ta, idem conſtat in multis aliis exemplis,
extrauag. 1. de rebus Eccleſia non alienandis.
Clementina *ambitioſa eodem*, & *cap. cum mul-*
tis, diſt. 15. legãtur Nauar. *in ſum. c. 27. n. 250.*
Suarez *lib. 7. de legibus c. 19. n. 3.* Syluius *12.*
q. 97. art. 2. concl. 6. Palao *tract. 3. diſp. 3. punct.*
4. §. 1. n. 3. Salas *de leg. diſput. 19 ſect. 9. n. 75.*
Bandel. *diſp. 20. n. 4.* & alij ommuniter.
Sed quamuis † contra ius diuinum non 8
poſſit, vllo tempore præualere conſuetudo,
illud verè limitare, aut coarctare (quidquid
dicant aliqui ex Canoniſtis ſumentes forſan
ius diuinum pro lege Canonica à tempori-
bus Apoſtolorum originata) vt optimè, &
ſingulariter Pater Franciſcus Suarez, *vbi*
ſupra cap 4 num. 13. in fine, † conſuetudo 9
poteſt interpretari legem etiam diuinam,
& quod in tali caſu & tali cauſa interue-
niente non obligat, quia non pro illo caſu
poſita eſt, poteſt etiam conſuetudo inter-
pretari legem diuinam, quantum ad quan- 10
titatem obligationis, quod ſit ſub mortali,
aut veniali & etiam quantum ad tempus
quo obliget. Sic extremæ vnctionis eſt Dei
mandatum, vt expreſſit Tridentin. *ſeſſ. 14.*
cap. 3. & Concilium Colonienſe, *anno 1536.*
p. 7. c. 50. quidquid dicant Syluius, *in addi-*
tionibus q. 32. art. 1. quaſt. 1. Palao *tom. 4. tra-*
ctatu 26 punct 8. num. 1. contra quos ſufficiat
magnus ille † Petrus de Soto è Dominicana 11
familia cuius doctrina, & non alia legitur
in vniuerſitate Dilingenſi, vbi fuit prima-
rius Moderator, vt fatur Eminentiſſimus
Cardinalis Otto Epiſcopus Auguſtanus *in*
epiſtola, qua eſt in tractatu de inſtitutione Sa-
cerdotum. Hic igitur tantus vir *lectione vlti-*

ma de Sacramento extremæ vnctionis, exiſtimat eſſe diuinum præceptum de illa ſumēda, ſi enim ſolum per ſe cadit ſub conſilio, quomodo illius omiſſio eſt per ſe veniale
12 peccatum, quod non ſubſiſtit, niſi ſit lex contra quam ſit, neque conſiliorum omiſſio peccatum aliquod veniale eſt, quod autem hoc Dei mandatum ſolum obliget ſub veniali conſuetudo fidelium interpretatur, niſi adſit contemptus, vel ſit caſus in quo infirmus conſcius mortalis, non poſsit aliud Sacramentum ſuſcipere niſi extremam vn-
13 ctionem. Similiter † confirmatio cadit ſub præcepto diuino & mandato Chriſti, vt cōſtat ex Melchiade, *in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ, cap.* 2. vbi dicit, victuris neceſſaria eſſe confirmationis auxilia & ſequitur, *ibi* gloſſa, Diuus Thomas 3. *p. q.* 62. *art.* 8. vnde optimè Sotus *in* 4. *diſt.* 7. *quæſt. vnica art* 8. §. *ſed arguunt*, dixit quod *cap. omnes fideles, de conſecratione diſtinct.* 5. determinat ius diuinum quod eſt, vt hoc Sacramentum non ſit ſimpliciter neceſſarium, ſed vt vti-
14 le, & ad hoc pōderat † verba Canonis, quod non dicit, *omnes teneantur confirmari*, ſed *omnes debent Similiter caput omnis vtriuſque ſexus de pœnitentiis & remiſsionibus*, determinat, quod præceptum diuinum de confeſsione, quod antea ex conſtitutione Eccleſiæ *cap. etſi non frequentius, de conſecratione diſtinct.* 2. obligabat ter in anno, determinat, quod ſolum obliget ſemel in anno, & tandem quamuis D. Thomas 2. 2. *q.* 147. *art.* 3 & ibi Caietanus, & Syluius, & cōmu-
15 nis ſententia doceat † ieiunium eſſe de iure naturæ, tamē Eccleſia detractauit ætatē in qua obligentur fideles ad ieiunandum, & vt optimè aduertit Paſqualigus, *de ieiunio deciſ.* 37. *n.* 6. ſtantibus ieiuniis inſtitutis ab Eccleſia, non eſt putandum, quod præter ipſa aliquod aliud ieiunium ſit neceſſarium, quia præſumendum eſt, quod Eccleſia pro ſingulis ſufficienter prouiderit, quod autem poteſt lex humana poteſt etiam conſuetudo.

16 Ex quo fit quod etiam † ſi perſonalis reſidentia ſit de iure diuino, poteſt eſſe conſuetudo, ipſum interpretans, quod ſtante tali cauſa, quæ rationabilis videatur vltra eas, quas Concilium adnumerauit, diuinum hoc præceptum non obliget, verum eſt
17 † quod interpretatio iuris diuini ad ſolum Pontificem, & Concilium eius authoritate congregatum pertinet, ſicut & condere leges pro tota Eccleſia, ſufficit tamen eius cōſenſus ſaltem legalis, vt talis conſuetudo iuris diuini interpretatiua vim habeat & efficaciam.

18 Hinc eſt quod † tam hodie, quam antiquitus fuerunt plures leges Pontificiæ, & conſuetudines in Eccleſia interpretantes diuinum præceptum de reſidentia perſonali Paſtorum ex variis cauſis, quæ tunc temporis iudicabantur ſufficientes ad excuſandum à reſidentia perſonali Paſtorum, nam in extrauaganti, *execrabilis Ioannes XXII. de prabendis* † expreſsi excipiuntur Domini 19
Cardinales à reſidentia perſonali ſuorum Epiſcopatuum, & Beneficiorum, curam habentium animarum, quam derogatam eſſe per Tridentinum tenet Bellarminus, *vbi ſupra* §. *non obſtat*, quare vbi Concilium receptum non eſt, talis derogatio ex vi illius non ſubſiſtet, ſed manet extrauagans excipiens Cardinales, & Regum Catholicorum filios exceptos. Similiter, *cap. cum dilectus de Clerico non reſidente* Honorius IV. excipit à reſidentia eos, qui commorantur in ſeruitio Papæ, quod priuilegium derogatum eſt in Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reformatione cap.* 12. deinde † Parrochus Eccleſiæ 20
in qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione Capellaniæ impoſita fuit tota cura animarum, ſeu vicaria perpetua, non tenetur in ea reſidere, ita Bellarminus *in declarationibus* Barboſa *ibidem de officio Parrochi part.* 1. *cap.* 1. *à num.* 56. Garcia, *p.* 3. *de beneficiis cap.* 2. *num.* 176. & *numero* 179. Gonzalez *ad Regulam* 8. *gloſſa.* 6. *num.* 99.

RESOLVTIO VIII.

Vtrum Epiſcopus poſsit non reſidens continuare trimeſtre vnius anni cum trimeſtri alterius.

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus non reſidens poſſit continuare trimeſtre vnius anni cum anni ſequentis trimeſtri.*
2. *An tempus vnius anni continuetur cum tempore anni ſequentis.*
3. *Difficultas enodatur exemplo.*
4. *Doctorum ſententia.*
5. *An ratione paruitatis temporis moraliter non dicatur abeſſe ab ouium regimine Paſtor.*
6. *Paſtor quod tempus non debeat excedere in abſentia?*
7. *Continuatio trium menſium vnius anni cum trimeſtri alterius an liceat.*
8. *An ratione continuationis creſcat quantitas temporis.*
9. *An poſſit Paſtor per quinque menſes continuos diſcedere.*
10. *Quantitas cibi duarum vnciarum in die ieiunij an frangat mortaliter ieiunium, ex Diana & n.* 11.
11. *Qui aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum*

terum Canonum ſententia , non videntur abeſſe , quia ſtatim reuerſuri ſunt , ex Trident.

13. *Aſentiæ tempus limitatur ad trimeſtre vnius anni non continuatum.*

14. *An Epiſcopus tranſacto primo trimeſtri ad diœceſim reuertatur , ibique reſideat per aliquot dies , poſſit iterum abſentari per trimeſtre anni ſequentis.*

1 TERTIVM dubium , eſt † an Epiſcopus non reſidens poſſit continuare trimeſtre vnius anni , cum trimeſtre anni ſequentis ? & idem de Parrocho in ſuo bimeſtre affirmat Diana *p.9.tract.6.Reſol.* 22. ſecutus Pellizarium *in Manuali tom.1.tract.5. c.8.ſect.3.n.* 162. addens id poſſe facere ad expediendum negotium inchoatum in trimeſtri vnius anni , & ſic continuat cum trimeſtri anni ſequentis , tum quia Concilium dum dat licentiam vt Epiſcopus per tres menſes , & Parrochus per duos non re-
2 ſideat non limitat , aut vetat , quod † tempus vnius anni non continuetur cum tempore anni ſequẽtis,& lex generaliter & abſque reſtrictione lata , generaliter & in ſua latitudine debet intelligi,& vbi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. Secundò quia ex communi ſententia apud
3 Sanchez.*l.8. de matrimonio diſp.*34.*n.*36. † ſi alicui ſalubris imponatur pœnitentia ſiue in breui à ſacra Pœnitentiaria , ſiue à confeſſore in ſacramento pœnitentiæ , vt ſingulis menſibus confeſſionem faciat peccatorum, & Euchariſtiam excipiat , poteſt id facere, & ſatisfaciet ſi confiteatur die vltima Nouembris, & prima die Decembris vbi continuat confeſſionem vnius menſis,cum confeſſione ſubſequentis , ergo pari modo id licitè præſtabunt animarum Paſtores in abſentia à reſidentia vtrumque trimeſtre continuando.
4 Sed † miror hominis doctos in re tam graui nixos tam debilibus fundamentis cum Concilium apertè ſit in contrarium , citat Diana pro hac ſentẽtia Texadam *in Theologia morali lib.2.tract.2.contro.*10.*nu.*22.ſed ibi nec verbum de hac difficultate ſed de alia tractanda *dub.* 5. igitur falſam omnino eſſe Pellizclarij ſententiam dare conſtat ex verbis Concilij.*ſeſſ.*23.*cap.*1. vbi ſacro ſancta Synodus poſtquam declarauit eſſe de iure diuino perſonalem Paſtorum reſidentiam , ipſum diuinum ius interpretans , vt
5 † ratione paruitatis temporis moraliter non dicatur ab eſſe ab ouium Regimine Paſtor; ſic fatur: *Quoniam autem , qui aliquantiſper tantum abſunt ex veterum canonum ſententia , non videntur abeſſe , qui, ſtatim reuerſuri, ſunt ſacroſancta Synodus vult , vt illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis ſiue continuum, ſiue interruptum, extra prædictas cau-
ſas † nullo pacto debere duos vel ad ſummum* 6
tres menſes excedere , & haberi rationem vt id æqua ex cauſa fiat , & abſque gregu detrimento , quod an ita ſit abſcendentium conſcientiæ relinquit quam ſperat religioſam eſſe &c.

Ex quibus manifeſte ruit ſententia Dianæ , & Pellizarij , quia Concilium ex paruitate temporis (quæ eſt duorum aut ad ſummum trium menſium ſpatium ſingulis annis) vltra quod iam non eſt paruitas tem-
poris , ergo † continuatio trium menſium 7
vnius anni cum trimeſtri alterius nullate-
nus licet,quia † ratione continuationis creſ- 8
cit quantitas temporis , in qua non licet diſcedere à reſidentia:vnde idem Concilium ibidem dicit*: alienum eſſe à mente Pauli* 111. *in Bulla de reſidentia , quod Paſtores , quinque menſibus continuis abeſſe poſſint.* Quæ verba abſoluta ſunt comprehendentia omnes caſus, quia quinque menſes continui eſt magna temporis quantitas in præſenti materia,& quidem vel cœcus videt, quod ſi Patres Concilij , non iudicaſſent non poſſe vnum trimeſtre , cum altero continuare,
non dihiſſent †, quod dicere poſſe per quin- 9
que cõtinuos mẽſes diſcedere, eſſe ſenſum alienum à Sanctæ Synodi mente ergo multo magis ſemeſtre continuum;quare me iudice nullam probabilitatem practicam habet opinio Pellizarij.

Secundò , quia non ſemper , quod in diuerſis temporibns aliqua materia etiam multiplicata in illis eſt parua poteſt continuari in vno & eodem tempore , quia iam
fit magna : ſunt plura exempla † quantitas 10
cibi duarum vnciarum iuxta Dianam in die ieiunij , eſt parua , & non frangit mortaliter ieiuniũ ſicut nec carnis vna vncia & tamen quis dicet,quod ſi quis in dimidia nocte vnius diei quadrageſimæ ſumat d uas vncias illius diei & duas alterius ſequentis, aut duas vncias carnis non frangat ieiuniũ, tam quantum ad præceptum affirmatiuum quam quantum ad negatiuum non comedendi carnes?Ratio cuius eſt quia licet duæ
vnciæ in quolibet die ieiunij ſit paruitas ma- 11
teriæ,ſi tamen continuentur ſit materia notabilis , ita licet quolibet anno trimeſtre ſit paruum tempus , tamen hoc ſi continuetur cum trimeſtri anni ſequentis ratione continuationis fit magnum temporis ſpatium.

Huius certæ Reſolutionis rationem aſ-
ſignauit Tridentiuum illis verbis † *qui ali-* 12
quantiſper tantum abſunt ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe , quia ſtatim reuerſuri ſunt , & ly. *aliquantiſper* & Ly. *ſtatim* determinat ad trimeſtre ſingulis annis ; ergo qui non reuertens ad ſuum Epiſcopatum per ſex menſes continuos,

abeſt non *aliquantiſper* abeſt, nec *ſtatim*
reuertitur, nam addita notabili quantitate
ad trimeſtre, iam nõ eſt tẽporis *aliquantiſ-
perum*, nec eſt *ſtatim* reuerſus ad ſuas
oues regendas, *leg. Poſtliminium §. captiuis,
leg. nihil D. de captiuis, & poſtli. reuer.* qua-
re exiſtimo, quod vltra hebdomadam ſupra
trimeſtre non poteſt Paſtor abeſſe iuxta
decretum Tridentinum.

Fundamenta oppoſita futilia ſunt ad pri-
mum iam conſtat clarè Concilij mens, &
13 qualiter † limitetur ad trimeſtre vnius an-
ni non continuatum, quia alias non ſtatim
reuerteretur, quod requiritur vt ſit paruum
tempus, vt ipſum Trident. manifeſtè di-
ſtinguit. Ad ſecundum reſpondetur, quod
ille Pœnitens ſatisfacit pœnitentiæ impo-
ſitæ, vt ſingulis menſibus confiteatur, &
continuatio confeſſionis non fuit illi pro-
hibita, ſed eſt prohibita à Trident. abſen-
tia ſex menſium, & continuatio vnius tri-
meſtris cum alio anni ſequentis, eo ipſo
quod quantitas parua eſt determinata tri-
14 meſtris, quare † exiſtimo quod ſi Epiſco-
pus tranſacto primo trimeſtri ad diœceſim
reuertatur ibique reſideat per aliquot dies
poteſt iterum abſentari per trimeſtre anni
ſequentis, quod ſi negotium etiam ſi ſit
conſanguineorum, aut amicorum graue
ſit, & ita ſit inceptum, vt magnum detri-
mentum conſanguineis & amicis verè ſe-
quatur, ſi relinquatur, vt ait Concilium,
vel Summo Pontifici, aut Metropolitano,
aut eo abſente Suffraganeo antiquiori cau-
ſas abſentiæ referat, vt an ſint legitimæ in
ſcriptis probet.

RESOLVTIO IX.

Vtrum Parrochus poſsit exiſtens in ſua Parrochia per duos menſes non miniſtrare Sacramenta?

SVMMARIVM.

1. *An ſi Parrochus in ſua Parrochiali exiſtat poſsit tuta conſcientia per duos menſes ſiue continuos ſiue diſcretos, nullius Sacramenti miniſtrandi muneri incumbere, deſignando ad huiuſmodi munus Vice-curatum idoneum.*
2. *Parrochus à loco beneficij per duos menſes poteſt abeſſe ex Trid.*
3. *Vnde magna morum corruptela in Eccleſia ſerpſerit.*
4. *An Parrochus poſsit abeſſe à ſua Eccleſia, ſiue petita ſiue non ab Epiſcopo licentia per duos menſes.*
5. *An liceat Parrocho tempore ieiunij, quod in ſuo oppido ſub præcepto ſeruatur, etiam animo non ſeruandi illud abeſſe, & ad alium locum vbi non eſt tale præceptum ſe conferre.*
6. *An Parrochus animi recreandi cauſa poſsit amicos inuiſere, vt à labore ceſſet, &c. per decem aut duodecim dies ab actuali reſidentia vacare?*
7. *Quæ interpretatio vocetur odioſa?*

QVARTVM dubium eſt, an ſi Parro- 1
chus in ſua Parrochiali exiſtat poſſit
tuta conſcientia per duos menſes ſiue con-
tinuos, ſiue diſcretos nullius Sacramenti
miniſtrandi muneri incumbere, dum ta-
men Vice-curatum idoneum ad huiuſmodi
munus deſignet? Ioannes Sanchez *ſele-
cta 41. num. 5.* adfirmat, *quia* (inquit) *ex
Tridentino ſeſſ. 23. cap. 1. conſtat per duos men-
ſes abeſſe poteſt Parrochus à loco beneficij, igi-* 2
*tur à fortiori, vel ſaltem pariter abeſſe poterit
à ſeruitio iſto, licet in loco beneficij maneat
cauſa tamen abeſſe debebit, vt à miniſterio
ceſſet, à labore ſcilicet vacare, animum re-
creare, amicos viſitare commodius, vires no-
uas reſumere ad deinceps laborandum, neque
ad vacandum à miniſterio per illos duos menſes
licentia ab Epiſcopo deſideratur.* Hactenus
ille, cuius intrepidum in re morali inge-
nium ſemper miror, ex hoc enim & ſimili-
bus † maxima morum corruptela in Eccle- 3
ſia Dei ſerpſit, magno animarum detri-
mento, & vt ſe faciant ſingulares cæteros
corrumpunt & *Peliam lauant*, dum promit-
tẽtes conſcientiæ pacem exitium inducunt.

Etenim licet † Parrochus poſſit abeſſe à 4
ſua Eccleſia ſiue petita ſiue non (de quo
dubio ſequenti) ab Epiſcopo licentia per
duos menſes, tamen quod exiſtens in illa
poſſit pro libito per eoſdem duos menſes
continuos, nullum præſtare ſeruitium nul-
lamque habere curam ſuarum ouium, ſed
illas ipſo præſente mercenario committere,
nullus eſt qui auſus ſit id affirmare: licitum
quidẽ eſt mihi tẽpore ieiunij, † quod in meo 5
oppido ſub præcepto ſeruatur, etiam animo
non ſeruandi illud abeſſe, & ad alium locum
vbi non eſt tale præceptũ me conferre, aſt
ſi permaneo in oppido teneor ieiunare. Ita
quamuis Parrochus poſſit à ſua Parrochiali
per duos menſes continuos abeſſe, quia
hoc illi permittit Concilium, ſed ſi non ab-
eſt, non video, qua ſecuritate conſcientiæ
poſſit ſe eximere ab obligatione diuini præ-
cepti inuigilandi ſuper gregem ſuum per
duos continuos mẽſes. Poterit tamen † ani- 6
mi recreãdi gratia amicos inuiſere & vt à la-
bore ceſſet, vel vt exercitia ſpiritualia faciat
vitam anima, quã corpore vegetet, per decẽ
aut duodecim dies ab actuali reſidẽtia vaca-
re; quare fundamẽtum Ioan. Sanchez pror-

ſus euaneſcit cũ non ſit par ratio de Parro-
cho abſente,& de preſẽte, & Concil. loqui-
tur de abſente,nõ de preſẽte,de illo qui in-
pretatur ius diuinum,quod ſit paruum tem-
7 pus duorum menſium ſpatium, quæ † in-
terpretatio cum ſit odioſa ad Parrochum
preſentem extendi ſine duce & ſine luce
mihi non videtur probabile in praxi,neque
vllatenus conſulendum puto, imo, ita iudi-
co declarandum à Sacra Congregatione E-
minentiſſimorum Cardinalium interpre-
tum Concilij Tridentini.

RESOLVTIO X.

Vtrum vt Parrochus per duos menſes non reſideat requiratur Epiſcopi licentia.

SVMMARIVM.

1. *An vt Parrochus non reſideat per duos menſes,Epiſcopi licentia ſit neceſſaria.*
2. *Gregorius Papa ordinat Maximiano Epiſcopo Syracuſano, vt latorem ſui decreti reſtituat in ſuam Parrochiam à qua abſens fuit cauſa infirmitatis.*
3. *Tempus bimeſtre pro paruo reputatur à Concilio.*
4. *Quantum ad tempus abſentiæ aſſignatum, eodem modo Concilium remittit Parrochorum conſcientiæ, ac remiſit timoratæ Epiſcoporum conſcientiæ.*
5. *Parrochi non poſſunt vltra bimeſtre abeſſe, niſi ex cauſa Epiſcopo cognita, & approbata.*
6. *Abſentia honeſtæ cauſa non requirit cauſæ cognitionem, nec Epiſcopi approbationem.*
7. *An ſi Parrochus abſit per hebdomadam requiratur licentia Epiſcopi.*
8. *Dum Parrochus abeſt per bimeſtre ſibi conceſſum à Concilio, etiam ſi teneatur relinquere Vicarium pro Sacramentorum adminiſtratione, an Vicarius ſit approbandus & nominandus ab Epiſcopo.*
9. *An Epiſcopus poſſit ſiue in Synodo ſiue extra ſancire ne Parrochus vltra hebdomadam aut vltra biduum abſit ſine eius licentia & approbatione.*
10. *Concilium non poteſt impedire quin Epiſcopus poſſit reſeruare cognitionem cauſarum abſentiæ.*
11. *Per quod bimeſtre non poſſit abeſſe Parrochus ſine licentia Epiſcopi.*
12. *In Parrochis poſt Concil. Tridentin. nec licentia ſine cauſa, nec cauſa ſine licentia excuſat à reſidentia, ex Vaſque.*
13. *Diſcriminis ratio, & n.14.*
15. *Eccleſia præſumit iure optimo Epiſcopos in ſua cauſa iudices eſſe integriores, quam Parrochos etiam in propria.*
16. *Plura in iure remittuntur ſuperiorum maiorum conſcientiæ,& iudicio etiam in propria cauſa.*
17. *Concil. Trident. mens.*
18. *An olim potuerint Parrochi abeſſe per duos menſes etiam ſine Ordinary licentia.*
19. *Ludouici de San Ioan ſententia.*
20. *An ius Tridentini expreſſit licentiam fore approbandam ab Ordinario.*
21. *Tempus bimeſtre pro paruo reputatur à Concilio.*
22. *Quid particula* etiam *denotet.*
23. *Quæ cauſa examinanda.*
24. *Tempore quadrageſimæ cum Parrochus non reſidet multæ poſſunt euenire circumſtantiæ.*
25. *Multorum ſententia.*
26. *Abſentia vnius hebdomadæ ſi non adſint infirmi, &c. parua eſt materia temporis.*
27. *Abeſſe tota die quando nullus infirmatur, nec laudat, nec vituperat Barboſa, & num. 28.*

QVINTVM dubium eſt, † an vt Par- 1
chus per duos menſes non reſideat ſit
neceſſaria Epiſcopi licentia? negant San-
chez, *lib. 3. de matrim. diſp. 3. n. 11.* Valerus,
verbo Parrochus differentia 5. n. 1. Bonacina,
variorum tract. diſp. 5. punct. 5. num. 9. Ioannes
Sanchez, *in ſelectis diſput. 47. nu. 5.* Ceballus,
q. 583. num. 6. etſi etiam fateatur contrarium
in praxi ſeruari Lopez, *tom. 1. inſtructo. c. 148.*
Azor, *p. 2. lib. 7. c. 4. q. 10.* Sà emendatus, *verbo
reſidentia, n. 7.* Rodriguez, *in ſumma tomo 2.
c. 36. in fine,* & *in expoſitio. Bullæ compoſitionis,
n. 18.* Palao, *tomo 2. tract. 13. diſput. 5. puncto 5.
n. 3.* & olim docuit Doctiſſimus Nauarrus,
in manuali, c. 25. num. 121. primò quia iure
decreti, *cap. præſentium 7. q. 1.* † Gregorius 2
Papa ordinat Maximiano Epiſcopo Syracu-
ſano,vt latorem ſui decreti reſtituat in ſuam
Parrochiam,à qua abſens fuit cauſa infirmi-
tatis, & tenet ibi gloſſa, *verbo per duorum,*
dicens, *quod abſens ex iuſta cauſa non debet
puniri,* quia poteſt habere iuſtam excuſa-
tionem, *cap. frequenter,* extra *vt lite non con-
teſtata,* quando autem in capite ſi quis in
Clero ibidem punitur Presbyter, qui per
tres hebdomadas abeſt ab ſua Eccleſia per
triennium à communione ſuſpendatur, in-
telligitur quando abſque iuſta cauſa abeſt.

Secundò, quia † tempus bimeſtre pro 3
paruo reputatur à Concilio, & qui illo tan-
tum abeſt, ſtatim reuerſus abeſſe non vi-
detur, *leg. poſtliminium, §. captiuis, D. de poſt-
lim. reuerſ.*

4 Tertiò, quia † Concilium quantum ad tempus abſentiæ aſſignatum eodem modo remittit conſcientiæ Parrochorum, ac remiſit conſcientiæ timoratæ Epiſcoporum, quod denotant illa verba, *eadem omnino etiam, quoad culpam*; illa enim particula, *etiam*, denotat quod eadem ſit in vtriſque ratio abſentandi, quare ſi in Epiſcopis nulla eſt culpa per trimeſtre cum cauſa abeſſe, ita nec in Parrochis per bimeſtre etiam non petita licentia.

5 Quartò, quia † licèt Concilium dicat Parrochos non poſſe vltra bimeſtre, niſi ex cauſa Epiſcopo cognita & approbata, non licèt ex hoc inferre quod per bimeſtre non poſſit abeſſe cum cauſa, ſine licentia Epiſcopi.

Quintò, quia quælibet honeſta cauſa vt recreandi animi ergo, amicos inuiſendi, vt ait Garcia infra citandus eſt ſufficiens ad ſe
6 abſentandum per bimeſtre, ergo † pro hac abſentia requiri non poteſt cauſæ cognitio, & Epiſcopi approbatio, quæ exigitur propter dubium, quod eſſe poteſt in cauſæ approbatione: non poteſt autem eſſe dubium in cauſa, per bimeſtre abſentia approbanda.

7 Sextò, quia alias † ſi Parrochus per hebdomadam abſit requiritur licentia Epiſcopi, quod eſt contra praxim receptam, vt ait Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi allegatio*. 53. *num*. 106.

Ex quo colligunt huius ſententiæ defen-
8 ſores quod † dum Parrochus abeſt per bimeſtre à Concilio ſibi conceſſum, etiamſi teneatur relinquere Vicarium pro Sacramentorum adminiſtratione, & cæteris neceſſariis muneribus obeundis, tamen Vicarius iſte non eſt approbandus & nominandus ab Epiſcopo, ſed id poteſt facere Parrochus ipſe, quia Concilium quando diſponit contrarium, intelligitur quando cauſa cognita receſſurus eſt Parrochus vltra bimeſtre.

Colligit ſecundò. Palao, *num*. 4. hoc non
9 obſtante † poſſe Epiſcopum ſiue in Synodo ſiue extra Synodum ſancire, ne Parrochus vltra hebdomadam aut vltra biduum abſit ſine eius licentia, & approbatione, tum quia ita declarauit Congregatio teſte Garzia, *infrà n*. 23. & extat declaratio apud Barboſam, Bellarminum & Farinacium, *ſeſſione* 23. *cap*. 1. tum quia licèt Concilium cognitionem de ſufficientia cauſæ abſentiæ remittat conſcientiæ Parrochorum, non ta-
10 men impedit quin † Epiſcopus poſſit, ſibi reſeruare huius abſentiæ cauſarum cognitionem vt tanquam generalis Paſtor videat, an ex illa ſequatur aliquod gregi ſibi commiſſo detrimentum, ſic enim declarauit Sacra Congregatio Concilij, *in vna Tarraci-nenſi II. Februarij* 1628. & in Metropolitana, *die* 16. *Dec. anno eodem*, & antiquitus idem declarauit apud Garziam, *infrà*.

Secunda ſententia eſt ex diametro oppoſita aſſerentium † Parrochum non poſſe ab- 11
eſſe per hoc bimeſtre ſine licentia Epiſcopi quam licentiam Caſtro Palao, *vbi ſuprà*, dicit omnino ſecuram, & tenendam, quam tenent. Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi allegat*. 53. *n*. 96. *& de poteſtate Parrochi, p*. 1. *c*. 8. *n*. 55. *& in deciſionibus Apoſtolicis, collectanea* 559. *num*. 6. & eſt communis, quam ſequuntur Vaſquez, *opuſculo de beneficiis c*. 4. §. 2. *artic*. 1. *dubit*. 3. *n*. 149. *& art*. 2. *dubit*. 3. *n*. 189. dicens & optimè quod † in Parrochis poſt Concilium Trident. nec licentia ſine cauſa, nec 12
cauſa ſine licentia excuſat à reſidentia, quod ſecus eſt in Epiſcopis, vbi cauſa ſine licentia ſufficit, vt abſit per trimeſtre, Concilium enim conſcientiæ Epiſcoporum examinationem cauſæ reliquit, non tamen conſcientiæ Parrochorum, † ratio diſcriminis 13
eſt quia quando Concilium legem hanc vniuerſalem tulit, erat valde magnus Parrochorum abuſus nimium ſibi indulgentes, iudicantes ſufficientes quaſlibet cauſas ad non reſidendum, quare Patres Concilij radices huius abuſus abſcindentes, fundati in præſumptione iuris, & de iure decretum ediderunt, cauſas abſentiæ Parrochorum Epiſcopus examinaret & approbaret, niſi in caſu in quo virtus epicheia dictaret, non eſſe expectandam licentiam, cum ex obſer- 14
uatione talis decreti in talibus circumſtantiis aliquod maximum ſequeretur inconueniens, hæc autem præſumptio iuris & de iure non eſt ita manifeſta in Epiſcopis, qui cum ſint in ſtatu perfecto eorum conſcientia dictabit, quando cauſa eſt æqua ad non reſidendum per bimeſtre, quare † Ec- 15
cleſia præſumit iure optimo Epiſcopos in ſua cauſa iudices eſſe integriores, quam Parrochos etiam in propria, etenim magis eſt conſentaneum rationi, & æquitati quod auctoritati Epiſcopi vel quaſi auctoritatem, Epiſcopalem auctoritatem habentis, qui cauſas omnes etiam Parrochorum iudicat, & examinat iudicium in propria cauſa ad abſentiã trimeſtrem committeretur, quam Parrocho bimeſtrem, & quidem certiſſimum eſt † plura in iure remitti ſuperio- 16
rum maiorum conſcientiæ, & iudicio, etiam in propria cauſa, quæ par non eſt quod remittantur ſuperiori inferiori.

Et hæc fuit manifeſta Concilij mens conſtans ex litterali & ſincera illius lectione. Poſtquam enim dixit, † *eadem omnino etiam* 17
quoad culpam amiſſionem fructuum & pœnas de curatis inferioribus Sacroſancta Synodus declarat & decernit. & ponens diſcrimem inter Epiſcopos & Parrochos ſubdit, *ita tamen vt*

quan

quandocumque eos abeſſe contigerit cauſa prius per Epiſcopum cognita & approbata abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum cum debita mercedis aſſignatione relinquant. quæ verba ſi ſincere meditentur manifeſtè concludunt ſententiam noſtram quamuis enim vt ait Selua, *de Benef. 4.p.c.16.*
18 & ſecutus eſt Ceuallos, *qu.585.n.13.* † olim potuiſſent Parrochi abeſſe per duos menſes, etiam ſine Ordinarij licentia. Hodie tamen ex Congregationis ſententia non licet, quam declarationem adducunt Bellarminus, Barboſa, & Farinacius, melius Cardinales Sacri Concilij interpretes eius ſinceram mentem ſunt aſſecuti, & illis magis ſtandum, quam ſubtili verborum conſtructione & ipſorum voluntaria intelligentia quæ in re morali parui pendenda eſt, quare præter citatos idem defendunt Garçia. *de Benefic. p.3.n.2.c. 23.* vbi adducit declarationem, *& p.9.c.2. n.195. dub.2.* Sanctarellus *variarum Reſolut. qu.4.n.12.* Poſſeuinus, *de offic. curati lib.2.c.1. n.11.* Antonius Gomez, *in explicatione Bullæ compoſit. c.7. clauſul. 4.n.22.* Fillu. *t.3. de Beneficiis, c.4.n.149.* vbi plures congerit cum Barboſa. *in collectan. ad Concil. ſeſſ.23.c.1.n.69.* Armendariz, *in additione legum Nauarræ, l. 2.tit.23.leg.2.§.2. ſub titulo de Epiſcoporum*
19 *& Parrochorum reſidentia, n.157.* quare minus bene Ludouicus de San Ioan. *in Summ. tit. de adminiſtr. Sacrament. tractat. de reſidentia, n.17.* dixit contrarium eſſe ſecurum cum potius vt ait Ceuallos. *vbi ſupra, n.6.* contrarium obſeruetur in praxi, & ſic malè Leſſius, *l.2. de Iuſtitia & iure, cap.34. dub. 29.n.159.* dixit ſe credere hoc non eſſe in vſu, & quidem in abuſu, qui omnino extirpandus cum tuta conſcientia non fiat.

Ex quibus fundamina oppoſita ruunt ad primum reſpondetur cum Bellarmino, &
20 Ceuallos † ius Tridentini expreſſiſſe licentiã fore approbandam ab Ordinario. Reſpondetur ſecundò, infirmitatem habuiſſe Presbyterum illum, poſtquam diſceſſit ex qua factus eſt impoſſibilis redditus ad ſuam Eccleſiam, legatur Gloſſa *ibi & in cap. ſi quis in Clero.*

21 Ad ſecundum Reſpondetur, quod † tempus bimeſtre vtique pro paruo repotatur à Concilio in hac materia, ſed ad hoc requiritur iuſta cauſa abſentiæ, per illud ſpatium & ne ſequatur detrimentum ouibus quod examinaretur, Trident. remittit Epiſcopo.

Ad tertium Reſpondetur negando, quod
22 † particula, *etiam* denotet, quòd ſicut in Epiſcopo non requiritur licentia ad abſentiam trimeſtrem, ita neque in Parrocho & ſi enim in vtroque requiratur par ratio abſentiæ, ſed in Parrocho requiritur cauſæ examinatio, & approbatio facienda ab Epiſcopo, quæ non requiritur in Epiſcopo, ſic diſponente Tridentino, ex motiuis ſupra adductis. Vnde patet ſolutio ad 4.

Ad quartum Reſpondetur, quod † adhuc 23
illæ cauſæ examinandæ ſunt, non propter ipſas, ſed an videat Epiſcopus, an ex abſentia propter illas cauſas poſſit detrimentum ouibus oriri, & an de facto ſit neceſſaria Parrochi præſentia, & an ſit tempus opportunum regimini ouium, non enim æquum eſt, quod † tempore quadrageſimæ Parro- 24
chus non reſideat, poſſunt enim plurimæ interuenire circumſtantiæ propter quas, non expediat abſentia Parrochi, & non ſufficiat honeſtas cauſæ, quæ in aliud tempus deferre poſſit, & ſic ſanctiſſimè ſtatutum eſt quod remittatur cauſa abſentiæ Parrochorum iudicio & prudentiæ Epiſcoporum.

Ad ſextum Reſpondetur primò, quod vt 25
notant Garzia, *vbi ſupra n.23. in tertia declaratione.* Armendariz *n.157.* Barboſa *de officio curati p.1. cap.8.n.56.* Sacra Congregatio declarauit hoc non licere ſine Epiſcopi licentia obtenta, etiam relicto Vicario ab Epiſcopo approbato. Reſpondetur ſecundò, quod
† abſentia vnius hebdomadæ, ſi non adſint 26
infirmi in Parrochia aut mortis periculo proximi, parua materia temporis eſt, de qua loquitur Concilium. Cæterum aduertenda valde ſunt, ea quæ ex Poſſeuino adnotat Barboſa. *in Collect. ad caput.1. ſeſſ.23. ſi Parrochus* (ait *n.51.*) *rationabiliter iudicauerit, quia nullus infirmatur poteſt abeſſe per aliquas horas etiamſi nullum ſubſtituat † abeſſe vero tota* 27
die quando nullus infirmatur nec laudo nec vitupero, abeſſe autem per duos aut tres dies nullo infirmante & nulla alia cauſa iuſtificante, habet valde de rationabili eſſe mortale, propter multa quæ poſſunt eo tempore euenire, maximè in illis villis in quibus nullus eſt alius ſacerdos à Parrocho, in ciuitatibus vero vel oppidis vbi 28
ſunt alij ſacerdotes, erit maius, minusve peccatum ratione periculi vel damni euenturi, cui tamen facilius, quam in illis poteſt ſubueniri.

COROLLARIA EX dictis ad Praxim vtilia.

Scriptor moralis non ſatisfacit, ſi reſolutiones ſuas typis det, in quibus res in vniuerſum determinet, niſi ad praxim principia applicet. Et ſic ea quæ in ſuperiori Reſolutione docui, varijs documentis applicanda ſunt.

SVBRESOLVT. I.

Parrochus abſens, nequit ponere Vicarium, ſed hoc competit ſoli Epiſcopo.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopus ex Concilio Vicarium debet approbare.*
2. *Si Vicarius qui in abſentia Parrochi adeſt non ſit ſpeciali Epiſcopi approbatione deſignatus an habeat iuriſdictionem adminiſtrandi Sacramenta.*
3. *Quanto tempore limitetur abſentia Parrochi.*

EX quibus infertur primò, quod Parrochus qui per bimeſtre abeſt à ſua Ecclesia non poteſt ipſe ponere Vicarium, ſed iſte ab Epiſcopo ponendus eſt, ita omnes adducti pro noſtra ſententia, & deciſum à Sacra Congregatione quatenus, vt ſupra vidimus declarauit, quod Parrochus per bimeſtre à Concilio conceſſum, non poſſe abeſſe, ſine Epiſcopi licentia, tunc autem
1 † ex ipſo Concilio Epiſcopus debet Vicarium approbare ſpeciali approbatione; nec enim ſufficit, quod ſit approbatus abſolutè etiam approbatione remota, ad excipiendas Confeſſiones ſui Epiſcopatus, imo addo,
2 quod † ſi Vicarius qui in abſentia Parrochi adeſt, non ſit ſpeciali Epiſcopi approbatione deſignatus non habet iuriſdictionem adminiſtrandi Sacramenta neque aſſiſtendi matrimoniis, quod maximè notandum velim à Parrochis, non tamen placet, id quod ex Poſſeuino, ſui oblitus adnotat Barboſa *in collect. num.* 65. poſſe Parrochum ſi velit abeſſe per ſex aut ſeptem dies, & relinquere ſubſtitutum, etiam ſine Epiſcopi approbatione *id declarante vniuerſali conſuetudine* (inquit) contrarium enim declarauit Sacra Congregatio apud eundem. *ibidem num.* 71. *& cap.* 8. *citat. de officio Parrochi, n.* 56. & apud Garziam, & Armendariz, *vt ſupra* retuli,
3 quare † ad ſummum ad quatuor dies, id poterit, vel ad quinque, quia eo ipſo, quod Congregatio taxauit hebdomadam videtur conceſſiſſe dies citatos, & hoc declarat conſuetudo non vero hebdomadam, quam excludit Congregatio, quæ ad minus requirit licentiam petitam, vel obtentam.

SVBRESOLVT. II.

Si cauſa non manifeſtetur Epiſcopo, etiam ob iuſta motiua, ſi Epiſcopus non det licentiam non eſt tutus Parrochus ſi abſcedat.

SVMMARIVM.

1. *Si Epiſcopus non det licentiam Parrocho, non eſt tutus in conſcientia ſi diſcedat, & non reſideat.*
2. *An poſſit per bimeſtre non reſidere.*

INfertur ſecundò, quod Parrochus qui petit licentiam, & curat ſe habere grauem cauſam, quæ multoties contingere poteſt non expedire Epiſcopo manifeſtare, quia eſt in materia honoris, & ſimilium. † Si Epiſcopus non det licentiam, non eſt 1
tutus in conſcientia ſi diſcedat, & non reſideat, ſimiliter ſi exprimat rationabilem cauſam iudicio prudentis, & Epiſcopus rigidus non concedat licentiam, quia iudicat confictam, cum reipſa vera ſit non eſt tutus in conſcientia. Ita ſacra congregatio apud Bellarminum, Barboſam, & Farinacium, quod ego intelligo in foro externo, non interno probabile eſt etiam in praxi, quod † poſſit non reſidere per bimeſtre, 2
nam forma inducta à Concilio pro Parrocis videtur inducta ſolum ad vitandas fraudes & pro foro externo, & vt Epiſcopus vt Paſtor vniuerſalis videat, ſi ex abſentia oritur gregis detrimentum graue, quod magis præponderat, quam damnum particulare ipſius curati, quod infra magis enodabo dum inquiram an Epicheia locum habeat in hac lege.

SVBRESOLVT. III.

Parrochus mortaliter peccat ſi fingit cauſam iuſtam?

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus impetrans licentiam fingendo cauſam iuſtam quam re vera non habet, peccet mortaliter, & teneatur fructus reſtituere.*
2. *An aſſignato Vicario idoneo ab ipſo Epiſcopo teneatur fructus reſtituere.*

INfertur tertiò, quod † Parrochus impetrans licentiam fingendo cauſam iuſtam, 1
quam re vera non habet peccat mortaliter, & tenetur fructus reſtituere, ita Barboſa *de poteſtate Parrochi cap.* 8. *num.* 60. Azor *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *quæſt.* 3. Sanctarellus. *Reſolutio. variarum. quæſt.* 4. *n.* 15. quod ego intelligo ſi licentia ſit ad non reſidendum vltra timeſtre nam ſi ſit per bimeſtre conceſſum à Concilio cum licentia petatur, vt Epiſcopus videat an ex abſentia curati damnum ſequatur gregi, & eo ipſo quod videat non ſequi & aſſignetur vicarius idoneus ab ipſo 2
Epiſcopo non videtur, cur teneatur fructus reſtituere.

reſtituere, aut mortaliter peccare; niſi venialiter ratione mendacij, & fictionis, quamuis enim cauſa, quam ſupponit non ſubſiſtat, ſubſiſtunt aliæ, quæ nunquam deficiunt vt abſentia ad vacandum à labore vt iterum ad illum redeat, ad inuiſendum amicos, parentes, ad recreandum animum, & aliæ ſimiles cauſæ quæ multoties non expedit Epiſcopo propalare.

SVBRESOLVT. IV.

Poteſt Epiſcopus prohibere ne Parrochus abſit per biduum ſub pœna pecuniaria.

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus poſſit prohibere, ne Parrochus per biduum abſit ſub pœna pecuniaria.*
2. *Si Parrochus ſæpius incidat an poterit Epiſcopus ſub excommunicatione id prohibere.*

1 INfertur quartò, Epiſcopum † vt *ſupra* dixi poſſe prohibere, ne Parrochus per biduum abſit ſub pœna pecuniaria, quæ nimium non excedat non tamen ſub pœna excommunicationis ipſo facto. ſic Garzia. *vbi ſupra num.* 23. Armendariz. *num.* 156. & eſt *declaratio authentica in vna Terracinenſ. 11. February* 1628. poterit tamen ſub pœna excommunicationis non latæ ſententiæ, quia congregatio ideo latæ ſententiæ prohibuit, imo † ſi ſæpius incidat Parrochus poterit Epiſcopus ſub excommunicatione latæ ſententiæ id prohibere, quia congregationis decretum intelligi poteſt pro prima vice.
2

SVBRESOLVT. V.

Non ſufficit licentia tacita.

SVMMARIVM.

1. *An licentia tacita aut expreſſa requiratur vt Parrochus abſit.*
2. *An neceſſitas vrgens excuſet ab obſeruantia præcepti etiam diuini poſitiui.*

1 INfertur quintò, non ſufficere licentiam tacitam vt Parrochus abſit, ſed requiri expreſſam ita Garzia. *n.* 35. Armendariz *n.* 164. Sanctarel. *n.* 16. Bellarminus dicens ita fuiſſe declaratũ à ſacra Congregatione. Barboſa. *in collectanea ad Concilium ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *num.* 67. niſi repente tam vrgens neceſſitas recurrat, quæ non patiatur dilationem petendi huiuſmodi licentiam, quo caſu quamprimum debet facere certiorem Epiſcopum de abſentia ratione neceſſitatis vrgentis, ita Garzia dicit fuiſſe deciſum à ſacra Congreg. *vbi ſupra num.* 34. neceſſitas enim † vrgens excuſat ab obſeruantia præcepti etiam diuini poſitiui, vt conſtat in ſacerdote, qui neceſſitate vrgente celebrat exiſtens in peccato mortali non habens copiam confeſſoris, qui quam primum tenetur confiteri, vt decernit Trident. *ſeſſ.* 13. *c.* 8. Tunc enim totum implicitum Confeſſionis contentum in contritione ſufficit, ita hîc licentia implicita ratione neceſſitatis, ſed ſicut Sacerdos tenetur, quamprimum confiteri, ita Parrochus quamprimum petere licentiam expreſſam. 2

SVBRESOLVT. VI.

Quis intelligatur in hoc decreto, nomine Ordinarij?

SVMMARIVM.

1. *Quis nomine Ordinarij intelligatur.*
2. *Quis item nomine Epiſcopi.*

INfertur ſextò, quod in hoc Concilij decreto † nomine Ordinarij intelligitur non ſolum Epiſcopus, ſed Abbates & alij habentes quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem, ita Azor. *p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæſt.* 3. Sanctarellus, *quæſt.* 5. *nu.* 64. Poſſeuinus, *num.* 69 qui etiam dicunt id poſſe capitulum Sede vacante. Diana *part.* 8. *tract.* 4. *Reſ.* 7. Sed Selua *de Beneficiis*, *p.* 4. poſtquam adduxit gloſſam qui per Ordinarium intelligit Superiorum, ſiue Superior, ſiue Inferior, ſit Epiſcopo ſubdit, at, *in Concilio Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *ſtatum eſt, vt ſi abeſſe debet is qui Beneficium cum cura animarum habet, id faciat prius per Epiſcopum cognita & approbata*, Sed contrarium & eſt verius & commune quia † nomine Epiſcopi intelligitur Ordinarius de quo in *cap. licet canon. citato*, habens quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, & eſt melius. 1 2

SVBRESOLVT. VII.

Non requiritur licentia in ſcriptis.

SVMMARIVM.

1. *An licentia vt Parrochus non reſideat per bimeſtre à Concilio conceſſum ſit neceſſaria in ſcriptis.*
2. *Ad non reſidendum per bimeſtre, an requiratur licentia expreſſa Epiſcopi.*

INfertur ſeptimò licentiam vt Parrochus non reſideat per bimeſtre à Concilio conceſſum non eſſe neceſſariam in ſcriptis dandam colligitur ex Trident. quod ſolum exigit licentiam in ſcriptis ad non reſidendum 1

dum vltra bimeſtre *ibi licentiam in ſcriptis gratiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, niſi graui ex cauſa non obtineant*, quare vt per bimeſtre non reſideat non requiritur licentia in ſcriptis, cuius contrarium ſine fundamento tenet Garzia. *vbi ſupra n.* 25. ſecutus Ochon Senatorem Regium *in repetitio. ad cap.*1. *de Clerico non reſidente*, *n.*51. contrarium conſtat ex Concilio, quamuis
2 enim, vt vidimus † non reſidendum per bimeſtre non requiritur licentia expreſſa Epiſcopi, tamẽ in ſcriptis ſolum exigitur, quando vltra bimeſtre graui ex cauſa non eſt reſidendum.

SVBRESOLVT. VIII.

Non tenetur reſtituere etiam, ſi licentia non ſit in ſcriptis.

SVMMARIVM.

1. *Si Parrochus vltra bimeſtre de licentia Epiſcopi, & ex vrgente neceſſitate non reſideat, cùm non ſit conceſſa licentia in ſcriptis, an peccet.*
2. *Niſi licentia monſtretur ſcripta, & niſi Epiſcopus ipſe verbo tenus dicat, ſe talem licentiam conceſſiſſe, an condemnabitur Parrochus in foro externo.*
3. *An ad validitatem teſtamenti requirantur aliquæ ſolemnitates in foro externo, quæ non in foro conſcientiæ.*
4. *Ad valorem naturalem ſufficientem, & ad tutamen conſcientiæ, an licentia ſcripta requiratur à Concilio.*

INfertur octauò, quod eſt valdè probabi-
1 le & ſecurũ in praxi, quod † ſi Parrochus vltra bimeſtre de licentia Epiſcopi, & ex vrgente neceſſitate non reſideat, quamuis non ſit licentia conceſſa in ſcriptis, non peccat & facit fructus ſuos cuius contrariũ ſentiunt Palao, *tom* 2. *de beneficiis tractat.* 13. *punct.*5. *num.*8. Garcia *num.* 27. ſed noſtram illationem tenent Leſſius, *lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 34. *num.* 158. quia talis licentia iure gentium & naturali valida fuit, quare forma illa, vt in ſcriptis concedatur ſolum fuit
3 pro foro externo, in quo † condemnabitur Parrochus, niſi licentia monſtretur ſcripta, niſi Epiſcopus ipſe verbo tenus dicat ſe talẽ licentiam conceſſiſſe, tunc enim nec in foro externo condemnari poteſt, quare ſi licentiam verè obtinuit, tutus eſt in conſciẽtia, & fructus facit ſuos. Deinde quia etiam
3 ſi ex iure ciuili † requirantur aliquæ ſolemnitates ad validitatem teſtamenti, in foro externo, tamen ſi deſint tales ſolemnitates validum eſt teſtamentum in foro conſcientiæ, & abſque ſcrupulo poteſt retinere, quod ex tali teſtamento habetur, vt alibi latiſſimè docui, eſtque ſententia omnino vera, vt latè oſtendit Leſſius, *vbi ſupra num.*12. *& ſequentib.* quare dubio procul talis Parrochus, etiamſi in ſcriptis non habeat licentiam, eã tamen verè habet, nec peccabit, & fructus facit ſuos, nec enim † ad valorem natura- 4
lem ſufficientem ad tutamen conſcientiæ talis ſcriptura requiritur à Concilio, cuius mens ea fuit, Parrochum ad libitum & ſine vrgente neceſſitate non poſſe oues relinquere commiſſas mercenariis, qui aduenientibus lupis fugiunt eſt relinquunt oues eorum in curſibus expoſitas.

SVBRESOLVT. IX.

Detentus Romæ an teneatur reſidere?

SVMMARIVM.

1. *Detentus Romæ datâ cautione de non recedendo à curia an teneatur reſidere.*

INfertur nonò, quod † detentus Romæ 5
data cautione de non recedendo, à curia non tenetur reſidere, reſpondet Congregatio ad Epiſcopum Stritinum apud Bellatin. & Barboſam *vbi ſupra*, vnde facit fructus ſuos, etiam ſi vltra bimeſtre abſit, ſed idem dicẽdum ſi data cautione de nõ recedendo à curia Epiſcopali? Reſpondeo, quod non, quia tum Epiſcopus habet cauſam ſufficientem, vt iſte non reſideat, tenetur tamen ponere Vicarium idoneum.

RESOLVTIO XI.

Vtrum ſit præceptum obligans, quod Epiſcopus reſideat diebus, de quibus Concilium.

SVMMARIVM.

1. *An ſit præceptum obligans, quod Epiſcopi ſint in ſua cathedrali diebus quos Concilium aſſignat.*
2. *Authoris ſententia.*

VBIVM ſextum, vtrum † ſit præce- 1
ptum obligans, quod Epiſcopi ſint in ſua cathedrali diebus quos Concilium aſſignat illis verbis, *eoſdem interim admonet & in Domino hortatur, ac per illos temporis ſpatiũ Dominici Aduentus Quadrageſima Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item & Corporis Chriſti diebus, quibus refici maximè & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oues debeant ipſi ab Eccleſia ſua cathedra-*

li

li vllo pacto abſint niſi Epiſcopalia munia in ſua diœceſi eos aliò vocent? Negat Cardinalis Bellarminus, *vbi ſupra*, quamuis dicat olim fuiſſe præceptum in *cap. ſi quis in Clero 7.quaſt.1.ex Concilio Agathenſe canone 64.* vbi ſub pœna ſuſpenſionis triennalis mandatur ne, quis Clericus abſit à ſua Eccleſia in Natiuitate Domini, iu Epiphania, Paſcha-
2 te & Pentecoſte, ſed †exiſtimo hoc præceptum diſſuetudine abrogatum, & loquitur de Clericis, non de Epiſcopis quos ſolum monet & hortatur Tridentinum, ne trimeſtrem abſentiam à ſua Cathedrali in his temporibus faciant.

RESOLVTIO XII.

Vtrum ſit Simoniacus Ordinarius ſi gratis non det licentiam.

SVMMARIVM.

1. *Si Ordinarius non det gratis licentiam ex iuſta cauſa non reſidendi vltra bimeſtre, an committat ſimoniam.*
2. *An aliquid ſpirituale inſit in danda licentia ex iuſta cauſa non reſidendi.*

1 Vbivm ſeptimum, an ſi Ordinarius gratis non det licentiam ex iuſta cauſa non reſidendi vltra bimeſtre ſimoniam committat? Bellarminus *vbi ſupra, litera V.* dicit, *ſi Epiſcopus hac de cauſa pecuniam accipit, ſimoniam committit.* Rebuff. *de diſpenſat. de non reſidendo num.* 16. ſed cum non ſit ſimonia iuris diuini, vt patet ſed ſolum ex iure humano, non video ius vbi ſimonia iſta, ſed exprimitur *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. vbi agitur de examinatoribus Synodalibus, ne pro examine ad parrochialem aliquid accipiant *alioquin* (ait Concilium) *ſimoniæ vitium tam ipſi, quam alij dantes incurrant, niſi dimiſſis beneficiis &c.* quare cum hoc non exprimatur in præſenti decreto, ſolum videtur quoddam præceptum ſimplex de bono regimine, non
2 enim apparet quid † ſpirituale inſit in danda licenria ex iuſta cauſa non reſidendi, quare ſolum videtur Epiſcopus peccare, ſicut Iudex qui accipit pecuniam pro ferenda ſententia iuſta.

RESOLVT. XIII.

Vtrum decretum Concilij intelligatur, de coadiutoribus Parrochorum.

SVMMARIVM.

1. *An decretum Concilij intelligatur in coadiutoribus Parrochorum cum titulo curæ animarum.*
2. *Multorum ſententia.*
3. *Si coadiutor datur ab Epiſcopo propter illiteraturam, infirmitatem &c. non poteſt abeſſe ſine Epiſcopi licentia, qui prouidebit de alio idoneo, & n.4.*
5. *Quandonam Parrochus poſſit dare licentiam abeſſendi coadiutori.*
6. *Archiepiſcopus Hiſpalenſis omnium fere Eccleſiarum immediatus Parrochus.*
7. *Auctoris ſententia.*

Vbivm octauum, an hoc†decretum 1
Concilij intelligatur in coadiutoribus Parrochorum cum titulo curæ animarum; Reſpondetur, quod ſic: ita declarauit ſacra Congregatio 23. *Iulij* 1595. vt referunt Bellarmin. *in additio. n.*6. & Zechius. *in caſibus ipſis reſeruatis caſu* 3.*n.*2.*in fi.* quorum reſidētiæ inſtitutio & electio non eſt de iure diuino, vt tenet Barbatius *de præſentia Cardinalium quaſt.*2. Selua *de beneficiis p.*1. *quaſt.*2. *&* 4. tenent tamen reſidere ex iure canonico, vt notant præfati, quos ſequitur † Duar. 2
de ſacra Eccleſiæ adminiſtratione cap. 5. Gonzalez. *Reg.*8. *gloſſa* 5. §.9. *num.* 17. Sanctarellus, *variarum Reſol. quaſt.*4.*n* 17. Barboſa, *de poteſtate Parroch. part.*1.1 *vlt.n.*14. *& de poteſt. Epiſcopi allegat.* 53. *num.* 58. qui adfirmant ita declaraſſe ſacram Cardinalium Congregationem, ſed an requiratur licentia Epiſcopi, vt iſti coadiutores non reſideant? non explicant clarè iſti Doctores, an ſufficiat Parrochi conſenſus, ergo quidem exiſtimo quod † ſi Coadiutor datur ab Epiſ- 3
copo propter illiteraturam, infirmitatem, vel quia valde ſuſpectus ſit de dilapidatione bonorum Eccleſiæ, non poteſt abeſſe ſine licentia Epiſcopi, qui prouidebit de alio idoneo, ſi tamen datur Coadiutor, quia populus creſcit, & vnus Parrochus nequit, 4
exiſtimo ſatis probabile, quod ad abſentiam in illis temporibus, in quibus non multum vrget Sacramentorum adminiſtratio, quia non ſunt infirmi, aut non adeſt Iubileus, vel aliæ magnæ ſolemnitates, in quibus ſolet populus confiteri, quod † poteſt Parrochus 5
dare licentiam abeſſendi pro illo tempore in quo ipſe iudicat poſſe ſatisfacere per ſe ipſum ſolum, ſi tamen prouidcat ſacerdotem ad miſſam diebus feſtiuis in quibus tenetur populus eam audire.

De Vicariis ad nutum amobilibus, quales ſunt fere omnes Archiepiſcopatus Hiſpalenſes in quo pauci ſunt Parrochi, ſed †Illu- 6
ſtriſſimus Archiepiſcopus eſt fere omnium Eccleſiarum immediatus Parrochus,) quod ſecus

ſecus cõringit in Archiepiſcopatu Toletano 'n quo omnes ſunt Parrochi iuriſdictionem ordinariam habentes)an iſti teneantur reſidere?& proculdubio affirmatiue eſt reſpondendũ iuxta dicta de coadiutoribus,cũ currat potior rario de iſtis Vicariis amobilibus, quod ſi in vno oppido magno ſint plures vicarij curati habentes Iuriſdictionem delegatam, ab Archiepiſcopo, & quilibet inſeruit
7 ſua hebdomada † exiſtimo,quod ſi alius vult ad tempus reſidere, adminiſtrando ſacramenta pro alio,poreſt iſte abeſſe ex iuſta,& honeſta cauſa abſque Epiſcopi licentia cum nullum damnum ouibus ſequatur & ſacramenta recte ab alio Cõuicario adminiſtrentur, & Concilium & ſácra Congregatio hunc caſum videatur omiſiſſe.

RESOLVTIO XIV.

Vtrum Epiſcopus aut Cardinalis poſſit in ſuo ſeruitio occupare Parrochum cum actuali cura?

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus aut Curdinalis Epiſcopus poſsit occupare Parrochum habentem actualem animarum curam, & in ſuo ſeruitio ſit exercens officium Prouiſoris, Vicarij, alteriúſve muneris ſui regiminis in Diœceſi ſua vltra bimeſtre à Conc. conceſſum.*
2. *An Ordinarius poſſit dare licentiam obtinenti curatum vt abſit, ad hoc vt alterius Epiſcopi ſit Vicarius Generalis.*
3. *Papæ ſeruitium aut Epiſcopi ob Eccleſiæ vtilitatem an excuſet à reſidentia.*
4. *An Inquiſitoris officium excuſet Parrochum à reſidentia perſonali.*
5. *Quæ Inquiſitoribus debeantur.*
6. *Reſidentia Canonicorum, & dignitatum in ſuis Eccleſiis an ſit de iure naturali diuino.*
7. *In omnibus curatis Beneficiis habentur pro Præſidentibus, quoad omnes fructus.*
8. *Romani ſententia.*
9. *Si Epiſcopus iudicauerit Parrochum valde vtilem futurum, ſi munus exerceat Inquiſitoris, an poterit illum abſentem à Parrochia pro præſenti habere.*
10. *Multorum Doctorum ſententia, & n. 11.*
11. *An poſſit Epiſcopus pro viſitatione ſua diœceſis vti opera Parrochi vltra quadrimeſtre ſingulis annis.*
12. *An Epiſcopus cauſa cognita & approbata vt conuenienti in vtilitatem ipſius Parrochi poſſit vltra bimeſtre illi licentiam conferre vt non reſideat, & num. 13.*
14. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in reſidentia perſonali Parrochi per octo menſes, vt operi pio vacare poſſit.*
15. *An vltra bimeſtre graui ex cauſa poſſit Epiſcopus licentiam concedere Parrocho, vt perſonaliter non reſideat, & n. 17.*
16. *Garcia, Bellarmin. Barboſa & aliorum ſententia, & n. 18.*
19. *An Parrochus habens curam animarum non poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante, niſi Eccleſiæ Cathedralis Parrochus ſit, & num. 21.*
20. *Vrbani VIII. ſententia.*
22. *An ſi aliquando Pontifex alicuius Epiſcopi Cardinalis conſilio, & induſtria indigeat ad cauſas decidendas, vel negotia grauia pertractanda quæ expediri non poſſunt per alios poſſit illum à reſidentia excuſare.*
23. *Pontifex ſpeciali priuilegio Epiſcopo, vel Parrocho an poſſit concedere quod ſit prouiſor, aut Inquiſitor, &c. & n. 24.*

DVBIVM nonum, vtrum Epiſcopus 1
aut Cardinalis Epiſcopus poſſit occupare Parrochum habentem actualem curam animarum, & in ſuo ſeruirio ſir exercens officium Prouiſoris Vicarij, Viſitatoris, fiſcalis alteriúſve muneris ſui regiminis in diœceſi ſua vltra bimeſtre à Concilio conceſſum Nauarrus, *Conſil. 15. de cleric. non reſident. num. 1.* & *conſil. 5. de ætate & qualitate num. 1. & 2.* tenet partem affirmatiuam (addit tamen *conſilio 15. citato in fine.* ſacram
congregationem vt refertur cenſuiſſe † Or- 2
dinarium non poſſe dare licentiam obtinenti Curatum, vt abſir ad hoc vt alrerius Epiſcopi ſit Vicarius generalis, & ſic debet licentia peti à ſede Apoſtolica) ſequitur Oxeda. *de incompatibilitate cap. 17. num. 29. caſu 8. & parte 2. cap. 10. num. 15.* Syluеſter. *verbo reſidentia quæſt. 7. num. 7. verſ 2.* Sa emendatus.
verbo eod. num. 8. † excuſat à reſidentia Papæ 3
ſeruitium aut Epiſcopi ob vtilitatem Eccleſiæ. *cap. iubemus de conſecratio. diſt. 1. cap. cum Paſtoris 2. quæſt. 2.* ſufficit enim, quod vtiliras ſit Eccleſiæ ſeu diœceſis propriæ, nec requirirur quod vtiliras ſit talis quod ab alio non poſſit ſimpliciter præſtari, ſed ſat eſt quod non ita bene præſtetur ſed à Parrocho.

Vnde Spino. *in ſpeculo teſtamenti. gloſſa. 3. num. 74.* & Cenedo. *quæſt. 1. canonica num. 29.*
teſte Barboſa *de poteſt. Parrochi p. 1. cap. 8.* 4
num. 16. & de *poteſtate Epiſcopi allegat. 53. num. 87.* ſentiunt † officium Inquiſitoris excuſare Parrochum à reſidentia perſonali. Ita vt faciat fructus ſuos, ſicut ex priuilegio ſpeciali fidei à ſummis Pontificibus ſibi conceſſo excuſantur Inquiſitores, & habentur in ſuis Canonicatibus & dignitatibus, aut præbendis pro præſentibus & reſidentibus

&

Digitized by Google

& percipiunt integros fructus etiã diſtribu-
5 tiones quotidianas, imo mihi certum † quod
illis debentur manualia, & anniuerſaria, &
aliæ obuentiones & emolumẽtæ, quæcum-
que cum omni integritate, ac ſi reſiderent
ſingulis diuinis tam diurnis, quam diuturnis
horis, anniuerſariis proceſſionibus, & aliis,
officiis intereſſendo, etiam ſi perſonalem
reſidentiam non fecerint, vt eiſdem verbis
decreuit Vrbanus VIII, *motu proprio edito die*
6 8. *Ianuarij* 1636. vnde † cum ſit de iure na-
turali diuino reſidentia Canonicorum, &
dignitatum in ſuis Eccleſiis, quod præce-
ptum interpretatur propter fidei priuile-
gium, vt non teneantur reſidere, etiam cum
eadem ratio militet in Parrocho propter
idem fidei priuilegium excuſabuntur à reſi-
dentia perſonali.

Accedit quod vt refert Sarauia, *de adiun-
ctis*, q.35.§.7. Auditores Rotæ Romanæ, ex
priuilegio Clementis VII. *anno* 1525. *in*
7 *Bulla, quæ incipit conuenit æquitati*. §.5. † in
omnibus etiam Curatis beneficiis habentur
pro Præſidentibus, quoad omnes fructus, &
quamuis Pius IV. *conſtit*.91.§.4. videtur con-
trarium in vniuerſum decidere, tamen ſi
non ſit expreſſa mentio de auditoribus, non
eſt reuocatum priuilegium illis conceſſum,
8 vt in ſpecie tenet Romanus, *conſ*.436. ſequi-
tur Rota, *deciſ*.85. *lib*.1. apud Puteum, *in no-
uis*. n.1. & Cherubinus filius, *in comp. Bulla-
rum, ſcolio* 2. *Bullæ* 13. *Clement. VII*. addens ex
Rota verum hoc etiam ſi in Bulla derogato-
ria extet clauſula, *quorum tenores*, &c. ergo
9 † ſi Epiſcopus iudicauerit Parrochum valde
vtilem futurum, ſi munus exerceat Inquiſi-
toris, poterit illum abſentem à Parrochia
pro præſenti habere, & quod ſuos faciat
fructus, ſi ipſe Epiſcopus prouideat, de Vi-
cario idoneo aſſignata mercede ex fru-
ctibus.

Tertiò, non parum vrget declaratio Emi-
nentiſſim. Cardinal. de qua mentionem fa-
10 ciunt Garzia, *de benef*. p.2. t.2. *num*.43. Vega
Minimus, *in ſpeculo Curatorum*, *cap*.17. Leſ-
ſius Cacheus, *de caſibus reſeruatis*, *caſu* 3. n.2.
11 & alij, vbi dicitur, *quod* † *poteſt Epiſcopus pro
viſitatione ſuæ Diœceſis vti opera Parrochi
vltra quadrimeſtre ſingulis annis*, nec valet
quod reſpondet Garzia, *num*. 44. quod hæc
declaratio iam eſt correcta & ſublata per
alias infra adducendas, nam Eminentiſſimi
Cardinales Concilij Tridentin. interpretes,
eo ipſo quo ſemel interpretantur legem à
Concilio latam, illa interpretatio eſt iuridi-
ca habens vim legis, quam non poſſunt ipſi
amplius derogare, ſed id pertinet ad ſum-
mum Pontificem.

Accedit quartò, ſatis vrgens argumen-
12 tum ex Concilio decernente, quod † Epiſ-
copus cauſa cognita & approbata, vt conue-
nienti in vtilitatem ipſius Parrochi poteſt
vltra bimeſtre licentiam illi conferre, vt
non reſideat, quia cauſa non debet eſſe in-
ducens neceſſitatem ſimpliciter, ſed ma-
gnam vtilitatem ipſi Parrocho, vel ad re-
mouendum aliquod damnum illi imminens
vel ne impediat aliquod bonum quod illi
accreſcere eſt propinquum, ergo ſi Epiſco-
pus agnoſcat magnam dexteritatem, vel
in viſitanda Diœceſi, vel in exercendo ali-
quo alio officio publico, poterit hac cauſa
cognita, & approbata, vnde Sacra Congre-
gatio apud Garziam, *num*.42. Bellarm. Bar-
boſam, Farinac. *ad cap*.1. *ſeſſ*.23. declarauit,
quod, † *Epiſcopus poteſt diſpenſare in reſiden-* 13
*tia perſonali Parrochi per octo menſes, vt operi
pio vacare poſſit, v.g. fabricæ Monaſterij*, quam
licentiam poterit Epiſcopus ex iuſta cauſa 14
cognita & approbata prorogare pro tem-
pore neceſſario, ad fabricæ perfectionem,
ergo ſimiliter in aliis officiis ſuæ Diœceſis
rectè exercendis ab aliquo Parrochio pio,
docto, ac prudenti idem poterit facere.

Vrget argumentum quia Congregatio
Cardinal. nequit interpretari Concilium
contra ipſius expreſſa verba; atqui Conci-
lium expreſsè dicit, quod † vltra bimeſtre 15
graui ex cauſa poſſit Epiſcopus licentiam
concedere Parrocho, vt vltra bimeſtre per-
ſonaliter non reſideat; ergo ſi Epiſcopus iu-
dicauerit grauem eſſe cauſam quod Parro-
chus abſens ſit viſitando, aut exercendo
aliquod officium publicum, dubio procul
videtur id poſſe facere.

Vrgetur ſecundò, quia † declarationes 16
quas adducunt Garzia Bellarmin. Barboſa
& alij, quod Epiſcopus non poteſt vltra bi-
meſtre occupare Parrochum in officio Vi-
ſitatoris, Prouiſoris, Inquiſitoris, &c. nec illi
dare licentiam ad non reſidendum vltra
bimeſtre ratione ſuorum Cathedralis Ec-
cleſiæ negotiorum, hæ inquam declaratio-
nes optimè intelliguntur; quod hoc non
poſſit Epiſcopus ſine graui cauſa prius co-
gnita, & ab ipſo approbata expreſsè; poteſt
autem hæc grauis cauſa interueniri vt Epiſ-
copus diſpenſet, vt Parrochus non reſideat, 17
etiam vltra bimeſtre, vt autem per hoc ſpa-
tium abſens ſit non cauſa grauis, ſed quæli-
bet honeſta conuenientia ſufficit.

Cæterum his non obſtantibus, probabi-
lior ſententia eſt oppoſita, quam tuentur.
Gonzalez, *ad regulam* 8. *gloſſa* 6. *num*. 258.
Garzia, *vbi ſuprà n*.41. Barboſa, *de poteſtate* 18
Parrochi, p.1. c.8. & *de poteſtate Epiſcopi alleg*.
53. Bonacina, *diſput*.5. *variar*. q.3. n.4. Palao,
tom.2. *tract*.13. *punct*.4. n.6. Riccius, p.4. *reſol*.
393. *num*.4. Sa emendatus, *verbo*, *reſidentia*,
n.1. & alij quos iſti citant & Sellus, *in ſele-
ctis Canonicis*, c.3. n.12. teſtatur ſub *die* 12.
Maij 1629. declaratum fuiſſe † Parrochum 19

habentem curam animarum non poſſe eſſe
Vicarium Epiſcopi vel Capituli ſede vacan-
te niſi Eccleſiæ Cathedralis Parrochus ſit,
quia tunc bene poteſt eſſe Vicarius, ego
addo vel niſi ſit Parrochus in eadem ciuita-
te, eandem ſententiam, declarauerat antea
Sacra Congregatio multis declarationibus,
quas ad verbum inducit Garzia cum Bellar-
20 mino Barboſa & Farinacio, † & declarauit
Vrbanus VIII. quantum ad Officium Inqui-
ſitoris, *in Bulla ſuprà citata*, cuius verba re-
fert Doctiſſimus Dominus Doctor D. Pe-
trus Gonzalez Guillelmus in allegatione
eruditiſſima pro Dominis Inquiſitoribus,
quorum numero digniſſimi eſt ipſe aggre-
gatus in hoc Hiſpalenſi tribunali, vt debeant
etiam anniuerſaria & manualia lucrari,
num. 18.

Sed quamuis vt dixi hæc ſententia pro-
babilior & ſecurior ſit in praxi, ſequenda
21 tamen limitanda eſt. Primò, ſi adſint alij,
qui æque bene huiuſmodi officia exercere
valeant, ſi enim non adſunt, eſt tunc cauſa
grauis de qua loquitur Concilium, cum qua
cognita, & approbata ab Epiſcopo, ipſe Epiſ-
copus poteſt diſpenſare, vt clarè probant
quartum argumentum & eius confirmatio-
nes, quibus clarè enucleantur Cardinalium
declarationes, legatur Palao, *n.* 8. qui *nu.* 6.
addit & bene loquens de Cardinalibus Epiſ-
copis reſpectu Papæ (& eſt eadem omnino
ratio de Parrochis reſpectu Epiſcopi,) quod
22 † ſi aliquando Pontifex alicuius Epiſcopi
Cardinalis conſilio, & induſtria indiget ad
cauſas decidendas, & negotia grauia per-
tractanda quæ æque bene expediri non poſ-
ſunt per alios Cardinales non Epiſcopos po-
terit à reſidentia eum excuſare, & idem eſt
de Epiſcòpo reſpectu Parrochi, qui in ali-
quo negotiorum genere poteſt eſſe valde
expertus, vt in cauſis Monialium, quarum
per multos annos viſitator fuit.

Limitanda eſt ſecundò in illis, quibus
23 † Pontifex ſpeciali priuilegio facto Epiſco-
po vel ipſi Parrocho conceſſit quod ſit Pro-
uiſor, aut Monialium Viſitator, aut Inquiſi-
tor hereticæ prauitatis ſciens, quod ſit Par-
rochus curam animarum habens cum qua
non compatiuntur præfata officia, cenſetur
diſpenſare in reſidentia dummodo in reli-
quis obſeruetur Trident. de ponendo Vica-
rio idoneo in quo priuilegio ordinariè poni-
tur expreſſa diſpenſatio, ſemper eſt præſu-
mendum de ſummo Paſtore quod habet
cauſas motiuas ſufficientes ad hanc diſpen-
ſationem, vnde Parrochus tutus in con-
ſcientia manebit.

Ex quibus limitationibus manent expli-
24 cata fundamenta oppoſitæ ſententiæ quæ
intelligenda eſt iuxta dicta alias nulla pro-
babilitate practica gaudet, quãuis enim de
iure communi decreti & decretalium Epiſ-
copus poſſit ob huiuſmodi officia diſpenſare
in reſidentia perſonali ad tempus, *c. ſi quis in Clero 7. q. 1.* & ibi gloſſa, & Canoniſtæ plures ad titulum, *de Cleric. non reſident.* tamen totum hoc derogatum eſt à Trident. intellecto à ſacris Interpretibus Eminentiſſim. Cardinalibus.

AMPLIATIONES NOSTRÆ ſententiæ.

SVBRESOLVT. I.

Nequit Epiſcopus dare licentiam Parrocho ad quinquennium ſtudiorum cauſa.

SVMMARIVM.

1. *An non poſſit Epiſcopus concedere licentiam Parrocho non reſidendi ſtudiorum cauſa ad quinquennium, vt poterat ante Trid. ex iure communi.*
2. *Solus ſummus Pontifex poteſt concedere licentiam Parrocho non reſidendi ſtudiorum cauſa.*
3. *Gratia de non reſidendo non valet ſine Ordinarij conſenſu.*
4. *Parrochus cui conceditur ſtudendi facultas quid debeat obſeruare, & n. 5.*
6. *An Epiſcopus poſſit cauſa ſtudiorum Parrochis dare licentiam, vt non reſideant per ſeptennium, & n. 7.*
8. *Clericus poteſt percipere fructus beneficij Curati in abſentia cauſa ſubditorum, ex Panormitano.*
9. *Ordinarij conſenſus requiritur in huiuſmodi licentiis in curia datis ex declaratione Pij IV. remiſſiuè.*
10. *Nulli priuilegia ſeu indulta perpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis ſuffragentur, &c. ex Conc. Trid. & n. 11.*
12. *An habentes curam animarum in Parrochialibus diſpenſentur, vt poſſint ratione ſtudij, gaudere, & frui fructibus beneficij conſtituto Vicario idoneo pro ſeruitio, toto tempore ſtudiorum.*
13. *Sacroſancta Synodus reuocat omnia priuilegia, licentiam, familiaritatem, exemptionem, &c.*
14. *Quæ executio non ſuſpendi poſſit, ex Concilio.*
15. *An reuocata licentia, & vocatus per edictum Parrochus, & citatus non poteſt executionem ſententiæ lata contra ipſum edictum ſuſpendere.*
16. *An facultates de non promouendo præterquam in caſibus à iure expreſſis conceſſa ad annum tantum ſuffragentur.*
17. *Beneficia curata an non dentur, niſi in concurſu præmiſſo examine coram Epiſcopo,*

po, & examinatoribus Synodalibus.

18. *Auctoris ſententia & n.19.*

20. *Si Parrochus factus in concurſu incipit ſtudere in vniuerſitate inſigni, in qua miros fecit progreſſus, duobus primis annis, cur priuandus priuilegio, vt poſsit de licentia Epiſcopi quinquennij curriculum abſoluere.*

21. *Si Eccleſia Parrochialis ſit iuris patronatus laici, & præſentetur idoneus, qui debet approbari, etiamſi ſint magis idonei non præſentati, cur priuandus eſt priuilegio ſtudendi in vniuerſitate inſigni, conſtituto Vicario idoneo*

22. *Ludouici Correa ſententia.*

23. *Priuilegium Eugenianum affertur.*

24. *An ſcholares ſtudentes in vniuerſitate etiã ſi Curati ſint lucrentur fructus eoſdem omnium & ſingulorum beneficiorum cum cura & ſine cura.*

25. *Concilium Tridentinum ſolum requirit licentiam nouam à Papa conceſſam, vel ab Epiſcopo cognitam & approbatam ratione ſtudij.*

26. *An requiratur vt abſens vel reſidens in vniuerſitatibus generalibus habeat nouam licentiam à Papa, vel ab Epiſcopo.*

27. *Priuilegia vniuerſitatum an ſint derogata per Trident.*

28. *Auctoris ſententia & n 29. & 30.*

31. *Parrocho non datur licentia ſtudiorum cauſa, vt non reſideat, apud Garciam.*

32. *Papa non dat licentiam perpetuam ad non reſidendum, non tamen negat quod poſsit dare, ex Bellarmino.*

33. *Nec Concilium, neque Sacra Congreg. priuilegia abrogauit, ſed coarctauit ad caſus de quibus Epiſcopus rationabiliter iudicauerit expedire licentiam ad ſtudendum concedere.*

1 AMpliatur primò noſtra ſententia, quod non poſſit † Epiſcopus concedere licẽtiam Parrocho non reſidendi ſtudiorum cauſa ad quinquennium, vt poterat ante Trident. ex iure communi, *cap. cum ex eo de electione in 6.* vt declarauit Sacra Congregatio apud Garciam, *vbi ſupra num. 81.* Bellarminum, Barboſam & Farinacium *ad cap. 1. ſeſſ 23. die enim 22. Februarij an. 1590. cenſuit Congregatio Parrocho cauſa ſtudiorum non eſſe dandam licentiam, cum hodie per Concilium non admittantur, niſi qui per concurſum magis idonei fuerint iudicati iuxta decretum ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.* quare ita tenent Aloyſius Riccius, *in collectaneis deciſionibus collect. 583.* ex Rota *apud Farinacium in nouiſſimis deciſ. 29.* vbi ſacra Rota decernit non poſſe Epiſcopum hanc licentiam concedere Parrocho Proſper. Auguſt. *in additionibus ad Quaranta verbo reſidentia,* Gonzalez *vbi ſupra, num. 251.* Sanctar. *quæſt. 3. variarum n. 25.* Alzedo, *in praxi Epiſcopor. p. 2. c. 9. n. 27.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi alleg. 53. num. 77.* & *de poteſtate Parrochi p. 2. cap. 8. num. 27.*

Vnde † ſolus Summus Pontifex poteſt 2
concedere licentiam non reſidendi ſtudiorum cauſa, vt declarauit ſacra Congregatio, quam refert Zerola *1. p. verbo Studium* & ad verbum affert Garcia, *vbi ſupra declaratione 4.* & Gonzalez *num. 249.* aliam adducit his verbis, *obtinentibus Parrochiales Eccleſias poſt Concilium Tridentinum (hoc eſt poſt eius confirmationem) ſtudendi licentia atque in abſentia ſtudiorum cauſa fructus percipiendi non datur, quod ſi à Papa alicui huiuſmodi licentia detur, nõ valet gratia illi facta, niſi & ordinarij conſenſus accedat.* Ita Pius IV. *die 24. Nouembr. ann* 1564. in declaratione, quod † gratia de non reſidendo non 3
valet ſine ordinarij conſenſu, quam ad verbum refert Barboſa *ad ſeſſ. 6. cap. 1. in remiſſionibus.* Vnde ſacra Congregatio cenſuit, quod quando alicui Parrocho conceditur ſtudendi facultas hæc ſupradicta, obſeruare debet primo † ſi reſideat in Curia Romana, 4
perſonaliter ſe præſentet Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Prælato ſignaturæ ſanctiſſimi, qui ex aſpectu & breui examini per ſe ipſum & non per ſubditos, aut officiales ſuos facto: ſecundò, vt ſtudeat Theologiæ, aut iuri Canonico in inſigni vniuerſitate. Tertiò, quod petens licentiam ſi habeat triginta annos illi licentia nõ concedatur. Quartò, quod ſolum concedatur ad quinquennium, & addatur clauſula, quod infra annum ad ſubdiaconatum promoueatur. Quintò, quod interim ponatur ab Epiſcopo Vicarius idoneus aſſignata illi congrua portione. Sextò, quod hoc locum te- 5
neat in Parrochialibus obtentis ante Tridentinum, nam in obtentis poſt non concedatur licentia. Septimò, quod decretũ Tridentini ſolum vrget in Curatis non in Canonicis, quibus concedi poteſt facultas per quinquennium ſtudendi in vniuerſitate celebri.

Verum enim vero quamuis hæc doctrina veriſſima ſit & practicanda, cæterum Doctiſſimus & Reuerendiſſimus Thomas Zerola Epiſcopus Beneuentanus, *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo Studium, §. ad 7.* ſentit quod Sacra Congregatio in declaratione non abrogauit ius commune, *in cap. cum ex eo de electione in 6.* vbi expreſsè habetur, quod
† Epiſcopus poteſt cauſa ſtudiorum Parro- 6
chis dare licentiam, vt non reſideant per ſeptennium, dummodo intra annum ſubdiaconi fiant, & elapſo ſeptennio intra annum fiant Sacerdotes, niſi legitimè ſint impediti, ſolum enim præfata declaratio, & aliæ ſimiles loquuntur, quando licentiæ petuntur

tuntur *in vrbe* & dant inſtructiones obſeruandas in concedendis huiuſmodi licētiis, quibus etiam vti debeant locorum Ordina-
7 rij, ſi quando, eas velint concedere ad quas pauciſſimè ſe debent habere, alias eſſent correcta iura antiqua,quod ſi nouum ius nō exprimat dicendum non eſt; vnde doctiſſimus Nauarrus poſt Trident. ſcripſit *in manuali*, *cap*.25.*à num*. 121. numerans abſentiæ Parrochi ab Eccleſia cauſas vnam numerat, *ſtudium*, mentionem non faciens de Trident. nec derogatione, *cap. cum ex eo*, imo illud adducit in confirmationem ſuæ ſententiæ, & loquitur caput expreſsè de Parrochis, quod mihi magnum eſt argumētum, ſi enim ſapientiſſimus vir ſenſiſſet ius antiquum fuiſſe in Curatis correctum, dubio procul id expreſiſſet, cum *eodem cap*. ad longum adducat verba Concilij de Paſtorum reſidentia *ſeſſ*.23.*cap*.1. vnde Panormitanus *cap.extirpanda*,§.*qui vero num*. 33.
8 *de prabendis*, dicit † Clericum poſſe percipere fructus beneficij curati in abſentia cauſa ſtudiorum, quia(inquit)ſeruiunt vniuerſali Eccleſiæ *cap. cum ex eo citato*, *& cap. ſuper ſpecula de Magiſtris*.

Et quidem quod hæc Zerolæ intelligentia ſatis ſit probabilis & ea poſſint vti D.D. Epiſcopi, conſtat ex declaratione Pij IV. ſupra relata,quæ loquitur manifeſtè de li-
9 centiis in curia datis, † quæ vt ſortiatur effectum, requirit Ordinarij conſenſum, vt nullus ſit, vel fraudi vel circumuentioni locus,quod ſi velit Pontifex caput, *cum ex eo* derogare & ſibi ſoli reſeruare, has licentias concedere id expreſiſſet cum dicat hac declaratione ſe decretis Tridentini inhærere,deinde Concilium ipſum *ſeſſ*.6.*c*.2. di-
10 cit *nulli priuilegia* † *ſeu indulta perpetua de non reſidendo aut de fructibus in abſentia percipiendis ſuffragentur,indulgentiis vero & diſpenſationibus temporalibus ex veris & rationalibus cauſis tantum conceſsis, & coram ordinario legitimè probandis in ſuo robore permāſuris*: Et quia cauſa ſtudiorum eſt rationabilis à iure approbata in Parrochis, *cap. cum ex eo citato*; ergo Epiſcopus ex ea poteſt licentiam non reſidendi concedere, & quidem hoc argumentum apud me maximæ eſt efficaciæ & vigoris.

11 Confirmatur ex eodem Concilio, *ſeſſ*. 5. *cap*.1.*de reform*. vbi agitur de lectione ſacræ Scripturæ, & *in fine cap*. ſic loquitur † *docentes vero ipſam ſacram Scripturam dum publicè in ſcholis docuerint, & ſcholares, qui in ipſis ſcholis ſtudent priuilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia à iure communi conceſsis plene gaudeant & fungantur*, atqui in iure
12 communi, *cap.cum ex eo* † habentes curam animarum in parrochialibus diſpenſantur, vt poſſint ratione ſtudij gaudere & frui fructibus beneficij conſtituto Vicario idoneo pro ſeruitio, toto tempore ſtudiorum,quod priuilegium nullibi in Trident. reperitur expreſsè derogatum, & ſic hodie quantum eſt ex rigore iuris Tridentini manet in ſua vi.

Nec obſtat id quod dicit ſancta Synodus *ſeſſ*.23.*cap*.1.*in fine*, reuocans † omnia priui- 13
legia, licentiam,familiaritatem exemptionem,etiam ratione cuiuſcumque beneficij, pactionem, ſtatum, etiam iuramento, vel quacumque authoritate confirmatum,conſuetudinem, etiam immemorabilem, quæ potius corruptela dicenda eſt ſiue appellationem ſiue inhibitionem, etiam in Romana curia,vel vigore Eugenianæ conſtitutionis, nam manifeſtè loquitur Sacrum Concilium, quando Parrochus abſens citatur per edictum etiam non perſonaliter,& contumax eſt excuſando ſe à reſidentia,ad quā poteſt Epiſcopus compellere omnibus iuris remediis, etiam vſque ad priuationem beneficij fructuum ſubtractionem, † quam 14
exactionem ait Concilium, nullo ex capitibus citatis ſuſpendi poſſe, ex hoc autem nec leuiter ſequitur, quod ſit derogatum *cap.cum ex eo citatum*, vbi data facultas Epiſcopis, vt ratione ſtudiorum poſsit licentiā Parrochis ad tempus determinatum, quinquennij,cauſa ſtudiorum non reſidere, loquitur enim Concilium, quando Parrochus vocatur per edictum ad reſidendum,quamuis enim ex vi capitis citati licentiam præfatam concedat poteſt illam ex cauſa reuocare,vt ait Zerola *vbi ſupra*,contra Sanchez *lib*.3.*de matrimonio*, *lib*. 3.*diſput*.31.*num*.11.
reuocata autem † licentia, & vocatus per 15
edictum Parrochus & citatus non poteſt executionem ſententiæ latæ contra ipſum edictum aliquo ex præfatis titulis ſuſpendere,& hæc eſt genuina Concilij mens, deinde loquitur Concilium de Parrochis abſentibus vltra bimeſtre,non ex cauſa ſtudiorū, quæ rationabilis iudicata eſt à iure communi,& canonizata, vt talis à Bonifacio VIII. ſed à Concilio canonizatæ ſunt aliæ cauſæ, quas ſupra memorauimus,& enucleauimus ſimiliter *cap*. 12. *ſeſſ*. 8. † facultates de non 16
promouēdo præterquā in caſibus à iure expreſsis conceſſæ ad annum tantum ſuffragentur etiam margine citantur, *cap.licet canon.cum ex eo*, *de electione in 6*. vbi clare patet, quod priuilegia hæc non ſunt reuocata à Concilio *in cap*. enim *licet canon*. ſtatuitur quod qui prouiſus eſt in parrochia infra annum Sacerdos fiat; & *in cap. cum ex eo* approbatum à Trident. excipitur *cauſa ſtudiorum*.

Nec obſtat ſecundò, item Concilium, *ſeſſ*.23.*cap*.18. *de reformatio*. quod † benefi- 17
cia

cia Curata non dentur , niſi in concurſu
præmiſſo examine coram Epiſcopo, & exa-
minatoribus Synodalibus , & quod eligen-
dus fit , qui magis idoneus iudicabitur ab
Epiſcopo ex vi examinis & aliarum circum-
ſtantiarum , ergo cum ſtudium concedatur
ideo vt idoneus ſit Parrochus,ſi ante colla-
tionem iam iudicatus eſt idoneus ex vi iuris
Tridentini , & aliter collatio nulla eſt vt la-
tius explicui, *tomo 2.tractatu* 12.Reſolutio...
manifeſtè ſequitur quod cauſa ſtudij , poſt
Trident. ad non reſidendum Parrochum
iam ceſſauit , & vſu non ſubſiſtit priuile-
gium, *c.ex eo de electio. in 6.* per ſubtractio-
nem. Reſpondetur hoc eſſe argumentum
18 validum oppoſitæ ſententiæ, ſed † quod me
quidem iudice multipliciter ſoluitur.

Reſpondetur primò,.quod ſi in examine
concurrant oppoſitores, qui ſtudiis publicis
ſcientiarum non dederunt opera ; ſed tán-
tum ſummis caſuum cõſcientiæ ſunt inſtru-
cti ſufficienter ad adminiſtrationem Sacra-
mentorum, & Regiminis ouium, deturque
Parrochialis, vni magis idoneo, & perito in
caſibus conſcientiæ,qui tamen habet talen-
tum vt progreſſus faciat, in ſtudiis ſcientia-
19 rum, quibus maiori cum fructu, poſsit oues
regere & toti Diœceſi inſeruire;non video
cur Epiſcopus non poſſit huic licentiam per
quinquennium ad minus concedere , nec
video ex quo loco Concilij ſit illi derogata
hæc facultas ſibi à iure communi conceſſa.

20 Reſpondetur ſecundò,† ſi Parrochus fa-
ctus in concurſu incipit ſtudere in vniuer-
ſitate inſigni , in qua miros fecit progreſſus
in duobos primis annis,cur priuandus priui-
legio,vt de licentia Epiſcopi,poſſit curricu-
lum quinquennij,vt gradus lauream,conſe-
21 quatur.Reſpondetur tertiò,quod † ſi Eccle-
ſia Parrochialis ſit iuris Patronatus laici &
præſentetur idoneus qui debet approbari,
etiam ſi ſint magis idonei , qui non ſunt
præſentati & ille idoneus ſit vir nobilis , &
magni ingenij,qui non eſt contentus ſtudio
ſummarum , cur priuandus eſt priuilegio
ſtudendi in vniuerſitate inſigni conſtituto
Vicario inſigni cum ex hominibus & Par-
rochis in ſtudiis inſignibus magnum acreſ-
cat Eccleſiæ lumen, & tutamem aduerſus
leones circuientes oues,quas deuorent, *cap.*
22 *finali de Magiſtris?* vnde † Doctiſſimus Lud.
Correa in Conibricenſi Academia Pontificij
iuris primarius profeſſor ſenſit non eſſe vl-
latenus derogatum, *c.ex eo*,per Trident.

23 Quod confirmo validiſſimè,quia † priui-
legium Eugenianum conceſſum ſpeciali
Bulla dupliciter edita, prima , *anno* 1431. *6.
Kal.Marty*, & ſecunda, *eodem anno menſe &
die*, expedita , directa ad Archiepiſcopum
Toletanum, & Abbatem Sancti Facundi, &
Scholaſtic. Salmantinum vt primum exe-
cutioni mandet pro incremento vniuerſita-
tis Salmanticenſis , in quibus tam docentes
publicè etiam ſi non habeant in proprietate
aut ſubſtitutione , ſed ſint conducti ab vni-
uerſitate lucrantur fructus beneficij Cura-
ti , vt ad inſtantiam Nicolai Garziæ , *anno*
1605. declarauit Sacra Congregatio vt ipſe-
met refert, *p.3.c.2.n.*559. quam † Scholares 24
ſtudentes in prædicta vniuerſitate,etiam ſi
Curati ſint lucrentur fructus eoſdem om-
nium & ſingulorum beneficiorum cum cu-
ra , & ſine cura, hoc in quam tam magnum
priuilegium derogatum non eſt per Tri-
dentinum , imo poſt Tridentinum fuit in
vniuerſitate Salmantina in viridi obſeruan-
tia ita tenet Rodriguez, *2.p.ſumm.c.36. n.2.*
& multi alij , qui poſt Concilium ſcripſere
quare Concilium Tridentinum, *ſeſſ.23.c.1.*
† ſolum requirit licentiam nouam à Papa 25
conceſſam vel ab Epiſcopo cognitam,& ap-
probatam ratione ſtudij,vt tam priuilegium
Eugenianum,quam, quod habetur, *c.cum ex
eo citato* , locum habeant ; quare Antonius
Gomez , *in explicatione Bullæ cruciatæ c.7. ad
clauſulam* 4. & D.Ioannes Ochon, *vbi ſuprà*,
& ex ipſis refert Garzia, *n.* 78. dicunt vt ſa-
tisfaciamus requiſito , *in cap.* 1. *ſeſſ.* 23. ne-
ceſſariam eſſe licentiam in ſcriptis reda-
ctam, † requiritur vt abſens vel reſidens in 26
vniuerſitatibus generalibus habeat nouam
licentiam à Papa, vel Epiſcopo,quod ita in
ſupremo huius Regni iudicio contradicto-
rio , ſemel atque iterum pronuntiatum eſt,
& hac noua licentia ſecure percipiant fru-
ctus reſidentes in ſtudiis & quieta conſcien-
tia deſeruiunt per ſubſtitutos , addit Gar-
zia, *num.*79. id quod dixerat, *num.69.& 70.*
priuilegia † vniuerſitatum derogata non eſſe 27
per Tridentinum, *ſeſſ.6. cap.* 2. nec per ſeſ-
ſionem 23. *cap.* 1. in quo licèt ſit mentio de
Eugenianá eſt ſermo de Eugeniana, de qua
in extrauaganti.3.de priuilegiis,nec etiam de-
rogantur illis verbis Concilij, *cap.*1. *quolibet
priuilegio* , quia derogatio ſimpliciter priui-
legiorum, non intelligitur de priuilegio in-
ſerto in iure , vt eſt communis ſententia ;
per notata, *ad legem, de curionibus*, *Codice. de
ſilentiariis*, *lib.* 12. pro qua ſententia plures
refert Garzia , *numero* 72. & ego plures
etiam attuli , *tom.primo* , *moral. tractatu. vl-
timo.*

Quid ergo dicemus ad tot declarationes
Eminentiſſimorum Cardinalium in contra-
rium adductas,ego dicerem, 1.† quod Emi- 28
nent.Patres ſecuti ſunt oppoſitá ſententiam
quæ tutior eſt,& ſequenda in praxi non ta-
men abſtulerunt probabilitatem oppoſitæ,
quam in aliquo caſu poſſunt Domini Epiſ-
copi,ſequi,dicerem. 2.maximè expedire vt
hodie Domini Card.Conc.Trid.interpretes 29
declaratione iuridica id declararet poſt-

quam Vrbanus VIII. omnes declarationes authenticas abrogauit 3. dicerem declarationes, quæ hodie ſtant, & inducuntur ab auctoribus ſuas non incongruas habeant interpretationes, nam illa quæ habetur apud Garziam *num.81. in vna Aſtoricenſi*: quod priuilegiis omnibus de præceptione fructuum non excuſantur à reſidentia in Par-
30 rochialibus, intelligitur cauſa non cognita, & non approbata à Pontifice, vel Epiſcopo, iuxta Tridentin. *ſeſſ.23. c.1.* alia etiam quam ſupra adduxi. Et eſt apud Garziam *num.80. in fin.* quod poſt Tridentinum † non datur licentia cauſa ſtudiorum Parrocho, vt non
31 reſideat cum non admittantur, niſi qui in cauſa magis idonei iudicantur. Intelliguntur 1. quod non datur ordinariè, non tamen negatur, quod poſſit dare, ſed Bellarminus *in Obſeruat. doctrina ad cap. 2. ſeſſ.6. in fin.* ex Panuino *tract. de viſit. tom.3. quæſt.5. p.1. n.6.*
32 dicit quod † Papa non dat licentiam perpetuam ad non reſidendum non tamen negat quod poſſit dare. 2. de ſtudiis neceſſariis ad exercitium officij Parrochi, nam eo ipſo quod iudicatur idoneus ad illud non indiget ſimpliciter ſtudere ad regendas oues, non tamen excludit ſacra Congregatio; quod ſi pro tempore, & occaſione Epiſcopus iudicauerit aliquem Parrochum alias idoneum poſſe in ſtudiis magnos facere progreſſus, quibus iuuet Eccleſiam, illámque illuſtret, vt *ex cap. fin. de Magiſtr. & cap. cum ex eo de elect. in 6.* non poſſit illam concedere, neque
33 enim † hæc priuilegia abrogauit Concilium, neque ſacra Congregatio, ſed illa coarctauit ad caſus de quibus Epiſcopus rationabiliter iudicauerit expedire licentiam ad ſtudendum concedere, quare opinio Zerolæ, & aliorum ſpeculatiuè valde relinquitur probabilis.

SVBRESOLVT. II.

Vicario perpetuo, poteſt Epiſcopus, cauſa ſtudiorum, hanc licentiam dare.

SVMMARIVM.

1. *An poſſit Epiſcopus concedere cauſa examinata licentiam non reſidendi ſtudiorum cauſa Vicario perpetuo.*
2. *Quid ſit vicarius perpetuus.*
3. *An poſſit Epiſcopus eandem licentiam concedere Canonico, cuius Canonicatui eſt annexa Parrochialis.*
4. *An Canonico qui deſeruit per vicarium amouibilem, poſſit Epiſcopus cauſa ſtudij licentiam non reſidere concedere.*

1 AMpliatur hæc ſententia, quod † poſſit Epiſcopus concedere cauſa examinata licentiam non reſidendi, ſtudiorum cauſa. Vicario perpetuo, ita Zerola *vbi ſupra* ſecutus Geminianum *cap. cum ex eo de elect. in 6. verſ. quarto.* Gloſſ. *Clementin. vnic. de Offic. Vicarij.* Ioann. Andr. *ibi verbo Sacerdotium*, eſt enim de Vicario perpetuo eodem modo philoſophandum, ac de curato: Vicariatus enim iſte eſt Beneficium curatum. † Eſt 2
enim Vicarius perpetuus Rector animarũ, quarum penes ipſum eſt cura, & exercitium, ita vt ſi principalis ſpreto Vicario velit, ſe ingerere in cura animarum non poſſet, vt eſt communis ſententia apud Azor. *part.2. lib.3. cap.6. quæſt.2. in fin.* Ancharan. *cap. expoſuit num.6. de præbend.* & tenuit Rota *in Barchino Vicariæ. 17. ann. 1624. coram Merlino.* poteſt etiam eandem licen- 3
tiam concedere Canonico, cuius Canonicatui eſt annexa Parrochialis, quam inſeruit Vicarius, ſiue perpetuus, & independens ab eius amotione, ſiue amouibilis, & dependens *extrauag. execrab. verſ. quantum de præbendu.* Quamuis enim Officium Vicarij ſit, perpetuum, quia Parrochia eſt vnita perpetuo Canonicatui ſicut omnes ferè Parrochiæ Archiepiſcopatus Hiſpalen. ſunt vnitæ dignitati Archiepiſcopali in omnibus tamen vnitis officium Vicariatus eſt perpetuũ, quamuis Vicarij ſint amouibiles ab Archiepiſcopo, qui per Vicarios deſcribit. Dico igitur, quod huic † Canonico, qui deſer- 4
uit per Vicarium amouibilem, quamuis poſſit, ſe ingerere animarum curæ & illius exercitium, poteſt Epiſcopus cauſa ſtudij licentiam non reſidendi concedere, quia cum ipſis liberum ſit ſe ingerere cur de Parrochiali, & Canonicus per ſe curet ratione huius Beneficij, poteſt abeſſe ad quinquennium ſtudiorum cauſa.

SVBRESOLVT. III.

Nequit abeſſe Parrochus à ſua Parrochia, vt alibi doceat grammaticam.

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus non poſſit non reſidere in ſua Parrochia, vt ſit Grammaticæ Magiſter.*
2. *Multorum Authorum ſententia.*
3. *An ſi non ſit alius qui docere poſſit, quam ipſe Curatus, tunc adſit publica vtilitas.*
4. *Si aliquis ſit Sacriſta Papæ, & nullus reperiatur magis idoneus, an Papa poſſit cum illo in reſidentia diſpenſare.*

SEd noſtra ſententia quod hodie Epiſco- 1
pus nõ poſſit licentiam concedere etiam ex cauſa cognita, vt ſit extra ſuam Parrochiam exercens aliquod officium ex ibi relatis ampliatur ſecundò, quod † Parrochus non

non poſſit non reſidere in ſua Parrochia, vt
ſit Magiſter grammaticæ in aliqua vrbe in
qua talis Magiſter deficit ., etiamſi ponatur
Vicarius idoneus, & ipſe Partochus Domi-
nicis & Feſtis debus in Parrochia reſideat,
ita deſiderauit ſacra Congregatio Concilij
2 † Teſtibus Garzia *vbi ſupra,num.79. in 6.de-
clarationе*. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.53.
n.76.& de poteſt. Parroch.p.2.c.8.n.* 28. & *in
collect.ad Concilium ſeſſ.5.cap.1. num.4.* Gon-
zalez *ad regul.8.gloſſ.6.n.264.* Sanctarellus
variar.reſolut.quæſt.3.num.32. & alij, quos iſti
citant, dicit enim ſacra Congregatio, *quod
non eſt cauſa ſufficiens etiam ſi Parrochus eſſet
neceſſarius Magiſter ludi, ſeu grammaticæ, in
ciuitate ſiue oppido*, quam declarationem &
communem ſententiam, ego intelligerem
ſi non eſt in ciuitate magna iuuenum mul-
titudo qui non vacant ſtudiis ob defectum
3 Magiſtri, & in Diœceſi non eſt alius, † qui
docere poſſit grammaticam præter cura-
tum iſtum, tunc adeſt publica vtilitas, quam
nullus alius ſupplere poteſt, qua cognita &
approbata per Epiſcopum non eſt impro-
babile, quod poſſit Epiſcopus licentiam da-
re, ad non reſidendum, poſito idoneo vi-
cario iuxta doctrinam Palao.*tom.2.tract.13.*
4 *punct.4.* quod ſi aliquis ſit Sacriſta Papæ, ita
vt alius non reperiatur, qui ita bene offi-
cium ſuum exerceat, poteſt Papa cum illo
in reſidentia diſpenſare, & idem eſt de of-
ficio Sectetarij, & ſimilium, & idem poterit
in magiſterio grammaticæ Epiſcopus, in
ſua Diœceſi cauſa cognita, & approbata.

SVBRESOLVT. IV.

*Canonicus qui habet Parrochialem, & Canoni-
catum debet in illa reſidere.*

SVMMARIVM

1. *Si Canonicatus eſt in eodem loco vbi eſt Parrochialis, an poſſit vtrique inſeruire & habere diſtributiones quotidianas.*
2. *In quonam poſſit diſpenſare Epiſcopus.*
3. *Duo dubia veniunt enodanda.*
4. *An iuxta ſpatium Parrochis præfixum, non vero Canonicis danda ſit licentia iſti Canonico Parrocho.*
5. *Cum duæ concurrunt obligationes iuxta maiorem & præcipuam curam quid operandum.*
6. *An dum Concilium & ſacra Congregatio concedit, vt Epiſcopus ex cauſa graui, poſſit concedere licentiam non reſidendi Parrocho, per aliquod tempus debeat hoc tempus intelligi vltra bimeſtre.*
7. *Auctoris ſententia & n.8.*
9. *An arctiori vinculo debeant reſidere Canonici quam Curati.*
10. *An Epiſcopus poſſit edicere ne Canonici ſine eius licentia abeſſe poſſint.*

AMpliatur tertiò, quod ſi aliquis habeat
Canonicatum ſimul & parrochialem
Eccleſiam debet reſidere in parrochiali &
percipit fructus præbendæ iuxta *Bullam Py
V. editam die 23. Ian.* 1568. † ſi canonica- 1
tus eſt in eodem loco vbi eſt parrochialis,
poteſt vtrique inſeruire & habere diſtri-
butiones quotidianas, ſed ſi canonicatus di-
ſtet per leucam cum dimidia à parrochia,
etiamſi canonicatus eſſet in Cathedrali,
debet reſidere in parrochiali, non obſtante
quacunque nobilitate canonicorum, aut
Eccleſiæ cathedralis, aut metropolitanæ,
nec in hoc † poteſt diſpenſare Epiſcopus, à 2
quo non aufertur poteſtas vt poſſit licen-
tiam concedere huic Canonico parrocho ex
iuſtis cauſis, vt abeſſe poſſit à parrochia dū-
modo ſit intra limites præſcriptos à Tri-
dentino, & à ſacra Congregatione Eminen-
tiſſimorum interpretum eiuſdem *cap.1. ſeſ-
ſio.23.*

Sed ſunt circa hanc ampliationem duo
dubia enodanda primum, † an licentiam 3
quam poteſt dare Epiſcopus huic canonico
Parrocho futura ſit iuxta terminum præfi-
xum à Concilio Parrochis vel iuxta termi-
num præfixum à Canonicis, quibus ſtatu-
tum eſt ſpatium trium menſium, & quidem
cum iſte vtrunque Beneficium compatibi-
le poſſideat, vtriuſque priuilegio debet gau-
dere, vel ad minus priuilegium canoniæ,
quod eſt abſentia trium menſium, cum pri-
uilegia ſunt amplianda, & odia reſtringen-
da. Reſpondetur, quod † iuxta ſpatium præ- 4
fixum Parrochis, non vero Canonicis, &
iuxta cauſas, quas Concilium ponit ad diſ-
penſandum cum illis, & non cum iſtis dan-
da eſt licẽtia iſti Canonico Parrocho, vt cla-
re conſtat ex Bulla Pij V. ibi loquens de iſtis
Canonicis Parrochis *cum prima & præcipua
debeat eſſe cura animarum eos ad reſidendum
in Parrochialis & ibi in diuinis deſeruiendum
debitoque eorum officio fungendum teneri & ob-
ligatos eſſe; ad idque cogi & compelli per Epiſ-
copos, & Ordinarios ſtatuit, præcipit & ordinat*
† quando enim duæ concurrunt obligatio- 5
nes iuxta maiorem & præcipuam, operan-
dum eſt, & alterius priuilegia trahenda, &
moderanda, fortius eſt vinculum curæ ani-
marum, & eius priuilegium præualet pri-
uilegio Canoniæ conſopito & obliterato,
quo nullatenus licet vti.

Secundum † an dum Concilium & ſacra 6
Congregatio concedit vt Epiſcopus ex cau-
ſa graui, poſſit concedere licentiam non re-
ſidendi Parrocho per aliquod tempus de-
beat hoc tempus intelligi vltra bimeſtre ?
quod concedit Paulus Comitol. *lib.1. reſponſ.*

moral. quaſt. 59. *num.* 3. loquens de Canonicis affirmatiuè reſpondet, tum quia trium menſium ſpatium beneficio legis conceditur & ita Prælati non eget arbitrio, & licentia, tum quia legitimæ abſentiæ cauſa poſtquam quis tres menſes abfuit ex legis Beneficio accidere poteſt, & ſic ſpatium quatuor menſium, quod concedit Sacra Congregatio deciſum eſt.

7 Sed ego exiſtimo, † quod ſi Canonicus per tres menſes, & Parrochus per bimeſtre ſuum, ex cauſa honeſta quam requirit Parrochus, etiam ad hoc ex Sacra Congregat. vt *ſuprà* vidimus non abfuerunt ſi petant licentiam ab Epiſcopo ad non reſidẽdum, per quatuor menſes, ex legitima, vt vrgenti cauſa, quod intra hos quatuor menſes comprehenditur bimeſtre Parrochi, & trimeſtre Canonici; & quidem de Parrocho mihi non eſt dubium, quia vt declarauit Sacra Congr. ad abſentiam bimeſtrem requiritur licentia Epiſcopi, ergo ſi abeſt per quadri-

8 meſtre, & iam ex licentia non abfuit, bimeſtre hoc in illo manifeſte continetur, de canonico etiam conſtat: quia cum ipſe Comitolus, *quaſt.* 60. *nu.* 6. *& in tr. de reſidentia.*

9 ex Hoſtienſi † arctiori vinculo reſidendi alliget Canonicos quam curatos, quia Canonicus eſt quotidie ſub ſelliis chori affixus, ad omnes horas, & miſſam aſſiſtens, deinde Concilium, *ſeſſ.* 6. *cap.* 1. dicit, quod licentiæ temporales de non reſidendo debent concedi, ex veris, & rationabilibus cauſis coram Ordinario legitimè probandis, quare ſi trimeſtre non eſt aſſumptum, intra quadrimeſtre, quod ex præfatis cauſis concedi debet continetur; ne per ſeptem menſes abſit Canonicus, & ad minus quod Epiſcopus, ità poteſt ordinare, mihi in dubium eſt, quia ſacra Congregatio. *in vna Terracinenſi.* 11. *Februarij* 1628. *& in alia monopolit. die* 16. *Decemb. eiuſdem anni.* quas refert Barboſa. *de canoni. & dignitatibus. cap.* 10. *num.* 5. de-

10 clarauit quòd † Epiſcopus poteſt edicere, ne Canonici ſine eius licentia abeſſe poſſint; quare poterit etiam edicere quod trimeſtre à Concilio conceſſum intra quadrimeſtre quod concedit ex interpretatione Cardinalium contineatur, quia ita expedire videtur ſibi, cultui, & aſſiſtentiæ chori; vnde ruunt fundamenta *Comitoli.*

SVBRESOLVT. V.

An ſit à Concilio reuocata Eugeniana?

SVMMARIVM.

1. *An Eugeniana Conſtitutio derogata fuerit conceſſa vniuerſitatibus.*
2. *An priuilegium quod vniuerſitatibus conceditur ſit perpetuum vel temporale.*
3. *Cum in aliquo priuilegio alicui perſonæ conceſſo, aut communitati ponitur clauſula, quod vt derogetur, quid requiratur.*
4. *Per clauſulam generalem non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, an non ſufficienter declaretur voluntas Pontificis derogatoria huius priuilegij.*
5. *Quod priuilegium datum ſit cauſa publicæ vtilitatis.*
6. *An declaratio Cardinalium deroget priuilegium Eugenianum vniuerſitatibus conceſſum.*
7. *An Curati non poſſint abeſſe ſine cauſa per Epiſcopum cognita & approbata.*
8. *Quæ reuocatio tacita & implicita priuilegij, ex Suare.*
9. *Cur voluntas poſterior ſemper efficacior.*
10. *Parrochus vltra bimeſtre non abſit à ſua parrochia ſine graui & vrgenti cauſa quæ cognoſcatur & approbetur ab Epiſcopo, ex Concilio.*
11. *An Parrochi ſtudium non ſit cauſa ſufficiens ad non reſidendum.*
12. *Sa Emendati ſententia. & n.* 13.
14. *Auctorũ ſententia. & n.* 15. *& n.* 16.

EX dictis aliqua pro praxi reſidentiæ colliguntur. Primum cum Barboſa in collectaneis Doctorum. *in varia loca concilij Tridentini ſeſſ.* 6. *cap.* 1. *num.* 6. vbi ſic fatur. *vide* Paulum Comit. *Reſp. moral. lib.* 1. *qu.* 60. *n.* 6. Cenedum *pract. & Canonicarum. qq. l.* 1. *quaſt.* 1. *n.* 32. *vbi reſoluit per clauſulum generalem in præcitatis Concilij verbis*, † *non* 1 *fuiſſe derogatum Eugenianam conſtitutionem conceſſam vniuerſitatibus, quem refert & ſequitur* Sanctarellus *Variar. quaſt.* 16. *n.* 2. *&* 3. *& num.* 4. *vbi reſpondet in hoc priuilegio tolli priuilegia, & indulta perpetua de non reſidendo, & de fructibus in abſentia percipiendis, vt apertè indicatur illis verbis indulgentiis quoque, & diſpenſationibus temporalibus, &c. at † priui-* 2 *legium, quod concedit vniuerſitatibus, non eſt perpetuum, ſed temporale, quamdiu ſcilicet Scholaſticus, & Magiſter ſtudet, & docet in illis, & propterea docendum eſt, per Concilium non tolli priuilegium conceſſum vniuerſitatibus.* Hactenus illi, & quidem Eugenij Bulla grauiſſima eſt, & in ea cauetur quod ſi expreſſa mentio, & plena eius relatio *de verbo ad verbum* non fiat non intelligitur derogata, quod non reperitur in aliquo Concilij loco aut aliqua Eminentiſſimorum Cardinalium declaratione *ſolum enim inuenitur vna in qua dicitur, quod priuilegiis omnibus de perceptione fructuum, non excuſantur à reſidentia in Parrochialibus*, quæ verba non derogant Eugenianam, cum de illa nulla fiat mentio, nedum expreſſa relatio *de verbo ad verbum*, quando enim † in aliquo priuilegio conceſſo alicui 3 perſonæ,

perſonæ, aut communitati ponitur clauſu-
la, quod vt derogetur requiritur, quod de
eo fiat expreſſa mentio *de verbo ad verbum*
non ſufficit, vt hoc derogatum eſſe, vt dica-
tur *non obſtantibus omnibus & quibuſcumque*
priuilegiis in contrarium, ſed requiritur, quod
in derogatoria ponantur verba *volumus ta-*
les litteras haberi pro expreſſis, ac ſi de verbo
ad verbum infererentur; vel *non obſtantibus*
priuilegiis ſub quacumque forma verborum
conceſſis, ſic habet ſtylus curiæ, & docent
Mandoſius *in regulam.* 13. *quæſt.* 8. *num.* 6.
Panormitanus, *cap cum inſtantia, de cenſibus,*
*num.*5. Barboſa ibi Portel. *verb priuileg. n.*79.
Rodrig *tom.*1 *quæſt.*9 *art.*6.
4 His accedit quod † per clauſulam gene-
ralem, *non obſtantibus quibuſcumque priuile-*
giis, non ſufficienter declaratur voluntas
Pontificis derogatoria huiuſmodi priuilegij
vt tenent Miranda, *in manuali tom.* 2. *quæ-*
*ſtio.*45. *artic.*6. Azor. *p.*1. *lib.*5. *c.* 22. *quæſt.* 12.
Bonacina *de legibus diſput.*1. *quæſt.* 3. *punct.*8.
§. 3. *num.* 11. & alij, tum præcipuè, quia cum
5 † hoc priuilegium datum ſit cauſa publica
vtilitatis, *cap. cum ex eo de electione in* 6 &
cap finali de Magiſtris, non cenſetur reuoca-
tum per clauſulam iſtam, vt Filinus, *vbi ſu-*
*pra num.*26. Romanus *conſilio* 498 *conſil.* 5.
ex textu *in leg. de curioribus. Cod. de ſilentia-*
riis, lib. 12. quos refert & ſequitur Moneta,
de commutatio. vltim. volunt. cap. 7. *num.* 184.
6 quare mihi manifeſtum eſt, quod † decla-
ratio Cardinalium, quam ad verbum af-
fert Garcia, *vbi ſupra num* 80. nullatenus
derogat priuilegium Eugenianum conceſ-
ſum vniuerſitatibus & ſic poſt Concilium
Tridentinum aliqui Parrochi cathedras re-
gebant Salmanticæ & fructus percipiebant,
vt refert idem Garcia, *num.* 55.

Sed obiicit, *num.* 108. huius priuilegij de-
rogationem clarè deduci *ex cap.* 1 *ſeſſ.* 23.
7 quatenus decernit & ſtatuit, ne † curati ab-
eſſe poſſint niſi cauſa prius per Epiſcopum
cognita, & approbata, & quod vltra bime-
ſtre niſi graui ex cauſa licentia non conce-
datur, & Sacra Congregatio non iudicauit
cauſam grauem ſtudere in curati, poſt Tri-
dentinum, poſt quod non datur beneficium
curatum niſi præuio examine, digniori, &
magis idoneo; vnde tacitè eſt derogatum
priuilegium Eugenianum, & quod habe-
tur *cap. cum ex eo de electio. in* 6. iuxta egre-
giam doctrinam Suarez, *lib.*8. *de legib. c.*38.
8 *numer.* 4. *vbi agit de reuocatione † tacita &*
implicita priuilegij, quæ tunc fit quando Prin-
ceps fecit aliquem actum qui non poteſt ſubſiſte-
re, vel habere effectum intentum, vel ſaltem
non adequatum ſine derogatione priuilegij
prius conceſſi, tunc enim cum duæ illæ volunta-
tes Principis ſunt contraria neceſſe eſt, vt vna
impediat aliam, quia earum effectus, vt ſup-
ponit, non poſſunt ſimul ſubſiſtere, & conſequē-
ter poſterior voluntas vincet priorem, & tollit
effectum eius, quia † ſemper poſterior voluntas 9
efficacior eſt, quia cadit ſupra præcedentem,
vnde poſterior actus derogat priorem, vel in to-
tum, vel in partem, ſecundum quod eius effectus
in totum, vel in partem euertit effectum prio-
ris voluntatis, & ſic poſterior voluntas eſt vir-
tualis retractio prioris concedentis priuilegiū,
& per conſequens ipſius priuilegij tacita de-
rogatio ſi in Principe eſt ſcientia priuilegij, ſi-
ne qua cum præſumatur Principis ignorantia
talis priuilegij, non cenſetur reuocatum cap. vt
animarum, de conſtit. in 6.

Quæ doctrina, & veriſſima, & vtiliſſima
eſt & inpræſentiarū verificatur ſatis aper-
tè, quia Conciliū vult quod † Parrochus vltra 10
bimeſtre nō abſit à ſua Parrochia ſine gra-
ui, & vrgenti cauſa, quæ cognoſcatur & ap-
probetur ab Epiſcopo; at Sacra Congrega-
tio, quæ habet iuridicam poteſtatem à ſu-
premo Principe delegatam interpretandi
legē Concilij, quod eſt ſupremus Princeps
ſimul cum Summo Pōtifice declarat, quod
in parrochialibus beneficiis cum dantur
proprio examine oppoſitorum digniori
cauſa ſtudij non eſt cauſa grauis, & vrgens
ad non reſidendum, quam requiret Legiſ-
lator non obſtante quocumque priuilegio;
ergo manifeſtè videtur omne priuilegium
etiam Eugenianum tacitè eſſe derogatum,
ac per conſequens hodie non ſubſiſtit. His
accedit, quod † Cardinalium declaratio, 11
quod ſtudium Parrochi non eſt ſufficiens
cauſa ad nō reſidendum iuxta Concilij de-
cretum, eſt quædam ſententia lata ab habē-
te poteſtatem, ex delegatione Principis ſu-
premi, ad derogandum illi priuilegium
decreto oppoſitum & ſic de facto deroga-
uit, argumento *ex cap. ſuborta, de re iudi-*
cata.

Fateor argumentum eſſe valdè vrgens,
cui nititur Sà emendatus. † *verbo Beneficium,* 12
num. 8. dicens, *poſt Concilium Tridentinum*
non eſt in vſu, cum eo qui obtinuit Beneficium
curatum ex hac cauſa (ſcilicet ſtudij) *diſpen-*
ſare & ita ſtatuit Sacra Congregatio, ita ille
quarè per non vſam iuncta declaratione
Cardinalium derogatum videtur priuile-
gium contentum, *in cap. cum ex eo*, & priui-
legium Eugenianum conceſſum vniuerſi-
tatibus; quare ibi præfatus non vſus, non eſt
in viridi, ſed potius vſus cōtrarius, quia ſuſ- 13
cepta non eſt Cardinalium declaratio, non
eſt aliquatenus derogatum Eugenianum,
nec explicitè nec implicitè.

Verum enim vero non deſinam † hîc ad- 14
notare pro meis vniuerſitatibus Complu-
tenſi, & Salmantina, in quibus ſum nutri-
bus litteris, & quibus vt parentibus ſi quid
ſū, debeo, quod ſi quis poſtquā incepit actus
publi

publicos literarios tentatiuā, & primū principium, pro Doctoris gradu, adipiſcendo, in concurſu acquiſiuit Beneficium Curatum poteſt eſſe vltra bimeſtre totum illud temporis ſpatium quod eſt ſimpliciter neceſſarium, ad cæterorum actuum curriculum, perficiendum & ad eos ſtudendos, & communicandos, ea commoditate requiſita & poſſit D.D. argumentis ſatisfacere, vt in graduatione optimum locum adipiſcatur, qui datur iuxta merita literaria, & hoc ſiue vir-
15 tute priuilegij Eugeniani, quod quantum ad hoc non eſt derogatum à Sacra Congregatione ſiue de licentia Ordinarij, qui habet ſufficientem & grauem cauſam, licentiam dandi, euitationem ſcilicet grauiſſimi dam-
16 ni, quod Parrocho ſequitur, ſi non proſequatur curriculum actuum literariorum pro gradu conſequendo, imo ſi quis curſum ſtudiorum compleuit, vt vult adſcribi intra numerum Doctorum ad maiores progreſſus faciendos, poteſt Epiſcopus licentiam dare vt vltra bimeſtre abſitā Parrochia, vt curriculum actuum perficiat.

SVBRESOLVT. VI.

Si completo bimeſtre ſuboritur noua cauſa tenetur prolongare licentiam.

SVMMARIVM.

1. *An ſi completo bimeſtri ſubortatur noua cauſa, an Parrochus teneatur licentiam prolongare.*

COlligitur ſecundò, quod † ſi Parrochus 1
per bimeſtre ex honeſta cauſa cognita ab Epiſcopo & conceſſa licentia abſuit à ſua Eccleſia; & vt redeat ad reſidendum in illa ſuboritur periculum, grauis & mortalis infirmitatis propter nimios calores, & mutationes locorum, concedenda eſt dilatio licentiæ vt incolumis redire poſſit, & interim fructus lucretur, acſi eſſet præſens, quia abſens ex iuſta cauſa non dicitur abeſſe, *c. ex parte. el primero. de Cleric. non reſident.* de aliis cauſis iuſtis non reſidendi latè Barboſā & Bellarminus, *locis citatis*.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS,

DE OBLIGATIONE RESTITVENDI fructus ob non reſidentiam Paſtorum.

CVm Paſtores animarum ex vi ſui officij reſidere perſonaliter teneantur. Concilium Tridenti poſtquam obligationem illis indixit, aliam reſtituendi fructus, ſi non reſideant, impoſitis his verbis. Sancta Tridentina Synodus, *ſeſſ. 23. c. 1. §. ſi quis autem*, dicit. *ſtatuit Sacroſancta Synodus præter alias pœnas aduerſus non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas & innouatas ac mortalis peccati reatum quem incurrit cum pro rata temporis abſentia ſua fructus ſuos non facere nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri, aut ipſo ceſſante, per ſuperiorem Eccleſiaſticum illos fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conuentione, vel compoſitione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis cuicumque Collegio, aut fabricæ conceſſis; eadem omnino etiam quoad culpam amiſſionem fructuum, & pœnas de Curatis inferioribus, & aliis quibuſcumque, qui beneficium aliquod Eccleſiaſticum curam animarum habent obtinent, Sacroſancta Synodus declarat & decernit.*

RESOLVTIO I.

De cohærentia huius decreti, cum alio, ex cap. 1. ſeſſ. 6.

SVMMARIVM.

1. *Patrum Concilij Trid. decretum, & n. 2. 3. 4.*
5. *Qua ratione decretum iſtud cohæreat cum illo, in quo ipſo iure ſubtrahuntur fructus omnes, pro rata temporis abſentia.*
6. *An ſi vltra tres menſes per annum non reſideat omnes illius anni fructus in conſcientia teneatur reſtituere.*
7. *Caſtri Palai ſententia.*
8. *Sacræ Congregationis ſenſus.*

9. Tam

9. *Tam Parrochi, quàm Epiſcopi non reſidentes, ſi vltra ſex menſes continuos abſint duplici plectuntur pœna.*

10. *Pœna ſubtractionis quartæ partis fructuum lata contra Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, non videtur quod infligenda ſit Parrochis propter abſentiam ſex menſium.*

11. *Non poteſt Epiſcopus ante citationem per edictum punire Parrochos in quarta fructuum parte.*

12. *In Parrochis per edictum vocatis eadem interualla obſeruanda ſunt, ac in Epiſcopis ante edictum.*

13. *Quæ pœna non habeat locum hodie, niſi in Epiſcopis, & alijs Eccleſiæ Præfectis maioribus, & num.* 14.

CIRCA quod decretum plurima ſunt
grauiſſima dubia ſcitu digna enu-
cleanda. Primum ſit, quà ratione cohæreat
1 hoc decretum cum alio *ſeſſ.6.c.1.* Vbi † ſic
fantur PP. Trident. *Placuit ſacroſancta Sy-*
nodo antiquos Canones qui temporum, atque ho-
minum iniuria penè in deſuetudinem abierunt,
aduerſus non reſidentes promulgatos innouare,
quemadmodum virtute præſentis decreti inno-
uat, ac vlterius pro firmiori eorum reſidentia
in hunc, qui ſequitur modum ſtatuere atque
2 *ſancire. Si quis à Patriarchali, Metropolita-*
na, ſeu Cathedrali Eccleſia, ſibi quocunque ti-
tulo, cauſa, nomine, ſeu iure conceſſa, quacun-
que illi dignitate, gradu, & præeminentia præ-
fulgeat, legitimo impedimento, ſeu iuſtis & ra-
tionabilibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus
3 *continuis extra ſuam Diœceſim morando abfue-*
rit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ
Eccleſiæ pauperibus loci per ſuperiorem Eccle-
ſiaſticum applicandorum pœnam ipſo iure in-
currant, quod ſi per alios ſex menſes in huiuſ-
modi abſentia perſeuerauerint, aliam quartam
partem fructuum, ſimiliter applicandam amit-
4 *tat creſcente vero contumacia, vt ſeueriori ſa-*
crorum Canonum cenſuræ ſubijciatur. Metropo-
litanus Suffraganeos Epiſcopos abſentes, Metro-
politanum vero abſentem Suffraganeus Epiſco-
pus antiquior reſidens, pœna interdicti ingreſſus
Eccleſiæ eo ipſo incurrenda infra tres menſes per
literas, vel Nuntium Romano Pontifici denun-
tiare teneatur, qui in ipſos abſentes prout cu-
iuſcumque maior, aut minor contumacia exege-
rit ſuæ ſupremæ Sedis authoritate animaduer-
tere, & Eccleſiis ipſis de Paſtoribus vtilioribus
prouidere poterit, ſed in Domino nouerit ſalu-
briter expedire. Hæc ibi.

5 Igitur primum dubium eſt, † qua ratio-
ne decretum iſtud cohæreat cum priori re-
lato ex *cap. 1. ſeſſ. 23.* in quo ipſo iure ſub-
trahuntur omnes fructus, pro rata tempo-
ris abſentiæ, quod non videtur conuenire
cum decreto *ſeſſ.6.* quod propter abſentiam
ſex menſium continuam, quarta pars dum-
taxat aufertur, & ſi per alios ſex menſes
continuos, alia dumtaxat quarta pars, & ſi
adhuc duret contumacia alijs ſeuerioribus
pœnis canonum vſque ad Epiſcopatus pri-
uationem puniendus nulla facta mentione
de alia fructuum priuatione; ex vi autem
decreti *ſeſſ.23.* † ſi vltra tres menſes per an- 6
num non reſideat, omnes illius anni fructus
in conſcientia tenetur reſtituere; non enim
illos facit ſuos, etiam ante omnem ſenten-
tiam declaratoriam, non ergo videntur ſa-
tis ſibi cohærere hæc duo decreta.

Caſtro Palao *tom.2.tract.*13.*diſp.*1.*punct.* 3.
num. 2. dicit † quod decretum *ſeſſ.6.* loqui- 7
tur, de fructibus tempore reſidentiæ lucra-
tis, quorum quarta parte priuandus pro ab-
ſentia priorum ſex menſium, & altera pro
abſentia aliorum ſex, & fructibus tempore
abſentiæ priuari debet in integrum, & ad
hanc pœnam non requiritur ſententia de-
claratoria criminis, ſed requiritur ad pri-
mam, quam interpretationem ſatis confir-
mat declaratio ſac. Congregat. quam his
verbis Refert Garzia. *nu.*32. *vbi ſupra* à qua
inquiritur, an Epiſcopus procedens per ſub-
tractionem aduerſus Parrochos non reſi-
dentes iuxta Concilium Trident. teneatur
obſeruare eadem interualla; eamdemque
rationem, quæ contra Epiſcopos non reſi-
dentes ſtatuit *cap.1.ſeſſ.6.* † *Congregatio cen-* 8
ſuit teneri quoties in pœnam omiſſæ reſidentiæ
vult ſubtrahere partem fructuum, quos ſuos fe-
cerunt; non vero teneri obſeruare eadem inter-
ualla in executione facienda in illis fructibus,
quos Parrochi pro rata temporis abſentiæ ſuos
non fecerunt. Ex quibus colligitur; quod
† tam Parrochi, quàm Epiſcopi non reſi- 9
dentes ſi vltra ſex menſes continuos abſint
duplici plectuntur pœna, vna poſt declara-
tionem criminis, quæ eſt quarta pars fru-
ctuum quos ſuos fecerunt, & hæc continet
cap.1.ſeſſ.6. altera ante omnem declaratio-
nem, quæ eſt ſubtractio fructuum quos
ſuos non fecerunt pro ratione abſentiæ,
quam ſtatuit *ſeſſ. 23. cap.1.* & hanc tenetur
ſuſtinere ante omnem declarationem, prio-
rem tamen non tenentur exhibere, niſi
poſt declarationem, & ſententiam.

Cæterum cum † pœna ſubtractionis 10
quartæ partis fructuum lata ſit contra Pa-
triarchas, Archiepiſcopos & Epiſcopos, ibi-
que nulla fiat mentio de Parrochis, & pœ-
næ non ſint extendendæ ad alias perſonas
præter nominatas, non videtur quod infli-
genda ſit Parrochis propter abſentiam ſex
menſium iuxta interualla poſita à Concilio
reſpectu Patriarcharum &c. quamuis poſſit
Epiſcopus per ſubtractionem, fructuum
ſequeſtrationem, & alia iuris remedia con-
tra ipſos procedere, ſi per edictum citati,

etiam

etiam non perſonaliter, contumaces fuerint quam citationem per edictum non exegit Concilium reſpectu Epiſcoporum, & ita
11 † nequit Epiſcopus ante citationem per edictum punire Parrochos in quarta fructuum parte, ſed ſuperior poteſt Epiſcopum qui per ſex menſes continuos non fuerit reſi-
12 dens in ſua Eccleſia; quare † in Parrochis vocatis per edictum eadem interualla ſunt obſeruanda ac in Epiſcopis ante edictum & ſic intelligitur Cardinalium declaratio, quare egregiè Cardinalis Bellarminus, *in obſeruationibus doctrinæ, littera V.* ad illa verba,
13 *4.p.c.1.ſeſſ.6.* ſic dicit. † *hæc pœna ſic deſtinata non habet hodie locum niſi in Epiſcopis, & aliis Præfectis Eccleſiæ maioribus, nam quod attinet ad Curatos inferiores non proceditur ſic gradatim, ſed vel attenditur diſpoſitio, capitis ex tua, vbi gloſſa, de Cler. non reſident. vel decretum Concilij, ſeſſ.23. cap.1. propè finem, ibi quod ſi per edictum citati relinquitur enim Ordinarij arbitrio ſit velit expectare ordinem hic præſcriptum vt priuet poſt triennium, vel ſtatim priuare, vt ibi poſt citationem per edictum*
14 *factam, tamen Illuſtriſſimi Domini, mediam ſententiam ſecuti cenſuerunt expectandum eſſe aliquod tempus, & attendendam eſſe contumaciam Rei, qualis ſit, & ita ex facti qualitate arbitrio boni iudicis exiſtimandum, ſi vel ſtatim poſt edictum priuari debeat vel obſeruari neceſſe ſit formam præſcriptam,* hactenus Cardin. cui conſentio.

RESOLVTIO II.

Vtrum non reſidens in Parrochia ſit ipſo iure priuatus beneficio curato?

SVMMARIVM.

1. *An non reſidens in Parrochia ſit ipſo iure beneficio curato priuatus.*
2. *An Epiſcopi monitio debeat præcedere hanc priuationem quam incurrit Parrochus non reſidens, vt reſideat.*
3. *Licet non reſidentia ſit notoria an requiratur monitio Epiſcopi iuridicè facta Parrocho, vt reſideat.*
4. *Quando lex imponit pœnam non taxando tempus quo incurratur debet præcedere ſuperioris monitio, vt quis pœnā incurrat.*
5. *Curvt Parrochus priuetur monendus ſit prius.*
6. *Garciæ ſententia.*
7. *Non reſidens in beneficio an ante omnia monendus ſit perſonaliter.*
8. *Innocentij ſententiam ſentiunt communem Ioan. Ochon, & Ant. Gomez.*
9. *An Parrochus non reſidens per edictum ſit monendus.*
10. *Si Parrochus admonitus non reſideat, in libertate Epiſcopi relinquitur.*
11. *Parrochus qui non vult in ſua Parrochiali reſidere, debet ſeruato iuris ordine priuari.*
12. *Parrochus monitus per edictum ſi contumax ſit & nolens parere non reſideat ipſo facto ſit priuatus beneficio curato.*
13. *Concilij Tridentini mens.*
14. *Barboſæ ſententia.*
15. *An quando eſt priuatus Parrochus, priuatio ſit abſoluta.*
16. *An Parrochus ſui beneficij retineat dominium, & n.17.*
18. *An hanc priuationem Concilium arbitrio Epiſcopi reliquerit.*
19. *An Epiſcopus poſſit ad reſidendum compellere.*

DVBIVM ſecundùm, an † non reſidens in Parrochia ſit ipſo iure beneficio curato priuatus? affirmatiuè reſpondent. 1
Garzia, *c.2.cit.à n.*131. Palao, *vbi ſuprà à n.*7. Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi allegatio.* 53. *à n.*105. & *de poteſtate Parrochi, p.2.c.8.nu.*72. Azor, *p.2.lib.7.c.6.q.4.&* 3. *ex c. extirpandæ, §. qui vero, de præbendis,* vbi omnes ferè Canoniſtæ, Antonius Auguſtinus, *lib.4. collect. decreta. & lib.7. tit.2.c.6.* Barboſa, *ibi n.1. §. qui vero,* alios citans, ſed † an hanc priuationem 2
ipſo iure quam incurrit Parrochus non reſidens debet præcedere Epiſcopi monitio, vt reſideat. Palao, *n.8.* ſecutus Azor, *q.4.* dicit, quod ſi delictum non reſidendi eſt notorium; aut ſi manifeſtum eſt Parrochum habere beneficium pro derelicto nō eſſe opus Epiſcopi licentia præuia, ſecus vero ſi notorium hoc non ſit, at mihi hoc non arridet, exiſtimo enim, quod † quamuis non reſi- 3
dentia ſit notoria requiritur monitio Epiſcopi facta iuridice Parrocho vt reſideat, tum vt conſtet an iuſtam habeat excuſationem, tum vt iuridicè conſtet an habeat beneficium pro delicto, & ſic eius prouiſio pacificè fiat litibus inexpoſita, eſt enim certiſſimum in iure, quod † quando lex imponit 4
pœnam non taxando tempus, in quo incurratur debet præcedere monitio Superioris, vt quis pœnam incurrat. Ita Felinus, *c.2.n.4. de Magiſtris.* Bern. Diaz, *Regula* 474. quare in hoc caſu requiri monitionem ſentiunt Innoc. *ad §. qui vero,* Ojeda, *de incompatib. benef. c.18.n.16.* argumento, *ex c. ex p.c. qualiter. c. inter quatuor, c. final. de Clerico non reſidente,* in quibus requiritur monitio præuia, vt quis priuetur beneficio reſidentiam requirente ob abſentiā. Cur ergo Parrochus vt priuetur monendus non eſt prius? *c. enim, extirpandæ* quamuis dicat, quod quando Parrochus non 5
reſidet authoritate huius decreti priuatus, eius beneficium alteri libere detur, non tamen excludit monitionem præuiam, quam, ius

ius commune in præcitatis capitulis, exigit
in beneficiis reſidentiam exigentibus.

6 Quare mihi non probatur † ſententia
Garciæ *n.* 138. dicentis nouum ius de Par-
rochis inductum, *cap. extirpandæ §. qui vero*,
vt enim nouum ius introducatur neceſſa-
rium eſt, quod clarè, id exprimatur, quod
nõ ſit in præfato capite, quia vt optimè Bar-
boſa, *cap. final. de cleric. non reſident. num.* 2.
7 † non reſidens in beneficio ante omnia mo-
nendus eſt perſonaliter, ſi commodè fieri
poſſit ad reſidentiam, ita vt verè conſtet de
delicto, & pateat nullam ei competere ex-
cuſationem, quæ ratio manifeſta eſt etiam
in Parrochis. Quare notorietas delicti non
reſidendi non ſolum debet eſſe de abſentia,
quia iſta poteſt habere excuſationẽ legiti-
mam, ſed debet eſſe notorietas de abſentia,
quæ ſit delictum, quæ nullam habet excuſa-
tionem. aut beneficium haberi pro de reli-
cto, ſi per decennium ab illo ſit abſens Be-
neficiatus; qui alias reſidere debet, gloſſa,
cap ex parte citato verbo, *per decem annos* &
8 ibi Barboſa *num.* 4. quare † Innocentij ſen-
tentiam & noſtram eſſe ſuo tempore com-
munem ſentiunt Ioannes Ochon, & Anto-
nius Gomez citati à Garcia, *n* 135. & multis
citatis docet Tuſcus, *littera R. concl.* 254.
num. 6. vnde Sacrum Trident. Concilium
9 *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. expreſsè requirit quod † Par-
rochus non reſidens per edictum monea-
tur ad hoc quod contra illum, vt contuma-
cem poſſit Epiſcopus procedere, vſque ad
beneficij priuationem, & quidem vt quis
ipſo iure priuetur re ſua contumax debet
apparere, & nullam ſuæ abſentiæ habere
excuſationem.

Sed inquires an hæc pœna priuationis
10 parrochiæ, ipſo iure † ſi Parrochus admo-
nitus non reſideat ſit in viridi, hodie poſt
Tridentinum, negant Palao *n.* 9. Barboſa,
allegat. 53. *num.* 105. Garcia, *num.* 130. tum
quia, *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. in libertate Epiſcopi re-
linquitur, vt poſt citationem per edictum,
contra contumaces publicatum, poſſit illos
ad reſidendum compellere, ſiue cenſuris,
ſiue ſequeſtratione, aliiſque iuris remediis,
vſque ad priuationem Beneficij, ſi autem
ipſo iure priuati exiſterent deberet Epiſco-
pus ad declaratoriam procedere, neque illi
eſſet liberum aliis remediis vti, vt liberũ eſt,
vt declarauit Sacra Congregatio apud Gar-
ciam, *vbi ſupra*, qui aliam inducit tenoris
11 ſequentis † *Parrochus, qui nõ vult in ſua par-
rochiali reſidere debet ſeruato iuris ordine pri-
uari*; non dicit, *declarari priuatus*; & ſic pri-
uatio requiritur ac per conſequens non eſt
ipſo iure priuatus.

Cæterum mihi probabilius videtur, vt po-
12 tè conformius Tridentino, quod † Parro-
chus monitus per edictum, ſi contumax ſit,
& nolens parere non reſideat, ſit *ipſo facto*
priuatus beneficio curato; quod mihi ex eo
perſuadeo, quia in *cap. extirpandæ § qui vero
de præbendis* expreſsè ponitur hæc pœna cõ-
tra Parrochos non reſidentes, ſi moniti non
reſideant; at quia hoc caput expreſsè inno-
uatũ eſt à Trident. *ſeſſ.* 6. *c.* 1. ibi, † *ſtatuit S. Sy-* 13
*nodus antiquos Canones, qui temporum & homi-
num iniuria penè in deſuetudinem abierũt ad-
uerſus non reſidẽtes promulgatos innouare quẽ-
admodum virtute præſentis decreti innouat.*
negari ergo nequit hanc pœnam innouatam
eſſe à Concilio hodieque ſubſiſtere.

Verũ eſt, quod vt notat Barboſ. † *n.* 16. *ad* 14
cap. 1. *ſeſſ.* 23. Sacra Congregatio declarauit,
quod eſt relictũ arbitrio Epiſcopi, qua via,
& quo remedio ex his quæ poſuit ibi Con-
cilium vti voluerit, contra non reſidentes,
nec enim tenetur omnibus illis remediis
vti contra Parrochum in non reſidendo
contumacem, ſed facta monitione ſiue per
edictum, ſiue perſonaliter ſi inueniri poſſit,
quãuis exiſtat in remotis regionibus, poteſt
Epiſcopus declarare ipſum priuatũ à die cõ-
tumaciæ iuridicè probatæ. Hæc declaratio
† quod ſit priuatus, priuatio abſolutè dicitur, 15
quia in executione reducitur de Parrocho
ad non Parrochum, cum ante declaratio-
nem Parrochus erat beneficij poſſeſſionem
habens, quod poterat vel commutare, cum
alio vel dare ad penſionẽ de Pontificis con-
ſenſu, nõ ſecus ac hæreticus exterior occul-
tus tamen ipſo facto eſt priuatus bonis, quæ
addicuntur fiſco, ipſorũ tamẽ ante ſententiã
declaratoriam criminis habet poſſeſſionem,
& dominium, vt docet communis ſententia
apud Sanch. *in ſum. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 3. quare tam
hæreticus bonorũ, quam † Parrochus ſui be- 16
neficij retinent dominium, & poſſeſſionem
impliciter, quamuis ſecundum quid, & ſub
conditione, illud amittat ſi proferatur ſentẽ-
tia criminis declaratoria. Vnde retrotrahi-
tur ſententia ad diem criminis commiſſi, & 17
huius poſſeſſionis, & dominij ſimpliciter
priuatio eſt, de qua loquitur declaratio
Cardinalium adducta à Garcia.

Verum eſt † Concilium arbitrio Epiſcopi 18
reliquiſſe, an velit vt hoc remedio priuatio-
nis, vel aliis quæ ponit, *c.* 1. *ſeſſ.* 23 ſi tamen,
vult vti remedio priuationis eſt declarando
ſeruato iuris ordine Parrochũ non reſiden-
tẽ priuatũ eſſe ipſo iure *ex cap. extirp.* quam
pœnã, vt dixi ipſũ Concilium renouauit &
nõ inuenitur relaxaſſe, & ſic quando dicit,
quod † Epiſcopus poteſt ad reſidendũ com- 19
pellere, etiã vſque ad priuationẽ; intelligitur
ipſã declarando; vel vſque ad priuationẽ, in-
telligitur non reſidentẽ priuando dominio
Beneficij, quod etſi debile & conditionatũ
retinebat, quo etiam priuatur hæreticus
ſententia declaratoria criminis.

RESOLVTIO III.

Vtrum vt Parrochus non reſidens, non faciat fructus ſuos, requiratur iudicis ſententia ſaltim declaratoria.

SVMMARIVM.

1. *An vt Parrochus non reſidens fructus pro rata abſentiæ non faciat ſuos, requiratur ſententia declaratoria criminis non reſidentiæ.*
2. *In Decretis pœnalibus etiamſi dicatur quod pœna incurratur ipſo facto abſque vlla declaratione, intelligitur de declaratione pœnæ, non vero de declaratione criminis.*
3. *An ſit neceſſaria aliqua criminis non reſidentiæ declaratio.*
4. *An teneatur Parrochus reſtituere fructus quantùm ad partem debitam pro crimine.*
5. *An hæreticus à die declarationis criminis fiat omnino incapax bonorum.*
6. *Leges obligantes ad reſtitutionem afferuntur.*
7. *Lex item certa & infallibilis in iure affertur.*
8. *Legiſlator poteſt reddere in pœnam aliquos incapaces dominij propter aliquod delictum.*
9. *Pij V. ſententia.*
10. *Si Parrochus initio anni percipiat groſſam ſuorum fructuum, & poſtea non reſideat, an teneatur groſſæ partem reſtituere.*
11. *Auctoris mens.*
12. *Dum qui beneficij groſſam acquirit & illius ſit dominus, an non acquirat dominium abſolutè.*

1 TERTIVM dubium eſt, an † vt Parrochus non reſidens fructus pro rata abſentiæ non faciat ſuos, requiratur ſententia declaratoria criminis non reſidentiæ. Ratio dubitandi eſt Concilium ipſum, quod *loco citato*, dicit Parrochum non reſidentem pro rata temporis abſentiæ fructus non facere ſuos, neque tuta conſcientia illos ſibi detinere poſſe, alia etiam declaratione non ſecuta. Pro altera etiam parte eſt ratio dubij, quia decretum hoc eſt pœnale, in de-
2 cretis † autem pœnalibus, etiamſi dicatur quod pœna incurratur *ipſo facto*, abſque vlla declaratione intelligitur de declaratione pœnæ, non vero de declaratione criminis, vt latè & eruditè probat Sanchez *vbi ſupra, à num.* 19. & 20. Ex multis iuribus, & auctoribus quos apud ipſum videre licet.

Sed proculdubio affirmandum eſt † non 3 eſſe neceſſariam aliquam criminis non reſidentiæ declarationem, ſed aute ipſum Parrochum non reſidentem, teneri reſtituere fructus pro ratione abſentiæ, ratio eſt perſpicua, quia vt optime Sanchez *vbi ſupra num.* 20. & omnes DD. in materia de legibus, legiſlator poteſt ſtatuere, quod pœna reſtituatur in conſcientia, ante omnem criminis declarationem, faciendo perſonam incapacem dominij illius, vt egregie aduertunt Ludouicus Turrianus. *de Iuſtitia, & iure, diſp.* 14. *dub.* 2. *num.* 11. Vaſquez *de leg. diſp* 168. *cap.* 4. Simancas *de catholicis inſtitut. tit.* 9. *à num.* 191. Caietanus 22. *quæſt.* 62. *art.* 3. Sotus *lib.* 1. *de Iuſtitia, & iure, quæſt.* 6. *art.* 6. eo enim ipſo quod lex dicat, quod in conſcientia *teneatur reſtituere*, & *quod non faciat fructus ſuos*, nec etiam ſi illos poſſedcrit fiat illorum Dominus quantum ad groſſam † te- 4 netur reſtituere, quantum ad illam partem debitam pro crimine, & eſt iſtius partis Dominus non abſolutè ſed ſub conditione, ſi crimen non commiſerit, ratione cuius ex tunc ſit incapax illius retẽtionis, ſicut † hæ- 5 reticus à die declarationis criminis ſit omnino incapax bonorum, quæ tam ipſe quàm eius hæres tenetur in conſcientia reſtituere, ſic *lex* 2. *tit.* 9. *lib.* 2. & *lex* 34. *tit.* 5. *& lex* 30. *eodem libro ordinam.* † obligant in con- 6 ſcientia Miniſtros Regios munera accipientes non tantum ad recipiendum, quod gratis acceperant, quod ſuum non faciebant, ſed etiam in quadruplum, quamuis quantum ad quadruplum temperatæ ſint ablatis particulis *in conſcientia* ſententia. *per legem* 6. *tit.* 5. *lib.* 3. & aliis.

Quare hæc † ſit regula & infallibilis in 7 iure, quotieſcunque lex decernit, quod committens tale peccatum aut crimen non faciat fructus ſuos, aut quod in conſcientia teneatur illos aut rem acceptam reſtituere, redditur perſona incapax dominij, tenetúrque ante omnem ſententiam declaratoriam etiam criminis reſtituere; ratio eſt perſpicua, quia † legiſlator poteſt reddere in pœ- 8 nam aliquos incapaces dominij propter aliquod delictum, & per præfata verba hanc eſſe ſuam mentem manifeſtè declarat, quare, quiſquis hoc delictum perpetrat, tenetur id quod lex decernit, & non conſiſtit in actione, ſed in perpeſſione, vt abſtineam modo ab ea quæſtione, an legiſlator humanus poſſit ſtatuere in pœnam actionem ipſius eam patiens, de quo aliàs. Sic † Pius V. in breui contra non recitantes offi- 9 cium diuinum quod *infrà* dabo imitatus Concilium Lateranenſe ſub Leone X. *act.* 9. *c. de reforma. curiæ.* decreuit quod Beneficiatus, non recitans diuinum officium non facit

facit fructus ſuos, ſed pro rata tenetur illos reſtituere, quia Beneficiatus redditur inhabilis ad dominium illorum acquirendum, & pari modo id decernit Tridentinum de Parrocho non reſidente in ſua Parrochiali.

10 Ex quo fit, † quod ſi Parrochus initio anni percipiat groſſam ſuorum fructuum (ſicut Canonicus in multis Eccleſiis, vt Toletana, & Hiſpalenſi) ſi poſtea Parrochus non reſideat, aut Canonicus, & Beneficiatus non recitet, aut non reſideat tenetur reſtituere partem groſſæ, quam iam acquiſierat ſi cuius dominium habebat & correſpondebat, aut reſidentiæ, aut recitationi officij diuini, ac ſi groſſa per ſingulos dies diuideretur, non quia lex obliget ad actiuam pœnæ executionem, vt exiſtimat Vaſq. *n.* 36.
11 probabilius enim iudico † id non poſſe ſacere legiſlatorem humanum, quia de ratione pœnæ eſt inuoluntarium, & quod conſiſtat in paſſione, & ſic eo ipſo quod actiuè, quis ad illam concurrit rationem pœnæ
12 amittit, de quo alias: ſed dum † quis groſſam beneficij acquirit, & illius fit Dominus non acquirit dominium abſolutè, ſed conditionatum, ſi ſatisfecerit obligationibus debitis ex vi beneficij in illo anno, & ſi non ſatisfacit pro rata non facit ſuos fructus abſolutè, & ſic tenetur pro rata illos reſtituere ante omnem declarationem.

RESOLVTIO IV.

Vtrum Parrochus non reſidens teneatur in conſcientia reſtituere fructus.

SVMMARIVM.

1. *Vtrum Parrochus non reſidens teneatur in conſcientia reſtituere omnes fructus beneficij pro rata abſentiæ.*
2. *Quamuis Parrochus non reſidens officium diuinum recitet omnes fructus beneficij curati non facit ſuos, teneturque illos in conſcientia reſtituere.*
3. *Indefinitum an æquiualeat vniuerſali.*
4. *Non facere fructus ſuos, & non facere omnes fructus ſuos, an idem ſit Conc.*
5. *An iure naturæ Parrocho debeantur aliqui fructus arbitrio boni viri propter diuini officij penſum exſolutum.*
6. *An pœna ſit impoſita à Concilio, quòd Parrochus fructus non facit ſuos ſed teneatur eos reſtituere.*
7. *Parrochus non reſidens pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facit ex Conc.*
8. *Epiſcopus debet compellere Parrochum qui per biennium non reſidet, licet poſtmodum reſideat ad reſtituendos fructus illius temporis, quos abſens recepit.*
9. *Si Epiſcopus in hoc fuerit negligens tenetur ipſe ex propriis reſtituere pauperibus aut fabricæ quibus tenebatur Parrochus.*

DVBIVM quartum, vtrum Parrochus 1
non reſidens teneatur in conſcientia reſtituere omnes fructus Beneficij pro rata abſentiæ? Vaſq. *opuſc. de beneſ. cap. 4. §. 2. dub. 4. num.* 155. duo dicit, primum, quod Parrochus non reſidens quantum eſt ex iure, poteſt tuta conſcientia aliquos fructus percipere, qui correſpondeant arbitrio boni viri, ob recitationem horarum officij diuini, quia inter munera & officia, propter quæ datur beneficium etiam Curati, eſt diuini officij recitatio, quam ſi faciat Parrochus non reſidens ratione illius aliquos fructus percipere valet, quantum eſt ex obligatione iuris diuini & naturalis. Secundum eſt quod iure poſitiuo Trident. *ſeſſ.* 23. *capit.* 1. 2
† quamuis Parrochus non reſidens officium diuinum recitet, omnes fructus Beneficij curati non facit ſuos teneturque illus in conſcientia reſtituere, quia Concilium abſolute & indefinite dicit, quod fructus non facit ſuos; indefinita † autem æquiua- 3
let vniuerſali iuxta tam ius ciuile *l. ſi ſeruitus 22. D. ſeruitut. vrban. & l. ſi ita relictum & l. pluribus D. delegat.* 2. quam Canonicum *cap. ſolita de maior. & obedi. cap. circa de priuilegiis* vt latè Couarr. *lib. 1. variar. cap.* 13. *num.* 6. Tuſch. *tom.* 4. *pract. littera I. concl.* 86. & 87. Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici p.* 1. *cap.* 9. *num.* 24. quare † idem eſt Conci- 4
lio, non facit fructus ſuos, ac non facit omnes fructus ſuos, & ſic omnes tenentur reſtituere, vbi indefinita negatiue concipitur, quæ certiſſimè æquipollet vniuerſali, vt probat, Couarr. *num.* 7. & Tuſchus *conſ.* 86. *num.* 15. & 16.

Verum enim vero huius Doctoris ſententia mihi nō arridet. Exiſtimo enim, quod cum † iure naturæ Parrocho debeantur ali- 5
qui fructus arbitrio boni viri, propter diuini officij penſum exſolutum, vt bene dicit, quē ſequitur Palao *vbi ſupra n.* 4. *verſ. deinde*, quod ex vi iuris Trident. hos fructus non amittit in conſcientia, ſed ipſos Parrochus non reſidens tuta conſcientia retinetur, quod enim † fructus nō facit ſuos, ſed teneatur ipſos reſtituere, pœna eſt à Concilio impoſita, quaſi declarans obligationem naturalem, & ex naturali iure non tenetur reſtituere fructus, qui debentur recitationi officij diuini, etiam 6
ſi nō reſideat, ergo ex iure Tridentini, quod cum ſit pœnale, & ſi indefinitè loquatur, non æquiualet vniuerſali, ſed limitatur ad illos fructus, qui debentur ob illa munia, quæ

requirunt perſonalem reſidentiam, & quidem in pœnalibus, quod indefinita non æquiualeat vniuerſæ rectè dieunt Tuſchus, *Conc.86.cit.n.28.* Franciſcus, *lib.3. de ritu nuptiarum,q.85.n.59.* Couart. *num.10.verſ.12.* vnde Concilium data opera ſolum dixit
7 † Patrochum non reſidentem pto rata temporis abſentiæ, *fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, &c.* id eſt, fructus quos percipit ratione reſidentiæ, de aliis vero qui debentur ratione aliorum munerum, quæ ita benè poſſet exequi abſens non loquitur Tridentin.

Verum eſt quod vt teſte Barboſa in declarationibus, *c.1.ſeſſ.23.n.5.* Epiſcopus de-
8 bet compellere Patrochum, qui per biennium non reſidet, licet poſtmodum reſideat ad reſtituendos fructus illius temporis quos abſens recepit, quamuis ad reſidendum nec per edictum quidem monitus fuerit, imo hoc eſt in defectum quod ipſe non re-
9 ſtituat, quare † ſi Epiſcopus in hoc fuerit negligens tenetur ipſe ex propriis reſtituere paupetibus aut fabricæ, quibus tenebatur Parrochus, quia Epiſcopus ex officio ſuo tenetur facere, quod Parrochus reſtituat fructus, pto rata abſentiæ, fructus, inquam, qui debentur reſidentiæ, non tamen qui debentur penſo horarum Canonicarum.

RESOLVTIO V.

Vtrum Parrochus ſi munia Parrochialia non obeat teneatur reſtituere fructus?

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus perſonaliter in ſua Parrochia præſens, ſi tamen munia Parrochialia non obeat teneatur fructus reſtituere.*
2. *Fructus an ſint ſtipendia quæ dantur ob cauſam, & beneficium propter officij munera exequenda.*
3. *Doctiſſimi Barthol. Carranza de Miranda ſententia, & n.4.5.& n.6.*
7. *Vaſquis ſententia.*
8. *Si Parrochus vno die non exequatur officium ſed eius Vicarius an teneatur fructus reſtituere.*
9. *Reſidens & non laborans Parrochus non tenetur reſtituere fructus beneficij ex Garcia.*
10. *Concilij Trid. mens.*
11. *Pœna impoſita à Tridentino ſolum comprehendunt abſentes.*
12. *An finis legis cadat ſub lege.*
13. *Auctoris ſententia.*
14. *Eo ipſo quod Parrochus eſt expoſitus ad munia ſua obeunda, ſi non petunt Parrochiani per ipſos ſtat, & cedunt iuri ſuo & contractui facto cum Parrocho.*
15. *An obligatio reſtituendi ſit, ſi à Parrochianis exigatur.*
16. *An Paſtores Eccleſiæ habentes beneficium curatum, etiam ſi non reſideant teneantur iure naturali reſtituere fructus, ante ſententiam iudicis.*
17. *Licet Clericus non reſidens priuetur beneficio non tamen reperitur coarctari, vt fructus reſtituere teneatur, ex Abbate.*
18. *Beneficium non datur ſimpliciter propter officium.*
19. *Multorum ſententia.*
20. *Secundum leges & iura, quod aceeptum eſt ſub cauſam debet reſtitui.*
21. *Beneficium datur ſub obligatione exercendi officium, non tamen ſub conditione ex Palao.*
22. *Non implens officium tenetur reſtituere, ex S. Antonin.*
23. *Cum Clericus priuatur propter non reſidentiam, an cogatur reſtituere fructus.*
24. *An donatio ex cauſa ipſo iure natura euaneſcit, ſi cauſa non ponatur, & n.25.*
26. *Leſſij ſententia, & n.27.*
28. *An ex non reſidentia & non recitatione horarum poſſit ſumi fundamentum, vt non reſident & non recitans, non faciat fructus ſuos, ſed eos teneatur reſtituere.*
29. *Fructus beneficiorum non dantur immediatè pro officio quotidiano, ex Leſſio.*
30. *Ad quid Parrochus teneatur lege iuſtitiæ.*

DVBIVM quintum, an † Parrochus per- 1
ſonaliter in ſua Parrochia præſens ſi tamen munera Parrochialia, non obeat perſonalitet, faciat fructus ſuos, ita vt teneatur eos reſtituere, ſi non obeat niſi per ſubſtitutum, Gabriel Vaſquez, *vbi ſuprà à n.156.* duo dicit, primum quod Partochus perſonaliter præſens in ſua Parrochia non fungens officio ſuo, ſed omnia omnino munia relinquit Vicario ſibi Coadiutori, ipſe tamen otio & aliis proptiis negotiis vacans debet pro rata arbitrio boni viri fructus reſtituere excepto eo, quod pto horatum
penſo aſſignatur, cuius ratio eſt quia † cum 2
fructus ſint ſtipendia, quæ dantur ob cauſam, beneficium nanque propter officij munera exercenda datur, & in his, quæ dantur ob cauſam, cauſa ceſſante ex vi iuris naturalis reſcinditur donatio, vt eſt certum in iure, *titul. de donationibus ob cauſam*, & latè probat Tiraquellus, *tract. ceſſante cauſa,* hoc Vaſquez, aſſertum amplectuntur, Ioannes Sanchez, *ſelect.47. à num.4.* Ludouicus, à Sancto Ioanne, *in 4. tract. de officio diuino. art. 13. fol.611. concl.1.* Cordoua, *lib.1. quæſt.19. circa fin.* Graffis. *in Deciſion. lib.2. c.77. à n.57.*

Caietanus

Caietanus 2.2. *quæſt.*185.*art.* 5. Soto *de iuſti-*
*tia lib.*10 *quæſt.* 3.*art.*5. Poſſeuinus *de officio*
*Curati lib.*1.*cap.*1.*num.*10.Rodriguez *tom.*2.
*ſumma cap.*33.*num.*2.

Vnde grauiſſimè vir ille doctiſſimus Bar-
tholomæus Carranza de Miranda in cele-
3 bri illo opuſculo de Reſidẽtia cap.11.† poſt-
quam firmiſſimè fundauit ſententiam Do-
mini Caietani (qui ſua tempeſtate primus
veritatem hanc è tenebris in admirabile lu-
men induxit, quam penè extinxerat multo-
rum Paſtorum peruerſa conſuetudo) ſic fa-
tur in huius aſſerti confirmationem *Profectò*
ſi vellemus rationi obtemperare, nec extingue-
remus igniculum illud nobis à ſuperiori lumine
(quod illuminat omnem hominem) non erat cur
in re clariſſima digladiaremur; dic mihi ò Pa-
ſtor Eccleſiaſticè) quo iure petis ſtipendium? qua
ratione victum & neceſſaria? nimirum reſpon-
debis iure diuino. Præceptum enim erat vt fi-
4 *liis Leui decima darentur in quorum loco Sacer-*
dotes ſucceſsimus & Chriſtus mercede dignos
Sacerdotes pronunctat, & Paulus exemplo vo-
bis præcipit, ne vobis os alligetur, & hoc in con-
feſſo eſt apud omnes, rectè quidem reſpondes,
ſed quæro ego viciſsim, an gratis vobis deberi
iſta dicant ſacra Scriptura & ob donationem
puram, an potius ſit aliquis contractus, vltro ci-
troque obligatorius (vt vulgo dici ſolet) nun-
5 *quid cum iubentur præſtari decimæ filiis Iſraël*
mille operæ ab illis exiguntur? imo vero pro
miniſterio, quod faciebãt Domino in tabernacu-
lo, cum ait Chriſtus vos dignos mercede non
appellauit vos operarios, etiamſi mercedis no-
men hoc ſatis declarabat? cum Paulus vetat
ne vobis os alligetur exemplo bouis non adiecit
triturantis? ergo cur vis contractum ex altera
6 *parte claudicantẽ, cur ſi in iure diuino tibi de-*
cimas debeo non tu eodem iure teneberis inſerui-
re tabernaculo? cur non triturabis? cur non
operaberis eodem iure, quæ iniquitas eſt, vt po-
pulum religioni alliges & tu religione ſis ſolu-
tus ſi nolis militare, at dices militare volo, ſed
per Vicarium, obſequium præſtabo in templo,
ſed per ſuppoſititium volo triturare, ſed per cõ-
ductitium O ingentem confidentiam! exclamã-
dum enim erat tragicè, an nonne eſt electu in-
duſtria tuæ perſonæ? an nos tantum ſtipendium
daremus tuo Vicario quam tibi? ſi illum, quem
nobis proficis dignus eſt Epiſcopatu, cur tu il-
lum ſua mercede integra ſpolias & ſalarium,
neſcio quid præſtas, vt reſiduum deuores otio-
ſus. Hactenus ibi, quibus grauiſſimè hoc
aſſertum conuincitur.

7 Secundum aſſertum Vaſquez eſt, quod
licet de iure naturali eadem ſit ratio non re-
ſidentis & reſidentis, ſed non operantis ta-
men iure poſitiuo non eſt cautum, quod nõ
laborans reſtituat fructús, ſed ſufficit quod
Scriptura dicat 2.*ad Theſ.cap.*3.*qui non vult*
operari non manducet, & ſic qui non reſidet
amittit pro rata dierum, qui vero non labo-
rat tenetur pro rata dierũ & officij exhiben-
di, quod notabiliter non laborat, quod enim
† ipſe vno die non exequatur officium, ſed 8
eius Vicarius nõ tenetur ad reſtitutionem,
ſed ante Concilium Lateran. *ſub Leone X.* &
Bullam Pij V. qui non ſoluebat officij diuini
penſum, tenebatur reſtituere pro rata, ſi nõ
tantum, bis aut ter, horas Canonicas omit-
teret non ex alio capite, niſi, quia Beneficiũ
datur propter officium, & ſimili modo phi-
loſophandum de non laborante, etſi reſi-
dente.

Secunda ſententia eſt Garciæ *vbi ſupra*
*n.*53. aſſerentis abſolutè † quod reſidens, & 9
non laborans non tenetur, reſtituere fructus
beneficij, & quidẽ quantum eſt ex iure Cõ-
cil. Trid. mihi manifeſtum eſt non teneri cũ
Concilium clarè loquatur, non, de non la-
borantibus reſidentibus tamen in ſua par-
rochia, ſed non reſidentibus abſentibus, &
recedentibus ab illa, vt conſtat ex illis ver-
bis *Metropolitani abſentiam probare debet,*
niſi cum abſentia inciderit propter aliquod mu-
nus & infra † qui aliquantiſper tantum ab- 10
ſint, & infra pœnas imponens dicit *ſi quis*
autem cõtra huiuſmodi decretum abfuerit ſta-
tuit S. Synodus, &c. quarè indubitatum eſt
† pœnas impoſitas à Trident. ſolũ compre- 11
hẽdere abſentes, quare eos ante ſequeſtra-
tionem, & ſubtractionem fructuum, dicit
prius eſſe vocandos per edictum, quare cum
pœnæ reſtringendæ, ſub illis non compre-
henduntur præſentes, & nou operantes; etſi
enim Conciliũ doceat, quod Paſtores ibi de-
bent reſidere & non abeſſe, vt in munia
paſtoralia incũbant, & quia tenentur iniun-
cto ſibi officio fungi, quod præſtare, & im-
plere non poſſent, qui gregi ſuo nõ inuigi-
lant nec aſſiſtunt, ſed mercenariorum more
deſerunt, quod in effectu faciunt aſſiſten-
tes non tamen operantes Sacramentorum
adminiſtrationem, nec paſcunt gregem bo-
norum operum exemplo; tamen licet iſte ſit
finis reſidentiæ legis, tamen † finis legis nõ 12
cadit ſub lege, & ita licet pro ſe non opere-
tur munia Paſtoralia, ſed omnino otioſus
exiſtat, in parrochia illa exercens per Vi-
carium, etſi mortaliter peccet, omittendo
obligationem præcepti diuini exigentis,
quod perſonaliter hæc munia exerceat non
tamen tenetur reſtituere fructus bene-
ficij.

Ego vero medius ſum inter duo extre- 13
ma, & exiſtimo primo † quod ſi Parrochus
præſens adſit in ſuo oppido, aut Eccleſia ex-
poſitus, vt quantum eſt ex ſe ſi petant Par-
rochiani adminiſtrationem Sacramento-
rum, fidei rudimenta edoceri, conſilium
præſtari, conſolationem exhiberi pecca-
ta & ſcandala vitari, & ſimilia munia pa-

ſtoris, ipſe concedat; quamuis nihil ho-
rum faciat, ſed otioſus permaneat, quia
ſubditi contenti ſunt, quod hæc omnia præ-
ſtet Capellanus Coadiutor; Parrochus non
tenetur fructus reſtituere, probatur quia
non ex iure Tridentin. vt vidimus non ex
14 iure naturali, quia † eo ipſo quod Parrochus
eſt expoſitus ad munia ſua obeunda, ſi non
petunt Parrochiani per ipſos ſtat, & cedunt
iuri ſuo, & contractui facto, cum Parrocho,
& quamuis iſte teneatur aliquando aliqua
munia obire., per ſe, quia ſuæ perſonæ dili-
15 gentia electa eſt, tamen † non eſt obligatio
reſtituendi ſi non faciat, niſi à Parrochianis
exigatur, quod talia munia per ſe exer-
ceat.

Exiſtimo ſecundò, Parrochum reſiden-
tem & non operantem, ſed otioſum omni-
no manentem in ſua Parrochia & munera
paſtoralia exercentē per Vicarium non te-
neri reſtituere fructus beneficij, neque pec-
care contra iuſtitiam non operando perſo-
16 naliter, ratio quæ mouet hæc eſt, quia † Pa-
ſtores Eccleſiæ habentes Beneficium cura-
tum, etiamſi non reſideant non tenentur
iure naturali reſtituere fructus ante ſenten-
tiam iudicis: ergo multo minus reſidens &
non operans, ſed otioſus perſiſtens tenebi-
tur, conſequentia eſt manifeſta & docent.
Sylueſter, *verbo Clericus 4.q.13.n.16.* vbi di-
cit, quod hæc opinio quæ eſt Panormitani,
c.1.de celebratio.miſſarum, eſt vera, ſic enim lo-
17 *quitur.* Abbas, *licet † Clericus non reſidens
priuetur beneficio non tamen reperitur arctari
vt fructus reſtituere teneatur, de Clerico non
reſidente cap. ex parte. patet de eo qui per an-
num non reſidet & occaſione tituli quem habet
donec priuetur percipit fructus, & ſi non ſerui-
uit iſte, dicendo officium ſeruiuit Eccleſiæ vlli,*
18 *in ordine Clericatus, vnde † Beneficium non da-
tur ſimpliciter propter officium, ſed etiam vt
Clericus aſſumptus in partem Domini de patri-
monio Domini viuat, & non mendicet, c. Diaco-
ni. 93. diſtinctio* hæc Panormitanus quibus
addit Sylueſter, *quod beneficium non datur ſub
conditione, ſed ſub modo, vnde modo non ſeruato*
19 *fructus ſunt Beneficiati, † & ita tenent Inno-
centius, Ioannes Andreas & Butrius, c.1.de ce-
lebratio.miſſarum. Præpoſitus cap. Presbyter. 91.
diſtinctio. Petrus de Palude, Ancharr. Francus.
Zabarella. Ioannes de Lignano. Cancellarius
Pariſ. Felinus & penè omnes.* Hactenus Syl-
ueſter.

Quibus addo Azor, *p.2.lib.7.c.6.q.6.verſ.
magis probo*, vbi ſoluit argumentum Vaſ-
20 quez, *quia* † (inquit) *ſecundum leges & iura
quod acceptum eſt, ſub cauſam debet reſtitui, ſi
cauſa ſecuta non fuerit & ſic tota cauſa ob
quam datum eſt, atqui non eſt tota cauſa ob
quam Beneficium conferatur, vt Clericus in ſua
Eccleſia commoretur, nam ſunt aliæ cauſæ nimi-
rum vt ex bonis Eccleſiæ viuat, & non mendicet,
vt preces horarum recitet, vt Miſſæ Sacrificium
offerat, vel denique vt tanquam Clericus in Ec-
cleſia vniuerſali militet*, idem ex profeſſo
docet Palao, *vbi ſuprà, punct. 4. n. 4.* dicens,
† *Beneficium datur ſub obligatione exercendi* 21
officium, non tamen ſub conditione, quod eſt
idem in re quod docuit Sylueſter quod be-
neficium datur, *ſub modo, & non ſub condi-
tione*, & ita non ſeruato modo fructus ſunt
Beneficiati, idem docet Roſella, *verbo Cle-
ricus quart. numero vigeſimo-tertio*, Tabiena,
verbo Beneficium 3. num. 12. vbi ex Sancto
Antonino *3. part. tit. 15. cap. 1. §. de fructibus*
dicit † *non implens officium ſuum tenetur reſti-* 22
tuere, ipſe tamen, dicit *videtur tamen ſuffi-
cere ad ſalutem, ſi ipſe ſua cura, & impenſis
prouidet, quod Eccleſia decenter officietur, &
populus ſufficienter regatur, & ipſe honeſtæ vi-
tæ, & morum bonum exemplum ſubditis oſten-
dat, & interdum per ſe ad locum accedat, &
certificetur.* Ex quibus manifeſtum eſt, non
teneri iure naturali ad fructuum reſtitutio-
nem, & addit *num. 13. in fine.* nec reperitur,
quod † quando clericus priuatur propter 23
non reſidentiam cogatur reſtituere fructus,
& cogeretur ſi non faceret ſuos iure natu-
rali, ſed modo cogitur, quia iuxta Tridenti-
num, non facit ſuos non reſidens.

Deinde idipſum confirmatur, quia licet
† donatio ex cauſa, ipſo iure naturæ eua- 24
neſcat, ſi cauſa non ponatur, quando iſta eſt
adæquata, & totalis motiua animum donan-
tis, tamen quando non eſt adæquata, & to-
talis motiua, ſed ad ſummum inadæquata,
& inpulſiua iſta ceſſante, manet dominium
rei donatæ, apud donatarium, vt eſt certi
iuris, vt docent Leſſius, *lib. 2. cap. 18. dubitat.
17. num. 129. & 130.* Amicus, *tom. 15. diſp.
18. ſect. 7. num. 4.* Sanchez *in Summ. lib. 4. c. 2.
num. 6.* Trullenc, *lib. 7. in Decalog. c. 17. dub. 17.*
Fagundez *lib. 4. de contractib. ca. 4.* Ognate, *de
contractibus tract. 10. diſp. 30. ſect. 3. num 39.* at
in præſenti iure naturali non eſt cauſa adæ-
quata percipiendi fructus in Parrocho, 25
quod ſua munia per ſe ipſum exequatur, nec
fructus iſti adæquatè dantur à fidelibus ob
hanc cauſam, ſed ob multas alias enumera-
tas, ergo illa deficiente adhuc facit fructus
ſuos iure naturali.

Addit & optimè Leſſius, † quod etiamſi 26
exprimeretur cauſa non inde inducitur,
quod ſit adæquata, nam ſi quis dicat accipio
te in vxorem, quia es diues, & quia bonis
moribus ornata, talis contractus validus eſt,
ſiue cauſa illa ſtet in re ſiue non idem eſt,
quod dicimus de Parrocho, non operante
aut non reſidente, quod iure naturæ facit
fructus ſuos, nec tenetur reſtituere; dicimus
de non recitante horas Canonicas, quod
iure naturæ facit fructus ſuos, nec tenetur
reſtituere

reſtituere niſi obſtaret, *Bulla Pij V.* & ſic te-
27 net Leſſius *lib.2.cap.34.dubit.32.num.*179.& Couarruuias, *lib.3.Variar.cap.*13.*n.*10. fatetur eſſe communem, & tenet Sanchez, *l.2. Conciliorum cap.2. dub.*81. *num.*2. vbi plures adducit, ex quibus deſumo argumentum,
28 qnia licet † ex non reſidentia, ex non recitatione horarum poſſit ſumi fundamentum, & ſufficiens ratio, vt non reſidens, & non recitans, non faciat fructus ſuos, ſed eos teneatur reſtituere, tamen ante Cuncilium Trident. & Lateranenſ. & Pium V. non extat lex aut canon, qui dicat Clericum, non reſidentem, aut non recitantem fructus ſuos non facere, ergo ſicut non recitans ex iure naturali, non tenetur reſtituere, ita nec ex eodem iure non reſidens aut non operans tenetur.

Deinde huius ſententiæ optimum fundamentum poſſit Leſſius *vbi ſupra, n.*180. quia
29 † *fructus Beneficiorum non dātur immediatè pro officio quotidianō, ſicut mercenarijs pro opere diurno, nec etiam famulis pro obſequio annuo, quia officium diuinum non eſt pretio æſtimabile ſicut obſequium famuli, ſed dantur immediatè in ſuſtentationem Miniſtri Eccleſiæ, ſub onere recitandi illas preces, pro fundatore, & populo*
30 *Chriſtiano. Vnde † tenetur quidem lege iuſtitiæ preces illas recitare, ſicut Parrochus lege iuſtitiæ tenetur Sacramenta adminiſtrare, ſi tamen omiſerit non tenetur iure natura fructus refundere, quia non cenſetur aliquid pretio æſtimabile omiſiſſe, vel detraxiſſe quod eo modo compenſari debeat, non minus illi fructus dati ſunt pro obſequio aliquo vtilitatem aliquā habente, ſed abſolutè in ſuſtentationem cum obligatione orandi, &c.* quibus verbis egregia, vt aſſolet vir iſte Doctiſſimus noſtram ſententiam confirmat, & fundamina Vaſquez, & aliorum euaneſcunt.

SVBRESOLVT. I.

Ignorantia inuincibilis excuſat Parrochum à reſtitutione fructuum.

SVMMARIVM.

1. *An Parrochum à reſtitutione fructuum excuſet inuincibilis ignorantia.*

1 EX dictis colligitur, quod † ſi Parrochus bona fide ignorans inuincibiliter pœnam latam à Tridentino contra non reſidentes non reſideat vltra bimeſtre aut inuincibiliter iudicet cauſam abſentiæ eſſe ſufficientem, cum poſtea intelligat, non fuiſſe talem, non teneri reſtituere pro rata abſentiæ, quia iure naturali facit fructus ſuos, & à pœna excuſat ignorantia, etiam iuris pro foro conſcientiæ.

SVBRESOLVT. II.

Non tenetur reſtituere etiamſi non habitet in domo Parrochiali.

SVMMARIVM.

1. *Si Parrochus non habitet in domo Parrochiali, an teneatur fructus reſtituere.*

COlligitur 2. quod licet ſacra Congregatio determinauerit, quod † Parrochus non habitet in domo Parrochiali ſi diuinis inſeruiat, & maiore diei parte, ibi aſſiſtat non tenetur reſtituere fructus pro rata, ita declarauit ſacra congregatio apud Bellarminum *ſeſſ.*23. *cap.*1. *in declarationibus*, debet tamen cogi ad habitandum in illis domibus vel intra limites. 1

SVBRESOLVT. III.

Reſidens & non operans mortaliter peccat.

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus & non operans, ſed otioſus multo tempore manens mortaliter peccet.*
2. *Parrochus non operans & non inuigilans ſuper gregem ſuum mortaliter peccat.*

COlligitur tertiò, Parrochum reſidentem, & tamen non operantem ſed otioſum multo tempore manentem mortaliter peccare, facit enim in materia graui contra Dei præceptum, ex quo tenetur vt ait Trident. *cap.*1. *citato*, *cum præcepto diuino* (inquit) *mandatum ſit omnibus quibus animarum cura commiſſa eſt oues ſuas cognoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbique Diuini prædicatione ſacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera paſtoralia munia incumbere, quæ omnia nequaquam ab his præſtari & impleri poſſunt qui gregi ſuo non inuigilant. &c.* dubitare itaque non poſſum, hunc † Parrochum non operantē, nec inuigilantem, ſuper gregem ſuum mortaliter peccare, & quidem contra iuſtitiam, quia non ſatisfacit officio & muneri ſuo, ſed an in hoc detur paruitas materiæ & quanta, iam explico. 1 2

RESOLVT. VI.

Vtrum in non reſidentia detur paruitas materiæ.

SVMMARIVM.

1. *An in non reſidentia detur puruitas materia.*
2. *An vltra hoe tempus quod paruum voeatur à Concilio poſſit quis aliquod paruum ſibi aſſumere.*
3. *An computatis anni diebus omnibus duo menſes ſint dua partes illius totius, & tres menſes tres partes.*
4. *An computatio dierum, menſium adducta ſit eligenda, quando lex non exprimit à quo tempore menſis incipiat.*
5. *Bimeſtre in Parrocho & trimeſtre in Epiſcopo quomodo computandum & n.6.*
7. *An primus dies abſentia in Epiſcopo ſit ille in quo exit à ſua diœceſi.*
8. *An vltra bimeſtre vel trimeſtre quoad tempus reſidendi ſit paruitas aliqua materia ſuperaddenda qua excuſet à mortali Epiſcopos & Parrochos.*
9. *An in fructuum reſtitutione ſit etiam paruitas materia ſuperaddenda qua excuſet ab obligatione reſtituendi.*
10. *Si Parroehus non inueniat Vicarium quem relinquat an poſſit abeſſe.*
11. *Barboſa ſententia. & n.12. & 13.*
14. *An ſi Parrochus ſiue cum licentia, ſiue ſine illa abſuerit per bimeſtre, iſto expleto, detur paruitas materia in diebus abſentia.*
15. *Sacroſancta Synodi mens.*
16. *An ſi Parroehus vno die vltra bimeſtre ſibi concesſo abſit ſine eauſa, mortaliter peccet, & fructus non faciat ſuos.*
17. *Parroehis diſcedendi licentium in ſcriptis gratis concedendum vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant, dicit Trid.*
18. *Ly* vltra *eſt terminus præfixus impertranſibilis reſpectu bimeſtris, ex eodem Trid.*
19. *Quæ paruitas temporis qua excuſet à mortali taxetur à Trid. & n.20.*
21. *An detur paruitas materia in reſtitutione fructuum.*
22. *An Beneficiatus non recitans vno vel altero die teneatur aliquid reſtituere.*
23. *Caramuelis ſententia.*
24. *Si Parrochus minus temporis quàm vnius diei abſit vltra bimeſtre, an ratione abſentia mihil teneatur reſtituere.*
25. *Beneficiatus non tenetur reſtituere aliquid fructuum ſi minus quam vna hora officy diuini omittat, ex Bartholomeo à S.Fauſto.*
26. *Auctoris ſententia.*

DVBIVM 6. An † in non reſidentia
1 detur paruitas materiæ; dari certiſſimum eſt cum id Concilium manifeſtè doceat *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. ita, quòd paruum tempus pro Epiſcopis, ſit *trimeſtre*, & pro Parrochis, *bimeſtre*, ſed quod dubitamus eſt, † an vltra hoc tempus, quòd paruum vocatur à Con- 2
cilio, poſſit quis aliquod paruum tempus ſibi aſſumere ad non reſidendum, vellet ſi reſideat ad non operandum, & inuigilandum ſuper gregem ſuum, & quidem per duos menſes reſpectu Parrochorum, & trium reſpectu Epiſcoporum intelligitur ſexaginta in duobus, & nonaginta dierum in tribus menſibus, ita loquens de Canonicis Garzia *vbi ſupra num.* 306. plures citans, & ratio eſt, quia iſti menſes poſſunt ſumi in qualibet parte anni continuè, vel interpolatè, ſed Sanchez, *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *num.* 20. ſecutus Rochum *de iure patronat. quæſt.* 51. verbo *honorificum* Lambertinum *in ſimili tract. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1 *art.* 14. & alios, dicit,
quod † computatis omnibus anni diebus, 3
duo menſes ſunt duæ partes illius totius, & tres menſes tres partes, ratio eſt ſatis cõgrua quia cum in anno aliqui menſes contineant triginta, alij triginta & vnum diem, & Februarius 28. & 29. in anno biſextili, nec in diſpoſitione Tridentina à quo tempore omnes abſentiæ incipiant ſit declaratum, non eſt cur potius hunc, quam illum numerum
accipiamus, quare vt cõfuſio vitetur † com- 4
putatio dierum, menſium, adducta eligenda eſt, quando lex non exprimit à quo tempore menſis incipiat; vt dum conceditur indulgentia duorum vel trium menſium; vel ſi quis promittat per vnum menſem, alicui particulari vel Eccleſiæ ſeruiturum gratis.

Sed exiſtimo, quod † bimeſtre hoc in 5
Parrocho, & trimeſtre in Epiſcopo, quod Tridentinum interpretatur eſſe paruum tempus, computandum eſſe eo modo, quo occurrit in Kalendario, à die, in diem ſicut bimeſtre conceſſum, *in c. ex publico, de conuerſione coniugat.* ad deliberandum, currit de momento in momentum, ab illo in quo perfectus eſt contractus matrimonij, quod bimeſtre, computatur prout eſt in Kalendario, & ſic poteſt contingere, quod menſis ſit Februarius qui ſolum habet 28. dies, & 29. anno biſextili, vel poteſt eſſe alius tri-
ginta vel triginta & vno diebus verbi gratia 6
Parrochus fuit abſens die 8. Februarij bimeſtre ſuum finietur die 8. Aprilis, quod ſi non continuè, ſed interpolanter bimeſtre conſumat, duo menſes erunt duæ partes anni, aliter enim computatio ſine magna confu-
ſione fieri nequit. Primus, † tamen dies ab- 7
ſentiæ in Epiſcopo erit ille in quo exit à ſua Diœceſi, non in quo exit à ciuitate Matrice; in Parrocho tamen erit ille dies in quo exiit à limitibus ſuæ Parrochiæ animo non redeundi niſi poſt aliquot, & relinquit Vice-curatum, quamuis ipſe maneat in eadem ciuitate.

Igitur duplex ſupereſt punctus extricandus,

8 dus, in præſenti dubio. Primus, † an vltra
bimeſtre vel trimeſtre, quoad tempus reſi-
dendi ſit paruitas aliqua materiæ ſuper ad-
denda, quæ excuſet à mortali Epiſcopos, &
9 Parrochos? Secũdus † an in fructuum reſti-
tutione ſit etiam paruitas materiæ ſuperad-
denda, quæ excuſet ab obligatione reſtituẽ-
di? & quanta? & quidem in primo puncto
loquimur quando abſuit relicto Vicario
idoneo; & quando non ſuperuenit cauſa
vrgens, quæ non patitur dilationem, vt quia
hoſtiliter impetitur, aut ſuperuenit repen-
tinum magnum incommodum, aut pericu-
10 lum, tunc enim † etſi non inueniat Vicariũ,
quem relinquat poteſt abeſſe niſi oues re-
linquat ſimili incommodo, aut periculo, ex-
poſitas, aut infirmos morti proximos, qui-
bus nullus eſt, qui ſubminiſtret Sacramen-
ta neceſſaria ad ſalutem. Loquimur etiam
de Parrocho non habente Vicarium coad-
iutorem.

Igitur citra hos caſus in hoc puncto, ſic
11 loquitur † Barboſa *de officio Parrochi part.2.
cap 8.ex n 42.* cum aliquibus, quos citat. *Par-
rochus debet talem ſui copiam facere, vt in-
digentes non careant neceſſaria ope, ſed non ar-
ctatur, vt debeat manere quaſi in compedibus,
niſi habeat infirmos graues, quia tunc non de-
bet vagari etiam per Parrochiam, ſed propria
in domo manere, poteſt enim fieri vt requira-
tur ab infirmis & non repertus illi moriantur
ſine Sacramentis. Vnde ſi Parrochus rationabi-
liter iudicauerit, puta quia nullus infirmatur
12 poteſt abeſſe per aliquas horas, etiamſi nullus
ſubſtituat, quia conſuetudo optima legum in-
terpretatiua declarat, etiam apud timoratos,
abeſſe vero tota die quando nullus infirmatur,
raro in anno nec laudo nec vitupero. abeſſe au-
tem per duos aut tres dies nullo infirmante, &
nulla alia cauſa iuſtificante habet valdè de
13 rationabili eſſe mortale, propter multa, quæ
poſſunt eo tempore euenire maximè in villis,
vbi non eſt alius Sacerdos à Parrocho, in ciui-
tatibus vero, vel in oppidis, vbi ſunt alij Sa-
cerdotes erit maius, minusve peccatum, ratione
periculi, vel damni poſsibiliter euenturi, cui ta-
men facilius quam in villis poteſt obuiari.* Hæc
ſatis cordate.

Sed vlterius in hoc puncto extricandum
14 eſt, † an ſi Parrochus, ſiue cum licentia,
ſiue ſine illa abfuerit per timeſtre, iſto ex-
pleto, detur paruitas materiæ in diebus ab-
ſentiæ, ita vt ſi vno die amplius, detineatur
ſciens & aduertens mortaliter peccet con-
tra Tridentini decretum? mihi videtur af-
firmatiuè omnino reſpondendum, & ſic ex-
tricabitur punctus ſecundus, probatur cla-
rè, *ex cap. 1. ſeſſ.* 23. vbi ita ſtrictè loquitur
15 † Sacroſancta Synodus, vt nulla in hoc ap-
pareat difficultas, dicit enim, quod ſi quis
contra huiuſmodi decreti diſpoſitionem
abfuerit, *ſtatuit Sacroſancta Synodus, præter
mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum
pro rata temporis abſentiæ fructus non facere
ſuos, nec tuta conſcientia alia etiam declara-
tione non ſecum illos ſibi detinere nõ poſſe*, quid
clarius? quoniam † ſi Parrochus vno die 16
vltra timeſtre ſibi conceſſo abſit ſine cau-
ſa, & mortaliter peccat, & fructus non fa-
cit ſuos, ſed tenetur reſtituere (niſi ratio-
ne paruitatis fructuum illi diei correſpon-
dentium à reſtitutione ſub mortali excuſe-
tur) & ita in abſentia vltra bimeſtre poſt
Tridentinum paruitas materiæ in diebus
abſentiæ admitti nequit.

Vrgetur ex eodem Tridentino ibidem
dicente, quod *Parrochis † diſcedendi licen- 17
tiam in ſcriptis gratis concedendam vltra bi-
meſtre tempus, niſi graui ex cauſa non obti-
neãt*, vbi Ly *vltra tempus bimeſtre* limitat, &
numerum dierum in ipſis contentorum, vt
multis citatis tenet Barboſa *de Dictionibus;
Dictione vlt. num.* 5. ex Azeuedo, *ad legem
2. n. 1. titul. 4. lib 8. nouæ*, quare ex Tridenti-
no † Ly *vltra* eſt terminus præfixus impet- 18
tranſibilis reſpectu bimeſtris, vltra quod
pro rata temporis abſentiæ fructus non fa-
cit ſuos Paſtor abſens, etiam per vnum
diem.

Vrgetur ſecundò, quia eo ipſo, quòd ſit
peccatum mortale non reſidentiæ contra
præceptum diuinum de reſidentia, abſens
non facit fructus ſuos ex Tridentino; † par- 19
uitatem autem temporis, quæ excuſat à
mortali taxauit Trident. Epiſcopis, *trimeſtre*,
& Parrochis *bimeſtre*, quod quidem vltimo
die terminatur; ergo dies alter cui multi
poſſunt correſpondere fructus, & multi &
graues caſus ſubditorum eſt vltra paruita-
tẽ requiſitam à Cõcilio, ſicut multi Docto- 20
res aſſignãt pro parua materia in die ieiunij
duas vntias ſi quis vnam addat, dubio pro-
cul tranſgreditur materia paruitatẽ, & mor-
taliter peccat, ſic multo magis in præſenti
cum quantitas illa parua temporis aſſigne-
tur à Concilio interpretante ius diuinum;
quod non licet particulari perſonæ inter-
pretari, maximè ſi ex iure Eccleſiaſtico eſt
interpretatum & optimè Palao, *vbi ſupra
punct. 1. n. 4. in fine.*

Vrgetur tertio, quia dubio procul eſt
probabilior, & tutior ſententia aſſeren-
tium poſt *Bullam* Pij V. *quæ incipit, Pius Epi-
ſcopus, & eſt* 138. non † dati paruitatem 21
materiæ in reſtitutione fructuum, quam te-
nentur facere non recitantes, etiamſi vnam
horam omittant, cum Summus Pontifex;
pro quolibet die, & pro qualibet hora reſti-
tutionem fieri præcipiat, ſuamque volun-
tatem hanc eſſe, clare explicuit, tanquam
Dominus & Legiſlator determinãs fructus
correſpondentes horis nocturnis, & diurnis,
ſi

ſi non recitent,ſuos non facere,& ſic teneri
ad reſtitutionem, ita tenent Bartholomæus
à S. Fauſto, *de horis Canonicis*,*q.*285. Benar-
tius, *lib.*2.*c.*11.*n.*15.Palao *tom.*2.*diſp.*2.*punct.*
7.*n.*4. Azor, 1.*p.lib.*10.*c.*14.*q.*7.Vaſquez, *de
Beneficiis cap.*4.§.1.*dub.*8.*n.*43.Bonacina, *de
horis Canonicis*,*q.*5.*punct.*2.*n.*8. Leſſius, *lib.*2.
*c.*34.*n.*186.Suarez,*lib.*4.*de oratio.c.*30.*à n.*9.
Diana,*p.*5.*tract.*5.*reſol.*24.Rodriguez,*in ex-
poſitio. Bullæ compoſi. caſu.*1. *dubio.*1. Ludoui-
cus, à Cruce *ibi diſp.*2.*dub.*7.*n.*2. Trullench.
caſu 2.*n.*3. Ledeſma. 2.*p.ſumm tract.*9.*cap.*4.
Angles, *in* 4.*p. de reſtitutio. ob negligentiam
Eccleſiaſticam*,*art.*1. Nauarr.*de oratio.c.*21.*n.*
60.*&* 61.& alij quos refert & ſequitur Gar-
zia,*p.*3.*c.*3.*n.* 27. quare addit iure optimo,
Palao,quod non ſunt audiendi Soto,Lopez,
Bartholomæus de Medina,& alij pauci aſſe-
22 rentes , quod ſi † Beneficiatus non recitet
vno vel altero die,non tenetur aliquid reſti-
tuere , cum expreſsè contrarium præcipiat
Pius V.ego vero intelligerem hos Auctores
ſi probabile iudicauerint,quod vno vel alte-
23 ro die non recitare non ſit mortale,vt † pro-
babile iudicat Caramuel. *ad regulam S. Be-
nedicti diſp.* 208....... ſatis paradoxè, ſicut &
plura alia moralia , ad paradoxam reduxit,
ergo cum Conc.Trident.dicat quod abſens
vltra bimeſtre pro rata temporis fructus
non faciat ſuos ſi vno integro die abſit, fru-
ctus reſpondentes illi diei tenetur reſtitue-
24 re , quod † ſi minus temporis , quam vnius
diei abſit vltra bimeſtre,Parrochus ratione
abſentiæ nihil tenetur reſtituere, quia fru-
ctus reſpondentes Parrocho ratione ſui of-
ficij non pro multitudine operationum quæ
vno die poſſunt eſſe plures quam in alio;
ſed pro integris diebus correſpondent,ſicut
25 optimè dicit Bartholomæus à S.Fauſto.† Be-
neficiatus non tenetur reſtituere aliquid
fructuum , ſi minus quod vna hora officij
diurni omittat , vt ſi omittat duos Pſalmos,
quia lex iſta cum pœnalis ſit,quantum pati-
tur mens legiſlatoris declarata ; temperan-
da eſt & moderanda.

26 Concludo † cum Diana & multis ex ci-
tatis , non obſtare dictis famulum omit-
tentem vno vel altero die in anno debitum,
& pactum ſeruitium pro ſalario præſumi à
Domino non obligatum iri ad reſtituen-
dum partem ſalarij illis diebus correſpon-
dentem, ne videatur Dominus rigidus , &
importunus exactor operum ſerui, hoc in-
quam non obſtat quo minus dicamus o-
mittentem officium diuinum & Parrochum
non reſidentem non eſſe obligatum reſti-
tuere pro rata temporis hoc eſt dierum ab-
ſentiæ , & horarum Canonicarum omiſſio-
ne,quia in his caſibus Dominus hoc eſt Ec-
cleſia repræſentata in Concilio , & in eius
Capite ſummo, ſuam voluntatem expreſſit
dicens , *non facere fructus ſuos* , neque illo-
rum Dominium acquirere, quare tanquam
res aliena hoc eſt fabricæ,vel pauperum,pro
rata temporis debent reſtitui.

RESOLVTIO VII.

Vtrum bimeſtre Tridentinum poſſit conſtari ex diebus diſcretis.

SVMMARIVM.

1. *An ſingulis hebdomadis Parrochus ruralis ad vrbem accedere poſſit inuiſendorum Parentum aut amicorum cauſa , ex Lud. à Vega.*
2. *Abſentiæ ſpatium ſingulis annis ſiue continuum ſiue interruptum nullo pacto debere duos aut ad ſummum tres menſes excedere, ita Conc.Trid.*

DVBIVM ſeptimùm , ponitur propter
quemlibet Parrochum ruralem , qui
vt ait, Ludouicus à Vega, *p.*4.*reſponſio. caſu.*
21.† in ſingulis quibuſcumque hebdomadi- 1
bus ad vrbem accedebat ad inuiſendos Pa-
rentes & Amicos , & ego agnoui alium qui
accedebat cauſa alia minus honeſta: dubita-
tur igitur an duo menſes à Concilio poſiti,
& conceſſi vt abeſſe poſſit Parrochus ex his
diebus collectis & numeratis confici poſ-
ſint, & debeant ; Reſpondetur affirmatiuè.
Ita Concilium , *ſeſſ.*23. *c.*1. *abſentiæ ſpatium* 2
*ſingulis annis, ſiue continuum , ſiue interruptum
nullo pacto debere duos aut ad ſummum tres
menſes excedere* , ita de Epiſcopis, de Parro-
chis vero, *duos continuos pariter , aut interru-
ptos.* Vnde Parrochus dum ab Epiſcopo ac-
cipit ab bimeſtre vt non reſideat , tenetur
computare dies illos integros,in quibus in-
terpolatè non reſedit , ſed abſens fuit à ſua
Parrochia , & aliter faciens tenetur reſti-
tuere.

RESOLVT. VIII.

Vtrum Parrochus ingrediens Religionem anno nouitiatus faciat fructus ſuos?

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus ingrediens religionem & poſito ab Epiſcopo idoneo vicario , anno nouitiatus faciat fructus ſuos.*
2. *Beneficiati religionem ingredientes toto anno nouitiatus,fructus reſiduos faciunt ſuos.*

3. *In beneficij fundatione an cautum ſit vt vacet beneficium abſente Beneficiario.*

4. *Quandonam nouitij beneficia vacarent.*

5. *An Beneficium illius qui religionem ingreditur ſit infra probationis annum alicui conferendum.*

6. *Curatus an debeat obtinere licentiam ab Ordinario in ſcriptis. & n. 7.*

8. *An Parrochus ad religionem tranſuolans, vel Epiſcopus Italiæ tempore nouitiatus, quamuis ex rationabili cauſa differatur profeſſio, toto iſto tempore non poſſit conferri beneficium, & faciat fructus ſuos.*

9. *An licentia ex cauſa cognita debeat eſſe expreſſa & obtenta, vt examinet an cauſa ſit honeſta & ſufficiens, ex Conc.*

10. *An ſufficiat quod Parrochus petat licentiam etiamſi non obtineat & quod poſt ingreſſum certiorem faciat Epiſcopum, vt de Vicario idoneo prouideat.*

11. *Lex priuata an ſit dignior quam publica.*

12. *An eo ipſo quod Epiſcopus contradicat Parrocho religionem ingredi volenti, ſummus Pontifex illi licentiam & libertatem concedit.*

1 DVbium octauum, vtrum † Parrochus
ingrediens religionem, & poſito ab
Epiſcopo Vicario idoneo anno nouitiatus
faciat fructus ſuos. Garzia loquens de Canonico
ingrediente religionem negatiuam
tuetur, *part. 3. cap. 2. num. 341. & num. 342.* de
Canonico electo Epiſcopo Italiæ, qui Romæ
debet examinari, dicit, quod tempore abſentiæ
fructus non facit ſuos, quia, & ſi iſti
ſint iuſtè excuſati à reſidentia, tamen fructus
non lucrantur in abſentia, niſi in caſibus
à iure expreſſis, qualis non eſt iſte, quare
idem fortiori iure de Parrocho ingrediente
religionem aut electo in Epiſcopum
Italiæ, quod fructus non faciat ſuos, ſed teneatur
reſtituere anno nouitiatus, & toto
tempore, quo non examinatur Romæ. Ita
tenent Dominicus *c. Beneficium. de reg. in 6.*
Tuſcus *lib. 2. de viſit. cap. 15. n. 84.*

Sed quidquid ſit de Canonicis, de quibus
infrà, de aliis Beneficiatis etiam curam
2 animarum habentibus, certum eſt, † quod
ingredientibus Religionem toto anno nouitiatus
fructus reſiduos ſuos faciunt; ita communiter
DD. quos refert, & ſequitur Barboſa,
cap. Beneficit. de regulari. in 6. num. 3. Bartholomeus
de Vechis *in praxi nouitiorum, diſp. 8. dub. 7. num. 4. & 5.* Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 5. cap. 16. num. 12. & 13.* Sanchez, *t. 3.
Summ. lib. 6, cap. 4. num. 6. & cap. 5. num. 18.*
Garzia, *de Beneficiis, p. 11. cap. 9. num. 18.* Rodriquez,
tom. 1. quæſt. 37. art. 1. & 2. Miranda,
in Manuali, tom. 1. quæſt. 23. art. 5. Hieronymus
Rodriquez, *Reſol. 15. in notis nu. 68.*
addens ex Sanchez, *cap. 4. cit. num. 30.* quod
etiamſi † in beneficij fundatione cautum 3
ſit, vt vacet Beneficium abſente Benificiario
certo tempore, quia in dubio cenſenda eſt
voluntas Teſtatoris iuri communi conformis,
vt tradunt *D. D. ad leg. hæredes mei. §. cum
ita D. ad Trebellianum.* noſtra ſententia videtur
deciſa à Bonificio VIII. *cap. Beneficium
de Regular. in 6.* cum enim ante præfatam
deciſionem magna eſſet inter Doctores
controuerſia, an † Beneficia Nouitij eo ipſo 4
vacarent, quibuſdam aſſerentibus ab Epiſcopo
taxandum tempus bimeſtre, intra
quod teneretur renuntiare; quibuſdam dicentibus
petendam eſſe ab Epiſcopo licentiam
ad Religionis ingreſſum, qua non petita
Beneficia, ipſo iure vacabant, quas opiniones
refert Archidiacon. *ad Præfatum caput
Beneficium*, in quo Pontifex in fauorem
religionis decidit cõtrouerſiam dicens. † *Be-* 5
*neficium illius, qui Religionem ingreditur, non
eſt infra probationis annum alicui conferendum,
niſi ad id ipſius accedat aſſenſus, ſed interim eidem
Beneficio per alium deſeruiri debebit aſſignata
ſibi congrua de ipſius prouentibus portione,* Hactenus, *ibi.* & ſic non ſupereſt ea
dubitandi ratio.

Cæterum aduertit, & bene Garzia *n. 30.*
quod † Curatus debet obtinere licentiam 6
ab Ordinario in ſcriptis iuxta decretum Tridentini
ſeſſ. 23. c. 1. & ſi Ordinarius nollet eã
dare, eſſet appellandum, & recurrendum
ad ſuperiorem, & idem dic de Parrocho electo
in Epiſcopum Italiæ, dum per iter longum
vadit ad examen Romæ exequẽdum,
de quo militat eadem ratio ad de ingrediente
Religionem, etenim antequam ap- 7
probetur ab examinatoribus, non poteſt beneficium
ſuum curatum alteri conferri, ſed
debet per alterum deſeruiri, & non vacet
vſque ad præfatam approbationem, vt autem
fructus percipiat, qui ſuperſunt, licentiam
in ſcriptis debet habere ab Ordinario.

Sed † an Parrochus ad religionem tranſ- 8
uolans, vel Epiſcopus Italiæ tempore nouitiatus,
quamuis ſit per biennium, vt in Societate,
& ſexdecim menſium, vt in noſtra
Religione, & quamuis ex rationabili cauſa
differatur profeſſio; & tempore itineris
etiamſi occaſione per multum temporis
differatur, vt quia captiuatur à Pyratis, toto
enim iſto tempore non poteſt conferri beneficium,
& Parrochus facit fructus ſuos,
vt dicunt DD. citati, an inquam ſufficiet licentia
petita, & non obtenta iuxta *cap. licet
de regular.* Concilium enim ideo requiſiuit,
quod † licentia ex cauſa cognita eſſet expreſ- 9
ſa & obtenta, vt examinet an cauſa eſſet honeſta,
& ſufficiens; at ingreſſus in Religionem,
non poteſt dubitari, quod ſit honeſta
cauſa, ſimiliter & aſſenſus ad Epiſcopatum,
cum ſit ſtatus perfectionis, ergo ſufficit,
quod

quod licentia petatur, etſi non obtineatur, quia præſumetur, quod Epiſcopus ex odio,
10 aliquo illam non concedat, quare † ſufficiet, quod Parrochus petat licentiam etiamſi non obtineat, & quod poſt ingreſſum certiorem faciat Epiſcopum, vt de Vicario idoneo prouideat. Vnde *in cap. duæ ſunt leg. 19. quæſt. 2.* Vrbanus II. in capitulo Sancti Ruffini ſic ſtatuit, *ſi quis horum in Eccleſia ſua ſub Epiſcopo populum retinet, & ſeculariter viuit, ſi afflatus Spiritu Sancto in aliquo monaſterio, vel regulari canonica ſaluare ſe voluerit, quia lege priuata ducitur, nulla ratio erit, vt à lege*
11 *publica conſtringatur dignior eſt enim lex priuata, quam publica. Spiritus quidem Dei Lex eſt, & qui ſpiritu Dei aguntur filij Dei dicuntur, & quis eſt, qui Spiritui ſancto poſſit dignè reſiſtere, quis ergo hoc ſpiritu ducitur, etiam Epiſcopo contradicente, erit liber noſtra autho-*
12 *ritate.* Hactenus ibi, quare † eo ipſo quod Epiſcopus contradicat Parrocho Religionem ingredi volenti ſummus Pontifex illi licentiam, & libertatem concedit; ſed quamuis hoc non ſit improbabile non recedo à communi intelligentia Concilij Tridentini tradita à ſacra congregatione, quod licentia debet eſſe obtenta à Superiore, illam potenti dare, & alias non facit Parrochus fructus ſuos.

RESOLVT. IX.

Vtrum ſi culpa Epiſcopi non nominetur Vicarius idoneus teneatur fructus reſtituere.

SVMMARIVM.

1. *Vtrum ſi per Epiſcopum ſtet non nominare Vicarium idoneum tempore abſentiæ Parrochi, Epiſcopus teneatur reſtituere fructus pro rata temporis abſentiæ.*
2. *Prælati aliqui & Epiſcopi ſunt omnium Eccleſiarum Parrochialium fere Curati.*
3. *Epiſcopus qui omnino non prouidet de Vicario, & adminiſtratore Sacramentorum, tenetur reſtituere fructus ſibi correſpondentes ratione illius Eccleſiæ, cui non prouidet de Vicario & adminiſtratore.*
4. *An ſi ex omiſſione culpabili Vicarium non conſtituit Epiſcopus teneatur fructus reſtituere.*
5. *Licet Epiſcopus peccet contra iuſtitiam, quòd ex officio ſuo teneatur aliquid reſtituere.*
6. *An Epiſcopus teneatur reſtituere ſi ex omiſſione damnum temporale adueniat, vel Eccleſia, vel alicui ex ſubditis,*

DVBIVM nonum, vtrum † ſi per Epiſcopum ſtet non nominare Vicarium 1
idoneum tempore abſentiæ Parrochi Epiſcopus teneatur reſtituere fructus pro rata temporis abſentiæ; vel ipſi Parrocho ſi per ipſum non ſtat, vel Pauperibus aut fabricæ Eccleſiæ: hoc dubium ſcitu dignum eſt, propter quoſdam Prælatos, & Epiſcopos,
† qui ſunt Curati fere omnium Eccleſiarum 2
Parrochialium vt ſunt Archiepiſcopus Hiſpalenſis & Epiſcopus Calagurritanus, ſimiliter ſi Parrochus abſens ſit de licẽtia in ſcriptis habita ab Epiſcopo iuxta formam Tridentini, ipſe tamen Epiſcopus negligens fuit, & in culpa graui non ponens Vicarium idoneum, vt decernit eadem Sancta Synodus, & quidem in priori ſpecie huius dubij, dubio procul exiſtimo quod † Epiſcopus 3
qui omnino non prouidet de vicario & adminiſtratore ſacramentorum, tenetur reſtituere fructus ſibi correſpondentes ratione illius Eccleſiæ cui non prouidet de Vicario & Adminiſtratore; ratio eſt præſpicua, quia ipſe eſt verus Parrochus cui datum eſt inſeruire per Vicarios ex conſuetudine, & inſtitutione, & quia alias cum ſint plures Eccleſiæ, quibus omnibus reſidere nequit, reſidet per Vicarios, aut perpetuos, aut ad nutum amouibiles, vt tradunt Gonzal. *ad reg. 8. gloſſ. 6. à num. 65.* & Palao *vbi ſupra quæſt. 1. num. 4.* Ergo † ſi ex omiſſione culpabili Vi- 4
carium non conſtituit pro rata temporis tenetur fructus reſtituere, quia ſecus facit, nec de hoc poteſt eſſe cõcertatio, niſi in vna Eccleſia ex cõſuetudine ſint plures Vicarij deſignati, & vno mortuo ſit negligens Epiſcopus culpabiliter in nominatione alterius, tunc ſi per alios recte & ſine defectu adminiſtrantur, non tenebitur reſtituere aliquid, quia nullum detrimentum oues patiuntur.

In poſteriori tamen ſpecie huius dubij dicendum eſt, quod † licet Epiſcopus peccet 5
contra iuſtitiam, quia ex officio ſuo tenetur prouidere de Parrocho Vicario in abſẽtia ipſius Parrochi, vt conſtat *ex ca. 1. ſeſſ. 23.* non tenetur tamen aliquid reſtituere ſi culpabiliter non ponat cum fructus Beneficij Parrocho accreſcant, & ipſe Epiſcopus nihil accipiat nec eſt aliquod ius, quod Epiſcopo omittenti ponat pœnam ipſo facto, ſi tamen † ex omiſſione iſta aliquod damnum 6
temporale adueniat, vel Eccleſiæ, aut alicui ex ſubditis, dubio procul tenebitur reſtituere Epiſcopus, ſicut in republica ciuili gubernator, tenetur ponere miniſtros neceſſarios, quod ſi ex omiſſione damnum graue ſequatur, tenetur ſatisfacere, vt eſt communis ſententia.

RESOLV

RESOLVT. X.

Vtrum Parrochus cui datur coadiutor, cum futura ſucceſsione, ſi non reſideat, teneatur reſtituere.

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus cui datur coadiutor cum futura ſucceßione ſi non reſidet faciat fructus ſuos, itavt non teneatur reſtituere.*
2. *An per dationem coadiutoris non auferatur à Parrocho obligatio non reſidendi in perpetuum.*
3. *An Rector qui habet Vicarium perpetuum in eius parrochia ſiue rectoria poſsit & debeat compelli ad perſonaliter reſidendum, niſi tota cura animarum tranſlata fuerit legitimè in ſolum Vicarium perpetuum.*
4. *Aliud eſt Vicarius perpetuus cum futura ſucceſsione, aliud quod habeat totam animarum curam & adminiſtrationem.*
5. *Si Vicarius perpetuus detur Parrocho ratione infirmitatis, vel ſenectutis, an ipſo facto Vicarius habeat totalem animarum curam, & 6.*
7. *An ex conſuetudine Parrochus, qui habet Vicarium perpetuum cum futura ſucceſſione faciat fructus ſuos.*
8. *Vicaria perpetua an ſit Beneficium Curatum.*
9. *An Parrochus habens Vicarium perpetuum debeat cogi, vt perſonaliter reſideat.*
10. *Si Vicarius perpetuus detur ſolum in coadiutorem ad ſubleuanda onera Parrochiæ, non releuatur Parrochus à reſidentia.*
11. *Coadiutor in parrochialibus non releuat Parrochum in totum, ſed datur in adiutorium onerum.*

1 DVBIVM decimum, an Parrochus cui
datur coadiutor, cum futura ſucceſ-
ſione, ſi non reſidet faciat fructus ſuos, itavt
non teneatur reſtituere, Garcia *cap. 2. cita-
to 3. part. num.* 572. tenet, Parrochum iſtum,
non excuſari ad reſidentia, ſed ad illam te-
neri ac per conſequens, ſi non reſideat, non
facit fructus ſuos, quod probat, quia reſiden-
tia eſt de iure diuino, vt *ſupra* latè oſtendi,
2 & eſt hodie indubitatum, & ita † per datio-
nem coadiutoris, non aufertur à Parrocho
obligatio reſidendi in perpetuum, nec Papa
hoc intendit dum coadiutorem concedit,
ſed ſolũ vt ipſum adiuuet; etenim ex coad-
iutoris conceſſione, non aufertur à Parro-
cho adminiſtratio, nec transfertur in coad-
iutorem, tota animarum cura, & ſic decla-
rauit ſacra Congregatio apud Barboſam, &
Bellarminum, † *Rector qui habet Vicarium* 3
*perpetuum in eius parrochia, ſiue Rectoria po-
teſt & debet compelli ad perſonaliter reſiden-
dum, niſi tota cura animarum tranſlata fue-
rit legitimè in ſolum Vicarium perpetuum,*
hæc Congregatio, cuius alias deciſiones &
declarationes adduxit ipſe Garcia, & Gon-
zalez, *gloſſa 6. citat. à num.* 97. adducit
vnam, quæ ſatis explicat difficultatem, *ſi
etiam datus fuiſſet Parrocho Vicarius perpe-
tuus, in quem tota animarum cura atque ad-
miniſtratio tranſlata fuiſſet à Parrocho, abdi-
cata erit à reſidentia munere excuſandus.* Ex
qua declaratione, clarè habetur, quod † aliud 4
eſt Vicarius perpetuus cum futura ſucceſ-
ſione, & aliud, quod habeat totam animarũ
curam, & adminiſtrationem: primum enim
poteſt eſſe, ſine ſecundo, & ſecundum ſine
primo, non ſufficit ad excuſandum Parro-
chum à reſidentia ſine qua non facit fru-
ctus ſuos, vt decernit Trident ſed illos tene-
tur reſtituere.

Sed quamuis hoc ſit verum de rigore iu-
ris Trident. interpretati à Sacra Cardina-
lium Congregatione, ego exiſtimo, quod
† ſi Vicarius perpetuus detur Parrocho ra- 5
tione infirmitatis, & ſenectutis propter
quam, eſt impeditus Parrochus munia
parrochialia exercere, facto ipſo Vicarius
habet curam totalem animarum; quare
non videtur obligatus ad reſidendum in
parrochia, itavt ſi non reſideat non faciat
fructus ſuos, & teneatur reſtituere, ſi enim 6
ſit cæcus, aut mutus, aut omnino ſurdus,
ad quid eius reſidentia deſeruiet, ſi eſt ita
ſenex, vt ſit decrepitus ad quid? faciet ta-
men fructus ſuos, quia eſt Dominus be-
neficij.

Deinde ſuſpicor, quod † ex conſuetu- 7
dine Parrochus, qui habet Vicarium per-
petuum cum futura ſucceſſione faciat fru-
ctus ſuos; quia † vicaria perpetua, eſt Be- 8
neficium Curatum, vt tradunt Doctores;
& datur præmiſſo examine de ſufficientia,
& ſic eo ipſo quod datur cum futura ſuc-
ceſſione, eo ipſo habet animarum totam
curam de præſenti, & tandem, quia licet
Congregatio declaret, quod † Parochus 9
habens Vicarium perpetuum debeat cogi,
vt perſonaliter reſideat iuxta formam tra-
ditam à Concilio, tamen non declarat, quod
non faciat fructus ſuos, & quod teneatur
eos reſtituere ante omnem declaratio-
nem, ſicut tenetur Parrochus non reſidens;
Concilium autem manifeſtè loquitur de
Parrocho, non habente Vicarium perpe-
tuum, non vero de illo qui habet cum fu-
tura ſucceſſione, vt legenti conſtabit, ve-
rum eſt quod † ſi Vicarius perpetuus detur 10
ſolũ in coadiutorẽ ad ſubleuanda onera Par-
rochiæ non releuatur Parrochus à reſidẽtia,

quia aliud eſt coadiutor etiam perpetuus, aliud Vicarius perpetuus cum futura ſucceſſione. † Coadiutor vt ipſum nomen ſonat in Parrochialibus non releuat Parrochum in totum, ſed datur in adiutorium, onerum, niſi detur in coadiutoria perpetua cum futura ſucceſſione ſicut dantur Canoniæ, tunc enim idem eſt coadiutoria ac Vicaria perpetua.

RESOLVTIO XI.

Vtrum qui tuta conſcientia non reſidet, faciat fructus ſuos?

SVMMARIVM.

1. *An ſi quis tuta conſcientia non reſideat, hoc eſt ſine mortalis peccati reatu faciat fructus ſuos, ita vt non teneatur reſtituere.*
2. *An in foro animæ liber ſit Parrochus de præcepto diuino reſidentiæ perſonalis relicto Vicario idoneo.*
3. *Auctoris mens, & n.4. & n.5.*
6. *Qui non recitat pro rata omiſſionis non facit fructus ſuos & in conſcientia tenetur eos reſtituere, ex Pio V.*
7. *Vt Epiſcopi poſſint abeſſe à ſuo Epiſcopatu à quibus cauſa legitimæ abſentiæ ſint approbandæ.*
8. *An Parrochi ex leuibus cauſis contrauenire poſſint diuino reſidentiæ præcepto.*
9. *Licentia in ſcriptis & cauſæ cognitio & approbatio Epiſcopi an requiratur, tum vt fidem legitimæ abſentiæ in foro externo faciant Parrochi, tum vt omnis deceptio, & inanis prætextus abſcindantur.*
10. *An non ex ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia relicti fideicommiſſi defuncti voluntatis ſatisfactum eſſe videatur.*
11. *Leſſij ſententia, & n.14.*
12. *Qui poſſidet per contractum minus ſolemnem, an iuſtè poſſideat.*
13. *An per contractus iure irritos propter defectum ſolemnitatis eſſentiali transferatur dominium.*
15. *Parrochus qui re ipſa habet cauſam grauem abſentiæ & non palliatam an teneatur fructus reſtituere.*

1 DVBIVM vndecimum, an † ſi quis tuta conſcientia non reſideat hoc eſt ſine mortalis peccati reatu faciat fructus ſuos, ita vt non teneatur reſtituere, quamuis non obſeruarit formam, quam Tridentinum conſtituit? verbi gratia, re ipſa habet quis cauſam grauem non reſidendi, quam non vult admittere Epiſcopus, aut alius ſuperior potens dare licentiam; cum re ipſa ſit ſufficientiſſima non tamen admittitur, quia probati nequit, nec expedit vt in iudicium adducatur; quare † in foro animæ liber eſt 2
Parrochus à præcepto diuino reſidentiæ perſonalis, & relicto Vicario idoneo, qui vices ſuas gerat, ad negotium faciẽdum abſens fit à ſua Parrochia, dubitatur an iſte fructus faciat ſuos, ita vt non teneatur eos reſtituere? nullus, quem viderim dubium attigit cum ſit valde vtile & neceſſarium, tum pro deciſione caſus poſiti in exemplo adducto, tum ſimilium, qui paſſim occurrere poſſunt in Epiſcopis & aliis animarum Paſtoribus maioribus.

Et mihi videtur dicendum (ſaluo ſaniori ſenſu) † quod qui ſine peccato mortali abeſt 3
à ſua Eccleſia, etiamſi propter legitimam excuſationem, non obſeruet formam quam Concilium ponit, *ſeſſ.23.c.1.* dũmodo cauſa ſe abſentandi & non reſidendi grauis ſit, quam ob motiua grauia & rationi conſentanea, non expedit Epiſcopo manifeſtare; in conſcientia facit fructus ſuos, quos non tenetur reſtituere ante ſententiam, hoc mihi perſuaſum habeo, *ex anno* 1642. dum 4
eſſem conſultus in hac ciuitate Hiſpalenſi à grauiſſimo viro ex multis & grauiſſimis motiuis.

Primò, quia Concilium vt non reſidens fructus non faciat ſuos, & teneatur reſtituere ſupponit in illo peccati mortalis reatum, quem incurrit, & vt transgreſſorem diuini præcepti, pœnam priuationis fru- 5
ctuum & incapacitatis Dominij illorum ipſum punit, ergo ſi ex ratione congruæ & probabili homini ſcienti, & timorato non reſidet, quamuis formam Tridentinam non obſeruet fructus conſcientiæ facit ſuos.

Secundò, quia Pius V. *in Bulla ſuprà citata de recitatione Officij diuini,* ſtatuit quod † qui 6
non recitat pro rata omiſſionis non faciat fructus ſuos, quos in conſcientia reſtituere tenetur, & tamen ſi quis non recitet excuſatur rationabiliter ex ratione probabili, eum non peccet mortaliter non recitando facit fructus ſuos, & non tenetur eos reſtituere in conſcientia, ergo qui non reſidet non peccans contra diuinum de reſidentia præceptum, fructus ſimiliter in conſcientia faciet ſuos.

Tertiò, quia forma quam ponit Concilium, vt † Epiſcopi poſſint abeſſe à ſuo Epiſ- 7
copatu, vt cauſas legitimæ abſentiæ, *à Beatiſſimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano vel eo abſente à ſuffraganeo Epiſcopo antiquiori reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit in ſcriptis eſſe approbandas, quam formam in §. ſi quis autem,* ſtatuit reſpectu Patrochi, ibi, *quicumque hos cauſa prius per Epiſcopum cognita & approbata abeſſe contigerit Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum*

approbandum cum debita aſſignatione mercedis relinquant licentiam diſcedendi in ſcriptis gratiſque concedendam vltra bimeſtre, tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant, iſtæ inquam formæ determinatæ à Concilio pro foro externo ſunt ſtatutæ, & vt res de-
8 duci poſſit ad publicum iudicium, ne † Parrochi ex leuibus cauſis contrauenire poſſent dinino reſidentiæ præcepto: ideo enim
9 † licentia in ſcriptis, & cauſæ cognitio, & approbatio Epiſcopi requiritur, tum vt fidem legitimæ abſentiæ in foro externo faciant, tum vt omnis deceptio & inanis prætextus abſcindantur, & vt perfectiſſima veritas rationabilis abſentiæ reueletur, argumento manifeſto, *in l quæſt. C. de fideicomm.* vbi ſtatuitur quod pluralitas teſtium (præter duos) ad valorem teſtamenti requiritur, ne quid falſitatis incurrat per duos forte teſtes compoſitum teſtamentum; vnde iure naturæ, validum eſt teſtamentum, minus ſolemne duobus tantum teſtibus confectum, ita quod legatarius tuta conſcientia retineat legatum, vt clare habetur *l. & ſi inutiliter 2.*
10 *C. de fideicomm.* ibi. *quia † non ex ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia relicti fideicommiſſi defuncti voluntati ſatisfactum eſſe videtur*, & quidem quod teſtamentum minus ſolemne validum ſit in conſcientia, quamuis non in foro externo communem eſſe ſententiam fatentur Leſſius *de Iuſtitia & iure lib. 2. c. 17. dub. 3. num. 12.* & eam egregie probat Diana *p. 5. tract. 3. reſol. 19. & p. 1. tract. 8. reſol. 75.* Comitol. *lib. 7. reſp. quæſt. 8.* & prius docuerat Sanct. Antonius *3. p. tit. 10. cap. 3.* §. 14. addit
11 † Leſſius. *num. 32.* ea quæ dicta ſunt de ſolemnitatibus teſtamentorum à quibuſdam extendi ad contractus, donationes, Beneficiorum & officiorum collationes, electiones, præſentationes & ſimiles actus qui ex diſpoſitione iuris ciuilis vel canonici requirunt varias ſolemnitates, ſi vero hi actus ſolo defectu ſolemnitatis laborent, ob quam iure poſitiuo decernantur irriti non ideo deſinere valere in foro conſcientiæ. Ita enim docent omnes Doctores iuris, qui tenent teſtamentum minus ſolemne valere.

Vrgetur, ex ſententia Dominici Bannez, *22. quæſt. 62. diſp. 5 præambula. dub. vltim. pagi.*
12 *mihi 163. concluſ. 2. † qui poſſidet per contractum, minus ſolemnem, iuſte poſſidet, quo vſque à iudice ſpolietur, nec tenetur indicare vitium talis contractus alteri parti v. g. hæres inſtitutus per teſtamentum minus ſolemne iuſte adit hereditatem, & poſſidet bona defuncti, & in-*
13 *fra. conc. 3. † per huiuſmodi contractus iure irritos propter defectum ſolemnitatis eſſentialis transfertur quidem dominium, ſed infirmum & reuocabile per iudicis ſententiam.* Durum
14 enim eſt (ait optime Leſſius) *num. 34.* vt qui rem habet ex conſenſu eius, qui poterat illam tradere, cogatur ſponte ea cedere, quod non eo tempore, vel loco, vel coram illis Teſtibus, quos lex præſcribit, tradita fuerit adde & tu duriſſimum eſſe & præter naturalem æquitatem, quod † Parrochus qui re 15
ipſa habet cauſam grauem abſentiæ, & non palliatam, aut confictam, ita vt ſit excuſatus à præcepto diuino reſidentiæ, quia omiſit ſolemnitatem requiſitam à lege humana Concilij, non facere fructus ſuos, & teneri ad reſtitutionem ante omnem iudicis ſententiam, quod non credam, niſi à potente declarare, declaratum fuerit.

RESOLVTIO XII.

An Parrochus, qui per bimeſtre ſine licentia abeſt teneatur fructus reſtituere?

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus qui per bimeſtre abſens eſt à ſua Parrochia ſine licentia Epiſcopi faciat fructus ſuos, & teneatur reſtituere.*
2. *Bimeſtre cum ſit paruum tempus an poſſit ſequi magnum ouibus detrimentum.*
3. *Curatus inferior qui vltra duos menſes abfuit à ſua reſidentia poteſt, & debet cogi per Epiſcopum ad reſtitutionem fructuum pro rata temporis abſentiæ, ex Sacra Congreg.*
4. *Garziæ ſententia.*

DVBIVM duodecimum, an qui per 1
bimeſtre abſens eſt à ſua Parrochia, ſine licentia Epiſcopi faciat fructus ſuos, & teneatur eos reſtituere? affirmat. Garzia *cap. 2. cit. num. 26. & 27.* ex declaratione Congreg. dicentis, *fructus amittuntur duntaxat pro rata illius temporis, quo quis abeſt ſine licentia.* Sed mihi contrarium arridet, quia quamuis requiratur licentia Epiſcopi ad non reſidendum, per bimeſtre vt *ſupra* dixi ex
ſacra Congregat. cæterum cum † bimeſtre 2
paruum tempus abſentiæ reputetur à Concilio, ſi ex illius abſentia non ſequatur magnum ouibus Eccleſiæ detrimentum, & Cōcilium non dicat, quod qui abeſt per bimeſtre à ſe conceſſum, tanquam paruam abſentiæ materiam teneatur reſtituere fructus, & quod ipſos non faciat ſuos. Manifeſtum eſt, ad hoc non teneri Parrochum; & cum lex iſta valde pœnalis ſit ſtrictiſſima quantum verba Concilij patiuntur eſt in-
telligenda. Vnde Sacra Congregatio in de- 3
claratione alia dixit: *Curatum inferiorem, qui*

vel publicum dummodo talis ſit quod per alium, niſi per Parrochum non poſſit exequi, vbi autem ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. non diſtinguimus D. de recep. arbitrar. leg. Præſes D. de officio Præſid.*
8 † Souſa, *in relectio. de cenſuris Cœna Domini.* Narbona conciuis meus, *de appellat. Vicary ad Epiſcopum, p. 2. q. 2. n. 37.* Aldrete, *de Religio. diſcip. tuenda, lib. 2. c. 28. n. 11.* ſi enim Patres Concilij voluiſſent exprimere, quod cauſa abſentiæ non debeat cedere in propriam vtilitatem, & commodum, vtique id expreſſiſſent, *l. vnica, §. ſin autem C. de caducis tollendis*, & latè explicant Tiraq. *ad leg. ſi vnquam, verbo libertatis n. 3. C. de reuocandis, donatio.* Guttier. *lib. 3. pract. q. 22. n. 7.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſ. 9. §. 1. n. 33. & gloſ. 42. n. 11.* Canoniſtæ, *c. ad aud. de dec. & c. 2. de tranſl. Præl.*

9 Ad fundamenta oppoſita reſpondetur, quod licet negotium quod, quis per alium perficere poſſit, non excuſet, neque Epiſcopus poſſit ad hoc dare licentiam vltra bimeſtre, tamen quando per alium exercere nequit, & hoc ita eſſe approbet Epiſcopus; Parrochus abſens facit fructus ſuos.

10 Ad ſecundũ reſpondetur, quod illi D.D. intelliguntur de licentia data non agnita cauſæ grauitate, tum inſuper ſcripſere ante Trid. & non loquuntur de non perceptione fructuum in conſcientia ante ſententiam.
11 Verum etiam eſt quod † vtilitas Eccleſiæ, vel Epiſcopatus in communi & genericè non excuſat à reſidentia Parrochum, niſi à Papa diſpenſetur, vnde ad Concilium generale nequit accedere, niſi expreſsè vocatus,
12 quamuis ſit inſignis Theologus, neque † poteſt mitti à Rege, vt nomine ſuo ſit aſſiſtens Concilio, niſi diſpenſatus à Papa.

Ad tertiũ reſpondetur, quod Sacra Con-
13 gregatio optimè dixit, quod † cauſa proſequendæ litis non poteſt Parrochus abeſſe, nec Epiſcopus poteſt ad hoc dare licentiam, quia hoc poteſt per alium præſtare, niſi forſan ipſe eſſet inſignis Legiſta vel Canoniſta, & nullus alius ita benè id munus præſtabit, tunc enim videtur poſſe, ex hac cauſa licentia ad aliquod tempus vltra bimeſtre concedi, & faciet fructus ſuos, nec de hoc caſu loquitur Sacra Congregatio.

14 Sed † ſi Epiſcopus cõcedat de facto licentiam Parrocho vt litem proſequatur, & Parrochus ipſe bona fide abſens fuit, vltra bimeſtre? Reſpondetur quod faciet fructus ſuos, quia bona fides ipſum excuſat, à peccato mortali, contra præceptum diuinum: & ſic in foro conſcientiæ tutus eſt non reſtituendo fructus Beneficij.

RESOLVT. XIV.

Vtrum ſi Papa ſine iuſta cauſa det licentiam Parrocho non reſidendi, iſte faciat fructus ſuos?

SVMMARIVM.

1. *An ſi Papa concedat licentiam Parrocho ſine iuſta cauſa non reſidendi, faciat fructus ſuos.*
2. *An Papa nec cum cauſa nec ſine illa poſſit propriè diſpenſare in iure diuino poſitiuo.*
3. *An ſi Pontifex interpretetur ſine cauſa, an hæc interpretatio quæ latè diſpenſatio eſt, ſit irrita.*
4. *An ſi Papa diſpenſet in voto, matrimonio rato & reſidentia Paſtorum ſine cauſa nulla erit eius diſpenſatio, & n. 5.*
6. *An ſi aliquis per ſimplicitatem Pontifici cauſam falſam allegauit, vt non reſideret, & Papa diſpenſauit, an faciat fructus ſuos. & n. 7.*
8. *An diſpenſatio ſubreptitia in exprimenda falſitate impugnari poſſit.*
9. *Multorum opiniones afferuntur.*
10. *An ſi Pontifex ſine cauſa diſpenſet, in eo quod qui ſine legitima cauſa non reſidet faciat fructus ſuos, ſitque liber ab illorum reſtitutione, an diſpenſatio valida ſit.*
11. *Auctoris mens.*
12. *An obligatio reſtituendi fructus ſit de iure naturali & diuino.*
13. *Licet Pontifex diſpenſando ſine cauſa in reſidentia Paſtorum, cum diſpenſatio nulla ſit non excuſat eos à mortali peccato commiſſo contra præceptum Diuinum.*
14. *Pontifex diſpenſando in propriis legibus vel latis à Concil. generali, & ſi peccet mortaliter aut venialiter, an diſpenſatio valida ſit.*
15. *Quæ pœna lata à Tridentin. cum iure naturali.*
16. *Py V. ſententia.*

DVBIVM decimum quartum, an ſi 1
Papa concedat licentiam Parrocho ſine iuſta cauſa, non reſidendi, iſte faciat fructus ſuos ita vt in conſcientia non teneatur reſtituere? duplex inuoluitur in hoc dubio difficultas. Primò, an poſſit ſine cauſa diſpenſare in præcepto diuino, de reſidentia Paſtorum communis eſt certaque
ſententia, quod † Papa nec cum cauſa ne- 2
que ſine illa poteſt propriè diſpenſare in iure diuino poſitiuo (quidquid dicant aliqui Canoniſtæ) qui videntur confundere

ius diuinum cum iure Canonico orto ab Apoſtolorum tempore (ſicut ieiunium quadrageſimæ ab aliquibus Patribus dicitur à iure diuino) vt late tradit Caſtr.Palao *to.1. tract.3.diſput.6 punct. 3 à n.5.* quem ſequitur Diana *p.8.tract.3.reſol.2.* non enim propriè diſpenſat in iure diuino poſitiuo, aut naturali,ſed illud interpretatur,quod in his circunſtantiis non currit eius obligatio, vt explicat D.Thom. 1.2.*quæſt.*88.*art.*12.& ibi Dominus Caietanus,*quæſt.*97.*art.*4. *ad* 3.& *quodlibet* 4.*art.*13.& *quodlibet* 9.*art.*15.qua-
3 re † ſi ſine cauſa,& ratione motiua ſufficiēti illud Pontifex interpretatur hæc interpretatio,quæ latè diſpenſatio dicitur irrita & nullius efficaciæ,quātum ad releuandum ab obligatione præcepti diuini, peccatque mortaliter Pontifex ſi ſine cauſa in præcepto diuino diſpenſat declarando non obligare in hac circunſtantia ſine ſufficienti
4 cauſa; quare † ſi Papa diſpenſet in voto, matrimonio rato, & reſidentia Paſtorum ſine cauſa nulla erit eius diſpenſatio, non enim accepit à Deo poteſtatem diſpenſandi pro libito, ſed iuſta cauſa intercedente, alias eſſet illi talis poteſtas conceſſa non in ædificationem, ſed in deſtructionem; nec eſſet diſpenſator fidelis & prudens,ſed diſſipator imprudens, & infidelis ita D. Tho.
5 *vbi ſupra*,Vaſquez 12. *diſput.* 188. *num.* 17. Salas *de legibus diſput* 20. *num.* 30. Sanchez *de matrimonio diſput.*17.*num.*3.Suarez *tom.*1. *de religio lib.*6.*de voto*,*cap.* 17. *& de legibus lib.* 7. *cap.* 9. & conſtat *ex cap ſunt quidam, cap. contra ſtatuta ex cap.omne,quod l.* 25.*q*1.

Si tamen quis per ſimplicitatem, aut ig-
6 norantiam allegauit Pontifici cauſam falſam, quam Pontifex iudicauit veram ſecundum allegata, vt diſpenſaret, in voto vel reſidentia, & vt non reſidens faceret fructus ſuos, nec teneretur illos reſtituere; exiſtimo quod licet diſpenſatus propter ignorantiam & ſimplicitatem excuſaretur à non reſidendo, & à non implendo votum, tamen obligatio iuris diuini ſemper manet, quia diſpenſatio nulla fuit argumento, *ex capite, ſuper literis de reſcriptu*, cæterum quantum ad legem humanam de percipiendis fructibus videtur, quod iſte ma-
7 neat diſpenſatus, quamuis ignoranter allegauerit cauſam falſam.

Sicut Baſilius Pontius *lib.* 8. *de matrim. cap.* 16. *num.* 5. quod magis explicat, *capite* 17. *num.* 41. dicens, quod † diſpenſa-
8 tio ſubreptitia in exprimenda falſitate impugnari non poteſt, & tranſit in rem iudicatam, quoniam Ordinarius cui commiſſa eſt diſpenſatio facta in formatione iudicauit ſecundum allegata eſſe cauſas veras, diſpenſatio eſt bona & matrimonium validum, ſed hanc ſententiam † Pontij latè impugnant Caſtro Palao, *vbi ſupra punct.* 16. 9
§. 5. *num.* 4. & Sanchez *lib.*8.*de matrimonio diſput.* 2. *num.*56.*&* 57.*ex cap. ſuper litteris de reſcriptis*, vbi Abbas *num.* 4. tamen ſententia Baſilij probabilitate non caret, vt ab ipſo egregiè explicatur, *num.* 41. *citato* quamuis enim reſcriptum, & diſpenſatio in falſitate fundetur, tamen quia ignoranter & per ſimplicitatem facta eſt relatio,videtur Pontifex de plenitudine poteſtatis diſpenſare iuxta doctrinam ad præfatum, *caput ſuper litteris*, *num.* 7. ſed opinio Sanchez in praxi ſequenda.

Secunda difficultas in hoc dubio eſt,† an 10
ſi Pontifex ſine cauſa diſpenſet in eo quod qui ſine legitima cauſa non reſidet faciat fructus ſuos, ſitque liber ab illorum reſtitutione diſpenſatio valida ſit & non reſidens tutus ſit in conſcientia non reſtituendo? Vaſquez *de Beneficiis cap.* 4. §. 2. *dub.* 4 *numero* 155.negat ſic aſſerens.† *exiſtimo ſecun-* 11
do non poſſe immunem ab hac obligatione reſidendi alias reſtituendo quemquam effici per Pontificem, niſi ex cauſa adeo rationabili, quæ ſufficiat tollere naturalem obligationem reſidendi, fundamentum ipſius eſt, quod obligatio reſtituendi fructus eſt de iure narali & diuino eſt ipſa reſidentia, quia ſicut in hac validè Pontifex ſine cauſa non diſpenſat, ita neque in fructuum reſtitutione, quæ obligat & reſidentia perſonalis.

Ego quidem exiſtimo, quod † licet Pon- 12
tifex diſpenſando ſine cauſa in reſidentia Paſtorum, cum diſpenſatio nulla ſit non excuſat illos à mortali peccato commiſſo contra præceptum diuinum; poteſt tamen valdè diſpenſando in decreto Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. facere quod non reſtituat fructus & quod illos faciat ſuos, vel quod 13
poſſit vti Bulla compoſitionis, vel quod ad illos reſtituendos expectetur ſententia declaratoria iudicis competentis, ratio eſt perſpicua, quia † Pontifex diſpenſando in 14
propriis legibus, vel latis à Concilio generali (quod poſſit facere indubitatum eſt apud Catholicos rectè ſentientes, etſi id faciat ſine cauſa, ſed pro ſua libera voluntate) etſi peccet mortaliter aut venialiter iuxta varia Doctorum placita, tamen diſpenſatio valida eſt, vt tenent omnes citati in prima difficultate, atqui Parrochus non reſidens faciat fructus ſuos ita quod ſit incapax dominij illorum,& ſic in conſcientia teneatur eos reſtituere ante omnē declarationē,& ſine poteſtate componendi ſe per bullā cruciatæ, teneaturque illos dare pauperibus,vel fabricæ Eccleſiæ,hæc inquā omnia ſunt † pœnæ latæ à Trident. cū iure naturali ad hoc nō ſit obligatus Parrochus abſēs vt ſuprà probaui, ergo validè in hoc

hoc diſpenſat, etiãſi nullã habeat cauſam ad diſpenſandum, & quidem hæc omnia relata pœnas eſſe de nouo impoſitas à Concilio Tridentino conſtabit ipſum legenti, §. *ſi quis*
16 *autem*, hoc idem monſtratur, quia † Pius V. iuxta Concilium Lateranenſe, ſtatuit quod Beneficiarius non recitans Officium Diuinum fructus non faciat ſuos, & eos in conſcientia teneatur reſtituere, quam pœnam poſſe à Papa valide relaxari, etiam ſine cauſa indubitatum eſt, apud antiquos & modernos Canoniſtas, & ſequuntur plures Theologi, vt ſuprà dixi, ergo pari modo in ſimili pœna ſtatuta pro non reſidentibus Paſtoribus.

RESOLVTIO XV.

Vtrum Epiſcopus ex iuſta cauſa non reſidens gaudeat alternatiua?

SVMMARIVM.

1. *Vtrum Epiſcopus non reſidens per trimeſtre à Concil. conceſſum, gaudeat alternatiua.*
2. *An vt gaudeant alternatiua Epiſcopi debeant verè & perſonaliter reſidere in ſuis Diœceſibus & Eccleſiis.*
3. *Multorum DD. ſententia.*
4. *Quid dictio verè requirat.*
5. *Alternatiua forma dicitur vera & perſonalis reſidentia.*
6. *An Epiſcopi abſentes alia ex cauſis enumeratis à Concilio, debeant gaudere alternatiua.*
7. *Contraria ſententia affertur & verior.*
8. *Quo tempore gaudere debeant Epiſcopi alternatiua.*
9. *Sub diuerſis Pontificibus diuerſa fuit alternatiua.*
10. *Reſidentiam diuerſi Pontifices diuerſimodè intellexere.*
11. *Alternatiua cum ſit gratia, Pontifex pro libito poteſt addere & explicare conditiones ſub quibus illam facit.*

1 DVBIVM decimum-quintum vtrum † Epiſcopus non reſidens per trimeſtre à Concilio conceſſum, vel alias ex iuſtis cauſis, quas idem Concilium approbat v. g. propter aſſiſtentiam in Concilio generali, vel euidentem totius Eccleſiæ, vel reipublicæ vtilitatem, quam approbat ſua licentia ſummus Pontifex, gaudeat alternatiua? de materia huius dubij latè tractant Garzia, *de Beneficiis, part. 5. c. 1. à n. 461.* Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi, alleg. 53. à n. 35.* Gonzalez, *ad regulam 8. cancellariæ gloſ. 43. à n. 84.* Caſtro Palao, *tom. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 13. §. 2.* & quidem hodie iuxta verba *regul. 8.* quæ conſeruatur à tempore Sixti V. Pontificis, qui ad alias regulas alternatiuæ Pij V. & Gregorij XIII. addidit illa verba, *vt † gaudeant* 2 *alternatiua debent Epiſcopi eſſe reſidentes verè ac perſonaliter in ſuis Diœceſibus aut Eccleſiis,* quare Barboſa, *in collectaneis ad Concilium, ſeſſio. 6. cap. 1. num. 7.* ſic loquitur. *Epiſcopum non reſidentem in ſua Diœceſi alternatiua non gaudeat*, referunt deciſum † Galet. *in mar-* 3 *garita caſuum conſcientiæ verbo Epiſcopus.* Stephan. Gratian. *diſceptatio foreuſ. c. 156.* Aloyſius Riccius, *in praxi, deciſion. 540. alias 462.* Gonzalez, *ad regulam 8. cancellariæ, gloſſa 43. num. 84. etiam ſi abſit ex cauſa à Concilio approbata vel alias pro exercitio ſui officij prout Sanctiſſimum.* Reſpondiſſe referunt Garzia, *p. 5. cap. 1. num. 463.* Ioannes Antonius Molobri, *in praxi habenti cucurſum præludio 23. dubio 3. in vltima impreſſione, ego ipſe allegat. 33. num. 35. & tract. de Canonic. 14. n. 23. quia † particula verè quæ ad præſens reperitur* 4 *in modernis regulis cancel. veram requirit præciſam reſidentiam, vt docent* Garzia, *num. 467.* Moneta, *de optione canonica cap. 3. nu. 79. ego ipſe dicto cap. 14. num. 23.* Hactenus ille, quibus addo ego Caſtro Palao, *vbi ſuprà, nu. 2.* Rotæ deciſionem pro maiori parte Dominorum, *in vna Segonienſ. Beneficij 26. Martij 1604. & aliam eluens Beneficij, coram Card. Bonon. poſt Orig. 15. die 30. Martij anno 1602. num. 2. vbi † alternatiua forma dicitur vera &* 5 *perſonalis reſidentia; vnde excluditur reſidentia ficta fictione iuris, quod verum eſt iuxta regulam Sixti V. nam iuxta Bullam & Regulam alternatiuæ Pij V. ſic loquitur Cardinalis Bellarminus in obſeruationibus doctrinæ, capit. 1. ſeſſ. 23. littera E.*

Sed quæritur † an Epiſcopi abſentes, alia ex 6 *iſtis cauſis innumeratis à Concilio, debeant interim gaudere alternatiua, de iure videtur, quod ſic: quia dicuntur legitimè vt per Concilium, hîc tamen verba Concilij diſponunt, quod debeat eſſe præſens in Diœceſi. † Contrarium* 7 *videtur verius, & eſt fundata in fauorem reſidentiæ; præſens autem dicitur, qui par eſt ſenſibus corporis, ſecundum gloſſam communiter receptam, in Clementin. Dudum in verbo præſentari, de ſepulturis.* Rochus de Curtis, *de iure patronatus, colum. 3. verſ. 3. quæro, ſed quantum alia Bulla alternatiua ſub Pio V. edita excipit has abſentiæ cauſas fuit in congreg. reſolutum, quod † gaudere debeant alternatiua ſub die 9.* 8 *Iulij 1573. quia abſens ex iuſta cauſa non videtur abeſſe cap. ex parte, el. 2. de Clericis non reſidentibus & alternatiua ſunt Epiſcopis odioſa, cum ipſi habeant intentionem fundatam in iure communi.* Staphil. *de grat. expectat. nu. 27. fol. 5.* Hactenus ibi.

Nec mirum, cuique videri debet, quod † ſub diuerſis Pontificibus diuerſa fuerit al-

ternatiua, etſi enim gratiam alternatiuæ, qua duos menſes ex octo, quos ſibi reſeruauit Pontifex Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis concedat, vt poſſint ſi reſederint in illis Beneficia vacantia, quæ alias non fuerint affecta, & reſeruata Sedi Apoſtolicæ ad libitum prouidere; tamen illam condi-
10 tionem ſcilicet † reſidentiam diuerſi Pontifices diuerſo modo intellexere, & explicarũt Greg. enim XIII. in ſua regula addidit verbum, *perſonaliter*, Pius V. in ſua poſuit, *ſi reſederint iuxta diſpoſitionem Cócilij Tridentini*, quæ verba patiuntur interpretationem de reſidentia perſonali, per fictionem iuris, qua, quis perſonaliter dicitur adeſſe quando parum abeſt; vt explicuit Tridentin. *ſeſſ.* 23. *c.* 1. At Sixtus V. in ſua regula ad ly *perſonaliter* addidit *verè*, excluſit reſidentiam fictam fictione iuris, ex quacunque cauſa quamuis licita, ex illa proueniat, cum
11 enim † hæc alternatiua gratia ſit, Pontifex pro libito poteſt, addere & explicare conditiones ſub quibus illam facit, & ſic quali͏bet gratiæ conſequendæ conditione deficiente gratia non ſubſiſtit.

AMPLIATIONES Regulæ Sixtinæ.

Sed huius alternatiuæ regulam Sixtinam, quam hodie in praxi obſeruat Cancellaria Pontificia; aliquibus ampliationibus, & limitationibus, claritatis gratia enucleabimus.

SVBRESOLVT. I.

Non datur paruitas materiæ in diſtantia à Diœceſi.

SVMMARIVM.

1. *Etiamſi Epiſcopus parum diſtet à ſua diœceſi, an detur paruitas materiæ & numero* 2.
3. *An Ly* apud ſuas diœceſes, *idem ſit quod* intra illas.
4. *An aduerbium* verè *intra diœceſim exiſtentiam explicet.*

1 AMPLIATVR primò, etiamſi † Epiſcopus parum diſtet à ſua diœceſi, ita quod in hoc non detur paruitas materiæ, taliter quod etiamſi per centum & minus paſſus ſit diſtans à ſuo territorio, non gaudeat alternatiua, ita Garzia *vbi ſupra num.* 446. Barboſa *alleg. cit. num.* 54. Palao §. 2. *n.* 2. Gonzalez. *gloſſ.* 43. *à num.* 11. & ſic deciſum eſt in Rota *anno* 1604. *die* 26. *Martij in cauſa beneficij Segob.* quod Illuſtriſſimus D. Maximilianus de Auſtria *anno* 1603. prouidet ab- 2
ſens à ſua Diœceſi ſolum per quatuor milliaria, & idem eſſet ſi ſolum per viginti paſſus iuxta regulam Sixtinam, quæ requirit *verè* & *perſonaliter reſidere* in ſua Diœceſi; & ly *vere* omnem omnino fictionem iuris excludit, cum includat veram exiſtentiam in ſua Diœceſi & pedum in ipſam realem poſſeſſionem, quam excludit quæcunque minima diſtantia, vnde † ly *apud ſuas Diœce-* 3
ſes, idem eſt, quod *intra illas*, quamuis enim, *apud*, in iure idem ſit, quod *prope lege is apud quem. D. de acquir. hæreditat.* & *leg.* 11. *apud quem D. de verbor. ſignif.* & alijs iuribus apud Barboſam *de dictionibus dict.* 40. *num.* 2. tamen vt notant Palao, & Gonzalez *n.* 44. in præſenti denotat idem, quod neceſſario eſt dicendum propter aduerbium *vere*, † quod exiſtentiam intra Diœ- 4
ceſim explicat, nam *ab eo, quod res eſt, vel non eſt propoſitio, & locutio redditur vera, vel falſa*, & veritas omnem fictionem excludit, & includit proprietatem. Legantur Gonzalez *gloſſa* 15. *num.* 15. Farinacius *in praxi part.* 4. *conſil.* 76. *num.* 8.

SVBRESOLVT. II.

Vtrum ſi Epiſcopus abſens ſit timore mortis non gaudet alternatiua?

SVMMARIVM.

1. *Etiamſi Epiſcopus abſens ſit timore mortis cadente in conſtantem virum, vtrum gaudeat alternatiua.*
2. *Licet Epiſcopus violenter detineatur, ne ſuum ingrediatur territorium, an in alieno gaudere poſſit alternatiua.*
3. *Gonzalez ſententia.*
4. *Ratio difficultatis expenditur.*
5. *Pontifex ſolum excludit à priuilegio alternatiuæ Epiſcopos, qui voluntariè abſunt.*
6. *Qui violentia excluditur à ſua Diœceſi, & abſque voluntate id faciat, an debeat priuari ab alternatiua priuilegio.*
7. *Qui conditionem ponere incipit, & habet temporis tractum, an impediatur violenter, quod gaudeat alternatiuæ priuilegio, & n.* 8.
9. *Si quis ob delictum confugiat ad Eccleſiam, an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.*
10. *Epiſcopus expulſus per violentiam, aut per eandem detentus ingredi ſuam Diœceſim eſt affectus pro ipſa reſidentia.*
11. *Suarezij ſententia.*
12. *Si Epiſcopus reſidens in ſua Eccleſia capitur à Turcis, Pyratis, & violenter ducatur*

ducatur in captiuitatem, an gaudeat alternatiua.

1 AMpliatur ſecundò † etiamſi Epiſcopus abſens ſit timore mortis cadente in conſtantem virum, vel quia violentia potentis impeditur ingreſſum, aut violentia excludatur à Regno, & ſua Eccleſia cuius immunitatem defendit Ita Palao *n.* 3. quia (inquit) negari non poteſt te in ſupradicto caſu *verè & perſonaliter* à tua Diœceſi abeſſe; ergo in ſupradicto caſu ceſſat conceſſio alternatiua, nam eſto tibi impoſſibile ſit, *vere & perſonaliter* reſidere, illud ſufficit, quominus alternatiuam ſub conditione perſonalis reſidentiæ conceſſam non
2 habeas. Secundò, quia licet † Epiſcopus violenter detineatur, ne ſuum ingrediatur territorium, in alieno nequit niſi ex priuilegio dato. *Clem.* 1. *de foro competent.* iuriſdictionem contentioſam ex iure, eum ergo nullibi habeatur quod inuoluntariè non reſidens gaudeat alternatiua, fit quod in illo caſu gaudere illam non poſſit.

3 Sed Gonzalez, *gloſſa* 43. *n.* 200. *ad præfatam regulam* 8. contrarium tenet, quod in his caſibus gaudet priuilegio alternatiuæ; quod & ego verius exiſtimo, quãdo extrinſeca violentia per detentionem iniuſtam, qui vel detinetur ne diœceſim ingrediatur,
4 vel iniuſtè cogitur, vt egrediatur; † ratiu eſt, quia quando violentia extrinſeca coactus Epiſcopus detinetur ingredi, aut cogitur egredi, nulla data occaſione irrationabili ab ipſo, ſed vel ob defenſionem Eccleſiæ, vel iuſtitiæ, aut miſerabilium perſonarum, ad quam tenetur ex vi reſidentiæ in officio ſuo, quantum eſt ex ſe, *vere & perſonaliter* reſidet, quamuis iniuſtè per violentiam ab exercitio reſidentiæ impeditur in executione à maiore vi & poteſtate, à qua excluditur ipſo renuente, & repugnante; ergo non videtur hoc veniſſe in mentem Pontificis, vt hunc Epiſcopum à reſidentia violenter excluſum, ipſe excludat à gratia alternati-
5 uæ; quare illis verbis Pontifex ſolum excludit ab hoc priuilegio illos, qui voluntariè abſunt, quamuis ex iuſtis cauſis, etiam approbatis à Concilio, & à Papa, quia voluntarius receſſus apponitur verbis regulæ, quandiu apud Eccleſias ſuas vel Diœceſes
6 *vere & perſonaliter* reſederint; † qui enim violentia extrinſeca excluditur à ſua Diœceſi, abſque voluntate id faciat, & quidem valdè durum eſt velle excludere à priuilegio eum, qui violentia extrinſeca impeditur ponere conditionem, quam ipſe voluntariè vult exercere, vt enim, quis non gaudeat priuilegio conceſſo ſub conditione requiritur, vt voluntariè conditionem non
7 ponat, qui enim † conditionem incepit ponere, & cum habeat temporis tractum, impeditur violenter, mihi videtur omnino dicendum, quod gaudeat priuilegio. Deinde quia vt optimè Bellarminus, Regula iſta facta eſt in fauorem reſidentiæ, ne quis voluntariè abſit à ſuis ouibus, etiam ex cauſa 8
iuſta & rationabili, quando autem, quis violentia extrinſeca abeſt, & eſt excluſus vel detinetur ne adſit, & ſi non reſideat propriè non dicitur ipſe non reſidere.

Totum hoc confirmatur, quia † ſi quis 9
ob delictum confugiat ad Eccleſiam gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, itavt hoc priuilegio tuetur, dum eſt intra Eccleſiam, & eſſe intra illam eſt conditio poſita, vt gaudeat immunitate, taliter, quod ſi voluntariè etiam ob metum cadentem in cõſtantem virum exeat ab Eccleſia poteſt capi, & non gaudet priuilegio, cæterum ſi violentia, vi aut dolo extrahatur per quaſcunque perſonas, & ſi non ſint miniſtri iuſtitiæ gaudet priuilegio immunitatis, vt docent Megala 3. *p. lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *num* 32. Peregrinus *de immunitate Eccleſiæ cap.* 20. *num* 324. Genuenſis *in praxi cap.* 7. *num.* 5. vbi refert *anno* 1598. ſic iudicatum fuiſſe in curia Archiepiſcopali Neapoli, vt refert & ſequitur Diana *p.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 16 ergo pari modo dicendum in priuilegio alternatiuæ conceſſo Epiſcopis *vere & perſonaliter* reſidentibus.

Cuius ratio me quidem iudice videtur manifeſta, quia talis † Epiſcopus expulſus 10
per violentiam, aut per eandem detentus ingredi ſuam diœceſim, eſt affectus pro ipſa reſidentia, quia iniuſtè expoliatur; ergo ad quemcunque tranſierit locum, ſemper habet priuilegia reſidentiæ, ſed reus vi expulſus ab Eccleſia gaudet priuilegio immunitatis. Quare non approbo ſententiam Suarez *tom.* 1. *de Relig. tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 17. † dicentis, quod ſi reus inueniatur à 11
iudice extra Eccleſiam quacumque ratione, etiam per violentiam ſi non dimanet ab ipſo iudice poteſt capi, nec reus gaudet immunitate, hoc mihi non probatur, quia licet iudex non teneatur inquirere cauſam per quam reus inuenitur extra Eccleſiã, & ſic poſſit contra ipſum procedere, tamen eo ipſo, quod ſibi iuridicè conſtet talem reum, per violentiam fuiſſe excluſum tenetur illum reſtituere Eccleſiæ, quia vere gaudet eius immunitate, à quo iniuſtè eſt expoliatus. Vnde † ſi Epiſcopus reſidens in ſua 12
Eccleſia capitur à Turcis, Pyratis, & violenter ducitur in captiuitatem, iſte talis gaudet alternatiua; & ſic reſpondi Romæ interrogatus *anno* 1625.

SVBRE

SVBRESOLVT. III.

Vtrum gaudeat alternatiua ſi ſit in loco exempto intra Diœceſim?

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus gaudeat priuilegio alternatiuæ, etiamſi verè & perſonaliter reſideat in aliquo loco exempto, ſito tamen intra Diœceſim ſuam.*
2. *An homines in iſto loco morantes ſint huius Epiſcopi oues.*
3. *Gonzalez ſententia.*
4. *An Epiſcopus in loco exempto ſuæ Diœceſis verſans, ſit apud Diœceſim ſuam.*
5. *An Epiſcopus habeat iuriſdictionem*, in habitu.
6. *Si Epiſcopus recreationis cauſa vel alio motiuo commoretur in aliquo Monaſterio Regularium exempto, an valeat tunc vti alternatiua.*

1 AMpliatur tertiò, quod † Epiſcopus non gaudeat priuilegio alternatiuæ etiam ſi verè & perſonaliter reſideat in aliquo loco exempto, ſito tamen intra Diœceſim ſuam, ita Garzia, 5. *p. c.* 1. *n.* 704. quem ſequitur Palao, *vbi ſuprà, n.* 10. quia locus iſte cum ſit exemptus eo quod in illo niſi ſpecialibus caſibus à iure ſibi conceſſis nullam iuriſdictionem valeat Ordinarius nullum exercitium reſidentiæ Paſtoris in ſuas oues, quas ligare, aut ſoluere poteſt intra illum locum exiſtens, quare idem eſt in illo loco exiſtere ac extra Diœceſim, vt latè Ludouicus Gomez, *in §. ſtatuto c.* 2. *de conſtit. in* 6. ex Felino *in cap. graue, n.* 2. *de Officio Ordinarij*, homines
2 enim † illo in loco morantes oues non ſunt huius Epiſcopi, atque ita reſidentia Epiſcopi in loco exempto ſuæ Diœceſis non eſt quæ expoſtuletur in alternatiua cum ibi Epiſcopus reſideat corpore, nón iuriſdictione, niſi forſan tunc occurrat occaſio exercendi vires ſuæ iuriſdictionis in caſu à iure ſibi conceſſo.

3 Cæterum Gonzalez, † vir peritiſſimus in hoc genere intelligentiæ regularum Cãcellariæ, quas ſingulari eruditione & ferè omnium applauſu eſt commentatus. *Regula* 8. *gloſ.* 43. *qu.* 7. *n.* 187. contrarium tenet, quod mihi verius & conformius Pontificum intentioni videtur, & & hoc diſcurſu, primo quia ad hoc vt Epiſcopus gaudeat alternatiua ſolum exigitur, in regula quod *apud Eccleſias & Diœceſes ſuas verè & perſonaliter*
4 *reſideat*; ſed, qui eſt † in loco exempto ſuæ Diœceſis eſt apud Diœceſim ſuam, ergo apud illam reſidet formaliter quantum ad effectum alternatiuæ, probatur minor, quia locus exemptus, pertinet ad Diœceſim, *cap. cum Epiſcopus de officio Ordin. in* 6. *& Clem. II. de priuilegiis*, vnde Epiſcopus in his locis exemptis ſuæ Diœceſis pluribus in caſibus exercet iuriſdictionem, *c.* 1. *de priuilegiis in* 6. Trident. *ſeſſ.* 7. *c.* 8. *& ſeſſ.* 21. *c.* 8 & alibi; quare antequam ſuccedant iſti caſus † Epiſcopus habet iuriſdictionem *in habitu*, & ſic 5
non ſolum ibi reſidet materialiter, & hoc aliter, ſed aliquid amplius habet ratione cuius reſidet formaliter, cum enim reſidentia expoſtulata ad alternatiuam odioſa ſit, vt notat Bellarminus, *vbi ſuprà*, cum ſit grauamen à iure communi alienum, & ita qualiſcumque vera & perſonalis reſidentia ſufficit, & quis dicat quod ſi Epiſcopus recreationis cauſa vel alio motiuo commoretur in 6
aliquo Monaſterio Regularium exempto non valeat tunc vti alternatiua, & quod beneficium ibi ab eo prouiſum, poſſit impetrari, quare fundamenta Palao ex dictis ruunt.

SVBRESOLVT. IV.

Vtrum gaudeat ſi ſit diſpenſatus in reſidentia?

SVMMARIVM.

1. *Si Epiſcopus ſit diſpenſatus in reſidentia an gaudeat alternatiua priuilegio.*
2. *Clemens VIII. noluit concedere cuidam Epiſcopo exercenti officium Inquiſitoris generalis in curia Regis Catholici, & non reſidenti, quod etſi fructus faceret ſuos, poſſet gaudere alternatiua beneficio.*
3. *Acceptatio alternatiuæ facta ex vi regulæ habet vim cuiuſdam contractus nominati permutationis, & n.* 4.
5. *Quandonam Epiſcopus illa permutatione, & alternatiua priuilegio non gaudeat.*
6. *An Epiſcopi qui abſunt ex cauſis à Concil. approbatis gaudeant alternatiua.*

AMpliatur quartò, † etiãſi Epiſcopus ſit 1
diſpenſatus in reſidentia & quod non reſidens, *perſonaliter & verè*, faciat fructus ſuos ſi expreſsè in diſpenſatione non dicatur gaudere alternatiua, illa non gaudet, quamuis fungatur munere Inquiſitoris generalis, aut Præſidis conſilij, alterius Regij & non ſit alius qui poſſit tale munus & officium exercere, ita omnes citati, ſic aiunt Maſibrius, *in praxi habendi concurſum, prælud.* 23. *dubit.* 3. Garzia, *part.* 5. *c.* 1. *n.* 463. Barboſa, *alleg.* 53. *num.* 35. declaraſſe Sanctiſſimum & Gonzalez, *gloſ.* 43. *n.* 84. refert † Clem. VIII. 2
noluiſſe concedere cuidam Epiſcopo exercenti officium Inquiſitoris generalis in curia Regis Catholici & non reſidenti, quod etſi fructus faceret ſuos, poſſet gaudere beneficio alternatiuæ, quo non gaudere Epiſcopum

copum Inquiſitorem generalem tenuit Rota apud Farinacium. *in poſtrem. dec. 64. coram Cardinali Bonon. num. 3. & 4.*

3 Ratio eſt, quia † acceptatio alternatiuæ facta in vi regulæ habet vim contractus nominati permutationis, in qua Papa ex octo menſibus anni quatuor communicat Epiſcopo, iſte vero ex quatuor ſibi communicat duos; fit tamen his contractus ſub ea conditione, quam Papa ponit, vt alliciat ad reſidentiam, & Epiſcopus acceptat ſi *vere*

4 *& perſonaliter* reſederit, ergo iſta conditione non poſita ex voluntate, quamuis ſancta & honeſta non adimpletus eſt contractus & ita Epiſcopus illa permutatione ex voluntate, quamuis ſancta & honeſta non ad

5 impletus eſt contractus, † & ita Epiſcopus illa permutatione & alternatiuæ priuilegio nō valet gaudere, vnde illa nō gaudet, etiāſi non reſideat quia vocatus vadit ad Concilium ſiue generale, ſiue prouinciale ſit, ſiue ſpeciali priuilegio, quod id concedat ſicut conceſſit Paulus I V. Epiſcopis intereſſentibus Concilio Tridentino, vt refert Garzia *vbi ſupra num.* 467. quia voluntarie *vere & perſonaliter* non reſident; quam conditionem poſuit Pontifex in præfato loco, contra permutationes vt duos menſes vltra quatuor qui competebant Epiſcopis conceſſit, verum eſt quod adeſt ſufficiens cau-

6 ſa & rationabile motiuum † vt illi qui abſunt cauſis à Concilio approbatis gaudeant alternatiua ex ſpeciali indulto, & priuilegio.

LIMITATIONES eiuſdem Regulæ.

SVBRESOLVT. V.

Gaudent Eminentiſſ. Cardinales ex priuileg o.

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopi Cardinales ex Priuilegio Pontificis gaudeant alternatiua.*

1 LIMITATVR primò, in Epiſcopis Cardinalibus, iſti enim ex priuilegio Pontificis non habent alternatiuam, ſed omnes menſes habent ſuos ad prouidendum omnia Beneficia vacantia non reſeruata ſummo Paſtori ſpeciali reſeruatione vt latè & doctè diſcutit Garzia *vbi ſupra ex num. 54. & ſeqq.* Et quantum ad hanc regulam de alternatiua & ſimiles verum eſt illis non ligari Eminentiſſ. Card. vt tradunt Barboſa *de Cardinal. quæſt.* 6. Azor *part. 1. lib. 5. c. 11. q. 5.* Puteus. *l. 1. deciſ. 95. n. 1.* & alij.

SVBRESOLVT. VI.

Vtrum non teneat Regula in duobus menſibus fixis.

SVMMARIVM.

1. *An in duobus menſibus fixis Iunio & Decembri non teneat regula.*
2. *An alternatiua remoueat obſtaculum reſeruationis Pontificiæ, & n. 5.*
3. *Quandonam Ordinarius non cogatur vti priuilegio alternatiuæ.*
4. *Quæ ſententia in fauorem DD. Epiſcoporum afferatur.*
6. *An ſi attendantur duo menſes fixi aliàs competentes iure ordinario in illis alternatiua non ſit remotio obſtaculi per ſe & ex vi priuilegij.*
7. *An in alternatiua ſit quidam contractus permutationis ſub conditione, ſi Epiſcopus reſideat, quam ponit Pontifex.*
8. *An ſint alij menſes qui non maneant affecti reſeruationi.*
9. *Propter quod tota alternatiua dicatur remotio obſtaculi, & permutatio.*
10. *An ex vi permutationis contractus ſub conditione reſidentiæ, ſibi Papa reſeruauit ſex menſes, ſi Epiſcopus non reſideat.*
11. *An poſt acceptationem alternatiuæ menſes ſuos Martium & Septembrem ita acceptauit Pont. quod Epiſcopus, ſiue reſideat, ſiue non in illis beneficia vacantia prouidere nequit, & n. 12.*

LImitatur ſecundò, in duobus menſibus Iunio & Decembri qui dicuntur fixi qui & ſi ponantur in ſex menſibus, in quibus per Alternatiuam poteſt Epiſcopus prouidere Beneficia, tamen illi competebant iure ordinario ſecundū quod nō erāt reſeruati Pontifici, & ſic Epiſcopus quamuis non reſideat poteſt prouidere beneficia in illis vacantia; & ſi enim in alternatiua ponantur eſt per accidens & gratia ſolum demonſtrationis non nouæ cōceſſionis, primò quia † alternatiua remouet obſtaculū reſeruationis Pontificiæ Caſſiadorus, *deciſ.* 8. *n.* 6. & 10. & multis citatis probat Gonzal. *gloſſ.* 41. *à num.* 13. atqui iſti duo menſes fixi nunquam fuerunt reſeruati à Papa, ergo facultas qnam habeat Ordinarius, ad prouidendum in illis beneficia vacantia ablata non fuit per alternatiuam, nec † Ordinarius cogitur in illis vti priuilegio alternatiuæ, ſed poteſt vti poteſtate ordinaria; ſed ex octo mēſibus ſibi cōpetentibus, quatuor ſibi retinuit, videlicet Ianuarium, Maium, Iulium, Nouembrem, qui ſunt fixi vſu Papæ, quos nunquam Epiſcopis communicauit,

cauit etiam in alternatiua,quid ergo mirum ſi duo mēſes Iunius, & December reſeruētur Epiſcopis reſpectu quorum ſunt fixi abſque reſidentiæ obligatione, ita tenent Garcia, *vbi ſupra cap. 1. num.* 506. dicens ſic ſeruari in praxi, Palao §. 1. *n.* 3. *&* 4. Maſobrius, *in praxi habendi concurſ. præludio* 23. *dub.* 2. *à num.* 5. Barboſa *allegat.* 53. *num.* 44.

Verum enim vero, etſi ſententia hæc
4 valdè ſit probabilis, & † in fauorem D. D. Epiſcoporum inuenta, & communiter recepta à Modernis, tamen nondum eſt expreſſa à ſacra Romana Rota, ſed ſub dubio reliquit, vt conſtat ex graui illa deciſione, quam affert Barboſa *vbi ſupra, coram Martino Andrea Papien. Beneficij, die* 10. *Aprilis* 1617. *num.* 51. & contrariam ſententiam ſequitur & probat latè Gonzalez *Regula* 8. *gloſſa* 43. *n.* 121. cuius fundamentum ſatis
5 eſt efficax, quia † licet alternatiua ſit remotio obſtaculi reſeruationis Pontificiæ, quæ ſemper eſt inhærens quatuor mēſibus, quos ex ſuis dat Pontifex Epiſcopis, in quibus propter priuilegium alternatiuæ non exercet vires ſuas, ſed Epiſcopis eſt libera facultas prouidendi Beneficia in illis vacantia, ſi tamen reſideant apud Diœceſes ſuas.
6 Et ſic † ſi ex iſto cap. attendantur iſti duo menſes fixi cum alias competant iure ordinario in illis per ſe alternatiua non ſit remotio obſtaculi per ſe, & ex vi priuilegij, quod enim quis habet à iure communi ad illud per ſe non indiget priuilegio; cæte-
7 rum quatenus † in alternatiua eſt quidam contractus permutationis ſub conditione, ſi Epiſcopus reſideat, quam ponit Pontifex, & iſte ex parte ſua ponit quatuor menſes ex ſuis deſumens, ex parte Epiſcopi duos, & iſte ponit duos ex ſuis quos ex vi contractus ſubiicit, conditioni poſitæ in contractu, & ita ſi conditio non ponatur, ex vi permutationis in alternatiua poſitæ, quem contractus iuridicè acceptauit, affecit ſuos menſes fixos conditioni præfatæ, & poſitæ in contractu à quo nequit teſilire, nec vti poteſtate ordinaria, quam habebat reſpectu menſium fixorum, quin potius ex vi contractus renunciauit vſui legitimo talis poteſtatis, & manent
8 affecti reſidentiæ, ſicut † & alij, quamuis per ſe non maneant affecti reſeruationi, ſed ratione conuentionis cum aliis quatuor Pontificis, & ſic in omnibus ſex menſibus alternatiua eſt remotio obſtaculi reſeruationis.

9 Vt optimè Puteus *deciſ.* 507. *num.* 1. *lib.* 2. *alias* 495. *in nouiſ* & egregiè Rota, *vbi ſupra num.* 59. quia licet Epiſcopus dimittat Papæ duos menſes, & retineat duos ex ſuis, attamen recipit quatuor ex Apoſtolicis, & ſic propter illum maiorem numerum, † tota alternatiua dicitur remotio obſtaculi & permutatio, argum. *tex. in leg. quaritur. D. de ſtatu hominum & in cap. quod in duobus, de conſecratio. Eccleſia, vel altaris*, ſic tradunt Butrius, Abbas, & alij, *cap quæſtiones de rerum permutatio.* Couarr. *lib.* 2. *variar. c.* 4. *num.* 9. licet reſpectu duorum menſium fixorum ſit per accidens remotio obſtaculi, eſt tamen per ſe permutatio † ex vi cuius per- 10
mutatiui contractus ſub conditione reſidētiæ ſibi Papa reſeruauit ſex menſes, ſi Epiſcopus non reſideat, hoc enim ius reſpectu duorum menſium fixorum acquiſiuit Pontifex ex vi contractus permutationis ſuóque iuri renunciauit Epiſcopus, eo ipſo, quod acceptauit alternatiuam, ſi non reſideat, & ita in hoc contractu menſes ſuos fixos affectos fecit præfatæ reſidentiæ; quare ſicut † poſt acceptationem alternatiuæ 11
menſes ſuos Martium & Septembrem, ita acceptauit Pontifex, quod Epiſcopus ſiue reſideat ſiue non reſideat in illis beneficia vacantia prouidere nequit, non enim eſt in poteſtate Epiſcopi alternatiuam acceptatam dimittere, vt latè Puteus *deciſ.* 88. *n.* 1. 12
lib. 3. ita in menſibus fixis, poſt acceptatam alternatiuam, ſi non reſideat nequit prouidere, quia omnes ſex menſes ſibi ex alternatiua competentes ſubiecit reſidentiæ, *cum Regula* 8. *in* 2. *p.* omnibus his ſex menſibus eiſdem verbis impoſuit Epiſcopis conditionem reſidendi.

SVBRESOLVT. VII.

Quantum temporis abſentiæ requirat alternatiua.

SVMMARIVM.

1. *Quam reſidentiam exigat alternatiua.*
2. *An vſus alternatiuæ priuilegio conceſſus ad diem & horam reſidentiæ referendus ſit?*
3. *Rota ſententia adducitur, & n.* 4. *&* 5.
6. *An præſentia Epiſcopi per menſem integram ſufficiat ad effectum, vt gaudeat alternatiua.*
7. *An Epiſcopi animus non poſſit cognoſci, quod ſit inſcrutabilis.*
8. *An ad hoc vt Epiſcopus reſidens per horam vel diem prouidere poſſit beneficia ex vi alternatiuæ, debeat habere animum ibi permanendi & reſidendi.*
9. *An ſi Epiſcopus in fraudem alternatiuæ & vt oſtendat ſe velle permanere, exerceat munia Epiſcopalia in diœceſi, & habet vno vel altero die ante finem menſis diſcedere à diœceſi, an gaudeat alternatiua.*
10. *Auctoris mens remiſſiuè.*

Limitatur

1 LImitatur tertiò, quod † reſidentia, quã
exigit alternatiua non requiritur ſit
menſtrua hoc eſt per integrum menſem,
ita quod Epiſcopus reſidens vltimo die Fe-
bruarij etſi reliquis diebus fuerit abſens
poterit prouidere beneficium vacans illo
die; imo ſi reſederit per vnam horam quia
2 † vſus alternatiuæ priuilegio conceſſus ad
diem & horam reſidentiæ referendus eſt;
alias ſi requiritur reſidentia menſtrua ſe-
queretur, quod ſi primo die februarij va-
carit beneficium ſequeretur, quod Epiſco-
pus non poſſet beneficium prouidere vſ-
que ad reſidentiam menſtruam, quod eſt
abſurdum, ita Gonzalez *gloſſa 43. quæſt. 5.
num. 41.* Garcia *num. 695.* Palao §. 2. *nume-
ro 6.* excipitur tamen menſis Septembris,
qui iuxta alternatiuam integraliter eſt ſer-
uatus, ſic Rota *in vna fauentina Canonica-
tus 16. Decembris* 1585. vt notat benè Palao
iuxta ſuam ſententiam.

Sed quamuis hoc commune ſit placi-
3 tum horum D.D. placuit † hîc adducere
doctrinam Rotæ *in vna Elicea. Beneſ. ſanct.
Saluatoris coram Cardin. Bononi.* 30. *Octobris*
1602. *apud Farinacium p. 3. deciſ* 64. in qua
ſub n. 5. ſic loquuntur Domini, *quod autem
Epiſcopus non reſederit, licet de tempore vaca-
4 tionis fuerit præſens, patet quia propter offi-
cium ſummi Inquiſitoris quo fungebatur in ci-
uitate Vlixbon. vbi continuè permanebat, licet
aliquando, & certis temporibus viſitaret Ec-
cleſiam Eluenenſ. vbi per aliquos dies moraba-
tur exercēdo munia Epiſcopalia, prout contin-
git de tempore vacationis, vnde ex hac mora,
quã fecit in ciuitate Eluenenſ. animo reuerten-
di prout reuerſus fuit ad ciuitatem vlixbonẽſ.
non potuit prò reſidente haberi, leg. 1. §. habita-
re D. de his qui de iur. vel effud. leg. poſtli-
minij §. captiuus. D. de captiuis, & poſtli.
& fuit in hac cauſa dictum* 22. *Martij* 1599.
*ex traditis per Archidiacon. in cap. licet canon.
num. 5. de elect. in 6. & per Corn. conſ. 244 nu-
mero 18 & 19. lib. 2.*

5 Facit quia cum non diceretur diſceſſiſſe
à ciuitate Vlixbon. à qua non receſſerat
animo reuertendi, *leg. quis ſit fugitiuus D.
de D. de Ædil. edict. §. in his autẽ animalibus,
inſtitutio. de rerum diuiſione*, & ita adhuc in
dicta ciuitate diceretur reſidere, Ioannes
Andreas *vbi ſupra*, Cardinalis *Clement. 1.
quæſtio. 12. de foro competenti*, non potuit
eodem tempore haberi pro præſente in ci-
uitate Eluen. *gloſſa, & DD. in cap. non po-
teſt de præbendis, in 6.* cum aliis allegatis
per Ripam *reſponſione 14. num. 32. titu. de
legibus, & conſuetudi.*

*Non obſtat deciſio in cauſa Fauent. Canon.
coram Illuſtriſsimo Cardinali Blanquetto,
6 quia illi reſpondetur in deciſione D. Moi
Mellini, verum eſſe † ſufficere præſentiam
Epiſcopi per menſem integrum, ad effectum
vt gaudeat alternatiua, ſed debere intelligi,
de tali præſentia, quæ ſit cum animo ibi per-
manendi, quia non dicitur, quis eſſe vbi eſt
corpore, ſi mente & animo abſit, leg. poſtliminij,
citata cum aliis adductis, ad id quod dicitur
† animum Epiſcopi non poſſe cognoſci cum ſit 7
inſcrutabilis reſpondetur, quod imo ſatis in
caſu noſtro declaratur, ex præcedentibus, &
ſubſequentibus, leg. ſed & Iulianus, §. proin-
de D. ad Macedon. leg. ſi ſeruus plurium §. fi-
nali. D de legatis* 1. Aymo. *Conſil.* 20 *n.* 7.

Ex qua deciſione clarè conſtat. Primò
ad hoc quod † Epiſcopus reſidens per ho- 8
ram, vel diem poſſit prouidere beneficia
ex vi alternatiuæ debere habere animum
ibi permanendi, & reſidendi aliàs in con-
ſcientia non poteſt prouidere beneficium
vacans, & in foro externo ſi probetur non
habuiſſe animum, prouiſus priuabitur be-
neficio.

Conſtat ſecundo, quod † ſi Epiſcopus in 9
in fraudem alternatiuæ, & vt oſtendat ſe
velle permanere, exercet munia Epiſco-
palia in Diœceſi, habet tamen vno vel
altero die ante finem menſis diſcedere à
Diœceſi non gauderet alternatiua, quia
fraus nulli patrocinari debet, de vſu al-
ternatiuæ plura alia hîc adduci poſſunt;
ſed ne metas noſtri inſtituti tranſilire vi-
deamur legantur Garcia, Gonzalez, Bar-
boſa & Palao, qui omnia diſcutiunt, quam-
uis non omnibus, quæ ipſi docent; ego † 10
aſſentiam, vt monſtro in tractatu meo de
beneficiis, quem Deo dante typis dabo,
interim vero ad alia tranſeamus dubia non
iniucunda.

RESOLVTIO XVI.

Vtrum Parrochus teneatur Sacrificium offerre pro ouibus ſuis?

SVMMARIVM.

1. *Vtrum Parrochus ratione reſidentiæ teneatur ſacrificium offerre pro ouibus ſuis.*
2. *Parrochus diebus feſtis debet in propria Eccleſia, & non in alia, quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante, miſſam celebrare.*
3. *Parrochus tenetur miſſam pro populo ſuo applicare & offerre.*
4. *Parrochus bis celebrans eodem die in eadem Parrochia bis tenetur pro populo ſacrificium offerre.*

5. *Parrochus iure decimarum tenetur quotidie celebrare pro Parrochianis ſuis.*
6. *Non obſtante obligatione, qua Parrochus tenetur pro Parrœcia offerre, poteſt particulares pitantias ab aliis Parrochianis vltro oblatis recipere.*
7. *Idem Parrochus ſacrificium poteſt & pro Parracia, & ſimul pro tali Parrochiano facere.*
8. *Sacerdos tenetur pro ſuis Parrochianis à quibus decimas vel ſtipendium ſumit ſacrificium applicare.*
9. *Concilium id eſſe de iure diuino expreſſe dicit. & n. 32.*
10. *Parrochus præcepto diuino tenetur ſacrificium offerre de oblatione ſpeciali, non de communi, ex Conc.*
11. *Hac ſententia validè vrgetur.*
12. *Parrochus tenetur ad applicandum ſacrificium pro ouibus ſuis ex vi officij Paſtoris, & hoc ex iure diuino.*
13. *Nugno ſententia.*
14. *An Parrochi ex vi officij & fructuum quot carpunt in decimis, primitiis & oblationibus fidelium non teneantur offerre ſpecialiter ſacrificium pro ouibus ſuis, & num. 15.*
16. *An Parrocho ex Beneficij Curati vi nulla inſit obligatio applicandi fructum ſacrificij pro ſuis ouibus.*
17. *Hæc ſententia à Suare confirmatur exemplo, & n. 18.*
19. *An ratione decimarum aut fructuum ſui beneficij non teneatur Parrochus miſſas nec omnes, nec aliquas illarum quas celebrat offerre pro ſuis ouibus.*
20. *An Parrochus ratione inſtitutionis primariæ ſui beneficij non teneatur ad offerendum vnquam pro ſubditis.*
21. *Corduba ſententia.*
22. *Item Diana, Turriani & Ludouici à Cruce & aliorum opiniones afferuntur, & n. 23. 24. 25. & n. 26.*
27. *An fructus non dentur niſi ratione totius officij paſtoralis.*
28. *Hieronymi Garçia mens.*
29. *An nec Epiſcopus pro Epiſcopatu ſuo, nec Papa pro vniuerſa Eccleſia teneantur applicare Miſſæ ſacrificinm.*
30. *Parrochi an teneantur ſacrificium quando celebrant pro ouibus ſuis applicare.*
31. *Quæ obligatio oriatur ex ſtatuto imperante facto ab Epiſcopo.*
33. *Parrochi tenentur aliquas miſſas offerre pro populo, ex Franciſco de Amicis.*
34. *Omnis Pontifex ex omnibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.*
35. *An Paſtores animarum teneantur ſpecialem memoriam ſaltem virtualem habere in ſacrificiis, an non obligentur.*
36. *Quæ obligatio oriatur ex conſuetudine.*
37. *Ratio difficultatis affertur, & n. 38.*

DVBIVM decimum-ſextum vtrum 1
Parrochus ratione reſidentiæ teneatur ſacrificium offerre pro ouibus ſuis, ita vt non poſſit eleemoſynam ab aliis accipere? ſatis vtile, & pernéceſſarium dubium pro praxi Parrochorum, quod valde controuerſum in hac ciuitate Hiſpalenſi fuit annis præteritis, & quidem Concilium Trident. *ſeſſ. 23. c. 1.* ſatis clarè videtur hoc dubium determinaſſe dicens, *cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt oues ſuas cognoſcere pro his ſacrificium offerre, &c.* quibus accedit declaratio Cardinalium, *in vna Lucana 15. Sept. &*
17. Nou. 1529. in qua habetur, *quod † Parro-* 2
chus diebus feſtis debet in propria Eccleſia & non in alia, quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante, Miſſam celebrare, & eadem Congreg. *in vna Fanenſi. 1. Sept. 1629.* declarat quod, *Parrochi diebus quibus tenentur Miſſam celebrare non poſſ. pro ea manualem eleemoſynam accipere*, ita referunt. Sellius, *in ſelectis Canoni. c. 59. n. 34. & 36.* Gauantus, *ad Rubricas Miſſalis, tom. 1. p. 3. tit. 12. n. 5.* & non ex alio capite id poteſt determinare Sacra
Congregatio, niſi † quia Parrochus tenetur 3
Miſſam pro populo applicare & offerre.
Vnde quoniam † Parrochus bis celebrat eo- 4
dem die in eadem Parrochia propter multitudinem populi & Sacerdotum paucitatem, vt poteſt ex licentia Epiſcopi ſicut declarauit Sacra Congregatio, *die 17. Augaſti. 1627.* teſte Sellio, *vbi ſuprà, num. 37.* bis in eodem die tenetur pro populo Sacrificium offerre.

Et quidem ad hoc teneri Parrochum, tenent Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi alleg. 24. num. 23. in fin. & de poteſtate Parrochi, p. 2. cap. 11. n. 10.* ſequutus Sotum, *in 4. diſt. 13. qu. 2. art. 2. & lib. 9. de iuſtitia q. 3. art. 1. §. nihilominus*, vbi duo dlcit primò, *quod † Parrochus* 5
iure decimarum tenetur quotidie, celebrare pro Parrochianis ſuis, quotidie inquam pro humana fragilitate, nam ſi vno vel altero die non celebret, vel quia non ſe ſentit idoneum, vel animi relaxandi gratia, non ideo conſtituitur in culpa. Hac autem obligatio intelligitur ſi fructus Beneficij Curati ſatis ſunt, ad eius ſuſtentationem, ſin minus pro eorum quantitate iuxta antiſtitis iudicium, ſecundum eſt quod † non ob- 6
ſtante obligatione qua tenetur pro Paracia offerre, poteſt particulares pitantias ab aliis Parracianis vltro oblatis recipere (nam ab aliis peregrinis, & extraneis qui de Paracia non ſunt nequit accipere) dummodo illas non extorqueat,

7 *extorqueat*, † *idemque ſacrificium poteſt & pro Parræcia & ſimul pro tali Parræciano ſacere*, hæc ibi, *in* §. *nihilominus*, cuius contrarium quantum ad ſecundum dictum dicir, *in* 4. *art*. 2. *citato*, §. *quibus autem*, ibi, *tenetur*
8 † *Sacerdos pro ſuis Parræcianis à quibus decimas, vel ſtipendium ſumit applicare, quare tunc non poteſt ſacrificium illud aliis tribuere*, & quidem quod Parrochus teneatur pro Parræcianis ſacrificium offerre ſaltem vno vel altero die eſt communis ſententia, vt fatetur Palao, *infrà*, citandus, *n*. 8. nec videtur cur in
9 dubium verti poſſit, cum id eſſe de *iure diuino*, expreſsè dicat Concilium; nec valet quod dicit Palao, *num* 7. *in fine*, quod ſatis eſt quod Parrochus offerat pro illis ſacrificium, & orationes communes fundendo; quia cum in hac oblatione communi omnes fideles comprehendantur, vt conſtat ex ex *Mementis viuorum, & mortuorum*, & Con-
10 cilium dicat, quod † Parrochus *præcepto diuino*, teneatur ſacrificium offerre de oblatione ſpeciali loquitur, non de communi & generali ad quam etiam tenentur non Parrochi.

Vrgetur valide hæc ſententia ex quadam
11 Cardinalium declaratione Congregat. Rituum facta 13. *Iulij* 1630. *quod quando in fundatione Beneficij ſeu Cappellæ expreſſè cautum ſit*, (nota verbum *expreſſè*) *non teneri celebrantem, ad applicationem ſacrificij, eo caſu poterit celebrans accipere nouum ſtipendium & vnica Miſſa ſatisfacere obligationi Beneficij, aut Cappellæ, & item danti nouum ſtipendium*. Hæc illa apud Gauantum, *vbi ſuprà*. Ex qua
12 manifeſtè colligitur, veriſſimum eſſe † Parrochum teneri ad applicandum ſacrificium pro ouibus ſuis, ex vi officij Paſtoris, & hoc *ex iure diuino*, quia in diebus in quibus tenetur celebrare nequit pitantiam accipere ab alio, proquo offerat idem ſacrificium, vt tenet Nugno 3. *part. q*. 83. *art*. 1. *difficultate* 2. *dub*. 9. *in quadam obiectio. contra* 2. *concluſio*.
13 quare omnino inconſequenter, & ſibi contrarius locutus eſt. Soto, *in dubiis dictis relatis ex lib*. 9.

Sed quamuis hæc ſententia & tuta ſit, & probabilis, vtpotè conformis litteræ Trid. & declarationibus Eminentiſſ. Cardinalium in vtraque Congreg. Concilij & Sacrorum Rituum interpretum, & quam ſemper con-
14 ſulo, nihilominus quod † Parrochi ex vi officij & fructuum, quos carpunt in decimis, primitiis, & oblationibus fidelium non te-
15 nentur offerre ſpecialiter ſacrificium pro ouibus ſuis, niſi ex coſuetudine, vel fundatione, vel Ordinarij lege, aut præcepto ad id aliquibus diebus determinatis obligentur, ita tenet hodie communis recentiorum ſententia, quorum aliqua verba placuit ſubmittere. Caſtro Palao, *tom*. 4. *tract*. 22. *diſput*. *vnica*, *punct*. 13. ibi, *cæterum verius exiſtimo* † *ex Beneficij curati vi nullam Parrocho ineſſe* 16 *obligationem applicandi fructum ſacrificij pro ſuis ouibus. Ratio eſt quia officium Curati eſt paſcere oues verbo, & exemplo, & Sacramentorum adminiſtratione ſacrificiique diſpenſatione, hoc autem fieri poterit, etiamſi fructus ſacrificij ſpecialiter ouibus non applicetur, ſed ſolum ea generali applicatione, qua omnibus fidelibus & præcipuè ſacrificio intereſſentibus applicatur, & ſic intelligendum eſt Trident. & locus Pauli ad Hebræ*. 5. † *confirmat hanc ſen-* 17 *tentiam Suarez exemplo Epiſcopi, & Prælati Regularis quos à ſacrificio pro ſuis ouibus offerendo conſuetudo excuſat, cum veri Parrochi ſint & Epiſcopis reditus abundantiſſimi ſoleant concedi, deinde ſi ob fructus beneficij perceptos, obligatus eſt Beneficiarius ſacrificium* 18 *pro ouibus offerre, partem illius obligationis retineret, ſi beneficium reſignaret reſeruata penſione, cum penſio ſit pars fructuum beneficij, at in Penſionario nullus talem obligationem agnoſcat, quippe, qui nec celebrandi obligationem habent, &c*.

Naldus vir ſatis doctus, *in ſumm. verbo Parrochus, num*. 18. *verior videtur contraria opinio, nempè quod* † *ratione decimarum, aut* 19 *fructuum ſui Beneficij non tenetur Parrochus Miſſas nec omnes neque aliquas illarum, quas celebrat offerre, pro ſuis ouibus, ſed tantum coram populo illas celebrare, quo per ipſum præcepto Eccleſiaſtico ſatisfieri poſſet, & per conſequens poſſe aut à ſuis, aut ab alienis accipere ſtipendia, aut eleemoſynas pro ipſarum applicatione*, & ita ſeruari videmus communi omnium Parrochorum conſuetudine & in hanc ſententiam apertè deſcendit Vaſquez 3. *p. diſp*. 234. *cap*. 6. *verſ*. 5. *vera tamen ſententia eſt*, vbi *num*. 27. ſic loquitur, *eum quibus & ego apertè pronuntio* † *Parrochum ratione inſti-* 20 *tutionis primariæ ſui beneficij non teneri ad offerendum vnquam pro ſubditis, tametſi per ſe aut per alium celebrare debeat, vt populus ſacrificio Miſſæ intereſſe poſſit, quod longè diuerſum eſt, id autem verum exiſtimo quia oppoſitum nulla ratione, aut iure probari poteſt, cumque in nulla totius Eccleſiæ Diœceſi talis ſit conſuetudo fruſtra dicemus, iure ipſo & inſtitutione primaria beneficij ad hoc eos teneri ſtandum igitur eſt* † vt rectè notauit Corduba, *lib*. 1. *q*. 4. 21 *dub*. 5. §. *& quia de Curatis conſuetudine & ſtatutis & legibus Synodalibus cuiuſcumque Diœceſis*.

Cardinalis de Lugo, *diſput*. 21. *de Euchariſtia, num*. 19. ibi, *de Parrochis poteſt eſſe maior difficultas, quos aliqui voluerunt obligari ad offerendum aliquando pro ſuis ouibus; communis tamen ſententia tam negat eiuſmodi obligationem, cum ſolum teneantur adminiſtrandum, & conferenda Sacramenta*, & infrà, *vnde* † *Dia-* 22 *na mutata ſententia hanc tenet* 3. *part. tr*. 12.

reſolutio. 20. *ſed acerbius loquitur † Luiſius*
Turrianus in diſputatio. ſelectis p. 2. *diſputat.*
31. *dub.* 16. *vbi contrariam ſententiam (dicit)*
nullam habere probabilitatem , ſed procedere
ex ignorantia & eſſe contra praxim receptam.
23 Hactenus ex Cardinali , qui *num.* 22. &
23. ſatisfacit declarationibus adductis, pro
contraria ſententia , ſed Turrianus non lo-
quitur de Parrocho , ſed de Sacerdote,qui
accepit ſtipendium , vt dicat miſſam in
quodam loco,à quo non expoſcitur , vt ap-
24 plicet Sacificium , ſed à pari non malè
citatur , ſed loquens de Parrocho ferè ſi-
milia dicit, Lud. à Cruce *in expoſitione Bul-*
la diſp. 5. *dub.* 19. *n.* 17. loquens de opinione
cõtraria dicit, *hac opinio nullo nititur valido*
25 *fundamento, & conſeqoenter non eſt tenenda.*
Eandem noſtram ſententiam ſequitur ,
Suarez 3 *p. tom.* 3. *diſp.* 86. *ſect. prima , & ſe-*
cunda , Bonacina *diſput.* 4. *de Euchariſtia*
quaſt. vltim. punct. 7. *num.* 3. Reginaldus *in*
praxi lib. 23. *num.* 233. Diana 3. *part. tra-*
26 *ctat.* 14. *reſolut.* 26. vbi egregiè addit , *quod*
etiamſi adſit conſuetudo putant Poſſeuinus de
officio Curati, cap. 2. *num.* 4. *& Fraxinellus de*
obligatione Sacerdotum ſect. 3. *concluſ.* 2. §. 1.
num. 4 *& alij hanc conſuetudinem non obliga-*
re ſub mortali , quando de hoc onere non con-
ſtat ex tabulis Eccleſia , vel ex pracepto Epi-
ſcopi , cum in praiudicium alicuius non eſt in-
ducenda obligatio ſine claris probationibus.
Hæc ille, Syluius 3. *part quaſt.* 83. *artic.* 1.
quaſt. 17. §. *quamuis* , abſolutè docens non
teneri ſacrificare , pro populo , *quia † fru-*
27 *ctus* (ait) *non dantur niſi ratione totius offi-*
cij paſtoralis, ſequitur Ludouicus de S. Ioan.
de ſacram. Euchariſtia , *quaſt.* 10. *art.* 2. *dif-*
ficultate. 1 Marchinus *tract.* 3. *de ſacramen-*
to Ordinis , *part.* 2. *cap.* 30. Becanus *de ſacra-*
mento in ſpecie cap 25. *part.* 2. *quaſt.* 10. Al-
fonſus de Leone, *de Iubileo part.* 3. *quaſt.* 20.
num. 27. Bartholomæus à S. Fauſto *in ſimili*
tractatu lib. 1. *quaſt.* 81. Hieronymus Gar-
zia , *in ſumma morali* , *tract.* 3. *difficultate* 3.
dub. 6. *num.* 5. *pag.* 408. ibi † *Por que à vn que*
28 *tienen los Parrochos obligacion de celebrar al-*
gunos dias , pero no que eſta miſſa la ayan de
aplicar forcoſa ente por el pueblo por que de
vna obligacion no ſe ha de hujer extenſion à
otra leg. Papinianos D. de Tutoribus. deinde,
quia † neque Epiſcopus pro ſuo Epiſcopa-
29 tu,neque Papa pro vniuerſa Eccleſia tene-
rur applicare,Sacrificium Miſſæ , vt omni-
bus eſt in confeſſo ; ergo neque Parrochus
pro ſuis ouibus , quia ſicut illi prouentus
fructuum habent propter alia paſtoralia
munia , ita & Parrochus amplectuntur
Cruz. *de ſacrificio* , *quaſt.* 1. *dub.* 8. *verſic. an*
Parrochus conc. 2. Aragon. 22. *quaſt.* 85. *art.* 3.
verſ. dubitabit aliquis Filluccius , *tractat.* 5.
cap. 6. *à num.* 173. Villalob. *tract.* 8 *difficulta-*
te 14. *p* 1. Carcereſ. *relectio.* 2. *de caſuum de-*
ciſio. §. *non peccat mortaliter*, & innumeri alij,
quos iſti citant & non vacat locus videndi.
Vrgens huius ſententiæ eſt fundamen-
tum, quia, quod † Parrochi teneantur ſacri- 30
ficium,quando celebrant (neque enim te-
nentur quotidie celebrare, ſed ad ſummum
diebus feſtis, & ſolemnibus & ad ſummum,
quoniam Populus propter aliquod magnum
Iubileum communicat) pro ouibus ſuis ,
aut † oritur hæc obligatio ex ſtatuto impe-
rante, facto ab Epiſcopo, ſiue in Synodo ſi- 31
ue extra in viſitatione, aut ex ſpeciali pacto
inito , cum ouibus , de quo clarè conſtat in
tabulis Eccleſiæ aut aliquo alio inſtrumen-
to publico , & in hoc caſu non eſt difficul-
tas , quia imperio ſuperioris lato per mo-
dum ſtatuti , & pacto inito ſtandum eſt , &
Parrochus denuo ingrediens beneficium,
debet illud accipere cum oneribus ſuis ; aut
oritur ex iure communi Decretorum , aut
Decretalium in quibus nihil tale inuenitur
aut ex iure Concilij Tridentini , cui nitun-
tur aut ex iure Concilij Trid. cui nituntur
auctores contrarij propter verba, *ſeſſ.* 23.
cap. 1. vbi dicit Concilium , † teneri *ex iure* 32
diuino Paſtores animarum pro ouibus ſuis
ſacrificium offerre, quem locum Franciſc.
de Amicis *diſp.* 33. *de Euchariſtia, n.* 283. di-
cit apertè probare † Parrochos teneri ali- 33
quas Miſſas offerre pro populo & idem ſen-
tiunt aliqui ex citatis auctoribus ; verum
ex citatis Concilij verbis, nihil efficaciter &
ſolidè deducitur, aliud enim eſt Paſtores *iu-*
re diuino teneri Sacrificium offerre pro oui-
bus ſuis, aliud quod teneantur illud ſpeciali
applicatione illis applicare ; ad primum te-
nẽtur Parrochi *iure diuino*, & *naturali* iuxta
illud Pauli *ad Hebr.* 5. *n.* 1. † *omnis Pontifex ex* 34
omnibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur
in his, qua ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſa-
crificia pro peccatis, ad hoc enim ordinantur
munia Paſtoralia, cæterum ad ſecundũ nul-
la obligatione ligantur Parrochi ex iure di-
uino promanãte, ſicut nec ligãtur Epiſcopi,
æquali enim obligatione omnes iſti tenen-
tur, ex vi ſui officij & primaria illius inſtitu-
tione ; quare † animarum Paſtores (de om- 35
nibus enim æqualiter & abſque diſtinctio-
ne loquitur Concilium) tenent ſpecialẽ me-
moriam ſaltem virtualem habere in ſacri-
ficiis, non tamen obligantur ex vi Trident.
ſpecialiſſima applicatione ſacrificiũ pro illis
applicare, & hanc eſſe Concilij mentẽ mihi
manifeſtum eſt, poteſt enim Religioſus of-
ferre ſacrificium pro ſpeciali perſona ſibi
coniuncta ſanguine, aut amicitia, & tamen
nequit ſine licentia ſuperioris ſacrificiũ ap-
plicare illi, quia hoc pertinet ad ſuperiorẽ.
Aut † hæc obligatio oritur ex conſuetu-
dine, & hæc in primis non eſt in vniuerſali 36
Eccleſia,

Eccleſia, vt notant plures ex citatis pro no-
ſtra ſententia, ſi autẽ eſt in aliqua Diœceſi,
aut Parrochia hæc præciſa conſuetudo non
obligat ad mortale, vti diximus ſupra cum
Diana & aliis, quibus adiungo Hier. Garziã,
*n.*8. Bauny, *de Euchar. q.* 12. Nald. *verbo Parro-*
37 *chus, n.* 15. † ratio eſt, quia eo ipſo quod igno-
retur origo conſuetudinis, an fuerit orta ex
actibus iuſtitiæ, aut ex liberalitatis, aut alio
motiuo non præſumitur, quod oriatur ex iu-
ſtitia cum ſit ſemper præſumptio pro liber-
tate Parrochi, & ita quandiu clarè ſibi con-
trariũ non conſtet poteſt interpretari, quod
ſit orta ex liberalitate, quæ enim eſt ratio vt
introducatur cõſuetudo de iuſtitia, quæ for-
ſan fuit introducta ex liberalitate, & denuo
38 imponere onus Parrochis; neque vt Parro-
chus iure ſuæ libertatis vtatur, neceſſarium
eſt Epiſcopi conſenſus, niſi ad forum exte-
rius deducatur, tũc enim ex allegatis & pro-
batis datæ ſentẽtiæ tenetur Parroc. obedire.

SVBRESOLVT. I.

An ſaltem aliquibus diebus teneatur ad id Parrochus?

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus teneatur ex vi ſui officij & primaria inſtitutione Beneficij Curati, ad applicandum Sacrifie. Miſſæ pro ouibus.*
2. *Epiſcopus curet vt Presbyteri ſaltem diebus Dominicis & Feſtis ſolemnibus, ſi curam habuerint animarum tam frequenter & ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas celebrent ex Conc.*
3. *An in iure nullum ſit veſtigium quo probe-tur obligatio pro ouibus ſacrific. applicandi.*
4. *An aliud eſt quod ex æquitate & remune-ratione, aut ex charitate teneatur Parro-chus ad aliquoties offerendum Sacrifi-ciũ pro ouibus ſuis, aliud quod ex iuſtitia.*
5. *An aliud ſit Parrochum teneri ſacrificare & Miſſas celebrare, aliud offerre Sacrifi-cium pro aliquo, illique illud applicare.*
6. *An Parrochus teneatur celebrare ad commu-nicandum infirmum, & ad benedictionem ſponſorum, non tamen tenetur pro illis ſa-crificium offerre.*

EX dictis colligitur primò, falſo & ſine
fundamento Garzia, Cruz, & aliquos ex
1 citatis dicere † Parrochum teneri, ex vi ſui
officij & primaria inſtitutione Benef. Curati,
ad applicandũ Sacrif. Miſſæ pro ouibus ſuis,
aliquibus diebus ſolẽnibus, & aliis pro arbi-
trio boni viri ſecundũ quantitatẽ decimarũ
& aliorũ prouentuum, vt ait Bellarm. *ad c.* 14.
2 *ſeſſ.* 13. *liit. B.* vbi Conc. dicit, † *curet Epiſcopus
vt Presbyteri, ſaltem diebus dominicis & feſtis
ſolemnibus, ſi autem curã habuerint animarum
tã frequenter & ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas
celebrent.* Cæterũ vt dixi limitatio hæc nullo
nititur ſolido fundamento. Conc. enim ſolũ
dicit, quod cogãtur celebrare, tã frequenter
vt ſuo muneri ſatisfaciant, ad deuotionem,
& obligationem quam habent fideles aſſi-
ſtendi ſacrificio incruento reſpicit Trident.
non ad hoc quod Parrochi teneantur illud
ouibus ſpeciali applicatione applicare, de
quo nec verum quo inſinuetur, & quidem
cum † nullum ſit in iure veſtigium, quo pro- 3
betur obligatio, pro omnibus ita neque eſt
pro aliquibus diebus, vel aſſignent.

Quare † aliud eſt quod ex æquitate, & re- 4
muneratione, etſi mauis ex charitate tenea-
tur Parrochus, ad aliquoties offerendum ſa-
crificium pro ouibus ſuis, aliud quod ex iu-
ſtitia, ita vt nequeat ſtipendiũ accipere pro
ſacrificio, quod tenetur celebrare corã po-
pulo, & non pro populo. 1. eſt verum. 2. fal-
ſum, vt enim optimè notat March. *vbi ſuprà
n.*4. † aliud eſt Parrochum teneri ſacrificare, 5
& Miſſas celebrare; aliud offerre ſacrificium
pro aliquo, illique illud applicare, & 1. poteſt
eſſe ſine 2. Parrochus † enim tenetur cele- 6
brare ad communicandum infirmum, & ad
benedictionem ſponſorum, & tamen non
tenetur pro illis ſacrificium offerre, & ſic
quamuis Epiſcopus obliget, vt Parrochus ter
in hebdomada celebret, vt ſtatutum eſt in
Diœc. Mediol. non tamen obligat vt offerat
pro populo, & illi ſpeciali ſententia applicet.

SVBRESOLVT. II.

Vtrum poſſit ſtipendium accipere pro illa Miſſa quam tenetur celebrare coram populo?

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus pro Miſſis quas tenetur cele-brare coram populo, non tamen pro populo poſſit ſtipendium accipere & Sacrificium applicare illi, à quo accepit ſiue ſit Parro-chianus ſiue alius quicumque.*
2. *An Parrochus non ſit obligatus ad applican-dum Sacrificium pro populo.*
3. *An Parrochus non poſſit accipere ſtipendium pro applicatione ſacrificij.*
4. *Sacrificij applicatio cum ſit quid ſpiritua-le, an pro ipſa detur ſtipendium.*
5. *An Sacerdos ſit liber ab applicatione ſacri-ficij licèt ſtipendiatus, vt certo loco, aut hora ſacrificet coram populo.*
6. *Sacra Rituum Congreg. ſententia.*
7. *An pro applicatione Sacrificij poſſit ſtipen-dium accipi ſine ſimonia.*
8. *Quod ſtipẽdiũ detur ratione ſpecialis laboris.*
9. *An in beneficiis curatis ſit obligatio Parro-chi applicare ſacrificium ouibus ſuis ap-plicatione ſpeciali.*
10. *Si Parrochus diues ſit non obſtat quamuis ex altari poſſit viuere, ſi altari deſer-uiat, & n.* 11.

12. *Cardinalis de Lugo ſententia.*
13. *Item Seraphini Freitæ, & multorum aliorum mens, & n.14.*

1 COlligitur ſecundò, quod † Parrochus
pro illis miſſis quas tenetur celebrare
coram populo, nõ tamen pro populo poteſt
ſtipendiũ accipere, & ſacrificiũ applicare illi
à quo accepit eleemoſynam, ſiue ſit Parro-
chianus, ſiue quicumque alius extra Parro-
chiam, hæc illatio eſt contra Gauantum, *vbi
ſupra*. Dianam. *Reſol.*80. *tract.citat.* qui ſibi
contrarius non eſt, vt exiſtimat Lugo, dum
2 licet, quod † Parrochus non eſt obligatus ad
applicandum Sacrificium pro populo; vt
dixit *Reſolut.* 16. & cum hîc *Reſolut.* 80.
3 dicit quod † non poteſt accipere ſtipen-
dium pro applicatione Sacrificij eo ipſo
quod ex vi ſui Beneficij ſit obligatus ad
ſacrificandum coram populo, eſt enim
vtriúſque Reſolutionis diuerſum princi-
pium morale. Etenim primum ex quo de-
ducitur, quod Parrochus, non teneatur ſa-
crificare pro populo, hucuſque à nobis & à
ipſo Diana conſtitutum eſt. Primum vero,
ex quo infertur ſecundum, eſt tum declara-
tio Cardinalium ſupra inducta, tum, quia
4 † applicatio ſacrificij cum ſit quid ſpiritua-
le pro ipſa non datur ſtipendium, aliàs com-
mitteretur ſimonia, vtrumque ponit ipſe
Diana, ſed non ex ipſo, & per ipſum exco-
gitatum, ſed à Manuele Rodriquez *tom.*2.
*ſum.cap.*48. *num.*4. ſtipendium námque da-
tur pro miniſterio extrinſeco vt miniſter,
qui *altari ſeruit de altari viuat*.

Sed nihilominus noſtrum corollarium
omnino certum eſt, quod docent Lugo,
Suarez, Vaſquez, Bonacina, Fraxinellus, &
multi alij, quod manifeſtè probatur, quia
5 † Sacerdos liber eſt ab applicatione ſacrifi-
cij quamuis ſtipendiatus, vt certo loco, aut
hora ſacrificet, coram populo, vel aliqua
aut aliquibus perſonis, poteſt accipere ſti-
pendium ratione applicationis ſacrificij,
propter quod dicitur altari deſeruire, ergo
6 minor expreſsè traditur à Sacra Rituum.
Congreg. ſupra adducta, & *facta* 13. *Iulij*
1630. & ſic eſt vltima, quæ in hac materia
eſt promulgata, vbi ſic habetur, *quando in
fundatione beneficij ſeu Capellæ expreſsè cau-
tum ſit, non teneri celebrantem ad applicatio-
nem beneficij eo caſu poterit celebrans accipere
nouum ſtipendium, & vnica miſſa ſatisfacere
obligationi beneficij, aut Capellæ, & item danti
nouum ſtipendium.*

Ex qua declaratione quæ authentica eſt,
vtpote publicata cum requiſitis ab Vrbano
VIII. & ſic habenda, vt lex obligans iuxta
à me alibi dicta & probata. Duo deducun-
7 tur. Primum, † quod pro applicatione ſa-
crificij poteſt ſtipendium accipi abſque ſi-
monia, cuius contrarium ſine fundamento
exiſtimarunt Diana, & Rodriguez, applica-
tio tamen ſacrificij non intelligitur actio
ſpiritualis, & ſupernaturalis, procedens ex
gratia Chriſti primi offerentis ſacrificium,
ſed intelligitur ſeruitium ſacerdotis ſacri-
ficantis pro peccatis dantis eleemoſynam,
ratione cuius ſeruitij debetur illi ſtipẽdium,
ad ſuſtentationem, quod noluerunt intelli-
gere præfati D. D. aliud † verò ſtipendium 8
datur ratione ſpecialis laboris, qui reperitur
in celebrãdo in hoc loco, & in hac hora, &c.
quod in praxi communiſſimum eſt, vt rece-
ptiſſimũ, vt optimè adnotauit Lud. Turrian.
dicens, *contrariam ſententiam nullam habere
probabilitatem, procedereque ex ignorantia, &
eſſe contra praxim receptam*, vt ſupra re-
tuli.

Secundum, quod † in beneficiis cu- 9
ratis ex ſententia communi non ſit obli-
gatio Parrochi applicare obligationem, &
ſacrificium ouibus ſuis, applicatione ſpecia-
li, ſed ſolum eſt obligatus coram populo ce-
lebrare pro applicatione ſacrificij poteſt
ſtipendium accipere, quamuis beneficium
pinguiſſimum ſit, & Parrochus alias valde
diues, quod enim † diues ſit non obſtat 10
quominus ex altari poſſit viuere ſi altari de-
ſeruit, vt egregiè adnotauit D. Thomas
*quodlibet.*6. *artic.*10. quod enim pingue ſit
beneficium, ex aliis fructibus, non obſtat
quominus pro ſeruitio applicationis ſpe-
cialis alicui factæ poſſit ſtipendium accipe-
re, agnoui ego Illuſtriſſimum Archiepiſco- 11
pum Hiſpalenſem, cuius fructus pinguiſſimi
ſunt, qui accipiebat ex collectoria ſtipen-
dium pro miſſa, quam quotidie celebra-
bat, quod Pauperibus erogabatur, erat
autem præfatus Præſul, & Sanctiſſimus, &
Doctiſſimus, munificentiſſimúſque in elee-
moſynis faciendis, cuius nomen ſileo.

Ex quibus conſtat, quod reſpondendum,
ad declarationem Eminentiſſimorum Car-
din. Sacroſancti Concilij Trident. inter-
pretum, † quam ad longum interpretatur 12
Cardinalis de Lugo, *num.*22. & 23. qui ex
Ludouico à Cruce *vbi ſupra*, & ex Henriq.
*lib.*6. *de ſacrific.c.*22.§.6.*n.*4. vere illam inter-
pretatur, quando Parrochus, vel Sacerdos
obligatur ex vtroque ſtipendio, ad appli-
candũ ſacrificium applicatione ſpeciali pro
populo, aut pro perſona inſtituente benefi-
cium, aut capellam, aut pro alia quæ det
nouum ſtipendium, quæ Congregationis
declaratio conformis eſt *Decreto de celebra-
tione miſſarum edito ab Vrbano VIII. conſtit.
43. tom.4. bullar. edita die 20. Iunij anno 1625.
quod decretum in Hiſpania* (& forſan in mul-
tis Italiæ & Franciæ locis) *non eſſe receptum
tenent plures quos alibi citaui* quibus adiungo
Seraph. Freitas *in ſuis eruditiſſimis Scholiis ad* 13
priuile

priuilegia ſui ordinis B. Mariæ in Scholiis ad priuilegium quoddam Clement. VIII. circa hanc materiam de miſſarum ſtipendiis. Hieronymum Garzia *vbi ſupra tract. 3. difficultate. 10. dub. 2. num. 16. vbi num. 15.* optime diſtin-
14 guit inter auctores qui ſcripſere in Italia, & in Hiſpania; qui non exprimunt, an ſit receptum, ſed fallitur quia id ſuppount ſaltem in Italia, ſolus Marchin. *tract. 3. p. 2. c. 32.* dicit quod aliqui dicunt non eſſe in Italia receptum, & auctores qui in Hiſpania ſcripſere, & dicunt eſſe receptandum, hi ſunt Hieronymus Rodriguez *reſolut. 25. num. 16.* Ludouicus Turrianus *in ſelectis. p. 1. cent. 4. dub. 80.* & *p. 1. diſp. 30. dub. 2.* Granados *diſp. 11. de ſacrificio miſſæ*, & auctores qui dicunt etiam Hiſpaniæ non eſſe receptum, quia praxis eſt in contrarium, & quidem vt ſit receptum apud regulares, non ſufficit quod Ordinarius Epiſcopus aut Archiepiſcopus in ſua diœceſi accipiat, quia cum Regulares ſint exempti ab Ordinarijs, receptio Ordinariorum non cogit Regulares, ſed quid ſit in hoc tenendum dixi, *tom. 2. de Congrua.*

SVBRESOLVT. III.

Vtrum Beneficiarij Hiſpalenſes liberi ſint ad hac obligatione?

SVMMARIVM.

1. *An Beneficiarij Hiſpalenſes & ſimiles qui habent obligationem dicendi miſſam coram populo, liberi ſint ad applicandum ſpeciali applicatione pro illo qui nouum ſtipendium dederit.*
2. *An Curati etſi iure diuino teneantur pro ouibus ſuis ſacrificium offerre, non ſint obligati ad applicandum ſacrificium ſpeciali applicatione, ſed pro iſta poſſint accipere nouum ſtipendium.*
3. *Ludouici à Cruce ſententia.*
4. *An Beneficiati Hiſpalenſes recipiant decimas vt non ſolum coram populo, ſed pro populo miſſam ad Tertiam dicant.*
5. *Ius decimarum poſtquam tertia data ſunt Regi Catholico, valde imminutum eſt.*
6. *An obligatio cadat ſupra tempus & horã non ſupra obligationem & n. 7.*
8. *An Eccleſia matrix miſſam tertiæ applicet pro populo.*
9. *An beneficiatis non habentibus curam animarum debeatur congrua.*
10. *Rota ſententia.*
11. *An Beneficiati ſacrificium ad tertiam pro populo adſtante offerant.*
12. *Caſtri Palai ſententia.*
13. *Quandonam conſuetudo ſit ſtrictiſſimi iuris & n. 14.*
15. *Quandonam actus applicationis ſacrificij pro populo ex mera conſuetudine conſtare nequit.*
16. *Beneficiati quandonam ſint in poſſeſſione libertatis.*
17. *Quandonam Beneficiatus non teneatur offerre ſacrificium pro populo remiſſiuè.*
18. *Dionyſij Papæ ſententia.*
19. *An Beneficiati accipientes decimas, ſacrificiaque celebrantes coram populo, pro populo debeant offerre.*
20. *An Curati teneantur quoties celebrant offerre pro populo, à quo accipiunt decimas.*
21. *Gratiani opinio affertur, necnon Hieronymi Garzia. & n. 22.*
23. *Gauanti & Card. de Lugo ſententia & n. 24. & 25.*
26. *Qui ratione Beneficij aut aliorum titulorum eſt obligatus ad applicandum ſacrificium, nequit aliud ſtipendium accipere.*

Colligitur tertiò, † Beneficiarios Hiſpalenſes, & ſimiles, qui habent obligationem dicendi miſſam coram populo, liberos eſſe ad applicandum ſpeciali applicatione pro illo, qui nouum ſtipendium dederit, ſic cenſuere ſexaginta tres viri Docti omnium Religionum, in hac ciuitate Hiſpalenſi de hac re in ſpecie conſulti, quorum nullus iterum requiſitis à quodam retractauit ſententiam, ſed in dicta reſolutione omnes perſeuerarunt conſtantes, eſt enim veriſſima illatio facta, etenim † Curati & ſi iure diuino teneantur pro ouibus ſuis ſacrificium offerre, tot & tam graues auctores ſentiunt non eſſe obligatos ad applicandum ſacrificium ſpeciali applicatione, ſed pro iſta poſſe accipere nouum ſtipendium, cur obligabimus beneficiatos niſi ſolum ad ſacrificandum coram populo, & non pro populo cum id ſolum exprimatur in fundatione, & in Synodalibus, vnde egregie Ludouicus à Cruce. *dub. 19. citat. n. 15.* ſic fatur. † *imo etiamſi cum officio horum beneficiorum interdum ſit coniunctum onus celebrandi miſſam in tali Eccleſia, adhuc tamen per ſe & ex vi inſtitutionis eorum, non oritur obligatio hanc miſſam applicandi pro hac vel illa intentione, niſi aliunde ex peculiari conſuetudine ſeu ſtatuto talis Eccleſiæ id conſtet, ſunt namque illa duo valde diuerſa neque vnum per ſe & directe ex alio ſequitur* ita Suarez. *3. p. tom. 3. diſput. 86. ſect. 1. atque ex mox dicendis (de Parrocho) fiet manifeſtum.* ita ille ſatis ad rem. 1 2 3

Sed obiicit ille (qui quondam) plura ſatis futilia, *quæ gracili modulabatur auena*, ſed quæ aliquam videbantur ingerere difficultatem, hæc ſunt primò, quod † Beneficiati Hiſpalenſes recipiunt decimas, vt non ſolum coram populo, ſed pro populo 4

miſſam ad Tertiam dicant canant in choro &c. vnde viſitatores fabricarum diligenter inquirunt, an ſatisfaciant huic muneri dicendi miſſam. Reſpondetur, negan-
5 do aſſumptum, vt conſtat ex dictis imo † ius
decimarum, poſtquam tertiæ datæ ſunt Regi catholico valde imminutum eſt, vnde in Synodalibus Illuſtriſſ. D. D. Ferdinandi *cap.1. de celebratio. miſſæ.* poſtquam dixit quod dicantur duæ miſſæ à beneficiatis vna ante ſolis ortum pro operariis, altera cantata *ad tertiam*, quæ ſuppleri nequeat, & additur ibi. *por eſta conſtitucion no ponemos nuebas cargas de miſſas mas ſegnalamos tiem-*
6 *pos y horas congruentes.* quare † obligatio ca-
dit ſuprà tempus, & horam, non ſuprà applicationem, circa quam nihil innouat Synodalis; quod enim viſitatores inquirant de adimpletione huius Synodalis, etſi non ſit impleta, puniant in eleemoſynis miſſarum,
7 quæ dictæ non ſunt hæc pœna impoſita
eſt, quia non ſunt dictæ tempore aſſignato, non quia non applicant pro populo; nam ſi hoc eſſet, nec miſſa priuata, quæ dicitur ante ſolis ortum poſſet beneficiatus ad libitum applicare danti ſtipendium, quod ne-
8 gat, & bene iſte, quod enim † Eccleſia Ma-
trix miſſam *tertiæ* applicet pro populo nihil inde, quòd hoc capitulum tanquam libetaliſſimus Princeps facit ex gratitudine, & ex conſuetudine immemoriali, quam vult obſeruare.

9 Secundùm, quia † beneficiatis non ha-
bentibus animarum curam, non debetur congrua pro ſuſtentatione, ſed debetur curatis ex Trident. *ſeſſio.24. cap.13.* quare beneficiati eo ipſo, quod tenentur celebrare coram populo tenentur pro populo offerre, aſſumptum conſtat ex deciſio. Rotæ facta. *die 26. Nouembr.* 1593. quam refert Farinac. *p.3. deciſ.7. in vna Burgenſ. congrue.* & reſolutum fuit coram Sanctiſſimo Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, *in Toletana congruarum 13. Februarij* 1576. & multis aliis ibi *num.2. relatis.* quod tenet verum etiamſi
10 beneficia ſint patrimonialia, vt tenuit † Ro-
ta coram Oldrando, *in vna Calagur. congruarum. 16. Nouembr.* 1571. Reſpondetur futilem eſſe illationem, niſi alias conſtet ex primaria beneficij, etiam patrimonialis, inſtitutione aut ex tabulis, vel ſuperioris imperio.

Tertium ex conſuetudine, quæ eſt in hoc
11 Archiepiſcopatu, ab *anno* 1490. vt † Benefi-
ciati ſacrificium *ad tertiam*, pro populo adſtante offerant: & ita eſt iam hodie præſcripta in fauorem populi, quod conſtat, ex eo quod beneficiati potuerunt hoc punctum litigare, ſed litem poſſit pro aliis, & ita illi conſentire videntur, & aſſentiti conſuetudini in qua conſeruatur; tum etiam, quia, vt dicunt D. D. *in materia de legibus,* tunc eſt legitima conſuetudo, quando Prælati, & Superiores puniunt illam violan-
tes, † ita Palao. *tom.1. tract.3. diſp.3. punct.2.* 12
num.13. Suar. *lib.7. de legib. cap.15. num.14. &* 15. atqui viſitantes, & Archiepiſcopi puniunt, non ſacrificantes pro populo ad complementum miſſarum omiſſarum, ergo
talis conſuetudo vlget, tum etiam quia † cō- 13
ſuetudo eſt ſtrictiſſimi iuris ſicut priuilegium. Surdus, *conſil. 262. num. 11.* Alexander. *conſilio. 112. in fine volum. 4.* vnde reſtringitur ad actum quo eſt vſus, & ea tantum acquiritur, quantum per eam fuit ſeruatum, *leg. quod meo §. ſi D. de acquirenda poſſeſſione, leg. iam hoc iure §. aquaductus D. de aqua quotidiana & aſtiu. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de verborum ſignificatione, cap. cum*
contingat de foro competenti, & ſic conſuetu- 14
do præſcripta habet vim publici inſtrumenti, vt docent ſingulariter Innocent. *cap. nouit de Iudiciis.*

Reſpondetur primò, hanc conſuetudinem eſſe conſtantem, quantum ad hoc quod beneficiati celebrent coram populo ſtatutis temporibus à Synodo, hic enim actus exterior eſt qui conſtat deberi fieri
coram ouibus fidelibus, actus † autem ap- 15
plicationis ſacrificij pro populo ex mera conſuetudine conſtare nequit, niſi vel ex tabulis, vel inſtrumento publico, aut Superioris mandato aut ſtatuto recepto, quod
inpræſentiarum non adeſt, imo † Benefi- 16
ciati ſunt in poſſeſſione ſuæ libertatis propter quod de hoc non litigarunt, quod enim Prælati puniant non obſeruantes conſuetudinem, bene faciunt, quia contra illam non celebrant coram populo, cætera autem quæ inducuntur potius ſunt pro nobis, quam contra nos, vt diſcurrenti conſtabit.

Reſpondetur ſecundò, quod cum non conſtet clarè hãc conſuetudinem introductam ex titulo iuſtitiæ, ſed ad ſummum
gratitudinis, † non tenetur Beneficiatus ſa- 17
crificium pro populo offerre, vt ſupra diximus ex Diana, Lugo, Garzia, & aliis, & ſic reſponſum quod refert dediſſe Clementem VIII. Beneficiatis ſancti Marci de hoc inquirentibus, vt teneant conſuetudinem aut dimittant Beneficium, loquitur de conſuetudine celebrandi coram populo, non vero offerendi pro populo.

Quartum obiicit, quia inquit † ex Dio- 18
nyſio Pontifice *in epiſt.2. ad Seuerum Epiſcopum* & refertur 13. *quæſt.1. cap.1. Eccleſiaſt.* (ibi) *Decimæ à Deo conſtitutæ ſunt per Moyſem, vt perſoluerentur à populo filiis Leui pro miniſterio, in quo deſeruiebant ei in Tabernaculo, non accipiebant filij Leui decimas, niſi ab eis pro quibus offerebant preces, & ſacrificia, quia ergo nos ſeruimus Domino in tabernaculo offeren-*

do

do pro iſtis preces & ſacrificia, & ipſi debent nobis perſoluere decimas & ſacrificia. Hæc in de-
19 creto, ergo † ſi Beneficiati accipiunt decimas, ſacrificiaque celebrant coram populo, pro populo debent offerre, reſpondetur primò, hæc verba non eſſe ſummi Pontificis, vt conſtat *ex epiſt. 1. cit.* Sed ſunt Gratiani, & ſic ſunt impreſſa caracteribus curſiuis diuerſis à verbis Pontificiis. Reſpondetur ſecundò, quod ſi aliquid probat multum probat, quod etiam miſſa quæ dicitur coram populo ante ſolis ortum, debeat pro
20 populo offerri, probat etiam quod † Curati teneantur quoties celebrant offerre pro populo à quo accipiunt decimas & primitias, cuius contrarium cum communi ſententia reſolutum manet. Reſpondetur tertiò, quid-
21 quid ſit de opinione † Gratiani, ſolum probari quod ſacrificium debent offerre Beneficiati pro populo, ſicut ſupra diximus de Curatis pro ouibus ſuis; de applicatione communi non ſpecialiſſima, pro qua poſſunt accipere ſtipendium, vt Caterua D.D. quos ſupra dedimus, *plenis buccis*, defendunt.

22 Quintò, & eſt omnium difficilius deſumitur ex declaratione authentica Congregationis Trident. quam refert Gauant. *vbi ſupra*, & ad verbum adducit Hieronymus Garzia *vbi ſupra pag. mihi 629.* in qua plura reſoluuntur dubia, quorum quartum erat. *An ſacerdotes, qui tenentur celebrare miſſas ratione beneficij, ſeu Capellæ legati, aut Salarij, poſſint etiam manualem eleemoſynam pro miſſis votiuis aut Defunctorum recipere & vnico miſſæ ſacrificio vtrique oneri ſatisfacere?* cui reſpondet ſacra Congregatio, *Sacerdotes quibus diebus tenentur miſſas celebrare, ratione beneficij, ſeu capellæ, legati, aut ſalarij ſi eleemoſynas, pro aliis etiam miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem miſſa vtrique obligationi ſatisfacere.* Hæc ibi vnde Gauan-
23 tus † *vbi ſupra* dicit, *quod notent Canonici, & Curati, qui tenentur celebrare miſſam conuentualem ſeu Parrochialem in propriis Eccleſiis, ratione canonicatus aut Rectoria, qui ad eam tenentur ratione beneficij.*

24 Reſpondetur hoc eſſe maioris ponderis argumenti niſi expreſsè Eminentiſſimus Cardin. de Lugn, *vbi ſuprà.* Romæ reſidens bene callens mentem huius declarationis, & decreti non reſpondiſſet, *num. 13.* ibi. *declaratio huius decreti,* (ſcilicet addito anno anteriori de Celebratione miſſarum) *debet intelligi iuxta terminos ipſius decreti, ſcilicet, quando ex vtroque ſtipendio obligatur*
25 *ſacerdos ad celebrandum ob commoditatem eorum qui tali hora audituri ſunt miſſam facilius poteſt exiſtimari, quod non exigatur applicatio ſacrificii, ſed circa hoc relinquatur ſacerdoti libertas, vt poſſit cui voluerit applicare.* Hæc ibi, & legi poſſunt quæ docet, *num. 14.* quæ ſatis ad rem conducunt, magis autem faciendus eſt Cardinalis quam Gauantus, quare mens huius declarationis eſt, quod, 26
quando, quis ratione beneficij, & aliorum trium titulorum eſt obligatus, ad applicandum ſacrificium, nequit aliud ſtipendium accipere ad applicandum idem ſacrificium, in *miſſis votiuis* & *de requiem*, quia vt *in decreto de celebratione miſſarum ſtatutum eſt*, nequit ſacerdos duplex ſtipendium pro vnius ſacrificij applicatione accipere.

RESOLVT. XVII.

Vtrum non reſidens poſſit ſe componere per Bullam.

SVMMARIVM.

1. *An Paſtores non reſidentes fructuum amiſſionem poſſit componere per bullam Cruciatæ.*
2. *Per quæ verba reuocetur compoſitio facta per Bullam cruciatæ.*
3. *An Beneficio compoſitionis vti poſſint quicunque rem alienam quacunque forma & modo etiam illicito acquiſita retinent, creditore non comparente, dummodo non acquiſierint ſub ſpe & fiducia huius compoſitionis & n. 4.*
5. *Summus Pontifex qui bonorum Eccleſiaſticorum eſt dominus, & diſpenſator, quam remiſſionem poſſit concedere.*
6. *An qui ſimoniace habet beneficium poſſit vti compoſitionis Bulla.*
7. *Sub qua clauſula vniuerſali comprehendatur compoſitio ſupra fructibus male perceptis ob non reſidentiam paſtorum.*
8. *Quid in calce Bullæ cœnæ contineatur, & n. 9.*
10. *An Bulla cruciata reuocetur per Bullam cœnæ.*
11. *Clemens VIII. cur duos viros Hiſpanos reprobauit in examine Epiſcoporum.*
12. *Tridentinum quam excludat compoſitionem.*
13. *Hieronymi Garziæ ſententia.*
14. *An expreſſè in Bulla excludatur compoſitio ob non reſidentiam.*
15. *An ſi Pontifex vellet compoſitionem excludere expreſſiſſet quod non diſpenſaretur in votis religionis &c.*
16. *Sub qua clauſula generali Bullæ compoſitionis includatur compoſitio fructuum ex non reſidentia.*
17. *Licet Pontifex dum annum ſanctum & Iubileum publicat ponat ſimilia verba reuocatoria ac ponit in Bulla cœnæ, an non reuocentur*

*reuocentur priuilegia conceſſa in cruciata,& n.*18.
19. *Vrbanus VIII. dixit non eſſe eius mentem per Iubileum anni ſancti reuocare Bullam Cruciatæ.*
20. *Quotquot Bullam Cruciatæ commenti ſunt in quibus conuenerint.*
21. *Tridentini Conc. mens.*
22. *An non poſſit componi debita reſtitutio fructuum perceptorum vi cruciatæ, vel aliarum facultatum obtentarum poſt Concilium.*
23. *Cui declarationi nulla ſit danda fides neque in iudicio neque extra & n.*24.
25. *Auctoris opinio.*
26. *Multorum Authorum ſententia afferuntur,& n.*27.*&* 28.
29. *An compoſitio facta contra ſtylum ſupremi Tribunalis Cruciatæ non valeat, nec in foro fori, nec in foro poli.*

DVBIVM decimum ſeptimum, vtrum
1 † Paſtores non reſidentes, fructuum amiſſionem poſſint componere per Bullam cruciatæ, Trident. *ſeſſ.* 23. *c.* 1. §. *ſi quis,* expreſsè fatetur Paſtores non reſidentes teneri *ad reſtitutionem fructuum prohibita quacunque conuentione, vel compoſitione,* quæ pro fructibus malè perceptis appellatur.

2 Sed an † per hæc verba reuocetur, compoſitio facta *per Bullam cruciatæ* non eſt ita facilè; quare miror auctores explicantes præfatam Bullam ita per tranſennam docuiſſe omnes non poſſe Epiſcopos, & alios animarum Paſtores fructus amiſſos propter non reſidentiam componere per *Bullam compoſitionis,* ſed in contrarium ſunt efficaces rationes, quæ rem dubiam reddunt prima eſt, ex ipſa Bulla cõpoſitionis, in cu-
3 ius fine hæc ſunt verba † *Beneficio compoſitionis vti poſſunt quicunque rem alienam quacunque forma & modo etiam illicito acquiſita retinent, creditore non comparente dummodo non acquiſierint ſub ſpe & fiducia huius compoſitionis,* quæ verba vniuerſaliſſima ſunt nullum caſum excludentia. Ex quibus colligunt & benè Auctores infra citandi, poſſe vti compoſitione, dum quis habet beneficium abſque titulo; quia eſt verè publicè
4 excommunicatus, & irregularis, dum illi collatum eſt, vel illud ſimoniacè acquiſiuit, in his enim caſibus, quos non exprеſſit Bulla, quia comprehenduntur in præfata vniuerſali clauſula: communis & certa ſententia docet poſſe vti compoſitione, quia quãuis iſti ſicut nõ recitantes diuinum officium fructus non faciant ſuus, ſed teneantur reſtituere, vel fabricæ vel pauperibus.
5 Tamen † Summus Pontifex, qui bonorum Eccleſiaſticorum eſt Dominus, & diſpenſator hanc remiſſionem concedit, ſub ea cõditione vt vltra eleemoſynam in ſubſidium belli alia ſimilis fabricæ Eccleſiæ concedatur, & quidem mirum eſt quod † ille, qui 6 ſimoniacè habet beneficium, aut inualida eſt eius collatio, poſſit vti *compoſitionis Bullæ* non vero Parrochus, aut Epiſcopus non reſidens, cum maius delictum quale eſt ſimonia minus ſit indulgentia dignum.

Secunda, quia cum † ſub iſta clauſula 7 vniuerſali comprehendatur compoſitio ſuper fructibus malè perceptis ob non reſidentiam Paſtorum, & promulgata ſit poſt Tridẽtinum, videtur implicitè derogatum illi maximè, cum Concilium non loquatur de cruciata conceſſa Regibus Hiſpaniarum ob motiuum tam excellens, ſcilicet bellum aduerſus infideles, ad cuius derogationem requiritur expreſſa mentio illius, cum priuilegia Bullæ cruciatæ dentur per modum contractus, vt eſt indubitata ſententia, adeo quod niſi reſtituatur eleemoſyna derogari nequeat, vt tenent auctores *infra citandi,* quare Concilium per illa verba non derogat cruciatæ.

Tertia, & eſt valde vrgens confirmatio præcedentis, quia † licet in Bulla Cœnæ in 8 illius calce dicatur, *quod reuocantur omnia & quæcunque indulta gratia, indulgentia, littera Apoſtolica & facultates generales, vel ſpeciales, ſeu ſub quauis alia forma & tenore, & cum quibuſcunque clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis à Sede Apoſtolica conceſſa, quibuſcunque perſonis, tam Laicis quam Eccleſiaſticis, etiamſi Pontificali ſeu Imperiali, aut regali præfulgeant dignitate, vel eorum re-* 9 *gnis, prouinciis, ciuitatibus, ſeu locis ex quauis cauſa etiam per viam contractus aut remunerationis, & cum clauſula quorum tenore, vt in dicto §. non obſtantibus,* habetur, qua non poterat clarior reuocatio excogitari, aut deſiderari, & tamen ea non obſtante communis ſententia docet, quod † Bulla cru- 10 ciatæ nõ reuocatur per Bullã cœnæ (quidquid dicet Garcia, *p.* 11. *de beneficiis cap.* 10. *num.* 130. *citans Bledam in defenſionem fidei in cauſa Moriſcorum cap.* 13 *pag.* 93. quod † 11 Clemens VIII. duos viros Hiſpanos reprobauit in examine Epiſcoporum, quia Bullamcruciatæ, non derogare per Bullam cœnæ) vt latè & doctè defendit Ludouicus à Cruce *in expoſitione Bullæ diſput.* 1. *cap.* 10. *dubio* 4. *&* 5. quia videlicet *in* §. vbi tractat de abſolutione cenſurarum non ponitur particula per modum contractus, qualis eſt abſolutio, quæ datur ex vi Bullæ cruciatæ. Ergo † cum Trident. excludat compoſi- 12 tionem factam ſuper fructus malè perceptos ob non reſidentiam, & non facit mentionem de ea quæ fit per priuilegium datũ per modum contractus, non videtur excluſiſſe Bullam, † vnde Hieronymus Garcia, 13 *in*

in ſum.tract.2. difficultad 8.duda 3 num. 10.
dicit *los Prelados Parrochos ſi ſe auſentan*
mas del tiempo que les ſeñala el derecho es
cierto que deben reſtituir los frutos de la grueſ-
ſa como lo decide el Concilio Tridentino ſeſſ.6.
cap. 1. de reform. pero pues ſeñala la fabrica
o pobres parece, que de eſto podia haber compo-
ſicion, lo contrario dicen algunos Doctores pero
no trahen el fundamento.

Ex quibus ſumitur quatta ratio dubi-
14 tandi, quia cum † expreſsè in Bulla non ex-
cludatur compoſitio ob non reſidentiam,
& fructus aſſignentur Pauperibus, & fabri-
cæ, ſupra quos habet plenum dominium
Pontifex, & eos velit tam eximio operi
applicari, non eſt ratio cur excludatur in
15 illis compoſitio, ſi enim † vellet Pontifex
eam excludere abſque dubio expreſiſſet,
ſicut dum voluit, quod non diſpenſaretur
in votis religionis, & caſtitatis ille expreſ-
ſit, quod non abſolueretur quis ab excom-
municationibus quibuſdam contentis in
præfata Bulla cœnæ; quare hæreſi externa
excepta ab omnibus cenſuris in Bulla cœ-
næ virtute Bullæ, poteſt quis abſolui ſemel
in vita, & ſemel in morte & ſumpta alia
Bulla iterum in morte & non amplius, quia
16 ſic explicatur in priuilegio; ergo ſub clau-
ſula illa generali Bullæ compoſitionis etiam
includitur compoſitio fructuum ex non
reſidentia, cùm in hac compoſitione non
magis appareat Dominus quam in aliis, ſed
ſolum paupetes vel fabrica, qui ad illos non
habent dominium in re.

17 Quintò, quia licèt Puntifex dum annum
ſanctum vel Iubileum publicat, ponat ſimi-
lia verba reuocatoria, ac ponit in Bulla cœ-
næ, at non reuocantur priuilegia conceſſa
in cruciata, quia ſunt conceſſa ſub contra-
ctu oneroſo, cuius debeat ſpecifica mentio
fieri, conceſſa enim ſunt priuilegia hæc ſin-
gulis, quia ſinguli ſignatam & aſſignatam
18 eleemoſynam tribuunt & non alias; & vt
reuocentur deberet vnicuique eleemoſyna
data reddi, alias reuocatio eſſet iniuſta &
nulla. Ita Henriquez, *lib.7.de indulg.cap.21.*
n.7. Salas, *diſp.20.de leg.ſect.18.§.hinc colligi-*
tur. Sanch. *lib.3.de matrimonio, diſp.33.n.10.*
Bonac. *diſp.1.de legibus, q.3.punct.8.§.3.n.13.*
Baſilius, *legion.lib.8.de matrim.c.19.n.13.* &
alij quos infrà citabo, vnde anno 1625. *die*
19 *15. Februarij* † Vrbanus VIII. dixit non eſſe
eius mentem per Iubileum, *anni ſancti*, re-
uocare Bullam cruciatæ. Ergo Trid. in ver-
bis relatis non excludit compoſitionem per
bullam cruciatam conceſſam Regi Hiſpa-
niarum.

Hæc argumenta apud me non ſunt infi-
mæ notæ, ſed vt videtur non mediocriter
20 vrgent, video tamẽ omnes, quotquot † Bul-
lam cruciatam ſunt commenti in hoc con-
uenire, & plures alij in fructibus amiſſis ob
non reſidentiam locum non habere com-
poſitionem per Bullam ita Palao, *tom.4.tr.de*
bulla cruciatæ, punct.vlt.§.2.n.2: quia (inquit)
iſti prædicti fructus certo creditori reſtitui non
debeant, ſed Eccleſiæ vel pauperibus ſint ero-
gandi Concil.Trident. ſeſſ.23.c.1. de reforma- 21
tio, prohibuit hanc fieri compoſitionem ibi pro-
hibita quacumque conuentione vel compoſitione
quæ pro fructibus male perceptis appellatur, vt
notauit Nauarr. *in ſumma c.25.n.122* Rodri-
guez, *ad Bullam compoſitionis, nu.18.* Villalo-
bos, *n.20.* quibus ego addo. Trullench. *lib.3.*
caſu 2.n.6. Henriquez, *lib.7.de indulg.c 36.*
n.3. Ludouicus à Cruce, *diſp.2.dubio 8.num.2.*
Lopez, *2.p. inſtruct. tractat.de Bulla, pag.859.*
Sanctarellum, *variar.q 4.n.2.* Garzia, *de Bene-*
ficiis, p.3.c.2.n.30. Sotum, *lib.4.de iuſtitia q.7.*
art.1.ad 3. Sayrum, *lib.10.tract.1.c.5.nu.23.*
Barboſ. & Bellarm. *ad cap.1.ſeſſ.23.* vbi addu-
cunt Cardinalium declarationem publica-
tam, *die 28. Martij anno 1585.* † *non poteſt* 22
componi debita reſtitutio fructuum perceptorum
vi cruciatæ vel aliarum facultatum obtenta-
rum poſt Concilium.

Et quamuis poſt decretum Vrbanum quo
derogantur Cardinalium declarationes, niſi
publicatæ ſub certa præſcripta forma; † huic 23
declarationi nulla ſit danda fides neque in
iudicio neque extra, vt declarauit ſacrum
& ſupremum fidei Concilium Hiſpanum,
die 7.Octob.1633, quare ſecluſa alia declara-
tione authentica res non ſit, ex iure omnino
certa; tamen ſi huic declarationi adiunga-
tur praxis obſeruata, in ſupremo conſilio
cruciatæ, & quod numquam facta ſit huiuſ-
modi compoſitiu, in fructibus male perce- 24
ptis ob non reſidentiam, res videtur in praxi
indubitata, quamuis argumenta poſita ali-
quam ingerant mentibus non improbabili-
tatem ſpeculatiuam, quare omnibus illis
vnico verbo reſpondeo, † praxim cui ſtan- 25
dum eſſe in contrarium quod eſt funda-
mentum concludens ſi quidem praxis, &
ſtylus alicuius curiæ, aut tribunalis, lex eſt
inuiulatè obſeruanda, vt tenent † Abbas, 26
c.ex litteris n.6. de conſtit. Decius, *conſil.699.*
n.5. Theſaurus, *deciſ.1.n.9.* & latè Euerardus,
in loc à ſtylo curiæ per totum, quos citat & ſe-
quitur Rota apud Farinacium, *part.3.in vna*
Romana coram Damaſceno 17.Feur.anno 1612. 27
deciſ.376.n.1.in fine, legatur alia deciſio, *p.1.*
in vna Toletana Canonicatus 11. Ianu. 1610.
Coram Lancelloto quæ eſt in n. 212. His adde
cottam, *in memorabilibus, verbo leg. iudiciaria,*
pag.428. Montan. *de author.magni Conſilij, n.*
170. Paz, *in praxi in initio, n.11.* & omnino
videndus Doctiſſimus vir Ludouicus de Sa-
rauia, *in tract.de adiunctu, q.25.§.10. vbi egre-*
giè de ſtylo, & quando faciat ius, quando 28
conſuetudinem obligantem & concludit
quod

quod ſententia facta contra ſtylum non valet, vt latè Portales, 4. *p. verſ. ſtylus pag.* 411. & ita multo magis compoſitio facta contra ſtylum ſupremi tribunalis cruciatæ, non valet nec in foro fori neque in foro Poli.

RESOLVT. XVIII.

Vtrum Parrochus non reſidens poſſit ſibi fructus amiſſos applicare?

SVMMARIVM.

1. *An ſibi ipſi Parrochus non reſidens poſſit applicare fructus malè perceptos ex non reſidentia.*
2. *An fictione iuris ſit determinata perſona.*
3. *Conclij mens affertur.*
4. *Quid nomine pauperam intelligatur, & n.* 43.
5. *Qui pauperes graduandi iuxta ordinem charitatis.*
6. *Corduba & aliorum ſententia.*
7. *Quid nomine congrua ſuſtentationis intelligatur à Corduba & aliis.*
8. *Quos terminos habeat congrua ſuſtentatio, & n.* 9.
10. *Nauarri ſententia, & n.* 11. *nec non Sanchez, & n.* 12. *&* 13.
14. *An Clericus poſſit ex reditibus Eccleſiaſticis viuere ſecundum decentiam ſui ſtatus.*
15. *Clericus ex reditibus poteſt viuere ſecundum qualitatem beneficij, non tamen ſecundum qualitatem perſona.*
16. *Cardinalis de Lugo ſententia, & n.* 17.
18. *Item auctoris mens.*
19. *An maioris valoris, & æſtimationis humana, eſt obſequium factum in vtilitatem & decorem Eccleſiæ, à filio legitimo Regis, ac à non legitimo.*
20. *Si filius Regis habeat vnde ſuſtentetur iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, an poſſit ſumere congruam ex fructibus beneficy, iuxta qualitatem beneficij.*
21. *Quæ intentio Eccleſiæ vt det Miniſtris ſuis non indigentibus.*
22. *An debita contracta ex faſtu non Clericali debeant ſolui ex patrimonio, & n.* 23.
24. *Regibus, Principibus, necnon ſummis Pontificibus quid obſeruandum.*
25. *An ob præſtantiam magnæ nobilitatis, aut inſignis litteraturæ poſſit plus accipi ex reditibus Eccleſiæ.*
26. *Clericus poteſt vlterius ſibi accipere ex fructibus beneficij, quando vltra id quod ex officio debet longe plus laboris & induſtriæ impendit in Eccleſiæ vtilitatem, ex Card. de Lugo.*
27. *An Eccleſia cogatur emere laborem ſpontaneum, & n.* 28.
29. *Quæ nobilitatis magnitudo, quæ litteratura, propter quæ detur beneficium.*
30. *Auctoris ſententia affertur, & num.* 37. *& num.* 44.
31. *Exemplum adducitur, & n.* 38. *&* 39.
32. *An debita contracta ſint à Parrocho, Epiſcopo, &c. ex vſibus profanis, ſi habet patrimonium, teneatur ſoluere ex eo, ſi non habeat, an ex reditibus beneficij.*
33. *Debitor tenetur ſoluere quoties poteſt.*
34. *An ſi debita contracta ſint à Parrocho ex piis operibus, & iſto opera pia fecit poſtquam acquiſiuit beneficium, etiamſi habeat patrimonium poſſit ſatisfacere ex fructibus beneficij.*
35. *Opera pia & ſuſtentatio Clerici pro tempore antedenti non debent ex fructibus beneficij nondum habiti deſumi. Et quæ ex hoc ſequerentur, & num.* 36. *ex Card. de Lugo.*
40. *An ſi Parrochus aut Epiſcopus pauper ſit & non habeat ſufficientem congruam ad quotidianam ſui, ſuæque familiæ ſuſtentationem, poſſit ſibi ipſi tanquam pauperi fructus amiſſos ob non reſidentiam applicare propria auctoritate.*
41. *Cardin. de Lugo difficultatem enodat, & num.* 42.
45. *Diui Thomæ opinio, & n.* 51.
46. *An diſtributor libere inſtitutus poſſit ſeipſum inter pauperes computare.*
47. *An ſi Parrochus vel Epiſcopus pauper ſit conſiderans ſe ipſum vt extraneum, poſſit ſibi fructus non reſidentia applicare.*
48. *Multorum DD. ſententia, & n.* 49. *&* 50.
52. *An Paſtor non reſidens ſibi ſi verè pauper ſit, ſibi fructus poſſit applicare.*
53. *An Epiſcopi & Parrochi ea facilitate qua ſibi applicabunt fructus in Epiſcopatu & Parrochia, poſſint non reſidere.*
54. *Pontifex non vult Beneficiato pauperi fructus applicare, ex Palao.*
55. *Parrochus & Epiſcopus non reſidentes tenetur vt fructus reſtituant parcius viuere.*
56. *An Parrochi vel Epiſcopi ſi aliàs habeant bona, vel Eccleſiaſtica recondita, & in marſupiis, vel patrimonialia, ex illis debeant ſupplere congruam decentem, vt reſtituant fructus amiſſos ob non reſidentiam.*
57. *An Parrochus non reſidens, dum reſtituit fructus, cui poſſit illos reſtituere, & n.* 58. *&* 59.
60. *Nauarri ſententia.*
61. *An Epiſcopus vel Parrochus ſi non eſt ſimpliciter pauper, poſſit ſibi applicare fructus male perceptos ex non reſidentia.*
62. *An Parrochus non indigens ſimpliciter non faciat opus pium ſibi retinendo ſimpliciter.*
63. *An ſi filius Regis Epiſcopus per annum non reſideat*

reſideat fructus Epiſcopatus non poſſit ſibi applicare ad congruam.

64. *An filius Regis Epiſcopus poſſit differre reſtitutionem quouſque Patre, vel Matre mortuo adeat hereditatem.*

65. *Vtrum Epiſcopus non reſidens per annum poſſit fructus quos diſtribuere debet pauperibus partim reſtituere, partim reſeruare reſtituendos ſequenti anno.*

DVBIVM decimum-octauum vtrum,
ſibi ipſi Parrochus non reſidens poſſit
applicare fructus male perceptos ex non re-
ſidentia? Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 1. *§. ſiquis au-*
1 *tem*, dicit huiuſmodi Paſtores, *non reſidentes*
teneri fructus male perceptos fabricæ Eccleſia-
rum aut pauperibus loci erogare, ſi enim Con-
cilium diceret erogandos eſſe hos fructus
ſoli *fabricæ*, vtique non poſſet non reſidens
ſibi illos applicare, quia iam fabrica illius
Eccleſiæ ius in re acquiſiuit; ſicut dum
bona incerta debentur cummunitati, quam-
uis ignoretur Dominus in particulari, ita
Leſſius, *lib.* 2. *de iuſtitia*, *c.* 14. *n.* 32. eſt enim
2 † determinata perſona fictione iuris, vna
ſcilicet fabrica Eccleſiæ, quam nullus poteſt
legitimè relinquere; Eccleſia enim paſſa eſt
detrimentum ex abſentia Paſtoris, quod re-
compenſatur reſtitutione fructuum, verum
eſt cum Pontifex ſit Dominus illorum fru-
ctuum, etiamſi lex dicat quod determinate
applicantur fabricæ, poteſt concedere com-
poſitionem.

3 Cæterum † cum Concilium dicat, quod
reſtituatur, vel fabricæ, vel pauperibus ſu-
pereſt locus noſtræ dubitationi, an ſi Parro-
chus, vel Epiſc. ſit pauper vel habeat cõſan-
guineos pauperes poſſit tuta conſcientia ſibi
vel conſanguineis hos fructus vt pauperi-
bus applicare? & quidem ſupponendum
4 eſt. Primò, quid † nomine pauperum intel-
ligatur? & dicendum, quod non ſolum in-
telliguntur mendici, qui hoſtiatim eleemo-
ſynas quæritant, ſed etiam loca pia, Mona-
ſteria, Hoſpitalia pauperum, Eccleſiæ indi-
gentes luminaribus, ædificiis, ornamentis,
vel ſimilibus; Virgines Maritandæ, vel in-
greſſuræ Monaſteria, indigentes tamen; in-
telliguntur carentes neceſſariis ad con-
gruam, & decentem vitæ ſuſtentationem;
ita Nauarr. *in Manuali*, *c.* 17. *n.* 93. Azor, 3. *p.*
lib. 4. *cap.* 26. *quæſt.* 3. Reginaldus, *in praxi*, *lib.*
10. *num.* 196. Molina, *tom.* 3. *diſput.* 746. *n.* 1.
& diſput. 747. *num.* 1. Fillucius, *tom.* 2. *tract.* 32.
c. 4. *n.* 95. Torres, 22. *diſput.* 40. *dubio* 1. *nu.* 6.
5 huiuſmodi † pauperes graduandi ſunt ſe-
cũdum ordinem charitatis quem conſtitnit
D. Thom. 2. 2. *q.* 23. & ibi Bannez, Lorca, &
alij Expoſitores, ita quod in ordine paupe-
rum primo ſint conſanguinei, deinde affi-
nes, poſtea eiuſdem patriæ, & ſic in cæteris.

Secundò ſupponendum quod ſit congrua
ſuſtentatio (loquor extra extremam neceſ-
ſitatem vel etiam vrgentem) varia eſt iuxta
qualitatem perſonarum, quæ indigent circa
quam notandum eſt † ex Corduba, *lib.* 1. 6
q. 18. Molina, *diſp.* 147. Sanchez, *lib.* 2. *conſili.*
cap. 2. *dub.* 4. Cardinali de Lugo, *tom.* 1. *de iu-*
ſtitia & iure diſp. 4. *ſect.* 4. *nu.* 52. *nomine* † *con* 7
gruæ ſuſtentationis intelligant communiter
D. D. neceſſaria ad ſui ſtatus & ſuæ familiæ
honorabilem ſuſtentationem ſecundum conditio-
nem gradus, dignitatis, & qualitatis & Regio-
nis, in qua, quis habitat qui non tenetur vitam
parcam, ſed poteſt moderatos & decentes ſum-
ptus facere ſecundum ſtatum ſuum, non vt cum
pompa & delitiis profanis, ſed vt honorabiliter
more Chriſtiano viuat. Hæc fere Cardinalis
deſcribens congruam ſubſtentationem ſatis
prudenter, & cordatè, vt aſſollet, vnde col-
ligit, *num.* 53. quod ſicut in pretiis, eſt ſupre-
mum, medium, & infimum, ita † eoſdem 8
terminos habet congrua ſuſtentatio quæ
non cõſiſtit in indiuiſibili. Vnde non eſt æ-
quali valore taxanda pro omnibus ſed atten-
tis circunſtantiis perſonæ, dignitatis, loci,
temporis, careſtiæ rerum venalium, & ſi-
milium prudentis & timorati iudicio; ita vt 9
ſit regula moralis taxæ, quod vnuſquiſque
ſibi ſumat eam congruam, quam alij ſimilis
qualitatis, & dignitatis ſumunt paulo ma-
gis vel minus, quare mihi videtur certiſſima
regula Nauarri, † *tract. de oratio. in Miſcella-* 10
neo. 62. *n.* 9. *vt Clericus prudens & timoratus*
æſtimet, quot aureos ipſe daret, ad alendum
alium ſuæ conditionis & ſtatus, ad quem alen-
dum decenter obligaretur ex aliquo teſtamento;
vel contractu, & totidem ſibi ad proprium ſu-
ſtentationem ſumat, deſcendere vero ad par-
ticulares perſonas Principum, Cardina-
lium, Epiſcoporum & Archiepiſcoporum
nimis moleſtum & odioſum eſt, quare ab
hoc abſtineo, cum ex hac regula Nauarri 11
bene preſpecta, & ruminata, quid taxan-
dum ſit facile erit viro experto, & pru-
denti, quam qui taxat pro ſe poteſt in limi-
tationes congruæ iuſtæ ſupremum illius
aſſumere, dum tamen taxet pro alio vel
infimum vel medium, dare. Sed de con-
grua plura dixi duobus tomis de hac ma-
teria.

Verum enim vero quia ad præſens inſti-
tutum plurimum conducit vnum vel alte-
rum prolibare, primum † videlicet quod 12
vt notat Sanchez, *lib.* 2. *conſili.* *c.* 2. *dub.* 41. *n.* 9.
perneceſſaria ad ſtatum ſunt intelligenda
non ſolum, quæ ſunt neceſſaria ad decen-
tiam ſtatus, ſecundum qualitatem benefi-
cij, ſed ſecundum qualitatem perſonæ, verbi
gratia, ſi Regis filius fiat Archiepiſcopus 13
Tolet. poteſt ex reditibus Epiſcopatus de-
ducere neceſſaria ad decentiam ſtatus non

tantum Archiep. Toletani ſed filij Regis, ratio eſt, quia ſtatus iſtius eſt ſtatus filij Regis, & quæ ſibi ad hunc ſtatum opus ſunt, verè ad ſtatum neceſſaria ſunt. Hanc concluſionem innuunt vniuerſi D. D. fatentur enim † abſolutè poſſe Clericum ex reditibus Eccleſiaſticis viuere ſecundum decentiam ſui ſtatus; tenent eam expreſsè Nauarrus, *opuſ. de reditibus quæſt.* 1. *num.* 9 1. *&* 94.
14 Molin. *tom.* 1. *diſp.* 145. quamuis addat Sanchez *num.* 10. hoc eſſe verum, niſi Eccleſia indigeat reparatione neceſſaria, vel ornamentis, & aliis vtenſilibus, & *num.* 11. niſi Clericus habeat bona patrimonialia, ex qui-
15 bus poteſt viuere, tunc enim † ex dictis reditibus tantum poſſet viuere ſecundum qualitatem beneficij, non vero ſecundum qualitatem perſonæ, ita Nauar. *in Summa Hiſpana, cap.* 25. *num.* 130. & Molina *vbi ſupra.*

Sed Eminentiſſimus Cardinalis de Lugo
16 † *loco citato num.* 61. dicit non videre quomodo hæc cohæreant inter ſeſe, quia, vt communis ſententia tenet, & ipſe Sanch. *dub.* 44. *num.* 5. conſentit multis citatis D.D. Clericus alias diues, ita vt ſine beneficio poſſit commodiſſimè ſuſtentari, poteſt ex beneficio ſecundum qualitatem ipſius beneficij omnem congruam ſuſtentationem ex fructibus deſumere; ergo ſi filius Regis poteſt ſumere congruam iuxta qualitatem Regiam, quam habet ex ſua filiatione ex fructibus beneficij idem poterit facere, etiãſi alias habeat vnde ſuſtentetur.

Quare ipſe Cardinalis ſub diſtinctione
17 procedit aut enim filius Regis Archiepiſcopus Toletanus, non habeat alios reditus, vnde viuat, & ſuſtentetur iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, & ſit omnem obſtentationem filij Regis poteſt aſſumere ex reditibus Eccleſiaſticis, vt tenet Sanchez cum commu-
18 ni: ego tamen diſtinguerem inter filium ex legitimo matrimonio, & filium non legitimum, ſed naturalem, & ſpurium, cognitum & recognitum, vt filium, & non cognitum vt filium publicè, iſte enim non debet habere tam magnam congruam, quia non tam amplam familiam ſicut ille cognitus, nec iſte tantam ſicut filius legitimus, quod nul-
19 lus notauit, & eſt valde notandum; † maioris enim valoris, & æſtimationis humanæ eſt obſequium factum in vtilitatem, & decorem Eccleſiæ à filio legitimo Regis, ac à non legitimo, & ab illo, qui eſt recognitus: & ita pro gradu valoris obſequij poteſt eſſe maior vel minor congrua, quia cogitur habere maiorem oſtentationem in familia conuiuiis, recreationibus, & illuſtribus miniſtris, & reliquo comitatu.
20 Aut † Filius Regis habeat alias, vnde ſuſtenterur iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, & ſic abſolute non poteſt ſumere congruam ex fructibus beneficij, iuxta qualitatem perſonæ ſed iuxta qualitatem beneficij, ratio eſt quia beneficia Eccleſiaſtica, non ſunt inſtituta ad ſuſtentandã oſtẽtationem ſecularem, & ciuilem iuxta qualitatem perſonæ, ſed oſtentationem Eccleſiaſticam ſtatui congruentem, non enim eſt † Eccleſiæ 21
intentio dare ſuis Miniſtris alias non indigentibus, niſi ſuſtentationem neceſſariam formaliter hoc eſt neceſſariam, vt eidem Eccleſiæ iuxta ſuum ſtatutum, & miniſterium Eccleſiaſticum decenter poſſint deſeruire, eſſet enim valde pernicioſum Eccleſiæ, pauperibus & miſerabilibus perſonis, tales miniſtros ſibi aſſumere, quorum ſuſtentatio tam oneroſa, & difficilis ſit, nec afferens tantam vtilitatem ſuis ouibus, quantum infert damni, quare ſicut † debita contracta 52
ex faſtu non Clericali, ſi habeat patrimonium tenetur ex illo ſoluere, ita faſtum debitum ſuæ perſonæ propter generis nobilitatem non ex reditibus Eccleſiaſticis, ſed ex aliis ſecularibus debet ſuſtentare. Faſtus enim iſte per ſe & primario in filio Regis non competit illi ratione ſtatus Eccleſiaſtici, vnde ſi alias habeat aliud patrimonium ſeculare, non debet ſuſtentari ex his 23
quæ pertinent ad ſtatum Eccleſiaſticum, ſunt enim diuerſi faſtus, vnde fructus, quibus ſuſtentari debent ad diuerſas radices pertinent, & vna ſuſtentari non debet fructibus alienis irrigata, attendant Principes, & Reges necnon & ſummi Pontifices (qui diſpenſatores ſunt non Domini bonorum Eccleſiaſticorum) † quomodo filiis & con- 24
ſanguineis bona Eccleſiaſtica impertiant innumera vni dumtaxat accumulando, vt oſtentationem mere Regiam ciuilem, & ſecularem oſtentent, ſicque pauperibus ſpretis in familiis, conuiuiis, recreationibus, ſuperfluis ſuſtentandis patrimonium Chriſti & pauperum inſumant.

Verum eſt vt notat Cardinalis Lugo, & bene explicat *num.* 63. poſſe † ob præſtan- 23
tiam magnæ nobilitatis & inſignis litteraturæ aliquid ſibi plus accipere ex reditibus Eccleſiæ, licet enim Eccleſia non debet Clerico ad viuendum ſecundum gradum nobilitatis & Doctrinæ, debet tamen plus ſtipendij dare propter maiorem æſtimationem obſequij viri inſignis literaturæ, & nobilitatis, ab his enim perſonis non ſolum honorem, ſed opetam etiam, & vtilitatem longè maiorem Eccleſia accipit, qui eruditione, & potentia, & maiori vigilancia eam defendunt, & ſic debetur hoc titulo maius ſtipendium.

Sed ponenda ſunt hîc verba Cardinalis ex *num.* 65. quæ valde noſtro inſtituto deſeruient. † *Poteſt vlterius Clericus ſibi accipere* 56
ex fructibus beneficij quando vltra id, quod ex

officio

officio debet longè plus laboris, & induſtriæ impendit in Eccleſia vtilitatem v. g. prædicando, audiendo confeſſiones, docendo &c. poteſt enim ſumere vltra ſuſtentationem, quantum labor & opera illa meretur. Ita Nauarrus, Maior, Couarr, quos refert & ſequitur Molina tr. 2. diſp. 144. columna. penultima Petrus de Soto libro de inſtruct. ſacerdo. tract. de vita ſacerdo. lect. 3. Thom. Sanch. *dicto cap. 2. dubio. 38. num. 16. qui probant, quia dignus eſt mercenarius mercede ſua*, & cum contra hanc rationem argumentum fuiſſet Card. ſubdit.

Cæterum ratio illa in caſu noſtro locum habere poteſt, nec diſcedendum eſt à ſententia illo-
27 *rum DD. quia in doc caſu † non cogitur Eccleſia emere laborem ſpontaneum, ſed ipſemet Clericus qui Dominus eſt eorum redituum, poteſt ac debet eos inſumere in vtilitatem Eccleſiæ, vel in pios vſus, ſicut poſſet alterius operam ſimilem in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ emere ſeu remunerari, quia ille vſus pius eſſet, ſic poteſt operam ſuam & induſtriam ex Eccleſiaſticis bonis quaſi emere ſeu applicare ſibi pro tali labore tantam, & talem bonorum portionem, poteſt enim ea bona inſumere ſicut Eccleſia poſſet, ſed Eccleſia poſſet illam maiorem operam & labo-*
28 *rem emere, & remunerare. Ergo & ipſe Clericus poteſt id facere, nec enim tunc cogitur Eccleſia emere cum expendatur pecunia ex voluntate, vel Eccleſiæ, vel eius cui dedit Eccleſia bona illa cum eadem obligatione expendendi in eos vſus, in quos ab Eccleſia ipſa poſſent expendi.* Hæc illi.

29 Sed, † quæ nobilitatis magnitudo, quis litterarum exceſſus, quæ maior ſolicitudo, & labor vltra debitum, ex vi officij, propter quod detur beneficium, non explicat Cardinalis Lugo, neque eſt ita facile, ſed relinquendum eſt prudentis Conſiliarij arbitrio, neque enim requiritur tanta nobilitas, quanta requiritur *in extrauag. extirpandæ. de prabendis*, nec tantus exceſſus litterarum qualis inuenitur in hominibus inſignibus, qui multos tomos in Eccleſiæ ſeruitium typis dedere, nec tam extraordinaria ſolicitudo quanta in Paſtoribus ſanctis reperitur, ſed quota ſit poſitiue determinanda ex cir-
30 cumſtantiis multis pendet † exiſtimo tamen, quod ſi Parrochus ſit Doctus, aut pius, & velit imprimere, vel librum aut libros ſpirituales aut morales, aut ſcholaſticos, qui ex approbatione Doctorum poſſunt vtilitatem inferre Reipublicæ, poteſt ex fru-
31 ctibus beneficij id facere, ſimiliter † ſi vir nobilis ſororem mariteт alicui viro nobili, poteſt etiam ex fructibus donationem aliquam comperentem facere, & aliquam maiorem oſtentationem pro nuptiis celebrandis, &c.

32 Alterum quod prælibare licet, eſt, † circa debita contracta à Parrocho, vel Epiſcopo, aliove Beneficiato, quod vel ſunt contracta ex vſibus profanis, & vitæ profuſione, & ſic aut habet patrimonium, & ex hoc debet illa ſoluere; aut non habet niſi reditus beneficij, & tunc tenetur ex ipſis ſatisfacere creditoribus, ita Sanch. *vbi ſupra dub. 42. num. 4.* & praxis ita habet vt dicit Azor. *1. p. lib. 7. cap. 9. quæſt. 6.* & colligitur clare *ex c. peruenit. de fideiuſſoribus*, vbi Barboſ. *num. 5.* & alij & *ex cap. olim, de reſtit. ſpoliatorum.* Debitor † enim tenetur ſoluere 33 quoties poteſt, quare ſicut poteſt alios ære alieno oppreſſos ſubleuare, imo aliquando tenetur, ita & ſeipſum ex fructibus beneficij cum aliunde non habeat ex quo ſoluat.

Aut debita iſta ſunt contracta ex piis operibus, & vel iſta pia opera fecit poſtquam acquiſiuit beneficium, † & ſic etiam- 34 ſi habeat patrimonium, poteſt ſatisfacere ex fructibus beneficij, vt tenent Sanchez *num. 6.* & multi quos citat; aut debita iſta ex piis operibus contracta fuere, ante collatum beneficium, & ſic Cardinalis de Lugo *n. 67.* exiſtimat quod ſi habet patrimonium ex ipſo, & non ex fructibus beneficij debet ſatisfacere; quia (inquit) opera pia † & ſuſten- 35 tatio Clerici pro tempore antecedenti non debent, ex fructibus beneficij nondum habiti deſumi, cum non teneatur Eccleſia alere ſuum Miniſtrum pro toto tempore antecedenti vitæ ſuæ, neque opera illa pia fieri potuerunt ex bonis Eccleſiæ, quæ tunc non habebat Clericus, neque præceptum aliquod ea pie expendendi, † alioquin poſſit 36 compenſare ſibi Beneficiarius ex reditibus beneficij omnia quæ per totam vitam pie expendit quod nemo concedat.

Sed ego in hoc puncto aliter ſentio ſi 37 enim, quis Clericus ex bonis patrimonialibus pia opera exercuit, aut illis nixus debita, pro piis operibus contraxit abſque ordine ad beneficium futurum, de quo nullam ſpem proximam habebat, etiamſi fortuna fauente habuerit beneficium ex huius fructibus, nequit compenſationem facere, aut debita ſoluere, vt bene probat fundamentum Cardinalis, ſi tamen, quis † eſt in 38 ſeruitio ſummi Pontificis, aut magni alicuius Prælati, à quo ſperat magnum aliquod beneficium, & huius ſpei nixus patrimonium conſumit & debita contrahit, pro piis operibus, non dubito quod iſte talis ex fructibus beneficij, & poteſt recompenſare ſuum patrimonium & creditoribus ſatisfacere, cum ſpe beneficij id opus pium præſtiterit, ſatis enim congruum eſt & rationi conforme, quod ſi quis pia opera exercuit 39 intuitu beneficij, quod beneficium ipſum ſatisfaciat, hoc enim nihil aliud fuit, quam commodato dare beneficio, vt bene offi-

cium ipſum compenſaret acquiſitum de
his longus ſermo eſt, *tomis citatis.*
40 His prelibatis dubium ſupereſt † ſi Par-
rochus, aut Epiſcopus pauper ſit & non ha-
beat ſufficientem congruam, ad quotidia-
nam ſui & familiæ ſuæ ſuſtentationem, poſ-
ſit ſibi ipſi tanquam Pauperi fructus amiſ-
ſos ob non reſidentiam applicare, propria
authoritate, negat Cardinalis Lugo *vbi ſup.*
41 *diſp.* 6. *num.* 143. † & dicit primum, quod
debita ex delicto quorum Dominus non
comparet in odinm debitoris, & ne procli-
uiores ſint alij ad ſimile delictum pa-
trandum ſub ſpe lucri; creditor (qui hoc ca-
ſu) eſt Eccleſia, præſumitur velle debitorem
quam citiſſimè re illa ne fruatur illo com-
modo & fructus diſtrahi in pauperes, & fa-
bricam Eccleſiæ, ne maneant apud iniquum
poſſeſſorem, qui illorum non habet domi-
nium, ne illicitè illis fruens alliciatur ad
non reſidendum.
42 Et *num.* 148. dicit ſecundum debitorem
ſi ipſe verè pauper ſit poſſe ſibi per modum
eleemoſynæ applicare in parte, vel in toto
illos fructus, licet hoc non ſit faciendum
propria authoritate ſine conſilio confeſſa-
rij, propter magnum periculum fraudis,
ceſſante tamen omni periculo non eſſet il-
licitum, & hoc licet deberentur illa bona ex
iniuſta acceptione, vt fatetur Molina *diſpu-
tat.* 747 & Leſſius *infra citandus, num* 41.
43 Dicit tertium, *ibidem verſic. in foro;* † no-
mine Pauperum intelligi, etiam alia opera
pia, imo & illos, qui licet non cogantur
mendicare, attenta tamen ipſorum qualita-
te non poſſunt niſi iuuentur, ſe in decenti
ſtatu conſeruare & inſtituere.
44 Verum enim vero; ego etſi † aliquibus
dictis Eminētiſſimi Cardinalis Domini mei
colendiſſimi ex tribus relatis libenter aſſen-
tiam, tamen iuxta mea, & communia prin-
cipia, quantum ad hoc punctum ſingula-
riter deducam, primum ſi Epiſcopus, & Par-
rochus, etiamſi malitioſè non reſederit in
ſuo Epiſcopatu, aut parrochia, ſi tamē pau-
per eſt iuxta dicta de conditione pauper-
tatis, de qua egregiè èſt philoſophatus Car-
dinalis; poteſt propria authoritate ſibi vt
pauperi fructus malè perceptos ob non re-
ſidentiam, vel in toto vel in parte iuxta in-
digentiam propriam ſibi applicare, ita te-
nent Lugo citatus *in tertio dicto*, Molina *to-
mo* 3. *p.* 2. *diſput.* 747. *num.* 1. *verſic. verum au-
tem*, Nauarr. *in ſum. cap.* 17. *num.* 92. Sanch.
lib. 6. *ſumma cap.* 11. *n* 54. *&* 55. plures citans,
vt aſſolet addens quandam limitationem
de qua *infra*, Petr. Nauarr. *de reſtit. lib.* 4.
cap. 2. *num.* 50 Leſſius *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 41.
Vaſquez *de reſtit. cap.* 5. *dub.* 1. *num.* 9. *&* 12.
& dub. 4. *n.* 43. Aragonius 22 *quæſt.* 66. *art.* 5.
Cai. *quæſt.* 62. *art.* 5. §. *in reſponſione verſic. &
tum ipſe*, vbi ponit eadem ferè verba mo-
do inducenda, & *quæſt* 32. *art.* 9. *ad* 3. vbi
D. Thomas † ſic fatur, *nullus ſibi eleemoſy- 45
nam facit niſi fortè ex perſona alterius, puta
cū aliquis ponitur diſtributor eleemoſynarum;
poteſt & ipſe ſibi accipere ſi indigeat, eo teno-
re quo & alijs miniſtrat*, ad quæ verba Emi-
nentiſſimus commentator D. Calet. *ſtat er-
gò ſolida littera doctrina, quod † diſtributor* 46
*liberè inſtitutus poteſt ſe ipſum inter pauperes
computare, ſi eſt, & abſquè fraude, tantum ſibi
diſtribuit ſicut ſimilibus diſtribuit, debet enim
ſe ſicut extraneum computare, & in perſona do-
nantis diſtribuere*, atqui Concilium Tri-
dentinum, *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *verſic. ſi quis*, ipſum
Parrochum vel Epiſcopum cōſtituit diſtri-
butores in pauperes, & in eius defectum
Ordinarium; ergo † ſi Parrochus vel Epi- 47
ſcopus pauper ſit conſiderans ſeipſum, vt
extraneum, poteſt ſibi fructus non reſi-
dentiæ applicare, ſicut de fructibus non
recitantis officium diuinum, eſt communis
omnium ſententia, vt fatetur Sanch. *tom.* 1.
conſil. lib. 2. *cap.* 2. *dub.* 87. *num.* 3. ibi, *ſi Benefi-
ciarius ipſe, qui debet reſtituere fructus, ſit ve-
rè pauper poteſt ſibi eos reſtituere, quia obli-
gatus aliquid reſtituere Pauperibus poteſt ſibi
retinere quando vere pauper eſt, cum non ſit
peioris conditionis, quàm alij pauperes, vt fa-
tetur communis omnium ſententia in materia
de reſtitut.* Hæc ibi, quæ iuxta ſua principia
intelliguntur propria authoritate, quod etiā
tenent Syluester, *verbo reſtitutio.* 8. *quæſt.* 5.
Tabienna, *verbo eleemoſyna num.* 4. Armilla
num 9. Rodrig. *tom.* 1. *ſum. cap.* 199. *num. vlt.
& tom.* 3. *quæſt. Reg. quæſt.* 70. *art.* 4. Turrian.
22. *diſp.* 42. *dub.* 2. Palao *tom.* 2. *diſput.* 2. *punct.
vlt. num.* 12. Suar. *lib.* 4. *de horis Canon. cap.* 30.
num. 21. Bonac. *tom* 2. *diſp.* 1. *q.* 5. *punct.* 4 *n.* 8.
Toletus *in ſum. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 5.
Quare mihi non arridet ſententia mul- 48
torum Iuriſperitorum quos citat Syluester,
vbi ſupra, † quem ſequitur Bonacina *diſp.* 1.
de reſtit. q. 3. *punct.* 4. *num* 13. *verſic. ſed horum
ſententia*, loquens de reſtit. incertorum;
quod expreſsè fatetur D. Tho. *in* 4. *diſt.* 15.
quæſt. 1. *art.* 5 *q.* 4 *ad* 3. de eiſdem ſermonem
faciens, vbi requirit arbitrium Epiſcopi vel
illorum ad quos pertinet regimen oppidi
in cuius pauperie facienda eſt diſtributio;
alij autem requirunt arbitrium confeſſoris, 49
vt iudicet de paupertate, ne quis in ſua cau-
ſa ſit iudex & iudicandus, & quidem hoc
ſatis videtur congruum ad omnem fictio-
nem vitandam, & maiorem ſecuritatem
conſcientiæ cōſequendam, tum & maximè
qui ſi Parrochus, vel Epiſcopus vident ſibi
poſſe, vt Pauperibus; & non habentibus cō- 50
gruam & decentem familiæ ſuæ & autho-
ritatis ſuſtentationem non ſentient pœnam
priuationis fructuūm ob non reſidētiam, &
ſic

ſic facilè incident in delictum hoc,cum non paruo ouium diſpendio, & damno.

Sed nihilominus, vt dixi mihi hæc ſen-
51 tentia placet, ſed oppoſita, quam adduxi & eſt abſque dubio D. Tho. *in ſum. Theologiæ locis citatis*, in 4. autem ſententia loquitur ex conſilio, & rebus inuentis aut debitis incertis iuxta *caput. cum ſit de iudiciis*, non tamen de reſtit. fructuum ob non recitandum, vel non reſidendum, ad hanc enim diſtributionem Concilium conſtituit diſtributorem in pauperes, primo loco ipſum non reſidentem, & eo ceſſante ſu-
52 periorem Eccleſiaſticum, quare † Paſtor non reſidens ſibi, ſi verè Pauper eſt iuxta qualitates paupertatis ſupra enuclearas ſi ſibi fructus applicare, ſicut applicaret aliis, ſe ipſum vt extraneum conſiderans, & hoc propria authoritate ſine couſultatione Ordinarij, vel alterius ſuperioris; confeſſoriſve, quamuis cum hoc ſecurius ſit, conſulere cum viro Docto & timorato.

53 Ad id quod dicitur, quod † Epiſcopus, & Parrochus ea facilitate, quia ſibi applicabunt fructus in Epiſcopatu, & parrochia non reſidebunt, dico quod de hoc ſtrictiſſimum habebunt in alia vita ſupplicium Deinde quia in hac vita à ſuperiore viſitante ſtrictiſſima debet pœna affici, & mulctari iuxta qualitatem criminis priuando ad tempus, iniiciendo in carcerem, & aliis pœnis proportionatis, credo tamen (ait Palao)
54 † nolle Pontificem beneficiato Pauperi fructus applicare, quoties ipſe ſiſus hac applicatione facienda non reſidet, quia credendum non eſt velle Pontificem occaſionem peccandi ſuppeditare; quare tamen Bulla compoſitionis eos à priuilegio compoſitionis excludit, qui ſub ſpe compoſitionis furantur, vt tenent Bonac. *vbi ſupr. n. 9.* Trullẽc. Rodriguez, Villalobos, Ludouicus à Cruce *in expoſitione Bullæ*, Henriq. *de indulgentiis lib. 7. cap. 30. num. 6.*

55 Deinde † Parrochus, & Epiſcopus non reſidentes tenentur, vt fructus reſtituant parcius viuere in victu, & veſtitu, & alia ſupellectili, quæ etſi ad congruam poſſit pertinere, non tamen eſt neceſſaria ad de-
56 centiam dignitatis, aut perſonæ; quare † ſi aliàs habeant bona, vel Eccleſiaſtica recondita, & in marſupiis, vel patrimonialia: ex iſtis debent ſupplere congruam decentem, vt reſtituant fructus amiſſos, ob non reſidentiam, quia ſi huiuſmodi bona habent non ſunt pauperes, & fructus ſibi non poſſunt applicare.

Secundum eſt, quod † Paſtor non reſi- 57
dens, dum reſtituit fructus poteſt illos reſtituere, ſiue fabricæ debet eſſe illius Eccleſiæ in qua ſitum eſt beneficium; ſeu Pauperibus, & ſi congruum & æquum ſit, & conformius intentioni fundatoris, quod ſint pauperes, aut Diœceſanis, aut Parrochianis, tamen ſatisfaciet conſcientiæ ſuæ, & præcepto Concilij, ſi in quoſcumque pauperes di- 58
ſtribuat ſiue ſint Pauperes conſanguinei, ſiue affines, ſiue Peregrini, ſiue exteri, Concilium enim ſolum præcipit, quod erogentur Pauperibus, vt enim notauit Na- 59
uarrus † *in Apologia contra Sarmientum, quæſtio. 1. monito 28. n. 1.* non eſt neceſſarium, quod reſtitutio fiat inter Pauperes eiuſdem loci, vel inter Pauperiores, ſed ſufficit in 60
pauperes quoſcũq; id quod prius notauerat Syluest. *verbo reſtit. 8. q. 3.* loquens de bonis incertis, quæ Pauperibus ſunt diſtribuenda.

Secundum & valdè notandum, quod † 61
Epiſcopus, vel Parrochus ſi non eſt ſimpliciter pauper, & non ſit vera indigentia ſimpliciter, ſed ad tempus, ex aliqua occaſione, vt quia illi non dantur redditus ſui patrimonij, aut quia ob ingruentem tempeſtatem fructus non collegit ex ſuis vineis, &c. tunc enim non poteſt ſibi applicare fructus malè perceptos ex non reſidentia, aut ex omiſſione officij diuini, ſed debet reſtitutionem fructuum differre, ab ea tamen non liberabitur, vt aduertit benè Vaſquez *de reſtit. cap. 4. §. 4. dub. 1. num. 11.* etenim † non 62
indigens ſimpliciter non facit opus pium ſibi retinendo ſimpliciter, ſed tantum retinendo pro eo tempore, quo eſt indigens in caſu, & pro tempore excuſatur à reſtitutione faciẽda Pauperibus. Vnde † ſi filius Prin- 63
cipis Epiſcopus per annum nõ reſideat fructus Epiſcopatus, non poteſt ſibi applicare ad congruam, itavt ſit ſimpliciter liber à reſtitutione facienda Pauperibus, ſi ipſe ſit vnicus filius hæres magnæ hæreditatis, ſed poteſt differre reſtitutionem quo vſque pa- 64
tre, vel matre mortua hæreditatem adeat, tunc enim reſtituere tenetur niſi à Papa indultum ad non reſtituendum accipiat.

Quartum † Epiſcopum non reſidentem 65
per annum poſſe fructus quos diſtribuere debet Pauperibus partim, ſtatim reſtituere, partim reſeruare reſtituendos ſequenti anno, vt ipſe habeat vnde congruè poſſit ſuſtentari, & ne ſibi omnes applicando pauperes defraudentur, imo ad hoc tenentur.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS, *DE RESIDENTIA CANONICORVM.*

DE reſidentia Canonicorum & dignitatum ſæcularium, plura ſunt ſcitu digna, & quæ ad conſcientiæ praxim pertinent, & aliquam non vt par eſt diſcutere, nec in vnum collecta ab aliquo ſcriptore, quare ea diſcutere operæ pretium iudicaui.

RESOLVTIO I.

Verba Concilij Tridentini extricantur.

SVMMARIVM.

1\. *Obtinentibus in eiſdem Cathedralibus aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, præbendas aut portiones, non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe, ex Conc. & n.2.3.& 4.*

5\. *Concilium ſtrictiſſimam perſonalem reſidentiam Canonicis Dignitatibus, Cathedralis & inſignis Collegiatæ Eccleſiæ indixit.*

6\. *Pauli Comitoli ſententia.*

7\. *Quid diſcriminis inter reſidentiam Beneficiarij & intereſſentiam intercedat, & n.8. & 9.*

10\. *An iure Pontificio ad percipiendos & aſſequendos fructus beneficij, ſola reſidentia abſque miniſterio perſonali & præſentia in diuinorum officiorum celebratione ſufficiat.*

11\. *An Canonicorum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium, reſidentia non ſolum ſit perſonalis præſentia, ſed quotidiana ſtatutis temporibus intereſſentia.*

1 SACRVM Trident. *ſeſſio. 23. cap. 12. §.*
præterea. de reformatione. ſic fatur, *obti-*
nentibus in eiſdem Cathedralibus, aut collegia-
tis dignitates, Canonicatus, præbendas, aut por-
tiones, non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut
conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Ec-
cleſiis, quolibet anno abeſſe; ſaluis nihilomi-
nus Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius
ſeruitij tempus requirunt, alioqui primo anno
2 *priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum,*
quos ratione etiam præbendæ, ac reſidentiæ fe-
cit ſuos, quod ſi iterum eadem fuerit vſus ne-
gligentia, priuetur omnibus fructibus, quos
eodem anno lucratus fuerit, creſcente vero
contumacia contra eos, iuxta Sacrorum Canonum
conſtitutiones procedatur. Diſtributiones vero 3
qui ſtatutis horis interfuerint, accipiant, reli-
qui quauis colluſione, ac remiſſione excluſa, his
careant iuxta Bonifacij VIII. decretum, quod
incipit conſuetudinem, quod ſancta Synodus in
vſum reuocat, non obſtantibus quibuſcumque
ſtatutis, & conſuetudinibus, omnes verò per ſe,
& non per ſubſtitutos compellantur obire diui-
na officia; & Epiſcopo celebranti, aut alia Pon- 4
tificalia exercenti adſiſtere, & inſeruire, atque
in choro ad pſallendum inſtituto, Hymnis &
Canticis Dei nomem reuerenter diſtinctè, de-
notéque laudare.

Per quæ verba Concilium ſtrictiſſimam 5
perſnnalem reſidentiam indixit dignitatibus
Canonicis, &c. Cathedralis, & inſignis Colle-
giatæ Eccleſiæ. Ex quibus Paulus Comitolus
lib. 1. Reſponſ. quæſt. 61. num. 1. dixit. † *memine-*
rint Canonici Hoſtienſis dictum, quod in noſtris
reſponſis ſæpe numero eſt à nobis vſurpatum ar- 6
ctiorem quodammodo legem reſidendi in ſuis
Eccleſiis indictam eſſe Canonicis, quam Eccle-
ſiarum Parrochialium curatis, quandoquidem ab
illis, non item, ab his ſingulis diebus ac ratis
temporibus certum obſequium flagitatur. Hæc
ille.

Vt tamen modus iſte ſtrictior reſidendi
Canonicis, &c. impoſitus comprehendatur,
notandum eſt, ex Sanch. *lib. 2. conſil. cap. 2. du-*
bio. 96. num. 3. & Didaco à Couarr. *lib. 3. varia-*
rum. cap. 13. num. 3. diſcrimem inter reſiden- 7
tiam Beneficiarij, & intereſſentiam etſi
enim qui alicui loco intereſt, qunrum ter-
minorum rationem ſic explicat Couart. *ſcri-*
bunt ſiquidem. Anton. & Decius, *in cap. cum*
omnes de conſtitution. Dominicus & Francus
in cap. vnico de Clericis non reſident. in 6.
† *maximum eſſe diſcrimem inter reſidentiam,* 8
(quæ dicitur, cum quis in eo loco habitat in
quo Eccleſia eſt cuius beneficium habet appel-
laturque ab aliis præſentia) & intereſſen-
tiam, cum obtinens beneficium ipſis diui- 9
nis officiis celebrandis præſens eſt, & mi-
niſterium eorum celebrationi ac altari exhi-
bet gloſſa in dicto cap. vnico. verbo affuerit
ibi, faciet eum reputari pro præſente, ſed
non

non pro intereſſente Diuinis Officiis, *ex qua ij*
10 *Doctores adnotarunt* † *iure Pontificio ad percipiendos*, *& ad ſequendos fructus beneficij ſolam*
reſidentiam abſque miniſterio perſonali, *& præ-*
ſentia in Diuinorum Officiorum celebratione
ſufficere, *non ſic*, *ad obtinendas quotidianas di-*
ſtributiones, *quas quis niſi interſit Diuinis Offi-*
ciis habere non poteſt, *hoc probatur argumento*
ab ſpeciali, *indicto. c. vnico ſecundum Domini-*
cum & Francum, ibi hactenus Doctiſſimus
Præſes ex quo deſumpſit Barboſa, *in collect.*
11 *ad præfatum*, *c. vnicum*, *n.* 24. cum ergo † Ca-
nonicorum Cathedralium & Collegiata-
rum inſignium reſidentia non ſolum ſit
perſonalis præſentia, ſed vltra addat quoti-
dianam ſtatutis temporibus intereſſentiam,
ſtrictior eſt, quam Paſtorum curam anima-
rum habentium.

Sed circa hoc primum ita ſtatutum Concilij authoritate, & munitum ratione atque Doctorum conſenſu, plura ſunt notatu digna corollaria deducenda & reſolutiones & dubia enucleanda, non tamen omnia quæ circa diſtributiones quotidianas tractantur ad amuſſim diſcurram.

RESOLVTIO II.

Quo iure teneantur Canonici intereſſe choro?

SVMMARIVM.

1. *An iure Pontificio Canonici teneantur priuatim recitare Diuinum Officium.*
2. *Nauarri ſententia.*
3. *Vtrum Canonici ex iure poſitiuo teneantur choro aſſiſtere*, *ibique Diuinum Officium cantare.*
4. *An strictè præcipiatur Officium Diuinum celebrari à Clericis non ſolùm priuatim ſed publicè in Eccleſia.*
5. *An Eccleſia non ſolum intendat per Officium Diuinum deuotionem Eccleſiaſticorum promouere*, *ſed etiam totius populi aſſiſtentis.*
6. *An oratio quæ fit per Miniſtros Eccleſiæ*, *oportet quod innoteſcat toti populo pro quo offertur.*
7. *Auguſtini ſententia*, *& n.* 10.
8. *Qui Beneficiati teneantur publicè officium dicere & cantare in Eccleſia ex lege poſitiua humana.*
9. *Epiſcopus an non debeat obligari ad Chorum*, *ne per hoc à maioribus obligationibus retrahatur.*
11. *An non ſit imponenda obligatio niſi adſit clarum præceptum*, *aut lex illam impingens.*
12. *An ſuperior habeat quaſi Epiſcopalem dignitatem cum iuriſdictione in vtroque foro reſpectu ſuarum ouium.*
13. *Quodnam præcipuum munus Abbatibus incumbat.*
14. *Martini Braccarenſis Epiſcopi dictum.*
15. *Quæ grauis obligatio ponatur Presbytero ſeu Parrocho ſi officium in Eccleſia non pſallat.*
16. *Quodnam præceptum quantum ad Curatos in multis Parrochialibus conſuetudine contraria exiſtente non obliget.*
17. *Quandonam Curatus teneatur ſubſtitutum conſtituere qui Sacerdos ſit.*
18. *Quonam ſtrictiori iure teneantur Canonici intereſſe Choro ad Diuinum Officium celebrandum ideoque debitum cultum exhibendum.*
19. *An Canonici ex naturali æquitate*, *& iuris naturalis efficacia adſtringantur ad intereſſentiam Chori.*
20. *Canonia quæ eſt beneficium Eccleſiaſticum primo & per ſe non eſt præmium virtutis*, *ſed merces laboris.*
21. *Cantores qui Deorum templis præ cæteris erāt harmonici*, *Canonicos dicebant priſci.*

POSSVMVS loqui de Canonicis, quate-
nus Clerici ſunt & ex vi ordinis, quo
ſunt inſigniti, aut ratione beneficij, quod
datur propter officium; & quidem ſi loqua-
mur ratione ordinis ſacri, etſi † iure Ponti- 1
ficio teneantur priuatim recitare Diuinum
Officium, at non tenentur illud dicere in
Eccleſia, niſi vbi adeſt de hoc conſuetudo,
vt ait Nauarr. *de horis Canonicis*, *c.* 5 *num.* 18.
† nam iura, quæ de Clericis loquuntur, in- 2
telliguntur de Clericis deputatis ratione be-
neficij, vt conſtabit legenti, *e. vlt.* 91. *diſt. c.* 1.
& Clem. 1. *de celebratione Miſſarum*, legantur
Azor, *p.* 1. *lib.* 10. *c.* 11. *q.* 8. Suar. *lib.* 4. *de oratio.*
c. 10. *à n.* 10. Bonac. *diſp.* 1. *de horis Canonicis*,
q. 3. *punct.* 5. *n.* 5. Valentia. 22. *diſp.* 6. *q.* 2. *punct.*
10. Raph. de la Torre, *q.* 83. *diſp.* 2. Fillucius,
tract. 23. *c.* 4. *q.* 6. *n.* 131. & in hoc vt dixi om-
nes conueniunt.

Si vero loquamur ratione beneficij, cer-
tum eſt, quod † Canonici ex iure poſitiuo 3
Eccleſiaſtico (exceptis quibuſdam menſi-
bus) tenentur choro aſſiſtere, ibique diui-
num Officium cantare, ità nouo iure Trid.
verbis relatis, & iure antiquo decreti, *c. vlt.*
91. *diſt.* quod deſumitur ex conſilio Martini
Papæ, & vt alij volunt Martini Brachar. Epiſ-
copi, *c.* 64. & deſumitur, *ex c.* 5. *Concilij Tol.* 1.
c. 1. *& Clem.* 1. *de celebratione Miſſarum*, vnde
in præfato, *c. Dolētes* † ſtrictè præcipitur Offi- 4
cium Diuinum celebrari à Clericis non ſo-
lum priuatim, ſed publicè in Eccleſia, vt in-
telligunt tam Theologi quam Canoniſtæ;
cuius rationem tradidit D. Thom. *opuſ.* 19.

5 *cap. 5. circa finem.* quia † Eccleſia non ſolum intendit per officium diuinum, deuotionem Eccleſiaſticorum promouere, ſed etiam totius populi aſſiſtentis ipſúmque ad deuotionem excitare, vt contemplatus eſt, Diu. Tho. vbi ſupra dicens, *orationibus & Pſalmis vacare in Eccleſia eſt quoddam opus publicū ad Eccleſiæ ædificationem ordinatum.* Quæ fidelium in deuotionem erectio conſequi nequit, niſi officium publice in Eccleſia, vbi fideles debent congregari diceretur, quod repetit *2.2. q. 83. art. 12. in corp.* cuius aliam
6 rationem aſſignat ſcilicet, *quia † oratio quæ fit per miniſtros Eccleſiæ oportet, quod innoteſcat toti populo pro quo offertur*, quam rationem optime ibi enucleat D. Cai. *verſ. neceſſitas communis & quæſt. 91. art. 1. & 2.* enucleat vterque Thomas, quomodo cantus, & inſtrumenta muſica ſint introducta in Eccleſia ad excitandam tum canentium, tum audientium deuotionem, & ſic Aug.
7 *lib. 10. confeſſ. cap. 33.* dixit † *adducor cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, vt per oblectamenta aurium infirmorum animus in affectum pietatis aſſurgat* & late dixi *t. 5.* in diggreſſione de choro.

8 Sed † qui Beneficiati teneantur publicè officium dicere, & cantare in Eccleſia ex lege poſitiua humana, variant DD. & primo de Epiſcopis communis ſententia negat ſecluſo ſcandalo ad hoc teneri, quia maioribus negotiis, & occupationibus eſt irretitus legantur Suar. *tom. 2. de orati. lib. 4. de horis Canonicis, cap. 9.* & Palao, *t. 2. diſp. 3. punct. 1. num. 8. & 9.* Carolus Maccin. *de horis cap. 57.* Barthol. à Sancto Fauſto, *in ſimili. qu. 184.* inſinuatur à S. Tho. *2.2. quæſt. 91. artic. 2. ad 3.*
9 tum quia † non debet obligari Epiſcopus ad chorum ne retrahatur per hoc à maioribus obligationibus. Epiſcopus enim, vt ait Chryſoſtomus, *hom. 3. in acta.* nihil differt à naui quæ fluctibus iactatur, omnium enim onera geſtare debet, ſummis enim & maximis occupationibus & moleſtiſſimis oneribus premitur, & ſic Poſſidonius in vita Auguſtini, dicit, *vſque ad horam paſtus, quandoque tota die ieiunus vacabat audiendis dirimendiſque Chriſtianorum litibus*, & ipſemet
10 Aug. *in l. de oper. Monach.* † *Teſtē innocat Deum ſe malle per ſingulos dies* (quantū in bene moderatis monaſteriis conſtitutum eſt) *aliquid manibus operari, & certas horas ad legendum, & orandum habere quam tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negotiis ſecularibus vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præſcindendis.* Hæc ibi; videant Epiſcopi ſi has cauſas habeāt ad quotidianā à choro excuſationem, & ſic, vt Auguſtinus
11 operentur. Deinde quia † non eſt imponenda obligatio, niſi adſit clarum perceptum, aut lex illam impingens, qualis nulla reſpectu Epiſcopi inuenitur, congruum tamen, vt aliquibus ſolemnioribus feſtis choro adſiſtant, *cap. Epiſcopus de conſecratio. diſtinctio.* 3. ex Concilio Aurelianen. I. *canone* 35. quod dico de Epiſcopo, intelligatur de Superiore illo, † qui habet quaſi Epiſco- 12
palem dignitatem cum Iuriſdictione in vtroque foro reſpectu ſuarum ouium, non tamen intelligitur de Abbatibus aliquarum Collegiatarum inſignium, quorum præcipuum † munus eſt, præeſſe Capitulis & re- 13
gimini Eccleſiarum, choro & diuinis officiis, quare de iſtis Abbatibus eodem modo eſt philoſophandum, ac de dignitatibus, & Canonicis Cathedralium.

De Parrochis eſt maior difficultas propter, *cap. vlt. 92. diſtinct.* vbi Martinus Bracharenſis Epiſcopus ſic colligit, † *ſi quis preſ-* 14
byter, aut Diaconus, vel quilibet Clericus Eccleſiæ deputatus ſi intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo Eccleſia eſt ad quotidianum pſallendi officium matutinis vel Veſpertinis horis ad Eccleſiam, non conuenerit deponatur à Clero; ſi tamen caſtigatus veniat ab Epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri. quibus verbis manifeſtè ponitur obligatio grauis Presbytero ſiue Parrocho, ſi officium in Ec- 15
cleſia non pſallat, tam ad matutinas horas quæ mane dicuntur, id eſt à mane vſque ad nonam, quam ad Veſpertinas, id eſt à nona vſque ad noctem, vt explicat *ibi gloſſa in verbo matutinis.* quod autem hæc ſit obligatio ſub mortali, conſtat ex pœna quæ imponitur ſcilicet ſuſpenſio, idem præceptum conſtat *ex cap. 1. de celebratione miſſarum, & clem. 1. eodem.*

Sed notant Suarez, Palao, Bonacina, & Fillucius, *vbi ſupra* † hoc præceptum quan- 16
tum ad Curatos in multis Parrochialibus conſuetudine contraria exiſtente non obligare, quia in multis ob paucitatem Clericorum, aut fructuum, vel in totum, non dicuntur horæ canonicæ, vel dicuntur diebus feſtiuis, in quibus in multis ſolæ veſperæ decantantur, in eo autem in quo vrget præceptum obligat principaliter Parrochum, niſi ſubſit cauſa rationabilis, quæ non eſt neceſſatium, vt ſit nimium vrgens, † tenetur ta- 17
men ſubſtitutum conſtituere, qui Sacerdos ſit vel ad minus Diaconus, ſi ſit in populo, vt vna cum ſcholaribus, (id eſt Clericis in minoribus aut filiis fidelium, qui antiquibus in Eccleſia, vt in ſchola edocebantur, canere, & bonos mores) dicetur diuinum officium.

Sed † an alio ſtrictiori iure teneantur 18
Canonici intereſſe choro ad diuinum officium celebrandum Deo, quam debitum cultum exibendum? non eſt dubium ſpernendum, & quidem cum Canonia & aliæ dignitates in Eccleſia Cathedrali, & Colle-

giata

giata ſit beneficium inſtitutum ad cultum
Deo exhibendum , in miniſterio Taber-
naculi , hoc eſt Eccleſiæ per orationem pu-
blicam , quæ eſt opus publicum inſtitutum
ex traditione Eccleſiæ ad ædificationem
fidelium ordinatum , beneficiumque ex
natura ſua detur propter officium, & opus
publicum à Beneficiario exequendum, non
9 dubito quod † ex naturali æquitate & iuris
naturalis efficacia adſtringantur ad intereſ-
ſentiam chori, ſicut Parrochi obligentur ad
adminiſtrandum ouibus Sacramenta, Paſtor
enim primario reſpicit oues, Canonicus ve-
ro cultum diuinum in choro exhibẽdum in
20 Tabernaculo, & Eccleſia, † Canonia enim
quæ eſt beneficium Eccleſiaſticum primo
& per ſe non eſt præmium virtutis, ſed mer-
ces laboris , & ſic Deuter. *cap.* 18. & Nu-
mer. *cap.* 18. dicitur *filiis Leui dedi omnes de-
cimas Iſrael in poſſeſſionem pro miniſterio , quo
ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis.* Canoni-
ci autem legis Euangelicæ , qui ex vi ſui be-
neficij aſſiſtunt Eccleſiæ ad cultum Deo exi-
bendum ; per orationem publicam in cho-
ro , & ſacrificium laudis ſuccedunt Leuitis
legis ſcriptæ ; imo teſte Rodiginio *lib.* 5. *lect.
cap.* 11. ex Ciceron. *lib. de natura Deorum.*
21 † Cantores qui Deorum templis præ cete-
ris erant harmonici Canonicos dicebant
Priſci , ſed qua ratione teneantur reſtituere
iure naturæ , & dixi ſupra de Parrochis
non teneri iure naturæ ante latam ſenten-
tiam, & infra amplius enodabo.

RESOLVT. III.

Qui Prouentus debeant reſtitui à non reſidentibus in choro.

SVMMARIVM.

1. *Prouentus ex Canonia ad quot capita reducuntur.*
2. *Qui fructus exprimi debeant in valore ad impetrandum beneficium à Summo Pontifice.*
3. *Difficultas enodatur.*
4. *Quæ Eccleſiæ ex fundatione ſua habeant omnes fructus partitos in diſtributiones quotidianas.*
5. *Multorum authorum ſententia.*
6. *An Pontifex ſicut poteſt ex cauſa concedere, quod quis abſens lucretur diſtributiones quotidianas , ita poteſt ex cauſa illas pro fructibus computare.*
7. *An ſi Pontifex expreſſè mentionem faciens de propriis diſtributionibus quotidianis ſuper illas ponat penſionem.*
8. *Quæ diſtributiones affectæ ſint oneri penſionis.*
9. *An Penſionarius cum habeat diſtributiones quotidianas ſibi obligatas , & hypothecatas poſſit agere contra Capitulum, à quo ſunt percepta.*
10. *An ſi Pontifex certioratus quod ponatur penſio ſuper fructus beneficij , penſio nullius ſit effectus , nihilque oneris imponatur ſuper proprias diſtributiones.*
11. *An diſtributiones quotidianæ non ſint fructus beneficij , nec in iure veniant nomine fructuum.*
12. *Cur diſtributiones quotidianæ propriæ dicantur Manualia.*
13. *Quæ diſtributiones impropriæ dicantur , ex Zerola.*
14. *An diſtributiones omnes quotidianas percipere debeant illi qui licentia legitimè obtenta ſtudiorum cauſa abſunt.*
15. *Auctoris mens adducitur.*
16. *Quæ diſtributiones ſint maſſæ communis.*
17. *An requiratur quod in libello ſimplici ad Pontificem fiat expreſſa mentio de diſtributionibus impropriis.*
18. *Quæ diſtributiones ſint reali onere grauatæ.*
19. *Secundum genus prouentuum quod contineat.*
20. *Quænam diſtributiones ſint ſtipendia quædam perſonalia quæ ex reditibus Eccleſiæ, Canonicis , & Beneficiariis , ſeu Clericis Cathedralium diuinis Officiis intereſſentibus pro diuino officio in choro dicendo tribuuntur.*
21. *An ſi quis priuetur diſtributionibus quotidianis, priuetur fructibus beneficij.*
22. *An cum diſtributiones ſint diſtinctæ à nomine fructuum non veniant diſtributiones quotidianæ.*
23. *An Canonici intereſſentes diuinis fiant quotidie Creditores pro rata intereſſentiæ diuinorum illius ſtipendij quod eſt vltra groſſam aſſignatum.*
24. *Vtrum Canonici diſtributiones quotidianas quæ propriæ ſunt tales faciant ſuas.*
25. *Canonicus an poſſit reſeruare diſtributiones quotidianas , quas lucratus eſt per totam vitam ſuam.*
26. *An manualia ad ſecundum genus prouentuum pertineant.*
27. *Quæ manualia non diſtribuantur abſentibus.*
28. *Inter Beneficiatos animarum curam habentes actualem , & Canonicos qui habent reſidentiam in ſuis Eccleſiis , quid diſcriminis intercedat.*
29. *An Canonici ſi à ſuis Eccleſiis vltra tres menſes abſint quolibet anno priuentur pro primo anno dimidia parte fructuum quos fecerunt ſuos.*
30. *An nec poſt biennium , nec poſt triennium completum poſſit Canonicus priuari ob non reſidentiam.*

31. An

31. *An Canonicus tranſacto triennio citari debeat perſonaliter, ſine abſit de licentia Epiſcopi ſiue ſine illa.*
32. *Canonici non poſſunt vltra tres menſes abeſſe vigore cuiuſcumque ſtatuti aut conſuetudinis, ex Conc.*
33. *Garzia ſententia.*
34. *Canonici non poſſunt abeſſe niſi conſuetudo ſit introducta ſciente & patiente Papa.*
35. *Auctoris opinio.*
36. *Concilij mens.*
37. *Vacationes vltra tres menſes ſi ſint poſitæ in fundatione Eccleſiæ non abſtulit Trident.*
38. *Lappi, & Staphill. ſententia adducuntur.*

PLVRES ſunt, quos percipiunt Canonici & Portionarij prouentus ex
1 Canonia, † aut portione quos ad duo capita reduco. Primum, eorum prouentuum, qui proprie dicuntur fructus aſſignati Beneficiatis pro titulo iuſto & Canonico beneficij, & ex ſua fundatione de iure communi dantur etiam abſentibus, & iſti habent ius ad illos; dicitúrque groſſa beneficij aut veſtuarium vel ſimilibus nominibus apud diuerſas Eccleſias nuncupantur, legantur. Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 1. Bonacin *de horis Canonicis diſp.* 1. *q.* 5. Suar.
2 *lib.* 4. *de horis cap.* 29. † fructus autem iſti ſunt, qui exprimi debent in valore ad impetrandum beneficium à ſummo Pontifice, iuxta Regulam Cancelleriæ 21. 60. & 62. non vero diſtributiones quotidianæ pro horis diurnis, pariterque nocturnis canendis in choro; manualibus, reſponſis & cæter. quia hæc omnia non augent beneficij laborem, dantur enim ob laborem perſonalem & expreſſe habetur. *cap. vnico de clericis non reſidentibus in* 6. & tenent *ibi* Barboſ. & alij communiter apud Ludouicum Gomez. *expect. num.* 104. Staphil. *de litteris grati. tract. de formis, forma* 9. *num.* 44.

3 Quæ doctrina intelligi debet in illis beneficiis, Canoniis, & Portionibus, quæ præter quotidianas diſtributiones habent alios fructus ſtantes, vt contingit in fere omnibus Eccleſiis Caſtellæ, Portugalliæ, Aragoniæ, Leonis, & ſimilium. Nam vbi omnes fructus conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis aſſignatis intereſſentibus choro, vt ſunt fere omnes Eccleſiæ Indiarum Occidentalium; in cathedrali ſancti Iacobi
4 in Gallicia; † iſtæ enim Eccleſiæ ex fundatione ſua habent, omnes fructus partitos in diſtributiones quotidianas, quare ſi imponatur penſio ſuper fructus beneficij, quamuis de iure per fructus non intelligantur diſtributiones, ſed ipſius beneficij groſſa, tamen quando non habent alios fructus niſi diſtributiones iſtæ grauantur, penſione, vt mox dicam; ſi tamen penſio ponatur ſuper diſtributiones quotidianas, quæ propriæ ſunt tales debent exprimi in ſupplica & poni expreſſe, etſi Papa certioratus illam cõcedit grauantur diſtributiones penſione, quod grauamen non habent, niſi vt dixi ſic certior factus Pontifex, vt ex gloſſa *cap. vnico de Clericis non reſidentibus in* 6. tenent 5
Azor. *p.* 2. *l.* 8. *c.* 8. *q.* 17. Monet. *& diſtribut. q.* 6. *n.* 14. Dec. *t.* 1. *conſil.* 43. *n.* 14. *&* 15. quos citat, & ſequitur Bonacina, *tom.* 1. *diſp.* 2. *de his quæ ad diuinum officium, quæſt.* 2. *punct.* 1. *n.* 8.
ratio eſt, quia † Pontifex ſicut poteſt ex 6
cauſa concedere, quod, quis abſens lucretur diſtributiones quotidianas, ita poteſt ex cauſa illas pro fructibus computare, & illos penſione grauare Beneficiato conſentiente, cui non fit iniuria, ſi ſua culpa abſit, ita vt lucretur diſtributiones, & nihilominus obligari debet eo ipſo, quod in illam conſentit,
quæ doctrina adeo vera eſt, quod † ſi Ponti- 7
fex expreſsè mentionem faciens de propriis diſtributionibus quotidianis, ſuper illas ponat penſionem; ſi Canonicus non illas lucretur, quia non interfuit choro vnde accreſcũt Capitulo, Capitulum tenetur ſoluere penſionario penſiunis quantitatem, quæ
illi accreuit, quia † diſtributiones iſtæ affe- 8
ctæ ſunt oneri penſionis cum quo tranſeunt ad Capitulum, ita expreſsè ex multis & vrgentibus motiuis Rota apud Farinacium, *tom.* 3. *deciſ.* 133. *in vna Colimb. penſio.* 28. *Ianuary* 1605. *coram Eminentiſſimo Cardinali Melino.* ibique dicitur, *ſic ſanctiſſ. Papam declaraſſe in alio ſimili.* vnde † Penſio- 9
narius cum habeat diſtributiones quotidianas ſibi obligatas, & hypothecatas poteſt agere contra Capitulum à quo ſunt perceptæ, quamuis poſſit agere contra Canonicum, qui ſua culpa non potuit inſeruire, quia ſuſpenſus aut excommunicatus, vt tradit Gigas.

Dixi † ſi Pontifex certioratus, nam ſi 10
ſupplica dicat, quod ponatur penſio ſuper fructus beneficij, penſio nullius eſt effectus, nihilque oneris imponitur, ſuper proprias diſtributiones, ita determinauit Rota Roma. *in vna Hiſpalenſ. penſio* 26. *Nouemb.* 1575. & *in vna Salmant.* 18. *Marty* 1588. *coram Bubalo.* ratio eſt perſpicua, quia, vt determinauit Rota *in vna Lucana penſio.* 10. *Ianuary* 1622. quam refert Bonac. *vbi ſupra num.* 8.
† diſtributiones quotidianæ non ſunt fru- 11
ctus beneficij, nec in iure veniunt nomine fructuum, & ita impoſita penſio ſuper fructus beneficij, ſi illud non habeat niſi diſtributiones, penſio impoſita euanida eſt, & nullius efficaciæ, vt ſoluatur, niſi illæ expreſſentur in ſupplica oblata Papæ.

Dixi, † de diſtributionibus quotidianis 12

propriis,

propriis, quæ manualia dicuntur, quia ad
manum quotidie dantur, ſiue in pecunia,
ſiue in alio comeſtibili, aut potabili iuxta
gloſſam, *cap.vnico. de cleric. non reſidentibus,
in 6.* nam ſi tota quantitas fructus beneficij
partita eſt in diſtributiones quotidianas ta-
men non ſunt manualia, quæ dantur in-
tereſſentes, ſed ad finem anni, quæ non
dicuntur propriæ diſtributiones, vt docent
gloſſa, *ad c.licet.32.de præbendis verbo.diſtri-
butiones,& ad c.vnic.eod in 6.verbo,receperint,
verſ.ſed quid dices de Eccleſiis*, vbi id clarè do-
cet Azor, *part.2. lib.7. cap.7. quæſt.7.* Petrus
Gregorius, *de beneficiis c.7.n.12.* Cenedus, *in
pract. quæſt.1. num.31.* Gratianus, *tom.1.cap.
168.num.29. & tom.2.cap.283.num.10.* Ant.
Gomez, *in explicatione Bullæ, clauſula.4.n.29.*
Emanuel.Rodrig. *in ſumma, tom.2.c.17.nu.3.*
Quaranta, *verbo reſidentia.§.quod autem*, &
plures alij quos refert & ſequitur D. Ioan-
nes Solorzano, *tom.2. de iure Indiarum lib.3.
cap.14.à num.23.* vnde Zerola, *in praxi epi-*
13 *ſtol.1.p. verbo diſtributio*, dicit † *quod iſtæ di-
cuntur diſtributiones impropriæ cum potius ve-
niant in maſſam communem, & in fructibus be-
neficij, quia non actu quotidie diuiduntur, ſed
Procurator Capituli ſeu Collegij colligit, & ſic
exactas diuidit inter Canonicos, & n.3.* refert
hanc Eminentiſſ. Cardin. interpret. Trid.
declarationem, *illi qui licentia legitimè ob-*
14 *tenta ſtudiorum cauſa abſunt, † diſtributiones
omnes quotidianas percipere debent exceptis in-
certis, & quotidianis prouentibus, qui tantum
inter eos diuidi ſolent qui quotidie interſunt
Sacris*, eandem refert Garzia, *p.3. de benefi-
ciis, c.2.n.113.* quam declarationem, *n.353.*
ait intelligendam eſſe de diſtributionibus
impropriis.

De his ergo diſtributionibus impropriis
15 † exiſtimo non eſſe neceſſarium quod fiat
in ſupplica expreſſa mentio, quod omnes
prouentus ſiti ſunt in diſtributionibus quo-
tidianis, vt grauetur penſione proportiona-
16 ta, quia † iſtæ diſtributiones potius ſunt
maſſa communis, quamuis diſtributa inter
intereſſentes Officio Diuino, nec dantur ad
manum quotidie propter laborem quoti-
dianum ſed ad finem anni vel ſemeſtris; &
quamuis id quod pertineat ad Canonicum
nō intereſſentem choro Capitulo accreſcat,
quia vt dixit. Rota, *in Vliſbonenſ. citata*, ma-
net affectum, & hypothecatum penſiona-
rio, vt ab illo repetat penſionem; vel ab illo
qui cōſenſit imponi ſuprà Canoniam ſuam,
17 tamen non requiritur, quod † in libello ſup-
plici ad Pontificem fiat expreſſa mentio de
diſtributionibus illis impropriis, ſat eſt quod
dicatur quod Canonico, aut dignitati nihil
debetur, niſi poſt præſtitum ſeruitium in di-
uinis, etſi hoc non obſtante Papa concedit
penſionem ſuper prouentus, iſti manent
hypothecati affecti & obligati ad illam ſol-
uendam, & ſic ad quoſcumque deueniant
tranſeunt hoc onere, & ſic capitulum tene-
tur ſoluere, id, quod ſuperſit ſoluendum in
fine anni, nec capitulum illas acquirit ex
iure non decreſcendi, cum † diſtributiones 18
iſtæ ſint à Papa reali onere grauatæ & illa-
rum portio, quantum ſufficiat ad ſoluendam
penſionem, ſeparata eſt per ius hypothecæ
Penſionario, & ſic ex vi talis ſeparationis
capitulum nequit iure proprio non decreſ-
cendi illas ſibi applicare iuxta doctrinam,
Baldi. *conſ.542.verſ.* & ibi *lib.1.* Paulus Caſtr.
conſ.262.verſ.dicit autem Barth. & ſic portio
illa venit, ex iure accreſcendi capitulo, ſed
cùm onere ſoluendi penſionem.

Secundùm genus † prouentuum conti- 19
net tam diſtributiones proprias quotidia-
nas, quæ ſi rigorosè accipiantur vt accipi
debent in hoc genere, ſunt illa pars pecuniæ
aut æquiualentis, quæ diſtribuitur inter pre-
ſentes choro in Officiis Diuinis, tam no-
cturnis quā diurnis, ſiue ſoluantur ex menſa
capitulari ſiue ex alio capite dimanent, ſiue
ex legato pio, *c.vlt.de reſcriptis*, ita Bartho-
lomæus à S.Fauſto, *lib.3.de horis, qu.1.* Bar-
boſa, *de iure Eccleſiaſtico lib.3.c.18.n.3.* Gar-
zia, *3.p.de beneficiis c.1.n.440.* Bonacina, *vbi
ſuprà, q.2.punct.1.* Truſſench. *lib.1.in decalog.
c.8.n.58.* vnde diſtributiones iſtæ propriæ,
ſic definiuntur, † *ſunt ſtipendia quædam per-* 20
*ſonalia quæ ex reditibus Eccleſiæ (præter præ-
bendam, aut portionem certam pro beneficio
competentem) Canonicis & Beneficiariis ſeu
Clericis Cathedralium Diuinis Officiis intereſ-
ſentibus (ſiue realiter ſiue fictione iuris) pro
Diuino Officio in choro dicendo tribuuntur.* Ita
DD. citati & alij communiter, etſi non ita
expreſsè.

Ex qua doctrinali deſcriptione colligitur,
quod, † ſi quis priuetur diſtributionibus 21
quotidianis non illico priuatur fructibus
beneficij. Ita Bonac. *n.5.* Barboſa, *n.8.* Truſſ.
n.1. & conſtat, *ex c. licèt de præbendis*, & alij.
Cæterum ſi tota groſſa beneficij ſit diſtri-
buta inter intereſſentes choro, qui priuatur
diſtributionibus priuatur etiam fructibus,
quia beneficium non habet alios fructus di-
ſtinatos, & ita intelligo Naldum, *in ſumma
verbo diſtributiones, n.1.* ex Nauarro, *conſ.6.de
verborum ſignificatione*, ſed male citatur quia
ibi nihil dicit, & ex Rota, *deciſ.618.part.1.in
Nouiſſimis*, quæ intelligitur iuxta aliam deciſ.
*in vna Motulenſ.26. Aprilis 1613.coram Caci-
no Decano, & eſt 449.apud Farinacium, part.3.
num.1.* vbi plures citantur. Cæterum quando
† diſtributiones ſunt diſtinctæ à groſſa no- 22
mine fructuum non veniunt diſtributiones
quotidianæ, legatur Naldus, *vbi ſuprà num.2.*
qui optimè addit, quod vt iſtæ diſtributio-
nes ſint & dicantur quotidianæ, nihil inter-
eſt,

eſt, quod diſtributio fiat actualiter, ſingulis diebus ſiue in fine cuiuſcumque hebdomadæ, vel menſis, imo & anni, ſatis enim eſt
23 quod † Canonici intereſſentes diuinis fiant quotidie creditores pro rata intereſſentiæ diuinorum illius ſtipendij, quod eſt vltra groſſam aſſignatum pro intereſſentia diuinorum. Ita Peruſinus, *ad c vnic. §.ſtatuimus de Cler.non reſidentibus in* 6.Pariſius,*conſ.*33. *n.*24.*in fine*,*lib.*4.

24 Colligitur ſecundùm, quod † Canonici diſtributiones quotidianas quæ propriæ ſũt, tales, faciunt ſuas, & in omnium opinione etiamſi probabilis ſit ſententia adſtruens, quòd beneficiati non acquirunt, verum dominium fructuum; de quibus nequit ad libitum diſponere tamen de propriis iſtis diſtributionibus habet liberam diſpoſitionem,qua poteſt de illis teſtari,etiam in Italia ſicut de re acquiſita proprio ſudore, iſte enim eſt denarius diurnus Miniſtri chori, ita Couar.*cap.cum in officiis*, *n.*14. *de teſtam. D.D.cap.vnico de Cler. non reſidentibus in* 6.
25 Domin.Franc.Bart. & alij, vnde † Canonicus in omnium opinione poteſt reſeruare diſtributiones quotidianas, quas lucratus eſt in tota vita ſua, & congruam deſumere ex groſſa beneficij ad ſuam ſuſtentationem, & de diſtributionibus quotidianis prout libuerit ſiue in vita, ſiue in morte ſicut de patrimonio proprio diſponere.

26 Ad hoc † ſecundum genus prouentuum præter diſtributiones quotidianas aſſignatas pro officio diuino diurno pariter, & nocturno pertinent manualia, quæ originantur ex anniuerſariis, & miſſis pro defunctis, ex proceſſionibus,& feſtiuitatibus & etiam pro ſepeliendis defunctis, ex candelis, & aliis terræ fructibus,quæ omnia ex voluntate, diſpoſitione teſtatoris diſtribuuntur, intereſſentibus re ipſa,& non fictione iuris; imo ſolent teſtatores inſtructi ab aliquo ſciolo Confeſſore,aut Conſiliario expreſsè
27 addere in teſtamento, quod hæc † manualia nullatenus diſtribuantur abſentibus, quacunque ex cauſa,etiam iuſtiſſima,etiãſi ſit Inquiſitor actu exercens munus ſuum in ſancto fidei Tribunali, etiamſi vocatus fuerit ad Concilium generale,&c.

His prælibatis decidendum ſupereſt,qui prouentus ſint reſtituendi à non reſidentibus& nõ intereſſentibus in choro,ſed prius
28 notandum diſcrimen † inter Beneficiatos habentes curam animarum actualem, vt ſunt Epiſcopi, & Parrochi, & Canonicos alios, qui habent reſidentiam in ſuis Eccleſiis & choro, ſine tamen actuali cura animarum; quod illi ſi non reſideant, ſine iuſta & legitima cauſa, vltra tres menſes Epiſcopus, & vltra duos Parrochus, ſine aliqua ſententia etiam declaratoria tenentur, reſtituere fructus, vt ait Trident. *ſeſſione* 23.*cap.*1. *de reformat.* iſti vero ſcilicet
† Canonici & alij, ſi à ſuis Eccleſiis vltra 29
tres menſes ſint abſentes quolibet anno,vt priuentur pro primo anno dimidia parte fructuum quos fecerunt ſuos, etſi eadem vſi fuerint negligentia priuentur omnibus fructibus, requiritur ſententia lata, à ſuperiore competenti,vt habetur,*ſeſſ.*24 *cap.*12. *de reformat.* quarum pœnarum gradus obſeruandi ſunt circa Canonicos non reſidentes antequam deueniatur ad priuationem Canonicæ;imo hæc fieri nequit virtute huius decreti niſi tranſacto triennio. Vnde † 30
nec poſt biennium imo niſi poſt triennium completũ non poteſt Canonicus priuari ob non reſidentiam, vt teſte Bellarm. *in obſeruat. decreti litera E. in alphabetico græco*, reſcripſit Sacra Congregatio Trident. Epiſcopo Roſanenſi. 6. *Idus Aprilis* 1564. &
† tranſacto triennio, citari debet perſona- 31
liter, ſiue abſens ſit de licentia Epiſcopi ſiue ſine illa,quod ſi ignoretur vbi ſit in ſua Eccleſia citari debet tribus citationibus,neque vna pro tribus ſufficit,& poſt vltimum edictum de iure communi expectari debet per ſex menſes(quamuis hodie hoc tempus arbitrarium ſit,vt notant Garcia *p.*3. *cap.* 2. *num.*155.Mantica *deciſ.*67. *num.* 5.) *cap. ex tua. de Cleric.non reſidentibus* Rota apud Seraphinum,*deciſ.*1548.*num.*5.& *in vna Oriola.Decanatus* 14.*Martij* 1622.*coram R. D. Nauarro*,in qua dicitur quod aliter facta priuatio Canoniæ nulla eſt.

Addit Concilium non poſſe Canonicos 32
vltra tres menſes abeſſe vigore cuiuſcumque ſtatuti, aut conſuetudinis; quæ verba intelliguntur. Primo de ſtatuto etiam iurato niſi Summus Pontifex ex certa ſcientia
illud confirmauerit † ita Garcia, *vbi ſupra* 33
n. 319. & quacunque conſuetudine etiam immemoriali idem *num.*192.Sanctarel.*variar.reſolut.q.*4.*num.*33.Barboſ. *de Canonicis*
*cap.*25.*n.* 10. niſi † conſuetudo ſit introdu- 34
cta, ſciente, & patiente,& tolerante Papa, idem Barboſa *num.*11.cum aliis Moneta *p.*2. *q.*12.*num.*45.*&* 46.ſed an ſi ſolum conniueat conſuetudini ſufficiat,negat Barboſ.*in*
collect.ad Concil. n. 72. ſed exiſtimo † quod 35
conniuere eſt dum quis ſciens diſſimulat, eſt ſufficiens Principis legalis conſenſus, vt conſuetudo introducatur derogans hoc decretum, Concilium tamen per hæc verba,
† abſtulit poteſtatem, quam ex iure com- 36
muni habebat capitulum ad inſtituendum, quod Canonici ſeruiant vna hebdomada & duabus vacent, & ſic per octo menſes vacabant,& faciebãt fructus totius anni ſuos, ex gloſſa *cap.propoſuiſti. verbo, quod in templo* 83.*diſtinct.*Turrecremata *ibid.*& Domini.*cap.vnico de Cleric.non reſidentib.in* 6 hâc

inquam

inquam poteſtatem abſtulit Trident. prohibẽs vacationem vltra trimeſtre, quod debet obſeruari, vbi Trident. eſt receptum, quantum ad morum reformationem. Cæ-
37 terum † vacationes vltra tres menſes ſi ſint poſitæ in fundatione Eccleſiæ non abſtulit Trident. vt cenſuit Congreg. Trid. 16. *Decembris* 1604. tum ne homines retrahantur à fundationibus multa permittuntur etiam contra ius, gloſſa *cap. dilectus de iure Patronatus*, vbi ſcribentes, tum quia in generali derogatione non veniunt conditiones, & clauſulæ poſitæ in fundatione Lappus, *alle-*
38 *gat.* 96. *n.* 3. Staphillus *de modo & forma interpret. nam.* 7. verum eſt quod ne detur occaſio fingendi fundationes, debet conſtare talis fundatio, ex doctrina & principio iuris poſito plura ſunt ſummariè valdè vtilia colligẽda, quæ Doctores lato calamo ſcribunt, quantum ad obligationem reſtitutionis Canonicorum & aliorum, qui tenentur reſidere in choro, nam de aliis, quæ pertinent ad forum exterius non vacat locus tractare, nec eſt mei muneris.

SVBRESOLVT. I.

Canonicorum reſidentia qualis.

SVMMARIVM.

1. *An ad reſidentiam Canonicorum ſatis ſit, quod ſint in ciuitate in qua ſita eſt Eccleſia.*
2. *Canonici in Choro, vel in Eccleſia ſine habitu Canonicali, & ſuperpelliceo debent punctari, & ſic priuari diſtributionibus.*
3. *Canonici ſi recipiant diſtributiones non tenentur eas reſtituere, ſi priuentur iuſtè priuantur.*
4. *An Canonici poſſint remittere.*

1 Colligitur primum † ad reſidentiam Canonicorum non ſatis eſſe, quod ſint in ciuitate in qua ſita eſt Eccleſiá, ſed debere reſidere in choro, nec ſufficit, quod ſit in Eccleſia niſi in diuinis interſit, cum ſuperpelliceo, aut rocheto; quia aliter non eſt ibi tanquam Canonicus, ſed tanquam ſecularis. Ita Riccius *in praxi reſol* 392. *n.* 2. Garcia *n.* 323. Armend. *in additio. n.* 42. Sanctarel. *vbi ſup. quæſt.* 4. *n.* 24. ſi enim non aſſiſtit choro in habitu, & in ſtola nõ aſſiſtit diuinis, nec reſidet in Eccleſia, vt pluries declarauit Sacra Congreg. Trident. ab omnibus Doctoribus citata, & admiſſa, vt videre eſt apud citatos maximè apud Garciam, Bellarminum, Barboſam, & alios. Hinc eſt, quod ſacra Rituum Congreg. in vna *Sarzanen.* 3. *Martij.* 1633. quam refert Sellius *in ſelectis, c.* 3. *n.* 107. determinauit, quod † Canonici in choro vel in Eccleſia ſine 2
habitu Canonicali, & ſuperpelliceo debent punctari, & ſic priuari diſtributionibus, & fructibus ſi vltra tempus ſibi conceſſum ita ſint, ſi tamen ibi aſſiſtant ſine habitu & permittantur ſic intereſſe † ſi recipiant diſtri- 3
butiones non tenentur eas reſtituere, ſi tamen priuantur iuſtè priuantur, & hoc modo intelligo ego Garciam *vbi ſupra n.* 357. & alios quos citat Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 4. *punct.* 1. *in fin.* de iure enim communi nihil eſt ſtatutum, ſed iuxta Eccleſiarum conſuetudines agendum, † poſſunt tamen Cano- 4
nici remittere, quia de his non loquitur Concilium, ſed ſimpliciter de non intereſſentibus.

SVBRESOLVT. II.

Digreſſio de praxi obſeruanda circa declarationes Cardinalium ante decretum Vrbani VIII.

SVMMARIVM.

1. *Quid veniat notandum circa nouas declarationes Trident. collectas ex Bibliotheca Cardinalis Bellarmini.*
2. *S. Congregat. mandatum ex ſpeciali Vrbani VIII.*
3. *An declarationes Congreg. impreſſa, vel imprimenda niſi habeant circanſtantias, quas ponit Pont. habeant vim legis ſiue extra ſiue intra iudicium.*
4. *De iſtis declarationibus, qua ratio habenda, & n.* 5. 6. 7.
8. *An publicatio ex fama publica orta à principio fide digno ſufficiens ſit.*
9. *An Auditor Cameræ, & ſacra Rota Romana ſint principiam fide dignum.*
10. *An item Cardinalis ſit principium authenticum & fide dignum.*
11. *An Doctor claſſicus & Epiſcopus, & n.* 12.
13. *Decretum Vrbanum affertur, &* 14.
15. *Qua conditio expreſſa requiratar tam in iudicio, quam extra vt ſupradictis ſit adhibenda fides, & n.* 16.
17. *An ſtatim ac Papa dat breue, & Auditor Cameræ monitorium, vt declaratio executioni mandetur, & ſemotis litibus exequatur.*
18. *Iuxta quas interpretationes vult Papa obſeruari leges latas in Trident.*
19. *Quod inter ſacram Rotam Romanam diſcrimen inuentatur.*
20. *Quæ declarationes ſint authoritatiua & neceſſaria.*
21. *Mynſingeri opinio adducitur.*
22. *Ad practicam intelligentiam declarationis Vrbana quid requiratur.*
23. *Quæ declarationes nec in iudicio, nec extra*

extra vllo modo admitti debeant, & nu. 24. & 25.

26. *Auctoris mens affertur.*

27. *An declarationes quas DD. claſſici inducunt reducta ſint ad praxim.*

28. *Quid de declarationibus quas ponunt Cardinales Bellar. Barboſa, &c.*

29. *An declarationibus quas adducunt Marzilla, Bellarminus, & Barboſa ſub titulo*
11 *declarationis ſit adhibenda fides, & num. 30.*

31. *An declarationes quas adducit Bellarminus in obſernationibus doctrina & in additionibus ſint vera & iuridica, & numer. 32.*

33. *Diana ſententia.*

34. *Barboſa mens adducitur.*

35. *An declarationum certitudo appareat ex ſignatis menſibus diebus & annis.*

36. *An declarationibus quas adducunt ſine qualitate requiſita Bellarm. Barboſ. & Marzil. ſit adhibenda fides.*

37. *Garzia opinio.*

SEd circa declarationes Cardinalium, tam circa Trident. quam circa ritus & cæremonias Eccleſiaſticas, quas communiter citant præfati D. D. & iuxta eas multa determinant, quæ ſunt iam in vſu & praxi omnium fere Eccleſiarum, tam in beneficiis, quam in ritibus, & Sacramentorum, Confeſſionis, Matrimonij, & aliorum admini-
1 ſtratione. † Notandum quod ante nouas declaratione Trident. collectas ex Bibliotheca Eminentiſſimi & Prudentiſſimi Cardinalis Bellarmini, impreſſas Lugduni apud Laurentium Durand. *anno* 1634. ſic habetur, *his declarationibus Sacra Congreg. Concilij nullam fidem eſſe in iudicio vel extra à quocumque adhibendam, ſed tantum illis quæ in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſ. Card. Præfecti, ac Secretarij eiuſdem Sacræ Congregationis pro tempore exiſtentium munitæ fuerint. Eadem S. Congreg. ex ſpe-*
2 *tiali † SS. D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. iuſſu mandauit & præcepit die.* 2. *Aug.* 1631. & Conſilium Sanctæ & generalis Inquiſitionis Regnorum Hiſpaniæ; *cum huiuſmodi declaratione poſſe libere & licitè à quocumque vendi & retineri cenſuit. Matriti, die.* 7. *Octob.* 1633. decretum vero Congreg. ad verbum affert Barboſa, *lib.* 1. *de iure Eccleſiaſtico vniu. cap.* 4. *n.* 83.

Circa hoc præceptum Papæ, & decretum Congregationis Concilij & Sanctæ & generalis Inquiſitionis Hiſpanæ, noto illo
3 ſolum prohiberi, ne † declarationes Congr. impreſſæ, aut imprimendæ niſi habeāt illas circunſtantias, quas ponit Pontifex habeant vim legis, ſiue extra, ſiue intra iudicium vt enim notant Barboſa, *in collect. Bullarum verbo Congregatio*, §. 2. Lezana, *in ſumma Regularum, tom.* 3. *verbo Sacra Congregationis, num.* 8. Zerola, *in praxi, p.* 1. *verbo authoritas.* Garzia, *in præfatione ad tom.* 1. *de beneficiis*, & ego alibi latè probaui, agens de vi declarationum Cardin. † eadem eſt ratio habenda 4
de his, quæ in Sacris Congregationib. Cardinalium reſcribuntur, ac ſi à Papa ſcripta eſſent (ait Sacra Congreg. reſpondens cuidam Abbatiſſæ Meſſanenſi) ſi Cardinales obſeruent, ea quæ Papa diſpoſuit, dum Congregationem inſtituit & refert Corcollanus, *de caſibus reſernatis, p.* 1. *ſect.* 1. *art.* 21. *num.* 5. Prima eſt, vt ſubſcribatur à Secreta- 5
rio, & Cardinali Decano & ſigillo Congreg. Secunda, vt fiat conſulto Papa. Tertia, vt ſolum interpretentur; non vero reſtrigant aut laxent vltra verborum vim, & iuris regulas, niſi id fiat ſpeciali Papæ commiſſione. Quarta, vt conſtent notitia publica quæ 6
oriri poteſt ex triplici capite. Primò, quia Auditor Cameræ Apoſtolicæ eas mandauit publicare. Secundò, quia Epiſcopus in ſua Diœceſi id mandauit iuridicè. Tertiò, ex fama publica orta ex principio fide digno, ſine his enim requiſitis non habeant vim obligandi, ſiue in iudicio, ſiue extra; hæc 7
autem requiſita cenſentur habere eo ipſo quod ſint ſubſcriptæ ab Eminentiſſ. Cardin. Præfecto, à Secretario Congreg. & eiuſdem ſigillo munitæ & ſic hanc ſolum conditionem poſuit Pontifex Vrbanus, quia iſta poſita cæteras alias ſecum trahit.

Publicatio autem † ex fama publica orta 8
à principio fide digno ſufficiens eſt, ſed quod ſit hoc principium authenticum & fide dignum, exiſtimo eſſe, 1. † Auditorem 9
Cameræ Apoſtolicæ, qui inſtrumento publico fidem facit quod talis declaratio facta eſt à Congreg. Secundum, † eſt Sacra Rota Romana, quæ eo ipſo, quod vtatur in deciſione cauſarum aliqua Cardinalium declaratione ſemper præſumitur, quod habeat eas conditiones quas requirunt Pontifices. Tertium, † eſt Cardinalis præcipuè ſi ſit eiuſ- 10
dem Congregat. cuius teſtimonium eſt authenticum & facit fidem publicam. Quartum, † eſt Doctor claſſicus, & grauis, qui 11
motus declaratione Congreg. ſecutus eſt ſententiam, vel in conſulendo, vel ſententiando, vel eam typis mandando. Quintum, † eſt ſi Epiſcopus aliquis, interrogauerit ſu- 12
per aliquod dubium Congregationem, quæ authenticè reſpondit, & ipſe Epiſcopus iuridice facit eam publicare in ſuo Epiſcopatu.

Et quidem, quod declaratio Congreg. vt obliget in iudicio & extra, non requiratur quod publicetur de ordine Sanctiſſimi, quidquid † dicat Sanchez, *lib.* 8. *de matrimo-* 13
nio diſp. 2. *n.* 10. mihi manifeſtum eſt, poſt decretum,

cretum Vrbanum quod ſic habet, *cumque ad illius* (Congreg.) *notitiam peruenerit quam plures ex declarationibus, interpretationibus, deciſionibus, iuxta contingẽtiam caſuũ, illorúmque qualitates, & circumſtantias, à ſe diuerſis temporibus factis, ſecundum ea quæ proponebantur fuiſſe alteratas, imminutas, diminutas, ac forſan aliàs mentito Sacræ Congreg. nomine confectas, nullóque propterea authentico ſigillo munitas, iſtáſque, qui tribunalia tam in vrbe, quam per orbem circumferri, & imprimi conſiderans quãtum detrimenti recipi poſſit, ſi aliqua fides illis adhibeatur ex ſpeciali SS. D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. iuſſu mandat, & præcipit huiuſmodi declarationibus tam impreſſis & imprimendis, quam manu ſcriptis, nullam fidem eſſe à quoquam adhibendam in iudicio, vel extra ſed tantum illis, quæ in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſ. Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiuſdem Congreg. pro tempore exiſtentium, &c.*

14

15 Ergo † ſi adſit hæc conditio expreſſa tam in iudicio, quam extra, illis eſt adhibenda fides tanquam declarationi iuridicæ, cui neceſſario eſt ſtandum, ita vt ſi contra fiat, factum erit nullum & irritum; non enim ſunt
16 dumtaxat Doctrinales factæ à DD. & iuriſperitis: ſed ſunt definitiuæ, & deciſiuæ; vtpotè factæ à perſonis legitimis, & legitimam habentibus vim, & poteſtatem legis & Concilij interpretandi, ſibi à Legiſlatore conceſſam.

17 Vnde † Papa ſtatim dat breue, & Auditor Cameræ monitorium, vt declaratio executioni mandetur, vt ſemotis litibus exequatur, quamuis enim declarationes Eminentiſſ. interpretum Concilij non ſint per ſe primo leges, ſunt tamen per ſe iuridicæ
18 legum Trident. † interpretationes iuxta quas vult Papa obſeruari leges latas in Trident. & non alio modo, & ſic ſicut decreta Trident. ſunt vniuerſalia totam Eccleſiam reſpicientia, ita & interpretationes & declarationes Cardinalium, quamuis excitatæ ſint ex caſibus particularibus, argumento *ex leg. vlt. C. de legibus. & cap. in cauſis de re iudi-*
19 *cata.* † & ſic eſt diſcrimen inter ſacram Rotam cuius deciſiones ſunt Doctrinales, & magnæ authoritatis, tamen non habent D. D. Auditores, faciendi iuris communis iuridicam interpretationem, & declarationem, ſed iudicant iuxta iuris Regulas & Eminentiſſimi Cardinales ſunt interpretes iuridici Cõſtituti à ſummo legiſlatore ad faciendas iuridicas declarationes decretorum
20 Cõcilij, quare † ſunt authoritatiuæ & neceſſariæ, vnde ſunt ſicut erãt in Republica Romana Prudentũ reſpõſa, quæ accipiebantur pro iure contra, quod nullus determinabat. *§. reſponſa Prudentum inſtituta de iure natu-*
21 *rali.* vt Iuriſconſultus Mynſingerus, (etſi Auctor damnatus) explicat, ad propoſitum de Eminentiſſ. Cardin. Concilij interpretibus, eadem enim poteſtas iuridica, quam dedit Imperator Iuriſconſultis ad interpretandas, leges dat, Pontifex Cardinalibus ad interpretandum Concilium, ſed de hoc dixi, *in 1. tom. Morali.*

Ex quo † ad practicam intelligentiam declarationis Vrbanæ, quod omnes declarationes Cardinalium Trident. & Sacrorum Rituum (de quibus eſt ſimilis declaratio apud Gauantum) quæ ſeorſim ſunt inpreſſæ, aut imprimentur, aut ſcriptæ nullius omnino ſunt authoritatis. Imò ſunt prohibitæ à Sacra Congreg. indicis, niſi ſint ſigillatæ & ſubſcriptæ, vt requirit Vrbanus VIII. cuius hic fuit principalis ſcopus, & finis, qua- 22
re † declarationes iſtæ (ſine qualitate expreſſa) nec in iudicio, nec extra vllo modo admitti debent, quia ſunt prohibitæ, neque illis aliqua fides adhibenda eſt, & ſic neque vt Doctrinales aut probabiles citari poſſunt, cum præſumantur diminutæ, imminutæ, & ementitæ, & nullam claſſicam habeant authoritatem in iudicio, vel extra. 23 24

Si tamen adducantur ab authore claſſico, cuius diligentia nota eſt in diſquirendis Doctrinis, & auctoritatibus in confirmationem alicuius ſententiæ, exiſtimo, 25
† quod debent admitti tam in iudicio, quam extra, quamuis referendo declarationem, non dicat expreſsè habere eam qualitem Vrbanam, vel eſſe authenticam, quia ſicut dum Rota adducit aliquam declarationem præſumitur eſſe authenticam, ita dum auctor claſſicus, & grauis, qui non mouetur omni vento Doctrinæ, ſed ſolidè inquirit fundamenta quod maxime tunc verum tenet, quando † declarationes, quas 26 27
iſti DD. claſſici inducunt reductæ ſunt ad praxim, & iuxta eas diriguntur capitula, diſtribuuntur beneficia, adminiſtrantur Sacramenta, & ſic receptæ ſunt tanquam interpretationes iuridicæ, vnde vim habent in iudicio, & extra tales ſunt plures quas adducunt Garzia, Armendariz, Sellius, Barboſa *in collectan. Bullarum*, Nouarius, & alij.

Sed, quid † de declarationibus, quas poſſunt Cardinales Bellarminus, Barboſa, & Vincentius de Marcilla, *in adnotationibus ad Concilium*; de his enim expreſsè videtur loqui Congregatio Vrbana, & loquitur ſine dubio Concilium Sanctæ, & Generalis Inquiſitionis Hiſpanæ, nullam illis eſſe adhibendam fidem in iudicio, & extra, & quidem mihi videtur diſtinguendum in his auctoribus, & dico primò, † de- 28
clarationibus quas adducunt Marcilla, Bellarminus, & Barboſa ſub titulo *declarationis.* 29

prout ſunt ibi nulla eſt danda fides iuridi-
cà, quia educta ſunt ex illis quæ ſeorſim
impreſſæ ſunt, vel manuſcriptæ, non au-
thenticæ de quibus non conſtat,an habeant
30 qualitatem Vrbanam, & cum opus Bellar-
mini fuerit poſthumum,neque ab eo remiſ-
ſum declarationes ſub titulo *declarationis*
Cardinalium forſan additæ ſunt & colle-
ctæ, ex his quæ ſeorſim impreſſæ erant, &
hodie prout ſeorſim impreſſæ ſunt prohibi-
tæ.
31 Dico ſecundò † declarationes Concilij,
quas adducit Bellarminus in obſeruationi-
bus doctrinæ, & in additionibus ſunt veræ,
& iuridicæ,& illis adhibendæ fides in & ex-
tra iudicium, ratio eſt, quia Cardinalis in il-
lis obſeruationibus eſt auctor Claſſicus, val-
de diligens habétque in illis ſingulares do-
ctrinas, quas multoties confirmat declara-
32 tionibus Cardin. quod non faceret,niſi apud
ipſum Authenticæ eſſent, nec de tanto viro
aliter eſt præſumendum, & Cardinali affe-
renti aliquid factum à Papa,vel Congrega-
33 tione credendum eſt, † vt tenet cum multis
Diana, *p. 5. tract. 1. Reſol. 41. verſ. nota tamen.*
in declarationibus, quas in obſeruatione
doctrinæ ipſe adducit ferè ſemper,dicit cau-
ſam in qua data eſt declaratio, diem, men-
ſem & annum,vt videre eſt in ipſo,idem pu-
to dicendum de declarationibus quas addu-
cit Barboſa, in remiſſionibus ad Concilium,
quas vel vidit authenticas, vel deſumpſit
ex Authore Claſſico, vt Garzia, qui diligen-
tiſſi mus indagator fuit authenticarum de-
clarationum, cui ſtudio per triennium quo
fuit Romæ auide, & ſedulo ſi addixit, vt fa-
tetur, *in proœmio ad tom. 1. de Beneficiis.* Vnde
34 † ipſe Barboſa hanc doctrinam recognoſ-
cens in libris qui typis mandauit poſt *annum*
1632. declarationes Congregationum, quas
citat,ita id facit, quod ſignet menſem,diem,
annum, in quo facta eſt, vt ſic ex Archiuio
35 Congregationum † poſſit eius certitudo vi-
deri, ſi opus fuerit ſic fuit *in lib. de Canoni-
cis*, & *dignita. anno* 1640. & *in ſumm. Apoſto-
licarum Deciſ. impreſſa anno* 1645. quæ ex
declarationibus Congregationum ferè tota
eſt compoſita & quidem citatio menſis,
diei, & anni; ſufficit, vt authentica ſit in iu-
dicio & extra; cum eius veritas euidenter
comprobari poſſit ex Archiuis.
36 Dico tertiò, quamuis † Declarationibus,
quas ſine qualitate requiſita adducunt Bel-
larmini opus,Barboſa,& Marcilla non ſit ad-
hibenda fides in iudicio, vel extra, vt vi-
dimus tamen ſi non ſunt confictæ, immi-
nutæ, aut diminutæ, aliqualem habent
probabilitatem, quatenus fundatæ ſunt in
regulis iuris, & recta ratione; ſicut quæli-
bet alia concluſio alterius Authoris,aut reſ-
ponſum alicuius viri prudentis, vnde ſicut
decreta Apoſtolica,Bullæ Pontificiæ,quam-
uis non ſint recepta in aliqua prouincia, &
ſic non habeant vim legis obligatoriæ, ta-
men pondus authoritatis habent propter
Doctrinam, & opinionum electionem,ma-
gis conformem iuri canonico,vt bene † no- 37
tat Hieronymus Garz. *in ſumm. tract. 3. dif-
ficult. 10. dub. 2. n. 16.* in fine & hæc dicta ſint
tranſeunter de praxi obſeruanda circa de-
clarationes Cardinalium, vnum tamen ad-
uerto quod Authores, qui ſcripſerunt poſt
annum 1631. in quo vidit lucem declaratio
Vrbana ſi adducunt aliquam declaratio-
nem ſi author claſſicus eſt ſemper præſu-
mitur quod ſit qualificata, & prout oportet,
vt fidem faciat in iudicio & extra.

SVBRESOLVT. III.

De Canonicorum cantu.

SVMMARIVM.

1. *An Canonici & Prabendati Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum inſignium teneantur in choro canere.*
2. *An Canonici & Prabendati teneantur cantum figuratum ſcire.*
3. *An conſuetudine introduci poſſit quod Canonici non canant in choro etiam cantu Gregoriano.*
4. *An Canonici canant in choro cantu alta voce prolato.*
5. *An teneantur Canonici canere in choro.*
6. *Multorum DD. ſententia.*
7. *Canonicorum aſſiſtentia, an grauitatem, decorem, & ſolemnitatem inducat.*
8. *Qua determinatio deprompta ſit à Chryſoſtomo.*
9. *Anacletus Papa Chorum in Religionibus & Eccleſiis ad canendum inſtituit.*
10. *Canonicis in choro religioſiſſimè ſtandum, & pſallendum eſt.*
11. *Canonicorum in choro conuenientium quod præcipuum munus.*
12. *Ad quid Chorus inſtitutus eſt.*
13. *Quæ maxima perfectio ſtatus Eccleſiaſtici tam ſecularis quam regularis.*
14. *Chori exercitium perfectio non eſt, ſed perfectionis inſtrumentum, ex Franciſco Suare.*
15. *An Paupertas non ſit perfectio ſed perfectionis inſtrumentum, & n. 16.*
17. *An chorus ſit perfectiſſimum perfectionis inſtrumentum.*
18. *An illud inſtitutum perfectius erit quod ſimul cum pſalmodia habet cætera inſtrumenta perfectionis.*
19. *Vtrum cantus publicus ab Eccleſia vſurpetur ad excitandam fidelium deuotionem.*
20. *An multa particulares perſonæ ſine pſalmodia*

dia habeant perfectam contemplationem.
21. *An Pſalmodia ex ſe inducat ad contemplationem diuinorum.*
22. *Licet Eccleſia ordinet cantum in choro ad excitundam fidelium deuotionem, an ex natura ſua ſit excitatiuus.*
23. *Et hoc firmatur SS. Patrum.*
24. *Canonici an teneantur ex vi iuris communis in choro clara & conſona voce pſallere.*
25. *Licet Canonici non teneantur canere, tenentur tamen vt fructus faciant ſuos.*
26. *Gaugerici Hiſpani ſententia adducitur.*
17. *An ſi Canonici non pſallant poſſint priuari diſtributionibus.*
28. *Bonacinæ mens affertur.*
29. *An Canonicus per maiorem Sacrificij partem confabulans ſatisfaciat obligationi.*
30. *An Concilium & ſacri Canones requirant in Canonicis, quod interſint choro, vt diſtributiones lucrentur, & n. 31. & 32.*
33. *An Canonici in choro confabulantes lucrentur diſtributiones.*
34. *Garziæ opinio affertur.*
35. *Diſtributiones debentur his qui interſunt horis Canonicis.*
36. *An qui tota miſſa dormit dicatur ſacrificio aſſiſtere.*
37. *An Canonici lucrentur diſtributiones etſi non canunt, ſed authorizent chorum ſua præſentia.*
38. *Raphaelis de la Torre mens adducitur, nec non aliorum authorum, & n. 34. & 40.*
41. *Item Auctoris.*
42. *An Canonicus aut Præbendatus diſtributiones faciat ſuas.*
43. *Innocentij III. dictum.*
44. *An præceptum Eccleſiaſticum ſit aſſiſtendi choro ad lucrandas diſtributiones.*
45. *An ſit diuerſa ratio de Clerico ſtipendiato.*
46. *An aſſiſtentia in choro exigatur à iure, vt deuota & religioſa ſit, vtpotè in loco diuinis laudibus deſtinato.*

1 COlligitur ſecundò, an † Canonici, &
Præbendati Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium teneantur canere in choro, ita vt ſi non canant teneantur reſtituere diſtributiones quotidianas, quæ dantur propter officium diuinum in choro celebrandum iuxta feſtiuitatem diei? & quidem certum eſt, quod, quando in aliqua ſolemnitate canitur figurate, cantu organi, & ſimilium inſtrumentorum, quod Præbendati, (niſi ſint ad hoc ſtipendiati, vt ſunt aliqui in Tolet. & Hiſpalenſi Eccleſiis) non tenentur ſic canere, vt conſtat ex praxi;
2 & cònſuetudine, † non enim tenentur huiuſmodi cantum figuratum ſcire, & ſine eius ſcientia cantum ipſum corrumperent, & Cachophoniam inducerent, ita Leſſius, *de Iuſtitia, & iure l. 2. cap. 34. dub. 33.* & omnes.

Deinde certum eſt, quod conſuetudine
& ſtatuto introduci poteſt, quod † Canonici 3
non canant in choro etiam cantu Gregoriano, ſed hoc faciant alij Clerici; quòd valdè conſuetudine, & praxi multarum Cathedralium introductum eſt, ſed habent Clericos ad id deputatos, & Canonici ſolum aſſiſtunt & interſunt in choro diuinis officiis; & ſic faciunt fructus ſuos, & lucrantur diſtributiones, ita Dominus Caietanus, *in Summa verbo, Horæ Canonicæ* Thomas Sanchez *lib. 2. conſil. cap. 2. dubio. 99. & 100.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. l. 3. c. 18. n. 83.* Barthol. à Sancto Fauſto. *de horis l. 3. q. 14. & 15.* Bonac. *t. 1. diſp. 1. q. 3. punct. 2. §. 1.* Magiſter Candidus *t. 1. diſquiſ. 28. art. 26. dub. 2. 3.* Bitant. *22. q. 92. art. 2. diſp. 4. à n 4.* Petrus Nauarra *lib. 2. de reſtitutione, cap. 2. à num. 114.* Naldus *verbo officium num. 14.* Garzia *de beneficiis, cap. 2. citat. n. 514.* Molfeſius, *in Summ. tract. 5. cap. 2. num. 15.* Fillucius, *tract. 23. cap. 6. num. 197.* Moneta. *de diſtrib. p. 2. quæſt. 2. num. 18.* Suarez *2. de Relig. l. 4. cap. 12. à n. 11.* Azor. *p. 2. lib. 10. cap. 11. quæſt. 5. & 6.* & ratio eſt, quia,
quod † Canonici canant in choro cantu alta 4
voce prolato, quod propriè dicitur pſallere, eſt tantum de iure poſitiuo Canonico, contra quod poteſt præualere conſuetudo, vel poteſt priuilegio Pontificio diſpenſari, aut Eccleſia poteſt id habere ex ſua fundatione; & ſic ſolum Canonici tenentur exiſtere diuinis, non tamen canere, cum Cantoribus, & manſionariis, etiam cantu Gregoriano, & plano vt dicitur.

Verum enim vero circa hanc Doctrinam, quæ communis eſt & à nullo negatur omnium quos vidi aliqua ſunt notanda. Pri-
mum, † hoc eſſe verum ex fundatione, ex 5
conſuetudine, & priuilegio Pontificio diſpenſanti in iure communi, iuxta quod Canonici tenentur canere in choro hoc enim
tenentur facere, ita † Doctiſſ. Paulus Comi- 6
tolus *lib. 1. Reſp. 1. q. 62. n. 2.* Barboſ. *n. 60.* Suar. *n. 8.* Villal. *in ſummu tract. 23. difficult. 10. n. 9.* & alij, conſtat ex Bulla Pij, quæ incipit ....& eſt 13. 5. in Bullario Cherub. ſic etiam declarauit ſacra Congreg. *ſub die 20. Aprilis.* 1601. quam referunt Barboſ. *in collect. Apoſtolicis Deciſ. collect. 93. n. 2.* Sell. *in ſelect. c. 3. n. 95.* ibi. *Canonici ſuæ obligationi non ſatiſfaciunt ſi in choro alta & conſona voce pſallant*; quæ determinatio eſt ſanctiſſima; prudentiſſima, & valde conformis inſtitutioni cho-
ri primæuæ, chorus enim † (vt latè oſten- 7
di *tom. de vero martyrio fidei &c.* non ad aſſiſtendum ſolum, quamuis Canonicorum aſſiſtentia grauitatem, decorem & ſolemnitatem inducat; tamen hæc conſequenter ſe habent, nam primarium, & primæuum miniſterium in choro eſt canere, vt expreſſe

determinat Trident. *ſeſſ.24.cap.12.de refor-*
matione ibi. *omnes vero diuina & per ſe &*
non per ſubſtitutos compellantur obire officia,
atque in choro ad pſallendum inſtituto hymnis
& canticis Dei nomen deuotè laudare.
8 Quæ † determinatio ex Sanctis Patribus
antiquis, eſt deprompta Chryſoſtomo. *ho-*
mil.69. ad populum. Euſebius *lib. 2. hiſt. cap.*
16.loquens Eſſenis factis Canonicis induſtria
S. Marci Euang. nec ab initio naſcentis Ec-
cleſiæ, (ſpeciale priuilegium Papæ) Religio
Monachalis, aut Mendicans, Eccleſia Ca-
thedralis, aut Collegialis inſtituta, aut fun-
data, quæ non obliget aſſiſtentes choro ca-
nere, aut clara voce dicere officium diui-
num, ad excitandum fidelium deuotionem.
9 Anacletus enim † Papa. *anno.*85.chorum in
Religionibus, & Eccleſiis ad canendum in-
ſtituit, & dum in cryptis & in cauernis
terræ latitabant Chriſtiani propter perſe-
cutiones congregabantur, (ſonitu cuiuſ-
dam mallei lignei, vt late dixi *in digreſſio-*
ne de choro, tom.5. ex Amazario. lib.4.de di-
*uinis Officiis cap.*25. & quidem ſi Canonici
ex primæua ſua inſtitutione, non teneren-
tur pſallere in choro, ad quid inſtituta eſt
in Eccleſia alternatiuæ vocis, vt dum canit
vna chori pars, altera deuotè audiat, vnde
Concilium Aquiſgranenſ. Primum celebra-
tum *anno* 816. *ſub Stephano V. & Ludouico*
*Imperatore. cap.*130. *&* 131. *&* 132. *&* 133.
10 dicitur. † *Canonicis in choro Religioſiſſimè*
ſtandum, & pſallendum eſt, & cap. ſi quis Pres-
byter. 92. diſtinct. ſub pœna depoſitionis te-
nentur Canonici conuenire in Eccleſia ad
pſallendum officium diuinum. Nullus ergo
11 dubitare quit † Canonicorum in choro
conuenientium præcipuum munus eſſe
pſallere Domino voce clara & audiuili, dixi
ſolum pſallere, &c. quia iuxta Trident. &
12 eius declarationem chorus inſtitutus eſt ad
pſallendum prout pſalmodia comprehendit
cantum ſeu recitationem voce alta, & con-
ſona iuxta conſuetudinem, & fundationem
cuiuſcumque Eccleſiæ, quæ ius commune
interpretatur.
13 Ex quo fit † maximam eſſe perfectionem
ſtatus Eccleſiaſtici tam ſecularis quam re-
gularis pſalmodiam in choro ſiue recitan-
do clara voce ſiue canendo iuxta Eccleſia-
rum conſuetudinem, & fundationem (nam
ſtatutum cōtra ius commune non ſubſiſtit,
quia eſt contra voluntatem primi Legiſla-
toris quæ illi non aſſiſtit ſicut aſſiſtit conſue-
tudini, quæ paulatim introducitur & fun-
dationi, ne deterreantur homines à fundan-
dis Eccleſiis) vnde neſcio quid ſibi velit P.
Franciſcus Suar. *tom.4. de relig. lib.1. de inſti-*
14 *tuti. Societatis cap.8. num.*8. dum dicit † chori
exercitium perfectionem non eſſe ſed per-
fectionis inſtrumentum, atque ita cantus
publicus in choro inſtitutus eſt ad excitan-
dam fidelium deuotionem magis quam pro- 15
ficiat canenti adducit ad confirmationem
doctrinam Diui Th. 2.2. q.188. *art.7. ad 1.*
vbi ſic Doctor dicit, *quod paupertas non eſt*
perfectio ſed perfectionis inſtrumentum & idem
dicit de obedientiæ & caſtitatis votis; &
ſic in Societate Ieſu, nec docere nec præ-
dicare, orare, contemplari & ſimiliter vo-
ta ſimplicia, quæ poſt biennium emittunt, 16
& ſolemnia quibus aliqui eiuſdem ſocieta-
tis adſtringuntur non ſunt perfectio, ſed
inſtrumenta perfectionis, quare perfectio
vitæ deſumitur ex melioribus inſtrumentis
perfectionis.
Quod autem chorus ſit perfectiſſimum 17
perfectionis inſtrumentum, vtpotè inſti-
tutum ex ſua primaria origine ad vitam
contemplatiuam, ſitque illius inſtrumen-
tum conſtat ex eo quod nullus Antiquus
Monachorum Patriarcha vitæ contempla-
tiuæ inſtituta; nullus fundator Mendican-
tium profitentium vitam mixtam vſque ad
fundationem Societatis fuerit, qui ſuos
alumnos pſalmodiæ non applicauerit; qua-
re † illud inſtitutum perfectius erit quod ſi- 18
mul cum pſalmodia habet cætera inſtru-
menta perfectionis; & ſic communitas quæ
ſine choro eſt inſtituta quamuis non habeat
defectum perfectionis moralem, quia ex
priuilegio Papæ id habet, habet tamen ca-
rentiam medij, & inſtrumenti à Patribus
agniti vi vtiliſſimi ad perfectionem, quare
ex vt fundationis ſtatus Eccleſiaſtici ab Ec-
cleſiæ primordiis niſi accederet priuile-
gium Papæ imperfecto & indebito modo
eſſet fundata ea Religio, quæ ſine choro eſ-
ſet fundata vt latius dixi *tom. 5. digreſſio*
de chori Eccleſiaſtici antiquitate.
Rurſus, *quamuis † cantus publicus ab Ec-* 19
cleſia vſurpetur ad excitandum fidelium deuo-
tionem, tamen non eſt (inquit) *neceſſarius vel*
ſimpliciter vel moraliter ad propriam & inter-
nam perfectionem vitæ contemplatiuæ earum
perſonarum, quæ in huiuſmodi exercitio occu-
pantur. Sed bone Deus, quod vir prudens
pius & doctus hæc dicat non videns con-
tra ſe habere omnem antiquitatem, quam-
uis ex natura rei pſalmodia in choro non
ſit ſimpliciter neceſſaria ad vitam contem-
platiuam; multi enim † particulares perſo- 20
næ ſine palmodia habent perfectam con-
templationom, & meditationem ſuperna-
turalem altiſſimam, ſed ex vi inſtitutionis
vitæ ordinatæ in commnnitate ad contem-
plationem per hoc medium, ſcilicet pſalmo-
diam eſt inſtrumentum illius moraliter ne-
ceſſarium ex vi regulæ multo magis propor-
tionatum, quam ſit ſtudium, librorum ſcri-
ptio, conſultationum ſolutio, & alia opera in
quibus exercetur Religio non vacans cho-
ro,

21 ro, pſalmodia enim † ex ſe inducit ad contemplationem Diuinorum, quod non faciunt opera relata,& alia multa,quibus vacant, quæ ſunt inſtrumenta ad perfectionē animæ, ſed multo minus proportionata, quam pſalmodia in choro, quamuis enim Eccleſia ordinet cantum in choro ad exci-
22 tandum fidelium deuotionem,iſte ex natura ſua eſt excitatiuus, atque ita ex ſe valet deuotionem excitare in pſallente: ad hoc enim in Religionibus Monachalibus extra vrbem in ſolitudinibus fundatis inſtituta eſt pſalmodia, primo & per ſe, *vt offeramus Deo Sacrificium laudis, attentè pariterque deuotè*, quod autem audientes excitentur ad deuotionem conſequenter ſe habet, & per ſe ſecundo, quod quidem eſſe veriſſi-
23 mum clare inueniet, qui legerit † ſanctos Antiquos P. P. & ordinum inſtitutores, Bernardum *ferm.7.& 47.in Cantica.* Pachomeū *in Regula ab Angelis ſibi reuelata cap.*81. Sanctum Baſilium *in Regulis contractio. n.* 307. S.Benedictum *in Regula cap.* 14. 17. *&* 18. idem fecere S Franciſcus *cap.* 3. ſanctus Dominicus,& omnes alij Religionum Fundatores.

24 Tenentur ergo † Canonici, ex vi iuris communis,in choro clara,& conſona voce pſallere; niſi vt dixi vbi eſt conſuetudo legitima præſcripta,aut fundatio, aut ſtatutū à Sede Apoſtolica confirmatum; quamuis
25 tamen † iſti non teneantur canere,tenentur tamen, vt fructus & diſtributiones faciant ſuas,& ſint liberi à reſtitutione;ibi aſſiſtere attendendo ſaltem exterius ad ea quæ ab aliis pſalluntur, itavt non confabulentur inter ſeſe aut aliud opus externum faciant diuerſiuum attentionis, ita tenent omnes ferè antiqui, quorum opinionem ſequuntur moderni prudentiores, quam expreſſit ſatis eleganter D. Caietanus *in ſumm. verbo hora in fine*, dicens *num.* 16. *maiores in choro non debent cantare, ſed meditari, quæ ab inferioribus cantantur.*

26 Neque Cardinali obſtat, quæ obiecit † Quagericus Hiſpanus *ibi littera* 1. ex Trident. quod loquitur vbi non eſt conſuetudo præſcripta,non canendi Canonicos,tunc enim ſicut poſſe cogi, vt canant, ab Epiſcopo, vt ait Trident. *cap.* 12. *citato*, ita habent obligationem canendi, aut pſallendi,
27 quod † ſi non pſallant poſſunt quidem priuari diſtributionibus, tamen ante ſententiā non tenentur reſtituere; & ita Concilium dicit ibi, *quod diſtributiones accipiant,qui ſtatis horis choro interſunt,* ſi tum choro,attente ſaltem exterius interſint modo decenti qui competit orantibus,& laudantibus Deū. Ita Suarez *tom.2.de relig.lib.4.cap.*12.*n.* 20. Peſſantius *diſput* 4.*cit.*Moneta *vbi ſupr.n.*24.
28 quos citat & ſequitur † Bonacina *citata diſputat.1 quæſt.3.punct.2.§ 1.num.* 10. & mihi videtur manifeſtum, quia dum quis facit opus externum, cum quo non compatitur aliud opus externum morale, quod tenetur facere ad ſatisfaciendum alicui obligationi iſti obligationi non ſatisfacit,dum illud opus incompoſſibile exercet verbi gratia,quis vt ſatisfaciat præcepto audiendi ſacrum,ſe ex- 29
hibens præſentem ſacrificio, morali præſentia tenetur non facere opus externum, quod illi præſentiæ morali opponatur; ſi enim per maiorem partem ſacrificij confabuletur,omnes cordati dicunt,quod iſte nō ſatisfacit obligationi, quia opus hoc externum voluntarium euertit præſentiam moralem religioſam reſpectu ſacrificij, cui non dicitur attendere eo ipſo, quod opus incōpoſſibile faciat,& ſic illi non eſt præſens moraliter,etſi phyſicè ibi aſſiſtat, *leg. coram Titio D.de verb.ſignific.*

Cum ergo † Concilium,& ſacri Canones 30
requirant in Canonicis, quod interſint choro,vt diſtributiones lucrentur,& hæc intereſſentia ſit religioſa, ordinata ad cultum diuinum; peractum præſentiæ moralis, ſi ibi faciat actum oppoſitum, qualis eſt confabulatio,& alia ſimilia,ſi fiant pro toto tempore, aut maiori parte, dubiu procul, non ſunt præſentes choro, morali præſentia, & religioſa, quam exigit Trident. idem etiam 31
manifeſtè conſtat in recitatione officij diuini cuius obligationi, qui exterius facit opus illius attentioni externæ incompoſſibile, vt eſt indubitata ſententia, & tenent omnes Canoniſtæ *ad caput dolentes, de celebratione miſſarum* omnes Scholaſtici cum Magiſtro *in* 4.*diſt* 15.expoſitiones D.Thom.2.2. 32
quæſt 83.*art.* 13. neque in hoc eſt aliqua inter Doctores controuerſia quamuis ſit circa attentionem internam quibuſdam aſſerentibus requiri ex Eccleſiæ præcepto,quibuſdam negantibus,cum autem Concilium Tridentinum in Canonicis requirat, quod in choro deuotè aſſiſtant ſicut *in cap.dolentes*, requiratur, deuotio iſta ad minus debet eſſe externa.

Hæc dixerim contra P. Thom. Sanchez, *lib.2.conſil.cap.2.dub.* 100.*n.*2. vbi dicit † *Ca-* 33
nonicos confabulantes in choro lucrari diſtributiones, iſta enim illis dantur pro aſſiſtentia in choro,& vt chorum ſua præſentia authorizent ſicut Clerici funus aliquod comitantes, licet confabulentur licitè acquirunt ſtipendium, quia datur illis vt comitentur & authorizent. pro ſua ſententia citat Medinam *in ſum. lib.*1.*cap.*14.§.11.& tenuit Henriquez à ſe conſultus & alij docti Magiſtri, quibus videtur aſſentiri Garcia † *de beneficiis p.3.cap.* 34
2.*num.*514 dicens *in fine, & ita videtur eſſe conſuetudo, & praxis Eccleſiarum*, quamuis dicat peccare mortaliter ſi exceſſus fuerit

notabilis: vt ſi maiorem partem dormiat: litteras legat, confabuletur, &c.

Sed omnino falluntur iſti, quia tam Concilium Trid. quod, *c. licet* 32. *de præbendis, & cap. vnicum, de Clericis non reſident. in* 6. dum
35 dicunt quod † diſtributiones debentur his qui interſunt, adſunt vel aſſiſtunt, horis Canonic. intelliguntur de aſſiſtentia morali &
36 humana; qui enim † tota Miſſa dormit non dicitur ſacrificio aſſiſtere, ſed materialiſſime, & ſic non ſatisfacit obligationi, & verba legis in formali ſignificatione intelligi debent & aliter ſentire eſt magnum oſtium aperire ad indecentiam, & loquacitatem in choro, qui ſilentij & deuotionis locus eſt deſignatus, &ad diuinas laudes peragendas, vt ait Trid. quare quamuis à multis annis ſit conſuetudo introducta rationa-
37 bilis, quod † Canonici lucrentur diſtributiones etſi non canant, ſed authorizent chorum ſua præſentia, & aſſiſtentia cum cantus exerceatur per inferiores Clericos & Capellanos, tamen non poteſt introduci conſuetudo, quod Canonicus dormiens, aut confabulans, maiore temporis parte diſtributiones lucretur, ita fere omnes vt dixi, ſed impropriis vt aiunt terminis, tenēt antiqui interpretes decretalium & Clemētinarum, quos citat & ſequitur Sandoual. *de*
38 *Officio diuino c.* 16 *p.* 6.† Raphaël de la Torre 22. *q.* 83. *art.* 13. *tract. de horis Canonic. controuerſ.* 10. *diſp.* 9. *n.* 5. ibi *qui aſſiſtentes choro confabulantur, aut exercent actiones præfatæ attentioni repugnantes, notabili parti horarum, peccant mortaliter non implendo præceptum de aſſiſtendo Horis, & tenentur reſtituere omnes diſtributiones, & fructus pro rata*: & poſtea
39 limitat, *n.* 6. *niſi colloquia ſint breuia quamuis ſæpè, miſceantur nunc colloquendo nunc attendendo.* Aragon, *q.* 83. *art.* 12. *verſ. ſed dicendum.* Ledeſma, *in ſumm. p.* 1. *c.* 128. *caſu.* 10. Nauarr. *de oratione c.* 13. *n.* 17. Diana, *p.* 2. *tract.* 12. *reſ.* 7. dicens, *quod hac opinio eſt prorſus tenenda.*
40 Suarez, *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 9. 10. *&* 14. Palao, *tom.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punct.* 4. *n.* 2. Bonac. *diſp.* 1. *cit. punct.* 2. §. 1. *n.* 19. *&* 21. Barboſ. *in paſtorali alleg.* 52. *n.* 132. *& de cano. & dignit. c.* 34. *n.* 13. Barthol. à S Fauſto, *lib.* 3. *de horis, q.* 17. Ludou. Lopez, *tom.* 1. *inſtructo. c.* 246. Azor, 1. *p. lib.* 10. *c.* 11. *q.* 5. Ledeſma, *in ſumm. tract.* 9. *c.* 4. *concl. vlt. difficult.* 1. *&* 2.

Quod quidem ita mihi certum eſt, quod
41 † exiſtimem Auctores quos in contrarium adducunt Diana, & alij, loquantur de collocutione breui, & quæ non impedit attentionem externam ad minus, ſi enim iſtam adimit, alia actio exterior incompoſſibilis
42 non dubito, quod † non poſſit Canonicus, aut præbendatus diſtributiones quotidianas facere ſuas, ſed tenetur in conſcientia illas reſtituere, cum dentur, propter aſſiſtentiam religioſam, decentem, grauem, & quæ chori authoritatem augeat, & quomodo erit, decens grauis & chorum authorizans ſi maiori ex parte ſit confabulatio; aut dormitio, aut litterarum & aliorum impertinentium ad cultum diuinum negotiorum? imo etſi eſſet Prouiſor & Archidiaconus, & in choro negotia expediat, non lucratur diſtributiones, hinc obligatus eſt Pontifex Innocentius III. *in Concilio Lateranenſ. c.* 17. *& refertur, c. dolentes de celebratio. Miſſæ*, agens de Canonicis, dicere, *etſi quando hac celebrantur interſint chori ſilentium fugientes, intendunt exterius collocutionibus Laïcorum: dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt aures intentas nō porrigunt ad diuina*, idem fere ſtatuit Clem. V. *in Clem.* 1. *eodem.* vbi Papa dicit, *per has confabulationes, & ſimilia graui ſe turbatione moueri.* 43

Ex quibus iuribus (quibus conformatur Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 12.) colligitur manifeſtè eſſe præceptum Eccleſiaſticum aſſiſtendi choro ad lucrandas diſtributiones, aſſiſtentia deuota & Religioſa, non enim vt dixi loquuntur de aſſiſtentia pure locali, & intereſſentia phyſica corporis in loco materiali chori, cum hæc aſsiſtentia ordinetur ad cultum diuinum exhibendum ab homine, *c. vnico, de Cleric. non reſidentibus, in* 6. quare dubio procul nō ſatisfit huic præcepto, niſi per aſſiſtentiam moralem ſaltem externam, ſicut de præcepto audiendi ſacrum & recitandi Officium Diuinum eſt indubitatum; vnde 45
eſt diuerſa ratio omnino de Clerico ſtipendiato, vt aſſociet funus, qui quamuis confabuletur in itinere vel dum dicitur officium lucratur ſtipendium quia ſic ſtipendiatur & eos inuitans, ſic dat ſtipendium; non enim requirit ab illis vt deuote & attente funeri adſint, ſed vt adſint præſentia locali, quamuis Clericus peccet opus diuini cultus negligenter & inreligioſe faciendo; at † aſſi- 46
ſtentia choro exigitur à iure vt deuota & Religioſa ſit, vtpotè in loco diuinis laudibus deſtinato, quare exiſtimo quod opinio Sanchez, non eſt ſequenda in praxi, quod maximè verum tenet iuxta conſtitutionem, Pij V. ſupra citatam ibi tametſi aliquis choro *addictus*, non *recitans*, omnibus horis Canonicis, *cum aliis præſens adſit, &c.* 44

SVBRESOLVT. IV.

Vtrum pro diſtributionibus quotidianis poſſit Canonicus vti Bulla compoſitionis?

SVMMARIVM.

1. *An tantum reſtituendum quantum horarum conſumptum eſt in confabulationibus.*

2. *An*

2. *An Canonicus poſsit vti Bulla compoſitionis ad non reſtituendum.*
3. *An diſtributiones dum abſunt Canonici à Choro accreſcant aliis intereſſentibus, & num.* 4.
5. *Vtrum Canonici aſsiſtentes Choro confabulantes, aut dormitantes ſolum præſentia locali punctentur ab officialibus.*
6. *An coram Deo non ſatisfaciant Canonici obligationi ſuæ de præſentia morali in choro, vt poſsint in conſcientia diſtributiones quotidianas facere.*
7. *Conc. Trident. confirmatio.*
8. *Honorij III. ſtatutum.*
9. *An deuotio & reuerentia externa diſtinctum quid ſit ab intereſſentia in choro.*
10. *An ex natura rei diſtributiones non accreſcant Canonicis præſentibus.*
11. *Quas diſtributiones confabulantes teneantur reſtituere.*
12. *Qui poſsit vti Bulla compoſitionis in Eccleſia in qua eſt vſus canendi.*
13. *An ille qui non recitat ſuam partem attendat ad partem quam dicit alter chorus.*
14. *Multorum Doctorum ſententia.*
15. *Item Caietani affertur mens.*
16. *An Canonici non ſatisfacientes præcepto aſsiſtendi & intereſſendi choro, & non facientes diſtributiones ſuas, aliis Canonicis accreſcant.*
17. *An diſtributiones indebitæ aſsiſtentium Choro reſtituendæ ſint pauperibus, vel fabricæ Eccleſiæ in qua indebite interſunt Choro.*
18. *Suaris ſententia adducitur, & n* 19.
20. *An Beneficiatus, qui vno die emiſit officium diuinum ſatisfaciat obligationi iuſtitiæ de reſtituendo fructus correſpondentes, recitationi.*
21. *Licet officium obligatum ſit diei an reſtitutio facienda non ſit obligata diei.*
22. *Vnde obligatio reſtituendi Canonicis indebitè intereſſentibus diſtributiones quotidianas, oriatur. & n.* 23.
24. *An qui accepit plura ſtipendia miſſarum quæ conſumpſit, & illis obligationibus nequit ſatisfacere celebrando miſſas, teneatur quotidie celebrare pro omnibus illis à quibus accepit ſtipendia, & n.* 25.

1 VErum eſt, quod † tantum eſt reſtituẽdum quantum horarum conſumptum eſt in confabulationibus & cæteris actibus incompoſſibilibus exteriori deuotioni, quæ ad minus exigitur, à iure in aſſiſtentia chori, vt lucrentur diſtributiones quotidianæ, ſed nunquid Canonicus, qui aſſiſtit choro, ſed confabulando, aut dormiendo, aut aliud incompoſſibile faciendo; non tamen priuatur, aut punitur, quare accipit diſtributiones, quas tamen in conſcientia tenetur reſtituere, vt vidimus, an † poſſit vti bulla 2
compoſitionis ad non reſtituendum? quamuis enim omnino certum ſit, quod abſentes à choro non poſſint vti bulla præfata pro diſtributionibus quotidianis, vt tradunt Rodriguez *in explicatione illius caſu* 1. *dub.* 2. *n.* 16. Ludou. Lopez *in explicatione ſimili.* Ludouic. à Cruce *diſput.* 2. *dub.* 8 Villalob *tract.* 29. *num.* 20. Henriq. *lib.* 7. *de pænitentia c* 36. *num.* 3. Caſtro Palao *tom.* 5. *tract.* 25. *punct.* 2. *n.* 3. Acoſta *q.* 66. qui omnes hanc tradunt rationem, quia † diſtributiones dum abſunt 3
Canonici à choro accreſcunt aliis intereſſentibus; & ſic eſt Dominus certus, cognitus, & præſens cui reſtitui poſſunt, vnde in illis nequit fieri compoſitio virtute Bullæ.

Sed quamuis hoc ſit omnino certũ, ſi loquatur de Canonicis abſentibus; qui nullatenus ſunt præſentes choro neque præſentia locali ibi aſſiſtunt; ſic enim declaratum ab Illuſtriſſimo Commiſſario generali Cruciatæ, tamen ſi loquamur de Canonicis qui 4
præſentia locali ſunt præſentes, quamuis dormitent, confabulentur, & aliud incompoſſibile faciant cum exteriori deuotione requiſita in choro poſſit alicui non improbabile videri, quod quamuis in foro conſcientiæ teneantur reſtituere diſtributiones quotidianas, poſſe tamen vti Bulla cruciatæ compoſitionis ſicut in non recitatione officij diuini punctum hoc nullus, quem viderim tractauit, eſt tamen ſcitu dignum & huius affirmantis partis fundamentum eſſe poteſt. Primò, quia † Canonici ſic aſſiſten- 5
tes in choro confabulantes, aut dormitantes ſolum præſentia locali, non punctantur ab Officialibus, neque ad hoc habent iſti ſpecialem ordinem à Capitulo; quare iſtud videtur renunciare iuri, quod habebant, vt præſentibus accreſcant diſtributiones, quas iſti Canonici confabulantes in conſcientia amittunt coram Deo, quia † coram ipſo nõ 6
ſatisfaciunt obligationi ſuæ de præſentia morali in choro, vt poſſint in conſcientia diſtributiones quotidianas facere ſuas, & ſic tenentur illas reſtituere non Canonicis, quia iſti ex eo quod capitulum non ordinat, quod confabulantes punctantur iuri ſuo ceſſerunt, vt ſibi accreſcant diſtributiones, & iſtæ poſſint componi per Bullam, quia debent reſtitui pauperibus, vel fabricæ.

Secundo & valdè efficaciter hoc ipſum confirmatur ex Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. ibi
† *diſtributiones vero, qui ſtatis horis interſunt* 7
recipiant; vnde *cap. vnico de Cleric. non reſident. in* 6. idem ſtatuitur addens, *qui aliter de diſtributionibus ipſis quicquam exceperit rerum ſic acceptarum dominium non acquirat, neque faciat eas ſuas, ſed ad omnium reſtitutionem teneatur*, idem ſtatuit Honorius III.

in

8 *in cap. licet de prabendis & dignitatibus* †
quod autem hæc aſsiſtentia & intereſſen-
tia, quantum ad hoc quod diſtributiones
non accreſcant, aliis ſufficiat, quod ſit cor-
poralis, & localis in choro & non requira-
tur, quod ſit deuota, & religioſa, conſtat
clare, tum quia Concilium ſtatim ſubdit,
quod *Canonici compellantur in choro ad pſal-
lendum inſtituto, hymnis & canticis Dei no-
men reuerenter diſtinctè, deuotéque laudare;*
9 ergo † deuotio & reuerentia externa diſtin-
ctum quid eſt ab intereſſentia in choro, ſi
enim iſta ſit quamuis tantum localis & phy-
ſica, alij Canonici nullum ius habent ad di-
ſtributiones confabulantium, quamuis iſti
in conſcientia non faciant ſuas, ſicut neque
facit qui dicens officium diuinum omnino
voluntariè diſtractus tam interius, quam
exterius, vt fatentur omnes, & ita poſſunt
componi per Bullam cruciatæ, cum enim
10 † ex natura rei diſtributiones non accreſ-
cant Canonicis præſentibus, ſed hoc ſolum
ſit ex Papæ conceſsione, poterat enim aliis
piis operibus applicare, vnde ſi præſentibus
applicat intelligitur præſentibus præſentia
locali, quæ opponitur abſentiæ vtique loca-
li, vt conſtat clare *ex cap. licet & ex cap. vni-
co citatis*, atque ita vbi eſt localis præſentia
quamuis non ſit deuota, & religioſa, Cano-
11 nicis nihil accreſcit diſtributionum, quas †
confabulantes tenentur in conſcientia re-
ſtituere, ex iure enim Canonico non ori-
tur ius accreſcendi diſtributiones niſi ex
abſentia locali.
12 Ex qua non improbabili opinione colli-
gitur, poſſe etiam vti bulla compoſitionis, il-
lum in Eccleſia in qua eſt vſus canendi Ca-
nonicos, ipſe tamen ſine cauſa non canit,
ſed vel tacet, vel recitat ſecreto, vel medita-
13 tur, aſsiſtens tamen in choro, & † ille qui nō
recitat ſuam partem attendit tamen ad par-
tem, quam dicit alter chorus, quãuis enim
iſti teneantur in conſcientia reſtituere om-
nes diſtributiones, vt tenet communis opi-
nio contra Suarez *lib. 4. de Relig. cit. cap.* 12.
num. 18. Petrum Nauarra. *lib.* 1. *de reſtitut.
cap.* 2 *num.* 222. Bonac *vbi ſupr. q.* 3. *punct.* 2.
14 §. 1. *num.* 17. † dicentes hos Canonicos, qui
ſuam partem non recitant, vel ſi recitant
ſummiſsè, ita vt à populo non audiantur, ſed
audiunt alterum chorum lucrari medias di-
ſtributiones, id quod dicunt multi recen-
tiores, quamuis contrarium probabilius
D. Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 31. *Reſponſio.* 8.
loqnens de Canonico qui non cantat, ſed
recitat ſuam partem, dicat quod non ſatis-
15 faciet vt lucretur; *quia* (inquit) *communis
exſolutio, qualis eſt, quæ fit in choro diuinarum
laudum communicantium eſt, qui autem non
canit ſuam partem, vel non recitat, ſed audit
alterum chorum, non communicat alteri choro,
ſed tantum audit, quare nullas in conſcientia
lucratur diſtributiones* aſsiſtit tamen decen-
ter pariter & deuotè, hos omnes vt dixi
poſſe vti bulla compoſitionis, cuius à prio-
ri ratio eſt, quia licet † non ſatisfaciant præ- 16
cepto aſsiſtendi, & intereſſendi choro &
ſic non faciant diſtributiones quotidianas
ſuas, ſicut non facit, qui non recitat Officiũ
diuinum cum ſit Beneficiarius, tamen aliis
Canonicis non accreſcunt, quia ſolum di-
ſtributiones abſentium dicunt iura, qnod
accreſcant, cuius ſignum euidens eſt, quia
iſti ſolum punctantur; quare diſtributio- 17
nes indebitæ aſſiſtentium choro reſtituen-
dæ ſunt pauperibus, vel fabricæ Eccleſiæ in
qua indebitè interſunt choro, atqui iſti poſ-
ſunt vti bulla compoſitionis. Hæc alicui
forſan videbuntur plauſibilia, & non im-
probabilia; de hoc enim caſu nullus quem
viderim tractat conſultus tamen fui à viro
timoratæ conſcientiæ *anno* 1646. in qua-
dam huius Regni ciuitate. & dixi hoc mihi
videri non improbabile, & modo remitto
ptudentioribus, & ſapientioribus Ma-
giſtris.
Ex quo fit quod cum ſit valdè probabilis 18
opinio P. Franciſci Suarez *tom.* 2. *de relig.
tract.* 4. *lib.* 4. *cap.* 29. (quem malè intellexit
Garcia Hieronymus *in ſum. tratado* 2. *dif-
ficultad.* 8. *duda* 1. *punct.* 3. *num.* 12.) Diana
etiam *p.* 2. *tract.* 12. *reſol.* 24. malè intellexit,
tum Suarez, quem quoad hoc punctum, tũc
non vidit, tnm Molfeſium, Suarez enim
quem ſequitur Fillutius non ſolum loquun- 19
tur de primis ſex menſibus, vt legenti con-
ſtabit, ſed vt dicam loquuntur de reſtitu-
tione facienda ex vi iuris naturalis, quod
ſecluſo iure poſitiuo Concilij Lateran. &
Pij V. (in conſtitutione edita *anno* 1571.
duodecim Kalẽd Octob. qua incipit ex proximo)
ipſum explicantis ſi loquamur de iure na-
turæ † Beneficiatus qui vno die emiſit offi- 20
cium diuinum ſatisfaciat obligationi iuſti-
tiæ de reſtituendo fructus correſpondentes
recitationi, ſi altero die duplex dicat offi-
cium, vel dicat integrum roſarium, vel ſa-
crificium miſſæ, aut alia opera ſpiritualia
æquiualentia, ſicut qui ex pacto obligatur
dicere in vna ſeptimana tres miſſas, quam-
nis peccet ſi non dicat eas in ea ſeptimana,
ſi tamen dicat in alia non tenetur reſtituere
ſtipendium (niſi ſit pro neceſſitatis releuan-
dæ auxilio, quæ futura eſt in illa ſeptimana,
quæ tranſacta iam ad hoc intentum non
deſeruiunt tria illa ſacrificia) quamuis enim
† officium ſit diei alligatum, tamen reſtitu- 21
tio facienda non eſt obligata diei, & ita po-
teſt aliis operibus ſpiritualibns ſuppleri
obligatio reſtituendi, cum autem obliga-
tio reſtituendi Canonicis indebitè intereſ-
ſentibus diſtributiones quotidianas oriatur,

tum

tum ex iure naturali dictante, quod interſit humano modo, & decenter, poteſt hæc reſtitutio fieri per aſſiſtentiam tot dierum, quot abeſſe poteſt à Choro, ſi ibi deuotè aſſiſtat, tum etiam ex præcepto Eccleſiaſtico, (ſicut eſt de recitatione officij diuini, vt ſuprà monſtratum eſt) quod requirit aſſiſtentiam moralem, & Religioſam, vt diſtri-
23 butiones faciat ſuas; & vt ſit reipſa & localiter abſens, vt diſtributiones accreſcant intereſſentibus; ſit, quod Canonicus indebite præſens choro poſſit recompenſare aliis diebus in quibus ſit religioſè, & deuotè præſens, ex his qui illi dantur vacationis, & vt dicitur de *Recle*.

Ex qua Patris Suarez doctrina quam etiã defendunt Molfeſius *in Summ. tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 17. & dicit eſſe probabilem, Bonacina *vbi ſupra quæſt.* 5. *punct.* 2. *n.* 5. Fillucc. *t.* 2. *tr.* 23. *cap.* 10. *n.* 307. & alij ex horum inquam ſen-
24 tentia colligitur, quod † qui accepit plura ſtipendia miſſarum quæ conſumpſit, & illis obligationibus nequit ſatisfacere celebrando Miſſas teneretur quotidie celebrare pro omnibus illis à quibus accepit ſtipendia, inſuper recitare officia defunctorum, integra roſaria, & alia pia opera ſatisfactoria face-
25 re, & eorum ſatisfactionem applicare illis perſonis, vel earum intentioni à quibus ſtipendia accepit, vt ſic habeant ſaltem ex parte, id quod ex ſacrificio conſequi deberent, & ille qui accepit Miſſarum ſtipendia, tenetur ex iuſtitia ad id facere, quia qui non poteſt ſatisfacere ad æqualitatem tenetur ſatisfacere quantum poteſt.

SVBRESOLVT. V.

Quando Canonici lucrentur diſtributiones in abſentia.

SVMMARIVM.

1. *An ſecluſo ſtatuto priuilegio ſpeciali conſuetudine aut fundatione in contrarium, Canonici & alij Præbendati lucrentur diſtributiones quotidianas tribus menſibus quos habent recreationis cauſa.*
2. *An ex iure Trident. ſolum dentur diſtributiones intereſſentibus.*
3. *Thomæ Sanchez ſententia.*
4. *An de iure communi tribus menſibus vacationis Canonici lucrentur diſtributiones quotidianas & n.* 5.
6. *Quarum Canoniarum fructus conſiſtant in diſtributionibus.*
7. *Quandonam tertia pars diſtributionum Canonicis non adiuuatur.*
8. *An fundator alicuius Eccleſiæ poſſit determinare in fundatione quod diſtributiones dentur abſentibus tribus menſibus vacationis.*
9. *Multorum doctorum opinio.*
10. *Quandonam abſentes Canonici non lucrentur anniuerſaria.*
11. *Anniuerſariorum duplex genus affert Bonacina.*
12. *An Canonici abſentes poſſint lucrari id quod cuilibet contigit ex dotatione aut ſtipendio.*
13. *Qui commodum ſentit, onus ſuſtinere debet.*
14. *Bonacinæ ſenſus.*

DIco quod † ſecluſo ſtatuto, priuilegio 1
ſpeciali conſuetudine, aut fundatione in contrarium Canonici, & alij Præbendati lucrantur diſtributiones quotidianas illis tribus menſibus, aut quatuor quos habent vacationis, recreationis, & quietis, cauſa, & conceſſit Trident. aut habent ex aliquo priuilegio, aut ſtatuto à Papa confirmato; ita tenent Couuarr. 3. *lib. variar. cap.* 13. *num.* 5. Carol. Macin. *de diſtribution. cap.* 45. *num.* 21. Moneta *p.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 54. Thom. Sanch. *lib.* 2. *conſil. cap.* 2. *dub.* 103. *n.* 2. Machad *lib.* 4. *par.* 4. *docum.* 3. *num.* 3. quamuis enim iure Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 12. & *cap. vnic. de cleric. non reſidentib. in* 6. ſolùm dentur di- 2
ſtributiones intereſſentibus; & ſic declarauerit ſacra Congreg. *die* 5. *Iulij* 1598. & *die* 3. *Auguſt.* 1586. tamen vt optimè à Caſtro Palao *tract.* 7. *diſputat.* 3. *punct.* 9. §. 12. *num.* 4. dum Concilium derogat ſtatuta & conſuetudinem, vt id declarat Congregat. intelliguntur ante Concilium, quas omnes derogat, non tamen conſuetudinem quadragenarias ex rationabili cauſa introductas; vnde bene † Thom. Sanch. dicit quod ſic vſus 3
ius commune interpretatus eſt, vnde † de 4
iure communi à communi vſu interpretato & recepto tribus menſibus vacationis Præbendati lucrantur diſtributiones quotidianas, quod in multis Hiſpaniarum Eccleſiis 5
in praxi obſeruatur, & poſſunt omnes obſeruare, ſicut enim his menſibus lucrantur fructus, vt illorum lucro allecti auidius redeant, ad ſacrificium laudis in choro peragendum, id multo auidius & diligentius præſtabunt diſtributiones, quæ ordinarie ex fructibus ſunt detractæ non amittant; quæ doctrina omnino vera eſt in Canoniis indiarum † quarum fructus conſiſtunt in di- 6
ſtributionibus, his enim tribus menſibus nihil amittunt; quod ſecus eſt ſi cauſa ſtudiorum, aut ſeruitij, & aſſiſtentiæ Epiſcopi ſint abſentes, tunc enim † tertia pars illis 7
adimitur, legantur Solorzano *l.* 3. *de iure Indiarum, tom.* 2. *cap.* 24. *ex num.* 28. Machad. *vbi ſupra, tract.* 3. *docum.* 1. *num.* 5.

Ex quibus ſubinfertur, quod † fundator 8
alicuius Eccleſiæ poteſt determinata in fundatione, quod diſtributiones dentur abſentibus

tibus in his tribus menſibus vocationis, etiamſi ſint anniuerſariorum, & aliorum manualium, eſt contra Azor 2.*p.lib.*7.*cap.*6.
9 *q.*3.ſed illationem tenet Moneta, *vbi ſupra q.*13.*à n.*33. dicens ita declaraſſe Congreg. Cardinalium, Garcia *p.*7.*cap.*1.*à n.*118. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.*60.*n.*78. hoc enim non eſt contra ſanctos Canones, qui ſtatuta in fundationibus maximè iuriſpatronatus laici non alterant etiamſi dicant, *non obſtantibus quibuſcumque fundationibus*, quæ intelliguntur iuriſpatronatus Clerici & Eccleſiaſtici, quod ſi non addantur hæc verba
10 tenet fundatio iuriſpattonatus Eccleſiaſtici, vt optimè Garcia *n.*121. ſi tamen id nõ expreſſetur in fundatione abſentes his tribus diebus non lucrantur anniuerſaria & aliæ dotationes, niſi ad id habeant ſpeciale priuilegiũ, vel ſit conſuetudo præſcripta, ita Suar. *tom.*2. *de relig. tract.*4. *lib.*4.*c.*10.*n.*6. ex Nauarro *in Enchiridion. cap.*5. *dict.*2. & 5. ſequuntur Moneta, *vbi ſupra quæſt.*3.*num.*12. Azor. *lib.*7.*cap.*7 *quæſt.*4. Bonac. *de legib. diſput.*1.*quæſt.*1 *punct. vlt. n.*10. & 11. §. 3. vbi
11 benè diſtinguit † duplex genus anniuerſariorum, vnum eorum, quæ ſunt perpetua & applicata oneribus Capituli ex aliqua fundatione, pro quibus conferuntur diſtributiones ad modum horarum Canonicarum; alia ſunt anniuerſaria diaria, vt ſic loquar ſiue pro feſtiuitate aliqua, ſiue pro mortuo ſepeliendo, vel facienda miſſa & de omnibus *ex cap. vnico de Cleric. non reſidentibus in* 6. probat & ex ratione naturali, quod
12 † non poſſunt lucrari id quod cuilibet contigit ex dotatione, aut ſtipendio niſi ſit præſens, cuius eſt duplex ratio ſatis efficax.
13 Primò, quia par non eſt, vt † commodum ſentiat, qui onus non ſuſtinet. Secundò, quia ita fundatores horum anniuerſariorum ſiue feſtorum, ſiue funeralium voluerunt, vt ſic ſolemnius celebrentur, & ita abſentes nihil de illis participant, etſi recipiunt tenentur reſtituere (poſſunt tamen pro illis accipere Bullam compoſitionis) *cap. vnico ci-*
14 *tato*, & ibi gloſſa, aduertit † prudenter Bonacina, quam malè faciant Præbendati qui in huiuſmodi anniuerſariis funeralibus mẽte vagantur, & alia ad diuinum officium non aſſiſtentia tractant, quod ſi ſint incompoſſibilia; ergo exiſtimo teneri ad reſtitutionem iuxta in ſuperioribus dicta.

SVBRESOLVT. VI.

De Dominis Inquiſitoribus & Promotore Fiſcali ſancti Officij.

SVMMARIVM.

1. *Diſtributionum multiplex differentia.*
2. *An portiones quæ contingunt ex funeralibus, quæ vocantur anniuerſaria, &c. nõ ſint diſtributiones licet gaudeant priuilegio diſtributionum.*
3. *De diſtributionibus impropriis remiſſiuè.*
4. *An Canonici diſtributiones proprias lucrentur licet non interſint choro.*
5. *Exemplum adducitur, & n.*6.
7. *Vt diſtributiones & alia emolumenta pro defunctorum anniuerſariis elargienda percipiantur, quid requiratur.*
8. *An D D. Inquiſitores & Promotor fiſcalis in fauorem fidei quam tuentur, dum miniſteria iſta actualiter exercent, ſint priuilegiati.*
9. *Congregationis Concilij ſtatutum, & n.*10. & 11. & 17.
12. *Ob quam cauſam diſtributiones debeantur Inquiſitoribus.*
13. *An Inquiſitores habeant priuilegium Summi Pontificis ad lucrandas diſtributiones.*
14. *Quanto tempore hoc priuilegiũ perdurarit.*
15. *Bartholi mens affertur.*
16. *Quid priuilegium exprimat conceſſum Inquiſitoribus à Sum. Pont.*
18. *An omnia emolumenta debeantur Inquiſitoribus, quæ debentur intereſſentibus.*
19. *Caſſiodori ſententia affertur.*
20. *Vrbani VIII. decretum, & n.*21. & 22.
23. *Qui indultis Papalibus calumniam faciat.*
24. *An priuilegium idem faciat, quod facit intereſſentia.*
25. *Multorum DD. opinio adducitur.*
26. *An ſi anniuerſaria & alia minuta non exprimerentur in priuilegio, ſed ſolum diſtributiones, an illa non perciperet Miniſter ſancti Officij.*
27. *Cauſa quibus poſſunt lucrari diſtributiones afferuntur.*
28. *An non ſit interpretatum à Sum. Pont. quod abſentes ex his cauſis lucrentur anniuerſaria, manualia, &c. & n.*29.
30. *An Summus Pont. interpretetur voluntates defunctorum, qui in vita tenuerunt fidem Catholicam.*
31. *Petri Gonzalez doctrina.*
32. *An Conſultores & Iudices ordinarij, qui loco Epiſcopi vnà cum Inquiſitoribus in tribunali adſunt, qui ſi præbendati ſint tempore illo, quo adſunt, habeantur pro intereſſentibus, & n.*33.
34. *An de Qualificatoribus idem ſit iudicium faciendum, & n.*35.
36. *Concilij ſupremi Iudicium.*
37. *An ſicut Commiſſarij, Conſultores tam Theologi quam Iuriſtæ, & alij miniſtri ſolum lucrentur emolumenta omnia, eo tempore quo detinentur occupati à ſancto Officio.*
38. *An D D. Inquiſitores & Promotor fiſcalis, vt lucrentur emolumenta omnia, quæ his*

dic

diebus contingunt , non teneantur reſi-
dere , & n.39.

VT ex dictis in ſuperioribus conſtare
poterit diſtributiones in multiplici
ſunt differētia, quæ ad præſens corollarium
ritè & rectè enucleandum ad memoriam
ſunt reducendæ per anacephaleoſim , aliæ
1 † ſunt ordinariæ , aliæ extraordinariæ , aliæ
propriæ, aliæ impropriæ, aliæ à fructibus &
maſſa groſſa beneficij ſeparatæ , aliæ à fru-
ctibus immiſtæ , & non diſtinctæ in pecu-
nia, aliæ in fructibus,pane,& vino,aliæ quæ
Canonicis Diuino Officio præſentibus con-
ferendæ præſcribuntur , iuxta vniuſcuiuſ-
que Eccleſiæ ſtatutum , fundationem, con-
ſuetudinem, aut priuilegium, quarum om-
nium diſtributionum , naturam & inſtitu-
tionem enucleant, Garzia.3.*p.c.2.à n.*440.
Fillucius,*to.*3.*tract.*41.*c.*6.*à n.*46. Lotterius,
*lib.*1.*de re benef.q.*19.*à n.*36.*& lib.*3. Bonae.
*de his quæ ad Diuinum Officium,&c.diſp.*2.*q.*2.
*punct.*1.*&* 2.Caſtro Palaó, *tom.*2.*tr.*7.*diſp.*3.
Fragoſus,*de regimine tom.*2.*diſp.*23.§.1.*à n.*6.
2 ſed obſeruat, Moneta. *n.*12. quod † portio-
nes , quæ contingunt ex funeralibus quæ
vocantur anniuerſaria, & aliæ quæ ex feſti-
uitatibus dotantur , candelæ , quæ diſtri-
buuntur , & aliæ quæ non proueniunt ex
prouentibus beneficij propriè non ſunt di-
ſtributiones, etſi gaudeant priuilegio diſtri-
butionum & ſolum dentur intereſſentibus,
id, quod prius notauerat Azor.*p.*2.*lib.*7.*c.*7.
3 *q.*8.& de his † diſtributionibus impropriis,
quæ anniuerſaria & manualia communiter
dicuntur , eſt corollarium præſens quod ea
omnia lucrentur DD. Inquiſitores & Tri-
bunalis Promotor Fiſcalis actu inſeruientes
in Tribunali Sancti Officij contra hæreti-
cam prauitatem contra quam eſt inſtitu-
tum in fauorem fidei Catholicæ Romanæ,
quæ ſola eſt vera & à Chriſto Domino ere-
cta, & inſtituta.

4 Et quidem quod † diſtributiones pro-
prias lucrentur, etiamſi non interſint cho-
ro nulli debet eſſe dubium,cum ſummi Pon-
tifices ſuis priuilegiis , eos pro intereſſenti-
bus habeant , & iuris fictione intereſſentes
faciant , conſtabitque manifeſtè ex his quæ
modo ſubiiciam, probatur ergo, quod om-
nia anniuerſaria , manualia omnia , Miſſæ,
proceſſiones,& quæcumque aliæ obuentio-
nes , quæ inter præſentes partiuntur à Do-
minis Inquiſitoribus etiam lucrentur,ita vt
illis ſua pars debeat impertiri iuxta qualita-
tem præbendæ , & quod capitula Eccleſia-
rum ſub obligatione reſtituendi ad id te-
neantur.

Hoc probo manifeſto argumento , quia
5 † priuilegium , quo Princeps abſolutus exi-
mit aliquē à lege , vel ſupplet aliquid quod
requiritur in illa, ad percipiendum aliquem
prouentum, vtitur verbis exemptionis , ita
vniuerſalibus contrariis iis , quibus lex lo-
quitur,vel requirit aliquam qualitatem,aut
conditionem ad illud emolumentum perci-
piendum. Priuilegiatus eſt liberatus à tali
conditione , omnia ea lucretur, ac ille , qui
talem conditionem ponit , hoc eſt omnino
certum in iure, nam eandem vniuerſalita- 6
tem , quam ponit lex requirens præfatam
conditionem habent verba priuilegij, & ſic
eundem effectum habebunt ; ac habet lex,
expoſita cōditione,& ſic eundem effectum
cauſant ex vi priuilegij , ac cauſatur ex vi
conditionis, vnde omnia illa, quæ contine-
bantur in lege requirente intereſſentiam ad
lucrandum,continentur etiam in priuilegio
diſpenſante , in intereſſentia , ac ſi omnia
fuiſſent nominata & expreſſa, *l.*1.*&* 2.*D de*
lib.& poſthumis, c.ex p. de officio delegati, vbi
Barboſa,*n.*2. multos referens, atqui vt dici-
tur ,*c.*1. *de Clerico non reſidente,in* 6. vt † di- 7
ſtributiones & alia emolumenta pro Defun-
ctorum anniuerſariis elargienda requiritur,
& expoſcitur aſſiſtentia perſonalis & in-
tereſſentia, atque ita diſpenſata hac condi-
tione,quidquid lucrantur intereſſentes ſiue
manualia , ſiue Miſſæ , ſiue Candelæ , ſiue
proceſſiones , ſiue quæcumque alia quouis
appellentur nomine Priuilegiati lucrantur.

Sed † D.D. Inquiſitores & Promotor fiſ- 8
calis , in fauorem fidei , quam tuentur , &
defendunt , dum miniſteria iſta actualiter
exercent , & toto tempore quo huiuſmodi
officiis inſiſtunt , ſunt priuilegiati , & fiunt
ſuis Eccleſiis intereſſentes ex priuilegiis
Pontificiis:ergo, quidquid lucrarentur ſi in-
tereſſent,lucrantur dum actualiter exercent
ſua munia.Minor huius diſcurſus conſtat ex
priuilegiis Bullatis Innocentij VIII. Pauli
III. & Pij V. quæ refert Petrus Zenedo , *in*
Canonicis qq. in 1.*quæſt.nu.*28. quorum ſum-
morum Pontificum mentem explicauit Sa-
cra Congr. Concilij die 6. *Iuny , anno* 1594.
ad petitionem Eminentiſſ. Cardinalis To-
ledo, his verbis. † *Congregatio Concily iam*
dudum conſulti reſpondit Inquiſitoribus hæreti- 9
cæ prauitatis minimè ius eſſe percipiendi diſtri-
butiones quotidianas Canonicatuum , dignita-
tum , aut aliorum beneficiorum, eo tempore quo
Beneficiis prædictis non inſeruiunt. Quam deci-
ſionem Hiſpaniarum Inquiſitores veriti ne læ-
derentur eorum priuilegia à diuerſis Romanis
Pontificibus ad tempus conceſſa, & à felicis Re-
cord. Gregorio XIV. vt eis prædicto muneri 10
vacantibus liceret diſtributiones quotidianas
percipere , ad Congregationem adierunt , illo-
rumque tenore exhibito declarari petierunt ,
eandem deciſionem de iure communi deprom-
ptam ad eorum priuilegia nequaquam pertinere
itaque Congregatio priuilegiorū exemplare di-
ligenter inſpecto iuri conſentanea , Inquiſitores
poſtulare cenſuit,atq; adeo declarauit deciſio-

ncm à ſe editam de diſtributionibus quotidia-
nis in abſentia non percipiendis;non habere lo-
cum vbi cum ſpecialibus priuilegiis, aut indul-
tis Apoſtolicis Inquiſitoribus,ſeu aliis ſancti Of-
ficij Miniſtris fuerit conceſſum,vt quotidianas
diſtributiones quantumuis abſentes lucrentur,
tunc enim priuilegia & indulta huiuſmodi,quæ
ad tẽpus,quo fuerint conceſſa, durent,& eo fir-
mius eſſe cuſtodiẽda,quæ præſtantius & vtilius
eſt Chriſtianæ Reipublicæ Inquiſitorum officium
ad conſeruationẽ& propagationẽ Orthodoxæ fi-
dei conſtitutũ Hactenus.Cõgregatio,cuius ver-
ba prius retulit Garc.*p.3 de benef.c. 2 n.356.*
Cuius verba adduxi,quia licet ſolum fiat
expreſſa mentio de diſtributionibus quoti-
12 dianis,tamen ratio quã tribuit,ob quã † iſtæ
debentur Inquiſitoribus abſentibus, euidẽ-
ter currit in omnibus aliis obuentionibus,
quæ intereſſentibus dãtur;vt ſunt anniuer-
ſaria,manualia,feſtiuitates dotatæ,&c. quæ
etiam Inquiſitoribus ſancti Officij debẽtur
dari in conſcientia. Ratio autẽ Eminentiſſ.
13 Card.eſt ,quia † ad lucrandas diſtributiones
Inquiſitores habent priuilegiũ Rom.Pontif.
atqui ſimile habent priuilegium ad cæteras
alias obuentiones lucrandas, quod conceſ-
ſerunt,confirmarunt,& prolongarunt Sum-
mi Paſtores à tempore Innocentij VIII. vſ-
14 que ad Paulũ V.† *in ſua conſtitutione,quæ in-*
cipit. Alias per nos accepto,ſub die 5. Martij
1610.*à quinquẽnio in quinquẽnium;vbi nõ ſo-*
lum diſtributiones quotidianas,ſed etiam , quæ
manualia nuncupantur,& obuentiones & alia
emolumenta,&c.vox autem *alia* eſt relatiua,
& repetitiua ſimiliũ,& facit propoſitionem
eiuſdẽ qualitatis ad præcedentia , vt eſt in-
15 dubitatum in iure,*leg quidã relegatus*, vbi †
Bart.*D.de reb.dubiis leg finali* §.*cui dubia D.de*
vino,& tri.oleóque leg. Mandoſ. reg.12.Can-
*cellariæ q.6.n.*2.Ioſeph de Seſſe *deciſ.146.n.*
6.Sanch.*de matr. lib.3.diſp.*20.*à n.* 2. multis
citatis,quos refert Barb *de dictionib. vſufreq.*
*dict.*26.atque ita cũ Congreg.Cardin.dicat
quod priuilegiũ ſupplet in Inquiſitorib. in-
tereſſentiam requiſitã in iure ad lucrandas
16 diſtributiones cum † priuilegium exprimat,
manualia , anniuerſaria & alia emolumenta,
quæ dantur intereſſentibus;non video,quo
iure abſque obligatione reſtituendi capitu-
la Eccleſiarũ poſſint ea Inquiſitoribus, actu
exercentibus, ſuum miniſterium denegare.
Quod confirmat vrgentiſſimè Ratio ſe-
17 cunda,quam dat Sacra Congr. † *vt præfata*
priuilegia cuſtodiãtur,obſeruentur & executio-
ni mandentur, quo præſtantius & vtilius eſt
Chriſtianæ religioni Inquiſitorũ officiũ ad pro-
pagationẽ, & conſeruationem Orthodoxæ fidei
eſt conſtitutum,qua ratione purpurati Patres
conſcripti explicant rationabiliſſimum mo-
tiuũ,quod habẽt Sum.Pont.ad diſpenſandũ
18 cum Inquiſitoribus,vt † omnia emolumẽta,
quæ dantur intereſſentibus illis impertian-
tur,*euidens*,ſcilicet,*Eccleſiæ vtilitas*;cum hæc
ſemper quod actu exercent ſuũ munus &
miniſterium ſubſiſtat,iniuſtè illis aufertur,
quod priuilegio Principis cõceditur,vt enim
ait † Caſſiod.*lib.3.variar.epiſt.25.ad Romulũ* 19
inconcuſſum debet eſſe Principis votum, neque
pro ſtudio malignorum euelli,quod noſtra noſci-
tur præceptione firmari, & *epiſt.45.ad Ariger-*
num,iuſtitia noſtra conuenit,vt de indultis be-
neficiis calũnias fieri non ſinamus, & quidquid
praua interpretatione tegitur , fugata menda-
cij nube reuelemus.
Quod aduertẽs Sum.Pont.Vrbanus VIII.
Bulla edita , die 8. *Ianuar. ann.*1636.vt om-
nẽ auferat calumniarum materiam,& ſini-
ſtras interpretationes ſubmoueat,† ſic fatur 20
actu tamen inſeruientes omnes fructus, reditus,
& prouentus,quorumcunq; beneficiorum per vos
& alios præfatos ad præſens obtentorum & in
poſterum obtinentium,etſi Canonicatus & Præ-
benda non tamen Theologales , quibus actu de-
ſeruiri ſolet dignitates Perſonatus,adminiſtra-
tiones,vel officia in Cathedralibus,vel Metro-
politanæ,etſi Pontificales maiores, vel in colle-
giatis Eccleſiis,huiuſmodi perſonæ fuerint;dũ-
modo beneficia ipſa parrochialis Eccleſiæ , vel
earum perpetuæ vicaria beneficia curæ anima- 21
rum non exiſtãt;ac illorum ratione percipi,exi-
gi, & leuari ſolitas quotidianas diſtributiones,
etiam quæ manualia nuncupantur & anniuer-
ſaria,ac alias obuentiones & emolumenta quæ-
cũque cum ea integritate percipere,exigere, &
leuare valeatis , & præfati omnes officiales &
miniſtri valeãt,cũ qua illa perceperitis exege-
ritis, vel habueritis,ſi in eiſdẽ Eccleſiis perſo-
naliter reſederitis,& dicti officiales,ac miniſtri
ſeu omnes præfati reſiderẽt,ſingulis diuinis, tã 22
diurnis quã nocturnis horis,anniuerſariis,pro-
ceſſionibus,& aliis officiis intereſſendo,etiãſi in
illis primã reſidentiã perſonalem non feceritis,
nec præfati officiales & miniſtri omnes fecerint
conſuetã reſidentiã,ac diuinis intereſſendo,in-
terim eiſdem minimè teri,neque ad id à quoquã
inuitos cõpelli valere authoritate applicata vo-
*bis concedimus & indulgemus.*Hactenus Pont.
Cũ ergo ita aperta & manifeſta ſit Ponti-
ficia mens,& clarum eius priuilegiũ nõ aſ-
ſentiens illi † indultis Papalibus calumniam 23
facit,& praua interpretatione eorundẽ gra-
tiã tegit & obſcurat,quod tuta conſcientia
fieri nequit,priuilegium namq; iſtud & in-
dultũ dat Miniſtris ſancti Officij ius Iuſtitiæ
ad omnes,quaſcũq; obuentiones,& emolu-
mẽta percipiẽda,ac ſi eſſẽt intereſſentes, ſi
autẽ eſſent,omnia lucrarẽtur;ergo etiã ab-
ſentes,conſequentia eſt euidens, quia † pri- 24
uilegium facit,quod faceret reipſa intereſ-
ſentia,vnde mortaliter peccãt,& tenẽtur ad
reſtitutionẽ Capitulares Eccleſiarũ,qui deti-
nẽt Miniſtris S.Officij,priuilegiatis,quidquid
lucrarẽtur ſi eſſẽt præſẽtes,ita tenẽt † gloſ- 25
ſa *c.vnico verb. affuerint de Cler.nõ reſid. in 6.*
quam

Digitized by Google

quã ſequuntur Monet. 2. *p. diſtrib. q. 14. n. 19.*
Lott. *de re benef. l. 1. q. 19. n.* 40. D. Ioan. Eſco-
bar del Corro. *de horis Canon. q. 5. §. 2. n. 159.*
Ægidius Trullench. *vbi ſupr. dub. 15. n. 1.* Ca-
26 ſtro Palao *vbi ſuprà* §. 10. *n.* 7. dicens quod † ſi
anniuerſaria, & alia minuta nõ exprimerẽtur
in priuilegio, ſed ſolũ diſtributiones, illa non
perciperet Miniſter Sãcti Officij, ſed ſolum
iſtas, quia non præſumitur Põtifex velle cõ-
tra volũtatem Defunctorum procedere, qui
huiuſmodi diſtributiones intereſſentibus re-
liquerunt, ergo ſi Pontifex exprimat, vt de
facto exprimit dubio procul ea lucrantur.

Quod ita verum eſt, quod cauſæ illæ,
27 quas ponit Pontifex † *cap. vnico cit.* ſcilicet
infirmitas, neceſſitas, & vtilitas Eccleſiæ, ex
quibus, quis poteſt lucrari diſtributiones
quotidianas non tamen poteſt lucrari ex vi
iuris communis manualia, & anniuerſaria,
quia defuncti ea ſolum reliquere intereſſen-
tibus, quorum Defunctorum vltima volun-
tas verbis niſi expreſſis non intelligitur in-
terpretata, aut derogata, vt tenent Gonzal.
ad reg. 8. §. 7. *n.* 177. *&* 181. Bonac. *vbi ſupra*
28 *diſp.* 2. *q.* 5. *p.* 4. *n.* 6. non eſt autẽ † interpretatũ
à ſũmo Põtifice, quod abſentes ex his cauſis
lucrẽtur anniuerſaria, manualia, & alias ob-
uentiones relictas à Teſtatoribus ſolũ inter-
eſſentibus, ſicut interpretata eſt talis defun-
29 ctorum voluntas, quod nõ cõprehendat Mi-
niſtros SãctiOfficij, quia, præſtãtius & vtilius
Chriſtianæ Reipublicæ Inquiſitorum officiũ
ad propagationẽ, & cõſeruationem Ortho-
doxæ fidei eſt inſtitutũ, vt aiebat Sacr. Con-
30 greg. quæ ratio validiſſima, eſt, vt † Summus
Pontif. interpretetur volũtates defunctorũ,
qui in vita fidẽ Catholicã tenuerunt, & eius
incrementũ, propagationẽ, & conſeruationẽ
tota conatu optauere huius propagationis,
& cõſeruationis Miniſtros nõ cõprehẽdere.

Eandem ſententiam multis citatis tenent
Barboſ *de Canonic. c. 24. n. 2. 3.* Garz. *de benef.
p. 3. c. 1. n.* 356. Rojas *de priuileg. Inquiſ. n.* 410.
Hieron. Garz. *in Summ. Moral. tr. 1. difficult.* 9.
duda vlt. punct. 1. latè, doctè, & eruditè, D. Pe-
trus Gonz. Guigel. *in particulari informatio-
31 ne iuris de hac re edita.* vbi † innumeros citat,
& mirabili claritate enucleat; addens *n. 18. in
fin.* hanc doctrinã non ſolum eſſe verã in In-
quiſitoribus, & Promotore Fiſcali, ſed etiam
in Cõſultoribus, & Iudicibus ordinariis, qui
32 † loco Epiſcopi vna cũ Inquiſitoribus in Tri-
bunali adſunt, qui ſi Præbendati ſint tẽpore
illo, quo adſunt pro intereſſentibus habẽtur
& omnia emolumẽta lucrantur, ac ſi eſſent
præſentes, & teſtatur de cõſuetudine Eccle-
ſiæ Metropoli Hiſpalenſis & de Commiſſa-
riis, dum actualiter ſuum officium exercent,
& teſtatur de praxi Segouienſi & Oxomẽſi,
& clarè id determinant Pontifices in priui-
legiis Bullatis vniuerſaliter loquentibus de
33 omnibus Miniſtris Sancti Officij, quamdiu
actualiter ſua munia ex ordinatione Tribu-
nalis exercẽt, & ſoliti ſũt exercere, vt habe-
tur expreſſe in Bulla Innocentij, & Vrbani.

Ego addo, quod idem iudiciũ faciendũ eſt 34
de qualificatoribus; qui ſi ſint Regulares, &
qualificationes, quas illis cõmiſit Tribunal
indigẽt multo ſtudio, eo ipſo cẽſentur excu-
ſati ab exercitiis chori & aliis; toto tempore,
quo indigẽt ad illas faciẽdas; imo ſi Superior
ſit, & vocetur ad negotia Sãcti Officij, dũmo-
dò Vicarium relinquãt, quãuis à domo reſi-
dentiæ ſuæ abſens ſit, nõ poteſt Prouincialis 35
illũ cogere, vt reuertatur ad domũ, nec illum
ab officio amouere, quia in maiore cauſa, vt-
potè fidei occupatus eſt, ita † iudicauit ſu- 36
premum conſilium fidei, dũ me vocauit ad
congregationem illam celeberrimã Eminẽ-
tiſſimorum virorũ ad reuidendũ proceſſum
ſororis Ludouiſiæ de Carrion; erã enim Præ-
poſitus Cõplutẽſis, & Cõgregatio celebraba-
tur Matriti, & Prouincialis intẽtauit propter
abſentiã à Collegio, me abſoluere à Præpoſi-
tura, & renũtiationẽ, quã quotannis faciunt
Præpoſiti admittere, quã intẽtionem ſupre-
mus ſenatus perſtrinxit ordinãs Prouinciali
vt nihil immutaret ſub grauibus pœnis.

Sed modo ſupereſt ſcrupulus † an ſicut 37
Cõmiſſarij, Conſultores, tã Theologi quã Iu-
riſtæ, & alij Miniſtri ſolũ lucrãtur emolumẽ-
ta omnia, illo tẽpore, quo occupati detinẽtur
à Sancto officio an DD. Inquiſitores ſi Præ-
bendati ſint in Eccleſia ciuitatis in qua ſitũ
eſt Tribunal, teneãtur diebus feſtiuis, & va-
cationis, Natal. Dom. vſque ad Epiphaniã, &
ſeptimanæ ſãctæ vſque ad Paſchã incluſiue,
& trium dierũ feſti Spiritus ſancti, in quibus
omnibus diebus nõ exercẽt actualiter Sãctũ
Officiũ, & ſint expediti ab illius negotiis, an
inquã vt emolumẽta, quæ illis diebus cõtin-
gunt lucrẽtur; teneãtur intereſſe ſuis Eccle-
ſiis? in his enim diebus deficit motiuũ pri-
uilegij, & ratio adæquata propter quam eſt
cõceſſum ſcilicet actuale exercitiũ Sãcti Of-
ficij. Non vidi diſputatum dubiũ, mihi tamẽ
videtur ſaluo meliori dictamine, quod † D. 38
D. Inquiſitores & Promotor Fiſcalis vt lu-
crentur emolumenta omnia quæ his diebus
cõtingunt, non tenentur reſidere; quia ſem-
per ſunt intẽti negotiis grauiſſimis quæ tra-
ctant; & ſemper debent ad hoc actualiter eſ-
ſe parati, tum ſtudendo, tum conſulendo,
tum dirigendo negotia, & hoc eſt actuale 39
exercitium ſancti Officij, tum etiam ad ani-
mi recreationem, & ſimilia; & propter hoc
conceſſum eſt illis tam amplum priuilegiũ,
cæterum maxima erit fidelium ædificatio,
quod his diebus vacationum, & magnis fe-
ſtiuitatibus ſuis Eccleſiis interſint.

SVBRESOLVT. VII.

*Vtrum Inquiſitores lucrentur ſi fundator feſti-
uitatum ex cludat illos expreſſe.*

SVMMARIVM.

1. *An ſi fũdator anniuerſarij feſtiuitatis dotata, expreſsè dicat quod non diſtribuantur niſi inter præſẽtes & abſentibus perſonaliter non dentur, licet Inquiſitores ſint, an ex vi priuilegij Põtificij poſſint lucrari.*
2. *Ex vi priuilegiorum, Inquiſitores lucrari qualia emolumenta poſſint.*
3. *An Eccleſiæ ſubſint gubernationi & diſpoſitioni Summi Pontificis.*
4. *An in omni donatione, fundatione, erectione ad Eccleſiam attinente ſemper intelligatus Summi Pontificis authoritas.*
5. *Teſtator quod ius publicum & adminiſtrationem Pontificis ſuis captionibus, &c. nequeat limitare.*
6. *Anniuerſaria, manualia, & feſtiuitatum dotationes diſtribuuntur iuxta Eccleſiæ cuiuſlibet ordinationẽ, ex mandato Pont.*
7. *An conditio contra edicta Imperatorum & leges tanquam non adiecta reiiciatur.*
8. *Vrbanus VIII. derogat omnes diſpoſitiones in contrarium factas à Teſtatoribus.*
9. *In ſummo Paſtore eſt poteſtatis plenitudo.*
10. *Iure communi quæ emolumenta non debeantur niſi intereſſentibus, etiamſi abſentes ſint Inquiſitores.*
11. *Iure communi abſentes quibus ex cauſis à perceptione emolumentorum expreſſè non excludantur.*
12. *An priuilegium quod includit derogationem iuris communis ſit odioſum.*
13. *An Pontifex in conceſſionibus niſi exprimat non cenſeatur vti plenitudine poteſtatis, & n. 14. & 15.*
16. *An voluntas teſtatoris ſit lex & pro lege ſeruanda, & n. 17.*
18. *An vna eſt legis intentio, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus impleantur.*
19. *Voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet, ex Greg. Mag.*
20. *Vrbani VIII. priuilegium.*
21. *Moneta ſententia.*
22. *Item Pauli V. Bulla & n. 23.*
24. *An ius tertij non intelligatur derogatum, niſi exprimatur in priuilegio derogatorio.*
25. *Quid Pontifex poſſit ex iuſta cauſa facere.*
26. *Quæ fundationes nõ ſint contra ius cõmune.*
27. *Quænam diſponantur quæ non ſint turpes diſpoſitiones.*

1 SEd inquires ſi fundator anniuerſarij feſtiuitatis dotatæ; expreſsè dicat quod nõ diſtribuantur niſi inter præſentes & abſentibus perſonaliter nullomodo dentur, quãuis ſint Inquiſitores actuale officiũ exercentes; an ex vi priuilegij Pontificij adducti poſſint illa lucrari, & exigere, & teneantur capitula Eccleſiarũ contribuere? Doctiſſimus D. Doctor Petr. Gonz. Guilel. *in alleg. cit. art. 2. n.*
2 23. totis viribus contendit, ex † vi præfatorũ priuilegiorũ poſſe Inquiſitores lucrari talia emolumenta quãtumuis expreſsè excludãtur à teſtatore, talis enim cõditio & excluſio pro non adiecta intelligitur, *cap. finali de cõditio. appoſit.* & patet primò, quia quidquid à fidelibus elargitur Eccleſiis pro animarum ſuarũ ſalute, & quidquid illis donatur ſiue earũ Clericis ſubſunt Epiſcopi poteſtati, &
ab illo gubernãtur, *c. decret. 10. q. 1. cap. omnes* 3
Baſilicæ 16. q. 7. & ſic multo magis ſubſunt gubernationi & diſpoſitioni Sum. Pontif. qui eſt omnium Eccleſiarũ caput, & Paſtor habens plenitudinem poteſtatis, *cap. in memoriam 19. diſt. extrauag. vnam ſanctam, de maioritate, & obedientia*, & ſic habet plenam adminiſtrationem beneficiorum, & rerum ſingularum Eccleſiarũ totius orbis de quibus ſubſiſtentibus cauſis, ad libitum poteſt diſponere, Greg. Lopez *leg. 5. tit. 5. partita 1. gloſſ. 21.* Gonz. *reg. 8. in proœmio § 1. à n. 31.*
vnde † poteſt auferre, mutare, alterare vt ſi- 4
bi benè viſum fuerit, & rem ad vnũ vſũ deſtinatam in alium cõmutare, Clement. *quia contigit. de relig. domibus.* Et ſic † in omni donatione, fũdatione, erectione ad Eccleſiã attinente, ſẽper intelligitur Sum. Pont. authoritas excepta, tanquã Eccleſiæ capitis & Sũmi Paſtoris, vt monſtrãt Couar. *lib. 3. variar. c. 6. n. 7.* Spino *in ſpec. teſtam. in Rubric. 1. n. 21.*
ergo † nequit teſtator hoc ius publicũ, & altã 5
adminiſtrationẽ Pontificis, ſuis captionibus, excluſionibus aliquatenus limitare, & coarctare, & immutare formã conſtitutã, & generalẽ Canonum Conſtitutionẽ, *cap. requiſ. de teſt. leg quidã decedens, de adminiſtr. tut.* nemo enim poteſt efficere leges non habere vim, in ſuo teſtamento, *leg. nemo poteſt. leg. ſi quis § finali D. de legat. 1.*

Secundo (vt multa alia omittam, quæ ſimilẽ habent doctrinam & eiuſdem parẽ intelligentiã) ex *cap. vnico de Cleric. non reſidẽt.*
in 6. vbi Pontifex mandat, quod † anniuer- 6
ſaria, manualia, feſtiuitatũ dotationes diſtribuantur iuxta Eccleſiæ cuiuſlibet ordinationẽ rationabilem factã, vel faciendam ita qui inter percipientes connumerantur, qui ſancto Officio Inquiſitionis inſeruiunt, vt conſtat ex Bullis Apoſtolicis, & priuilegiis Põtificiis relatis; ergo teſtator indulta papalia hæc cõtrario imperio, & adiecta conditione tollere, vel infringere nequit, cõditio
enim † contra edicta Imperatorum, & leges 7
tanqnã nõ adiecta reiicitur *leg. conditione, in ſecunda. D. de condit. inſtit.* & aliis communiter adductis, quod reſpiciẽs Vrbanus VIII.
in ſuo Breui, † derogat omnes diſpoſitio- 8
nes in contrarium factas à teſtatoribus, non obſtantibus quorũcunque vtriuſque ſexus Teſtatorum, & defunctorum diſpoſitionibus & ordinationibus, &c.

Fateor hanc ſententiam valdè eſſe probabilem propter fundamenta poſita, & authoritatem

thoritatem ſui Authoris, ſed contra illam
pulſat animum ſcrupulus non contemnen-
9 dus, quamuis enim libentiſſimè fatear † in
ſummo Paſtore eſſe poteſtatis plenitudinē,
& altam adminiſtrationem, quorumcun-
que iurium ad totius orbis Eccleſias attinē-
tium, quolibet titulo, aut modo, ita vt iuſta
exiſtente cauſa poſſit de illis liberè diſpone-
re, & vltimas teſtantium voluntates inter-
pretari, conditiones admittere, vel remitte-
re, reiicere, aut approbare iuxta circunſtan-
tiarum exigentium, & totius Reipublicæ
Chriſtiauæ rectum regimen, maius augmē-
tum & conſeruationē, de hoc enim nullus
dubitare quit. Cæterum circa Teſtatorum
vltimas voluntates, nunquam etſi expreſsè
ponatur & circa conditiones legatorū (quæ
ſi in ſe inhoneſtæ non ſint & turpes ſem-
per admittuntur) nō cenſentur ſe intromit-
tere, niſi expreſsè, vt iacent exprimantur in
10 diplomate, aut breui, † iure enim commu-
ni hæc emolumenta non debentur niſi in-
tereſſentibus, etiamſi abſentes ſint Inquiſi-
tores, vt Sacra Cougregatio relata *ſupra* de-
11 clarauit, imo † iure communi abſentes, niſi
ex tribus cauſis *infra*, adducendis à perce-
ptione illorum expreſsè excluduntur, *cap.
vnic. eit.* quare Domini Inquiſitores id ſo-
lum habent ex priuilegio Pontificio; quod
cum ſit contra ius commune eſt odioſum,
& ſtrictè intelligendum, vt certum & com-
mune dicit Abbas Panormitanus, *cap. olim.
cap. Abbate, de verborum ſignific. & cap. quia
circa de priuilegiis*, & ad hæc iura omnes
ſcribentes, quorum plures refert Barboſ. *in
collect. ad illa*, Syluester *verbo priuilegium
q.3.* Sanch. *lib 8. de matrim. diſp. 1. n. 1. & 4.*
12 quia † derogatio iuris communis, quam in-
cludit hoc priuilegium odioſa eſt, continet
enim illius diſpenſationem, quæ iuxta om-
nes ſtricti iuris eſt, legatur P. Suarez, *de le-
gibus lib. 8. cap. 27. & 28.*

13 Quibus addo quod † Pontifex in cōceſ-
ſionibus, niſi exprimatur, non cenſetur vti
plenitudine poteſtatis, & ſi exprimat ſolum
intelligitur, ea vti, ad ea quæ exprimit, cuius
ratio eſt, quia clauſula *de plenitudine poteſta-
tis* eſt odioſa, vt multis citatis tenet Barboſ.
de clauſulis vſu, freq. clauſula 41. *n* 4. & 5. eſt
autē plenitudo poteſtatis exercita ſemper,
quod Pontifex det priuilegium contra ius
commune, vel alicuius tertij, & in præſenti
caſu vtrumque interuenit; atque ita cum
diſpoſitio Teſtatoris, quod manuale, aut fe-
ſtiuitatis dotatio, non detur niſi inter præ-
ſentes; etiamſi abſentes ſint Inquiſitores, ſit
ſecundum ius commuue, ex hac parte non
14 eſt turpis, & ex alia parte Pontifex nō ex-
primat in ſuo priuilegio, quod non obſtante
hac conditione poſita excluſiua Inquiſito-
rū, iſti lucrentur, lucrari illud emolumentū

nequeunt, quia niſi Princeps expreſsè con-
trarium dicat, quilibet eſt ſuarum rerū mo-
derator & arbiter *leg. in re mandata, C. man-
dati. leg. non vſque adeo. D. ſi quis à parente*, in
teſtamentis etiam prima cōditio eſt Teſta-
toris, *leg in conditionibus D. de condit. & de-
monſtr.* etiamſi Eccleſiæ legatum fiat, *cap. ve- 15
rum de conditio.* & quælibet onera apponere
& ſibi vel aliis reſeruare, *cap. præterea, vl
ſecundo de iure Patronatus, cap. quanto de cen-
ſibus, & ibi* Panorm. *n. 3.* Lara *de anniuerſar.
lib. 2. c. 1. à n. 11.* ex Trid. *ſeſſ. 25. c. 5. de reform.*

Quorum omnium ratio eſt, quia † volū- 16
tas teſtatoris eſt lex & pro lege ſeruāda, vt
omnes docent; ex *authent. de nuptiis §. di-
ſponit. collat. 4.* probat Moneta *de commutatio.
vlt volunt. c. 4. q. 5. n. 145.* ergo ea neceſſario
obſeruanda niſi ſupremus Legiſlator aliter
diſponat *leg. ſi quis cum, D. de cond. & demonſt.*
ait Iuriſconſultus ſecundum voluntatē Te- 17
ſtatoris, quis facere compellitur quoties cō-
tra legē nihil eſt futurum, & *leg. nulli C. de
Epiſc. & Cler. Nulli* (ait Imperator) *licere de-
cernimus diſpoſitores pij teſtatoris infringere,
& authent. de hæred.* & Falud (inquit) *Vna eſt 18
legis intentio, vt quæ diſpoſita ſunt à morienti-
bus impleantur, nihil enim tam conueniens eſt
naturali æquitati, quam voluntatem Domini
volentis rem ſuam in alium transferre ratum
haberi, leg. quæ ratione §. hæ quoque res D. de
acquir. rer. domin.* Vnde Gregor. Magn. *c. vlt.
voluntas 13. q. 2. Vltima* (ait) † *volūtas defuncti
modis omnibus ſeruari debet*; vnde manifeſtè
videtur deduci, quod ſi Pontifex in ſuo pri-
uilegio expreſsè non diſpenſet derogando
legem & vltimam voluntatē teſtatoris ex- 19
cludentes omnes abſentes etiā Inquiſitores,
quod illa omnibus modis eſt obſeruanda, &
exequenda.

Neque ſufficit, quod † Vrbanus VIII. in 20
ſuo priuilegio, dicat *nō obſtantibus quorūcunq;
vtriuſq; ſexus teſtatorum, & defunctorum di-
ſpoſitionibus, & ordinationibus*; niſi expreſsè
fiat mentio de vltima voluntate teſtatoris
apponētis, expreſsè talē conditionē; etenim
in derogatione vltimarū volūtatum hoc re-
quiri, & non ſufficere verba generalia, *vt
non obſtātibus quibuſcunq; conſtitutionibus, vel
ordinationibus Apoſtolicis in contrarium faciē-
tibus*, tenent Ruin. *conſ. 80. n. 7. & 8.* Cephal.
conſil. 111. n. 45. quos citat & ſequitur Car-
din. Mant. *de conteſt. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12.
n. 32.* & multi alij quos citat & ſequitur Mo-
neta † *vbi ſup. c. 7. q. 3 à n. 176.* niſi Pontifex 21
dicat in ſuo reſcripto priuilegio, *non obſtāti-
bus quibuſcunque & etiamſi de ipſis oporteret
facere expreſſam mentionem*, quia iſta verba
derogant quamcunque clauſulam poſitam,
in lege vel teſtamento, Bartol. *leg. ſi quis de
legatis 3.* Butrius, Aret. Felinus, & alij, quos
citat & ſequitur Moneta *n. 185.*

22 Vnde data opera videns Paul V. in Bulla
edita *an.*1610.*die* 20. *Iul.* ad vitandã fraudẽ,
qua quidam faciebãt ne ſolueretur ſubſidiũ
inſtituẽtes capellanias, cũ expreſſa cõditione
ne tale ſubſidiũ ſolueretur alias |Capellania
diſſolueretur. Summus Pontifex expreſsè
derogauit, & reiecit hanc conditionem di-
cens, quod, *Capellani prædicti tenerentur ad
contributionem talis ſubſidij non obſtante, quod
in fundatione Capellaniæ expreſſe caueatur,
quod Capellani huiuſmodi ad contribu-
tiones huiuſmodi ſubſidij minimè teneantur.*
23 vnde mihi probabilius & certius videtur,
quod niſi expreſsè derogetur voluntas ex-
preſsè excludentis abſentes, etiamſi ſint
Inquiſitores iſti non lucrantur emolumenta
ab iſto Teſtatore aſſignata.

Ratio horum omnium eſt, quia cum Te-
ſtator habet ius, vt ſua vltima voluntas mo-
dis omnibus exequatur, quando non inuo-
luit aliquid contra ius commune; ius autem
24 † Tertij non intelligitur derogatum, niſi ex-
primatur in Priuilegio derogatorio; nam in
dubio non cenſetur Princeps voluiſſe tolle-
re ius Tertij, vt ex multis probat Menoch.
*de præſumpti. lib.*2.*præſumptio.* 9. *à n.* 1. *vſque
ad* 17. & ſic niſi Princeps exprimat, cenſe-
tur vti velle iure communi & ordinario, &
ſecundum illud concedere priuilegium, *cap.
innotuit de electio. & leg. ex facto. D. de vulg.
& pupill. ſubſt.* & latè idem Menoch. *præſum-
ptio.* 12. *à n.* 1.

Ex quibus ruunt fundamenta oppoſita ad
primùm reſpondetur, quod probat Pontifi-
25 cem † poſſe id ex iuſta cauſa facere, quod
non obſtante illa conditione poſita, D. D.
Inquiſitores lucrentur illa emolumenta, non
tamen conſtat ad hoc extendiſſe ſuum pri-
uilegium, ſed ad ea, quæ communiter inſti-
tuuntur communibus clauſulis, non cum
excluſiua, quod abſentes perſonaliter nulla-
tenus lucrentur, etiamſi ſint Inquiſitores,
legendus omnino Sanchez, *tom.* 1. *conſil. l.* 2.
cap. 2. *dub.* 105. *art.* 4.

26 Ad ſecundũ reſpondetur, quod fundatio-
nes præfatæ cum dicta excluſiua, non ſunt
contra ius commune imò iuxta ipſum, vt
declarauit Sacra Congregatio; quamuis
enim ſint contra priuilegium, quod conce-
dit ad tempus limitatum Papa, & non eſt
in corpore iuris non ideò ſunt contra leges,
& Principum edicta, atque ita non conti-
nent turpitudinem legalem, multa enim
27 † diſponuntur, quæ non ſunt turpes diſpo-
ſitiones, quamuis ſint contra priuilegia ſpe-
cialia conceſſa aliquibus perſonis, poteſt
enim quis diſponere de re ſua illis, qui non
gaudent tali priuilegio, quia rem ſuam pri-
uilegiatis, non vult concedere; præcipuè
quum habet motiuum honeſtum ad ſic diſ-
ponendum.

SVBRESOLVT. VIII.

Explicantur tres cauſæ ex quibus, quis abſens poteſt lucrari diſtributiones quotidianas.

SVMMARIVM.

1. *Quas cauſas ponat Pontifex, vt abſens lucretur diſtributiones quotidianas.*

IN *cap. vnico de Cleric. non reſident. in 6.*
tres cauſas infirmitatem, neceſſitatem, & 1
Eccleſiæ vtilitatem ponit Pontifex, ex quibus ſi aliquis abſens fuerit ab Eccleſia lucratur diſtributiones quotidianas, non eſt animus impreſentiarum coaceruare ea quæ diffusè tractant Theologi & Iuriſtæ circa huiuſmodi cauſas extricandas creſceret in immenſum opus abſque vtilitate, & neceſſitate: ſolum expendam ea in quibus aliquid ſpeciale ſum contemplatus. Igitur.

§. I.

Explicatur infirmitas.

SVMMARIVM.

1. *An infirmitas cauſa ſit ſufficiens, vt quis non aſſiſtens choro diſtributiones lucretur.*
2. *Conſuetudo an poſſit introduci, quod neque abſentibus quacumque cauſa etiam infirmitatis diſtributiones dentur.*
3. *An Operario non laboranti iure naturæ merces debeatur quacumque ex cauſa.*
4. *Authoris mens.*
5. *An Infirmitas debeat eſſe grauis.*
6. *Qua ratione præſcindantur litium occaſiones, & non addatur afflictio afflicto.*
7. *Barboſæ ſententia adducitur, & n.*8.
9. *An ſi quis aſſuetus ſit non reſidere, ſi in infirmitatem incidat, & Capitulum faciat habere notitiam ſuæ infirmitatis, lucretur in conſcientia diſtributiones toto tempore infirmitatis, & n.*11.
10. *Multorum DD. opiniones.*
12. *An abſentia cauſa adæquata non ſit infirmitas.*

CIrca primam cauſam ſcilicet infirmi-
tatem; hanc † eſſe ſufficientem cau- 1
ſam certum eſt, vt quis non aſſiſtens choro diſtributiones lucretur. Ita Vaſquez *de Beneficiis cap.* 4. §. 3. *dub.* 3. *num.* 124. ex Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *n.* 8. Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *caſu* 429. *num.* 14. & alij communiter, colligiturque manifeſte *ex cap. vnico citato*, vbi Pontifex aufert non ſolum malam conſuetudinem dandi diſtributiones, quacunque ratione abſentibus relinquens conſue-

tudinem

cudinem rationabilem, quod dentur abſen-
tibus ratione infirmitatis, ſed etiam præ-
cipit Innocentius quod infirmis dentur, vt
expendit Couarr. verum eſt quod contra
hoc preceptum Bonifacij confirmatum à
2 Trident. *ſeſſ.22.cap.3.* poteſt † introduci con-
ſuetudo quod neque abſentibus quacunque
ex cauſa, etiam infirmitatis dentur; hoc
enim neque contra ius naturale aut diui-
num eſt; nam diſtributiones debentur Ca-
nonicis tanquam merces operariis, & per
accidens dantur vt alimenta in ſuſtentatio-
3 nem miniſtrorum; quod † ſi operarius non
laborat, quacunque ex cauſa infirmitatis
& neceſſitatis merces iure naturæ non de-
betur *l. ſi vno § item D. locati.* Lex Regia 44.
*tit.*14.*part.*5. niſi ſit in vtilitatem ipſius Ec-
cleſiæ hac enim ratione datur ſtipendium
æquiualens diſtributionibus, non tamen per
modum diſtributionum, quæ dantur inter-
eſſentibus diuinis, ſi enim in hoc non labo-
rant propter hoc non datur, ſtipendium; &
ſic obſeruant multæ Hiſpaniarum Eccleſiæ,
4 quare † exiſtimo non poſſe introduci con-
ſuetudo, quod ſi quis eſt occupatus in vti-
litatem Eccleſiæ non dentur diſtributiones
per modum *æquiualentiæ*, ſicut neque quod
non detur ſtipendium laboranti in vtilita-
tem alicuius.

5 Infirmitas † tamen iſta debet eſſe grauis
vel ſi leuis, quæ habeat periculum incre-
menti ſi ad chorum vadit Canonicus; gra-
uitas enim vel periculum hoc ſiue in iudi-
cio ſiue extra iudicium ex Medicorum iudi-
cio, & conſilio determinandum eſt; infir-
mitas hæc excuſat ſiue infirmus dederit
cauſam illius ſiue non ſic, deciſum referunt
à ſacra Congreg. Garzia 3. *p. de Benef. cap.* 2.
num. 563. Moneta 2. *p. de diſtribut. q.* 6. *à n.* 12.
Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 7. *quæſt.* 11. Barboſ. *de po-
teſtate Epiſcopi alleg.* 53. *n.* 168. & *Apoſtoli. De-
ciſ. collect.* 258. *& de Canonicis cap.* 25. *n.* 10.
Armendariz *additio. ad recōpilatio legum Na-*
6 *uarr. lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. *§.* 2. *nu.* 95. † Hac enim
ratione præſcinduntur litium occaſiones, &
non additur afflictio afflicto. Infirmi hoc
loco etiam intelliguntur valetudinarij, qui
ex conſilio Medici iudicatur graue damnum
euenturum ſaluti, ſi domo egrediantur, &
ij à quibus ſanguis emittitur aut purgantur
7 &c. Barboſ. † *allegatio. cit. num.* 169. qui va-
dunt ad balnea, qui fugiunt ad tempus tem-
periem aeris, ſibi nociuam; ſenes ſeptuage-
narij, quia ſenectus ipſa eſt morbus niſi alias
ſint fortes, & ad alios labores expediti, de
8 omnino ſurdo vtraque aure & vtroque ocu-
lo cæco † dixi lucrari diſtributiones, etiamſi
non aſſiſtant choro *tom.* 2. *tract.* 12. *de exa-
minatoribus Reſolut.* 20. *n.* 813. *&* 814.

9 Adde quod † ſi quis aſſuetus ſit non reſi-
dere, ſi in infirmitatem incidat, & capitu-
lum, faciat, habere notitiam ſuæ infirmita-
tis, quare ipſa eum impedit intereſſe dini-
nis, lucratur in conſcientia diſtributiones
toto tempore infirmitatis, cuius ratio eſt
quia ante infirmitatem non adibat quia no-
lebat, & poterat ire, ſi vellet ſic infirmus
non poteſt ire, & ſi habeat voluntatem & ita
infirmitas ſola eſt cauſa neceſſaria abſentiæ,
vnde mutans voluntatem, & habens pro-
poſitum ſi conualeſcat adeundi mihi vi-
detur certum, quod in conſcientia lucretur
diſtributiones. Ita Nauarr. *lib.* 1. *de reſtit. c.* 2. 10
num. 238. Bonacin. *diſp.* 2. *citat. quæſt.* 5. *punct.* 1.
num. 12. & ſatis probabilem exiſtimat Palao,
tom. 1. *diſp.* 3 *punct.* 9. *§.* 1. *num.* 4. *verſ. fateor* &
ego *Reſolutio. citata n.* 816. vbi adduxi Car-
dinal. declarationem.

Neque huic dictamini opponitur com- 11
munis opinio, quæ intelligitur quando aſ-
ſuetus non reſidere in infirmitatem incidit,
& non habet propoſitum emendæ reſiden-
di, ſi conualeſcat de infirmitate; quia in ta-
li circunſtantia infirmitas non eſt adæquata
cauſa non reſidendi, quæ eſt fundamentum
communis ſententiæ, at ſi habeat propoſi-
tum reſidendi, infirmitas eſt adæquata cau-
ſa non reſidentiæ, & ita lucratur, ſi tamen,
quis non reſidens ſit abſens loco ſua volun-
tate, aut in eodem loco habeat officium in-
compatibile cum reſidentia, ſi incidat in in-
firmitatem non lucratur diſtributiones,
quia † abſentiæ cauſa adæquata non eſt in- 12
firmas, ſed receſſus à loco, & officium in-
compatibile, ſi tamen à loco abſit ex legiti-
ma cauſa, & incidat in infirmitatem lucra-
tur, ſi cauſa iuſta ſit, ex his quas ius admit-
tit.

§. II.

Explicatur neceſſitas.

SVMMARIVM.

1. *An ſufficiens cauſa ſit neceſſitas, vt abſen-
tes à choro percipiant diſtributiones, n.* 2.
& 3.
4. *An Canonicus in exilium miſſus, aut in car-
cerem detruſus nocens iuridicè probatus
cum reipſa ſit innocens, poſſit recipere emo-
lumenta diſtributionum.*
5. *An ſi temporis lapſu Canonici illius inno-
centia conſtet, aut quia fuit excommuni-
catus, diſtributiones quæ illi debebantur
ſi ſint conſumptæ ab illis, quibus fuerunt
partitæ, & non ſint facti ditiores, tenean-
tur reſtituere, & n.* 6.
7. *An ſi Canonicus fuerit iniuſtè excommuni-
catus, Canonici quibus diſtributiones ſunt
partitæ ſi non facti ſunt ditiores, ad ni-
hilum teneantur.*
8. *An Canonicus iniuſtè condemnatus poſſit à*

iudice repetere omnia nocumenta ſibi obuenientia, etiam litu expenſas.

9. *An Canonicus non per modum attentati, ſed per modum querela fructus recuperet, & diſtributiones.*

10. *An excommunicatus poſſit lucrari diſtributiones ſi choro aſſiſtat, ſi iuſta fuit excommunicatio.*

11. *An licet Canonicus peccet & dignus ſit diſtributionibus, priuari nullo iure conſtet.*

1 Circa ſecundam cauſam, ſcilicet, *neceſſitatem.* notandum, quod neceſſitas intelligitur, quando ex aſſiſtentia in churo, vel in ciuitate rationabiliter timetur graue damnum vitæ, famæ, aut fortunæ, ita Palao *vbi ſuprà.* §.2. cum communi & certa ſententia, ex quo principio deducunt Authores varia Corollaria quæ videri poſſunt apud Bonacin. *n.* 4. Moneta *à n.*8. Azor. *cap.*7. Hoieda *de incompatibilitate Benef.*1.*p.c.*11. *n.*17. Garzia *à n.* 300. Menoch. *lib.*2.*de arbitris caſu* 153.*à n.*13. vbi ſi in ciuitate habeat
2 inimicitiam grauem, etiamſi ipſe cauſam dederit, quam curauit quantum eſt in ſe auferre, & ſatisfacere parti læſæ, de incarcerato, vel in exilium miſſo, ſi cauſam dedit iudici non lucratur, & ſi occulta ſit, & iudex abſque ſufficientibus indiciis, eum capere fecit; non lucratur, quia reipſa cauſam de-
3 dit; ſi tamen reipſa cauſam non dedit, tamen iudex ſecundum allegata, & approbata in exilium mittit, quia iuxta illa inuentus eſt reus, lucratur diſtributiones. Ita Couarr. *n.* 8.*verſ.*11. Quarant. *verbo diſtributiones verſ. de Canonico.* Garzia, *n.*164. Monet. *quæſt.*5 *à n.*80. & eſt communiter recepta, quia talis Canonicus corporali neceſſitate, quam repellere nequit, impeditur ab aſſiſtentia chori.

Sed ego exiſtimo, quod † licet iſte Ca-
4 nonicus in exilium miſſus, aut in carcerem detruſus nocens iuridice probatus, cum reipſa ſit innocens poſſit recipere emolumenta diſtributionum, tamen Capitulum, aut alij Canonici non poſſunt tuta conſcientia diſtributiones illi tribuere, aut condonare, quia in foro externo iudicatus eſt reus iuridice, & legitimè; & ipſis non conſtat iuridicè de innocentia; quare eum in foro fori culpabiliter ſit abſens, illi non poſſunt diſtributiones elargire, donare, aut remittere.

Si tamen † temporis lapſu eius innocen-
5 tia publicè conſtet, aut, quia fuit excommunicatus diſtributiones, quæ illi debebantur ſi ſunt iam conſumptæ ab illis, quibus fuerunt partitæ, & non ſunt facti ditiores, non tenentur reſtituere, imo neque Capitulum diuidens ad aliquam reſtitutionem tenetur, quia diuiſit attenta iuxta ſententiã ſecundum allegata, & cum à ſe diſtributiones excluſit in nihilo factum eſt ditius; imo neque à iudice poteſt eas expo-
ſtulare, quia iſte legitimè tulit ſententiam 6
ſecundum allegata, niſi probet culpabilem negligentiam in veritate examinanda.

Si vero re maturius conſiderata inuenta
eſt ſententia lata iniuſta, & quod † Cano- 7
nicus fuerit iniuſtè excommunicatus; Canonici quibus diſtributiones ſunt partitæ ſi non facti ſunt ditiores ad nihilum tenentur, imo nec capitulum, quia in nullo factum eſt ditius & proceſſit ſecundum præſentem iuſtitiam, nec enim grauanda ſunt capitula cũ bona intentione procedant, ſuppoſita præſente ſentẽtia, quæ iuſta pruden-
ter iudicatur, poteſt tamen † Canonicus in- 8
iuſtè condemnatus à iudice repetere omnia nocumenta ſibi obuenientia, etiam expenſas litis, quia omnium iſtorum iudex iniuſtè fuit cauſa, qui in foro externo condemnabitur, quia ſemper præſumitur, proceſſit mala fide, ita Vgolinus, *de cenſu. Tabula.*2.*c.*12.*n.*4. Suarez, *de cenſu.diſp.*13.*ſect.*2.*nu.*13. Sayrus, *lib.*2. Decenſ. *c.*5.*n.*27. Genuenſis, *in practicabulo, Eccleſiaſt.qu.*206. *n.* 2. vbi dicit
quod † Canonicus non per modum atten- 9
tati, ſed per modum quærelæ fructus recuperat, & diſtributiones quod etiam tenet Laucellotus, *de attent.p.*2.*c.*12.*n.*22.

Sed an † excommunicatus poſſit lucrari 10
diſtributiones ſi choro aſſiſtat ſi iuſta fuit excommunicatio? (nam ſi iniuſtè excommunicatus nec fructibus, neque diſtributionibus priuatur, vt eſt certa ſententia) communis ſententia eſt ſi aſſiſtit choro, etſi male faciat, aſſiſtendo tamen lucratur ita Nauarra, *vbi ſuprà, c.*2.*n.*243. Vaſquez, *dubio* 4.*n.*229. Auila, *de cenſuris.*2.*p.c.*6.*diſp.*6.*dubio* 1. Coninch. *de cenſuris, diſp.*14.*n.*80. Bonac. *vbi ſuprà, q.*5.*punct.*2.§.2. quamuis enim
† peccet & dignus ſit diſtributionibus pri- 11
uari, *c. Paſtoralis,* §.*verum, de appellat.* tamen nullo iure conſtat, quod ipſo iure ſit priuatus, & teneatur reſtituere, antè ſententiam, ſaltem declaratoriam, ita præter citatos tenent Couarr. *lib.*3. *variar. c.*13.*n.*8.*verſ.*12. Suarez, *de cenſu. diſp.*13. *ſect.*2.*n.*14. Marius Alterius, *tom.*1. *lib.*2.*diſp.*6.*c.*8.*verſ.ad dubit.* Moneta, *p.*2.*q.*15.*n.*18.

SVBRESOLVT. IX.

Vtrum excommunicatus debeat eſſe toleratus vt diſtributiones lucretur?

SVMMARIVM.

1. *An excommunicatus debeat eſſe toleratus vt poſſit ante ſententiam ſibi retinere diſtributiones.*

2. *Inter*

2. *Inter excommunicatum toleratum, & non toleratum, diſtinctio.*
3. *An poſſeſſor malæ fidei ſi laborem impendat in vtilitatem rei poſſeſſæ pro labore mereatur ſtipendium.*
4. *An excommunicatus non toleratus nullomodo ſatisfaciat penſo horarum, quæ in choro Eccleſiæ dicuntur.*
5. *Bonatinæ mens adducitur.*
6. *An ante Concil. Conſtantienſ. non eſſet diſtinctio excommunicati tolerati & non tolerati.*
7. *An poſt Bullam Martini V. in Concilio Conſtant. inductam & ab vniuerſali Eccleſia receptam excommunicatus toleratus admittatur in conſortium ciuile, & Eccleſiaſticum.*

1 SEd dubium eſt an † excommunicatus debeat eſſe toleratus, vt poſſit ante ſententiam ſibi retinere diſtributiones, maximè ſi occulta ſit excommunicatio quæ ſufficit vt ſit expulſus à choro, & nequeat illi aſſiſtere? multi ex Auctoribus citatis doctrinam traditam intelligendam eſſe de excommunicato, ſiue occulto, ſiue publico; tolerato, vel non tolerato, non enim inuenitur in iure hæc diſtinctio, & Eccleſiæ cenſura eoſdem primarios & principales effectus cauſat in omni excommunicato excommunicatione maiori, ſiue occulta ſit, ſiue publica, tolerata, vel non tolerata, quia Eccleſia in nullo vult fauere excommunicato occulto, ita expreſsè Palao, *vbi ſuprà, num.* 5.

Sed oppoſita ſententia ſemper mihi placuit, quæ quantum ad diſtributiones, & aſ-
2 ſiſtentiam chori propter quam dantur, † diſtinguit inter excommunicatum toleratum, & non toleratum, quod ille ſi interſit horis diurnis pariterque nocturnis illas lucratur, ſecus vero non toleratus, ratio huius eſt perſpicua, quia excommunicatus toleratus, ex vi tolerantiæ ab Eccleſia admittitur ad diuina exercenda, cum aliis in choro in quo ſuum officium præſtat, ſicut alij & propter officium dantur diſtributiones, qua-
3 re ſicut † poſſeſſor malæ fidei ſi laborem impendat in vtilitatem rei poſſeſſæ pro labore meretur ſtipendiom, ita quamuis excommunicatus toleratus, licèt apud Deum male agat, tamen quantum ad Eccleſiam bene operatur, & illi ita eſt vtile ſuum miniſterium quantum ad externum officium, ſicut eſt miniſterium præſtitum à non ex-
4 communicato. Cæterum excommunicatus non toleratus nullomodo ſatisfacit penſo horarum, quæ in Eccleſiæ choro dicuntur, quia Eccleſia ex vi non tolerantiæ iſtius, ipſum repellit & non vult per ipſum orare, quare publicæ orationi non ſatisfacit, & ita non poteſt diſtributiones quotidianas tuto dictamine retinere, quia eius miniſterium non recipitur ab Eccleſia imò excluditur, repellitur, reprobatur, quare qui contra voluntatem meam in vinea laboraret nullatenus eſt dignus mercede, ita † Bo- 5
nac. qui pro ſe citat. Vaſqu. Auilar. Nauar. & tenet Sanch. *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 51. *num.* 12. quamuis enim iure Canonico eo ipſo quod eſſet excommunicatus maiori excommunicatione, eſſet quantum ad Eccleſiam non toleratus; etenim ante Concilium Conſtanti, non erat diſtinctio tolerati, & non tolerati. & ſic miniſterium cuiuſcumque excommunicati excommunicatione maiori, etiam occulta ab Eccleſia repelleretur vt inutile; nec talis excommunicatus admittebatur in orationis publicæ conſortium. Aſt † poſt Bullam Martini V. in Concilio 6
Conſtantienſi inductam, & ab vniuerſali Eccleſia receptam excommunicatus toleratus admittitur in conſortium ciuile, & Eccleſiaſticum, & in orationis publicæ com- 7
mercium, quare ſi in iſta miniſterium ſuum impleat lucratur dubio procul, quantum eſt ex parte Eccleſiæ ipſum admittentis, non quidem primo & per ſe in vtilitatem ipſius excommunicati, & ob ipſius commodum (quod illi per accidens reſultat) ſed ob vtilitatem fidelium.

SVBRESOLVT. X.

De Canonico publico Clerici percuſſore?

SVMMARIVM.

1. *Vtrum Canonicus excommunicatus ob publicam Clerici percuſſionem, poſſit menſes quos habet ex indulto Apoſtolico computare, vt recuperet abſentiam, & ſic diſtributiones lucrari ſicut lucrantur qui menſibus illis abſunt à Choro.*
2. *An pœna priuationis diſtributionum ſolum incurratur ob abſentiam à Choro vltra menſes vacantia, quos habent ex indulto Apoſtolico.*
3. *An excommunicatus non toleratus non lucretur diſtributiones, imò ſit incapax eas lucrandi.*
4. *An Clerici percuſſor publicus eo tempore quo excommunicatus eſt toleratus diſtributiones non lucretur.*
5. *An excommunicatus nullum influxum habeat in lucrum diſtributionum.*
6. *Quæ abſolutio iuridica debeat eſſe.*
7. *Caſtri Palai mens affertur.*

EST dubium ſecundum, quod excitat Bonac. *diſput.* 2. *q.* 5. *punct.* 2. *§.* 2. *de horis Canonicis, n.* 3. vtrum † Canonicus excom- 1
municatus

municatus ob publicam Clerici percuſſionem (ob quam Epiſcopus vel Ordinarius ſuus, ipſum per aliquot dies intra proprios lares detentum habet, & ſic abeſt à churo) poſſit menſes,quos habet ex indulto Apoſtolico computare; vt recupereret abſentiam, & ſic diſtributiones lucrari, ſicut lucrantur, qui menſibus illis abſunt à choro? Reſpondet perdoctus vir affirmatiuè, quia (inquit) nullo iure probatur ipſum carere diſtributionibus correſpondentibus tempori excommunicationis,cum liberum ei eſſet, tunc temporis impunè abeſſe à choro, etiam præciſè excommunicationis cau-
2 ſa. Secundò, quia pœna priuationis diſtributionum ſolum incurrirur ob abſentiam à choro vltra menſes vacantiæ,quos habent ex indulto Apoſtolico, vnde ſi reliquos præſens fit, diſtributiones totius anni lucratur, etiam ſi illis menſibus indulti ſit excommuoicatus.

Sed miror virum Doctiſſimum tam cito
3 fuiſſe ſui oblitum cum *nam.* 2. dixerit † *excommunicatam non toleratum non lucrari diſtributiones imo eſſe incapacem lucrandi.* at
4 † publicus Clerici percuſſor eſt excommunicatus non toleratus, & vitandus ergo toto tempore,quo excommunicatus diſtributiones non lucratur, & ira iſtæ auferendæ ſunt à diſtributiunibus totius anni, nec tempus excommunicationis poteſt computare intra menſes priuilegiatos, quia cum ſint ex priuilegio illo gaudere nequit excommunicatus; præter quam quod hec priuilegium influit in lucrum totius anni, aſt ex-
5 communicatus † nullum influxum habet in luctum diſtributionum, cum ſit ſegregatus ab Eccleſia,quæ omne eius miniſterium renuit, ſi tamen iſte Clericus ſtatim abſoluatur ab excommunicatione, dies, quibus detentus eſt poteſt computare intra menſes priuilegiatos, ſicut poteſt qui ob ſua de-
6 licta incarceratus eſt, abſolutio tamen † iſta iuridica debet eſſe, & ſatisfacta parte, an vero ſufficiat ſi per Bullam cruciatæ abſoluatur & hoc conſtet ex ſubſcriptione abſoluentis non eſt hic diſcutiendum,cum alibi diſcutiam.

Quomudo autem lucretur diſtributiones, qui aliis cenſuris, ſuſpenſione interdicto, & etiam tempore ceſſationis à diuinis
7 † latè Caſtro Palao, §.2. *citat. à n.9.* & non vacat locus ea digerere, ſunt enim peruia.

§. III.

Extricatur euidens Eccleſia vtilitas.

SVMMARIVM.

1. *An euidens Eccleſia vtilitas ſit cauſa excuſans, & quid veniat notandum.*
2. *An Capitulum eo ipſo quod aliquem Prabendatum mittit ad aliqaod negotium, declaret; quod abſentia illius ſit in euidentem Eccleſia ſua vtilitatem & numero 4.*
3. *An Euidens Eccleſia vtilitas Epiſcopos excuſet à reſidentia.*
5. *An qui non abſens eſt in euidentem Eccleſia neceſſitatem nec fructus nec diſtributiones lucretur.*
6. *Bonifacij VIII. ſtatutum. & n.7. & 8.*
9. *Caius Canonia antimonia duplex ſolida ſit concordantia.*
10. *Qui lucrentur fructus Beneficiorum ſaorum.*
11. *An ſi Canonici receperint diſtributiones, poſſint eas ſibi retinere.*
12. *An abſentes à loco Eccleſia non lucrentur diſtributiones etiamſi ſint occupati in eius vtilitatem.*
13. *An vtilitas Eccleſia foras extra ciuitatem exerceatur.*
14. *Caſus ſingulares in quibus cernitur moralis & politica euidens vtilitas propria Eccleſia innumeri adducuntur, & n. 15. 17. 18. 19. & 21. & 22.*
16. *An Canonici depatati ad ratiociniam faciendum habeantur pro praſentibus in choro.*
20. *Garzia ſententia adducitur.*
23. *An ſi quis defendēdo iura Eccleſia iniuſtè vel iaſtè excommunicetur, ipſi debeantur diſtributiones ab Eccleſia pro cuius defenſione excommunicatur. & n.24.*

Circa tertiam cauſam excuſantem, quæ † eſt *euidens Eccleſia vtilitas*,notandum 1
tanquam certam, & ſecuram, quæ nullam patitur limitationem, ſemper quod Capitulum vna cum Epiſcopo,vel capitulum ſolum (iuxta diuerſam Eccleſiarū conſuetudinē) declarās,quod aliquis Præbendatus, ſiue ſit dignitas ſiue Canonicus, ſiue Portionarius conueniens eſſe ſuæ Eccleſiæ,& vtile,quod ſiue in eadem ciuitate, ſiue extra abſēs ſit à choro,ſiue ad paruū, ſiue ad magnum tempus, toto tempore abſentiæ lucratur non ſolum fructus, ſed etiam diſtributiones, ac ſi præſens eſſet, & Capitulū eo ipſo quod ali- 2
quem Præbendatum mittit ad aliquod negotium declarat, quud abſentia illius eſt in euidentem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem,& quod in his circumſtantiis eſt grauis vtilitas,quæ in humano conuictu dicitur neceſſitas moralis, hæc regula ſtatuta eſt à Bonifac. VIII. *in cap. conſuetudinem, de Clericis non reſident. in 6.* & eſt ſatis conformis Concilio Trident. quod loquens de Epiſcoporum reſidentia dicit, quod † euidens Eccleſiæ vtili- 3
tas ipſos excuſat; pertinet tamen ad alios cognoſcere, quæ ſit Eccleſiæ euidens vtilitas

tas non ad ipſos Epiſcopos, quare ſummus Pontifex eſt primus declarans, ſecundo à Metropolitano, deinde à Suffraganeo reſidenti antiquiori, ita *ſeſſ.* 23. *c.* 1. *de reform.* in
4 præſenti tamen, † capitulum cui incumbit, eſt declarans, quæ ſit euidens & grauis vtilitas ſuæ Eccleſiæ de alienæ enim Eccleſiæ vtilitate nequit iudicare quantum ad effectum faciendi præſentem vt lucretur fructus & diſtributiones.

5 Quare † niſi abſens ſis in euidentem alienæ Eccleſiæ vtilitatem nec fructus neque diſtributiones lucraris; ſed illa Eccleſia particularis cuius vtilitatem abſens tractas tibi rependat, & det ſtipendium, hanc regulam tenent. Gutierr. *lib.* 1. *Canonic. qq. c.* 1. *n.* 144. Garzia. 3. *p. c.* 2. *n.* 302. Azor, *p.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 14. Couarr. *lib.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 8. *verſ.* 8. Moneta, *p.* 2. *de diſtrib. q.* 11. *n.* 11. & ſequent. Riccius, *in praxi reſol.* 386. *in* 2. *editio.* Duenas, *Regula* 206. *verſ. limita.* 6. Palao, *tom.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 3. D. Ioannes Delcorro, *de horis Canonicis, q.* 3. §. 2. *n.* 40. Bonac. *q.* 5. *citata. p.* 3. *n.* 5. Trullench. *ad* 1. *decalog. præceptum, lib.* 1. *c.* 4. *dubio.* 9. & eſt communis certaque ſententia.

Neque illi opponitur, *c. cum non deceat.* 30. *de electio. in* 6. vbi idem Bonifac. VIII. dicit
6 † *quod Canonici qui mittuntur, ad Sedem Apoſtolicam iuxta conſtitutionem Nicolai III. vt referant electionem factam à Capitulo, cum tales proſequantur Eccleſiarum ſuarum vtilitatem cenſeri debent reſidentes, lucrantur omnes fructus Beneficiorum* (*quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis*) Nam reſpondetur omiſſis pluribus concordantiis quas adducit & reiicit Moneta, *quaſt.* 11. *citata, à*
7 *n.* 22. & ipſe ſequitur nihilo meliorem quod *c. cum non deceat.* loquatur de vtilitate Eccleſiæ cui ipſe adſcriptus eſt Canonicus, ſed alterius ipſius ciuitatis, vel vniuerſalis Eccleſiæ; at *c. conſuetud.* loquitur de vtilitate propriæ Eccleſiæ, hæc concordia diſcordat expreſsè à textu, *in cap. cum non deceat*, ibi enim dicit Pontifex dans rationem ſuæ de-
8 terminationis, *cum talis Eccleſiarum ſuarum proſequentes vtilitatem cenſeri debeant reſidentes*, ex quo colligit, quod lucrentur fructus beneficiorum, *exceptis diſtributionibus quotidianis.*

9 Quare † duplex ſolida eſt concordantia huius Canoniæ antinomiæ, quam ponit gloſſa, *ad c. conſuetudinem.* Prima eſt Archidiaconi; quod *in c. cum non deceat* 30. *de electione*, loquatur Pontifex conformãs ſe cum illis Eccleſiis, in quibus eſt talis conſuetudo, quod abſentes etiam in vtilitatem Eccleſiæ (quibus ordinariè aſſignatur ſalarium) non lucrentur diſtributiones quotidianas; quare
10 illas excipit, & dicit quod † *lucrantur fructus Beneficiorum ſuorum*, at, *cap. conſuetudinem*, loquatur generalius cum Eccleſiis, in quibus eſt talis conſuetudo quæ eſt conformis rationi naturali, quia vt ait Pontifex, *in cap. cum non deceat; quod officium ſuum cuique ſit damnoſum.*

Secunda, Synnomia & vni vocatio eſt; quod primum, *cap. cum non deceat*, releuet capitulum vt non teneatur reddere diſtributiones quotidianas. Secundum *cap. conſuetudinem*, concedit † Canonicis poteſta- 11
tem vt ſi receperint eas, retinere poſſint, & illarum requirant Dominium, ac ſi intereſſentes fuiſſent.

Tertia autem quam ponit ibi gloſſa & ſequuntur Couarr. & Garzia, quod † abſen- 12
tes à loco Eccleſiæ non lucrentur diſtributiones, etiamſi ſint occupati in ipſius vtilitatem, & de his loquitur, *cap. cum non deceat*, at *cap. conſuetudinem*, loquatur de præſentibus ipſi Eccleſiæ, etiamſi non interſint choro, ſi alias inſeruiunt vtilitati Eccleſiæ, probabilis quidem Synnomia; aſt cum ſepiſſimè contingat † quod vtilitas Eccleſiæ 13
foras extra ciuitatem exerceatur, non videtur congruum quod præſentes ciuitati non tamen Choro lucrentur, & tamen abſentes cum multoties in maiorem vtilitatem ſint occupati non lucrentur.

Caſus vero † ſingulares in quibus cerni- 14
tur, hæc moralis & politica euidens vtilitas propriæ Eccleſiæ innumeri ſunt, vt ſi mittaris nomine Epiſcopi, ad viſitanda limina, & inſtruendum Epiſcopum de ſtatu propriæ Eccleſiæ; ſi comiteris Epiſcopum qui ſecum duos poteſt portare, etiamſi duos alias relinquat in ſuo ſeruitio vt declarauit Sixtus V. *conſtitutio.* 17. & ex multis declaratio. probat Garzia, *nu.* 349. Parrochus autem vltra tempus conceſſum à Concilio non poteſt ad 15
hoc mitti ibi, *nu.* 350. deinde ſi mittaris vt Theologus, aut Canoniſta ad Concilium generale, aut prouinciale. Tertio ſi mittaris ad Pontificem, vel Principem gratulationis cauſa de aliquo felici ſucceſſu, aut de filio nato aut de matrimonio contracto. Quartò, ſi deſigneris ad ſumendas rationes reditũ, quia hoc eſt valde vtile Eccleſiæ, quamuis alio tempore quam Diuinorum Officiorum poſſis præſtare. Garzia, *n.* 368. quamuis hanc deſignationem, vt exequatur an e meridiem reprobat Concilium Prouinciale Toletanum, *act.* 3. *decreto* 12. & Garzia, *c.* 2. *citato, n.* 569. abuſum & corruptelam dicit, quod
† Canonici deputati ad ratiocinium facien- 16
dum habeantur pro præſentibus in choro, veſpertinis & diebus quibus rationes non ſunt ſubſcriptæ. Quintò, ſi mittaris ad iuriſdictionem Eccleſiæ annexam exercendam,
† etſi *ſede vacante*, eligaris in prouiſorem, 17
iudicem Eccleſiæ, aut teſtamentorum, toto tempore, quod expendis circa hæc officia

ea

es occupatus in vtilitatem Eccleſiæ; quod
ſecus eſt ſi ab Epiſcopo in hæc officia eliga-
ris, quia tunc non deſeruis Eccleſiæ, ſed
Epiſcopo, & hæc officia tunc cedunt in
vtilitatem Diœceſis, & non ſpecialiter pro-
priæ Eccleſiæ, ſic tenet Palao *loco cit. num.* 7.
Garzia, *n.* 359. & alij quos citat & declara-
18 uit Rota 2. *p. diuiſ. deciſ.* 212. *n.* 6. & † idem
dicito de examinatore Synodali ſi ſit Cano-
nicus, quod dum examinat *ſede vacante* lu-
cratur diſtributiones, ſecus viuente Epiſco-
19 po propter eandem rationem. Sexto, † ſi ha-
beas præbendam, Canonicatum, dignitatem
aut perſonalem, quibus annexa eſt anima-
rum cura, lucraris diſtributiones toto tem-
pore, quo es occupatus in adminiſtratione
Sacramentorum, ita Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 3.
verſ. quod ſi alicui de reformat. & pluribus
declarationibus enucleat Garzia *num.* 335.
20 † & hoc verum tenet non ſolùm de diſtri-
butionibus ſpecialibus aſſignatis talibus di-
gnitatibus, &c. ſed etiam de diſtributioni-
bus propriis conſtitutis ex bonis communi-
bus Eccleſiæ, ita contra Bonacinam, Palao
21 *n.* 8. & eſt conformius Trident. 7. † ſi oc-
cupatus viſitando Eccleſiam aut cura Præ-
bendarum, aut defendendo iura Capituli,
vel Eccleſiæ; etiamſi ſalarium tibi aſſigne-
tur, vt diligentius defenſioni incumbas, non
vt remittas ius ad diſtributiones, quas lucra-
reris, ſi non eſſes occupatus in vtilitate Ec-
22 cleſiæ, ita Barboſa, *allegat.* 53. *n.* 17. idem ſi
occuperis in defendendis iuribus, & priuile-
giis tui beneficij, quod ob illa nobilius red-
ditur (ſecus verò, ſi vt defendas ius tuum
contra Tertium prætendens idem benefi-
23 cium) hoc autem ita eſt, quod ſi † defen-
dendo iura Eccleſiæ iniuſtè, vel iuſtè ex-
communiceris tibi debentur diſtributiones
ab Eccleſia pro cuius defenſione excõmu-
nicaris recompenſari, & per æquiualentiam
contribuere; etſi enim vt *ſuprà* vidimus ex-
communicatus iuſtè nullatenus diſtributio-
nes quotidianas lucretur, quarum lucri in-
capax eſt; tamen cum iſte non excommu-
nicetur propter ſe, ſed quia defendit iura
Eccleſiæ, quam tenetur defendere quouſ-
que conuincatur Eccleſia tenetur ex iuſtitia
ad recompenſationem damni, colligitur,
ex Gutierrez, *lib.* 1. *canonic. cap.* 1. *n.* 242.
Barboſa *vbi ſupra n.* 173. & idem eſt ſi cum
24 ſis Prouiſor, aut iudex Eccleſiæ *ſede vacante*
ratione officij excommunicaris, quia es ex-
communicatus ob officium ad Eccleſiam
pertinens.

Hæc fere omnia cum peruia ſint apud auctores ſcribentes de beneficiis, & de diſtributionibus quotidianis; aliqua ſuper ſunt enucleanda in quibus aliquam patior difficultatem, qua coactus aliquod ſpeciale ſum contemplatus.

SVBRESOLVT. XII.

De Canonico Pœnitentiario, & Magiſtrali.

SVMMARIVM.

1. *An Canonicus Pœnitentiarius dum negotia ad confeſſiones attinentia cum pœnitentibus tractat, aut confeſſiones audit, lucretur diſtributiones.*
2. *An priuilegium quod Canonicus Pœnitentiarius poteſt lucrari ſit contra ius commune, & ſit ſtrictè intelligendum.*
3. *Vtrum à fideiuſſore exactum iuramentum proſit etiam reo.*
4. *Caſtri Palai iudicium.*
5. *Quæ aſſignatio debeat fieri ab eo qui poteſt & debet iudicare de euidenti Eccleſiæ vtilitate. & n. 6.*
7. *Non debentur lectori diſtributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit, ex diſpoſitione iuris communis, ex Garzia.*
8. *Gregorij XIII. ſententia.*
9. *An cum matutina cum laudibus dicantur die anteriori ad veſperam, an lector S. Scripturæ & Magiſtralis prædicaturus die ſequenti lucrentur diſtributiones.*
10. *An Lectores & Prædicatores pro matutinis & laudibus lucrentur diſtributiones.*
11. *Garziæ mens refutatur.*
12. *An gratia vni facta, fiat omnibus.*
13. *Vtrum Canonicus magiſtralis prædicaturus in ſua Eccleſia per octo dies fiat præſens & lucretur diſtributiones ante ſermonem. & n. 15.*
14. *Quæ rationabilis conſuetudo videatur.*
16. *Vtrum Pœnitentiarius dum actu audit confeſſiones, cenſeatur præſens in choro.*
17. *An lector ſanctæ Scripturæ dum actu legit lucretur diſtributiones.*
18. *Si Pœnitentiarius in alia Eccleſia quam ſua audiat confeſſiones, non lucratur diſtributiones & n. 19.*
20. *Si Capitulum temporibus deſignatis ad diuina celebranda, & ipſum celebretur, an Capitulares illi intereſſentes poſſint lucrari diſtributiones.*
21. *An Canonici capitulares Eccleſiarum ſiue Cathedralium ſiue Collegiatarum inſignium, poſſint diſtributiones lucrari & numero 22.*
23. *Clementis VIII. ſententia adducitur.*
24. *An Congregationes capitulares habendæ non ſint, eo tempore quo diuina officia celebrantur & n. 26.*
25. *An Epiſcopus ſine adiunctis coniudicibus poſſit multare Canonicos habens capitulum tempore diuinorum officiorum extra caſum vrgentem.*
27. *Authoris mens affertur & n. 28.*
29. *Pontifex & S. Cong. non ſolum prohibent celebrationem*

celebrationem Capitularium actuum tempore celebrationis diuinorum, ſed illam reprobant tanquam iniquam, & numer. 30.

31. *Quotieſcumque conſuetudo à lege vt iniqua & irrationalis damnatur ac reprobatur, tunc damnata eodem pacto cenſebitur quauis conſuetudo etiam immemorialis, ex Couarruuia, & numero* 32.

1 DE Canonico pœnitentiario, dum † negotia ad confeſſiones attinentia cum pœnitentibus tractat, aut confeſſiones audit, aut eſt expoſitus tempore Iubilei, quadrageſimæ, & aliarum ſolemnitatum, in quibus frequenter confitentur fideles etiam ſi actu non audiat, confeſsiones lucratur diſtributiones iuxta Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reformat.* Ita Bonacina, *quæſt.* 5. *citata. punct.* 3. §. 5. dixi dum eſt expoſitus tempore Iubilei, &c. quia in aliis temporibus in quibus non eſt magna pœnitentium multitudo intelligendum eſt rigoroſè Concilium, *dum confeſſiones audit*, vel aliquid tractat ad confeſſionem attinens, priuilegium
2 enim † quod poſsit lucrari, eſt contra ius commune & ita ſtrictè intelligendum. Si tamen mortuo pœnitentiario, alij aſsignentur loco ipſius à Capitulo, vel Epiſcopo de iſto ſubrogato, idem affirmandum eſt, quod in caſibus relatis lucretur diſtributiones, cum ſubrogatus ſapiat naturam ipſius Officialis, in cuius locũ ſubrogatur, & ſibi competunt illius qualitates omnes etiam accidentales, *leg. ſi cum*, §. *iniuriarum. D. ſi quis cautionibus*, *leg. in duobus*, §. 1. *D. de iure*
3 *iurando*, ibi † *à fideiuſſore exactum iuramentum prodeſſe etiam Reo Caſſius, & Iulianus aiunt, nam, qui in locum ſolutionis incedit, hic quoque eodem loco habendum eſt*, quod doctè probat Tiraquellus, *de retract. lignag.* §. 32. *gloſſa.* 1. *à num.* 10. ſi tamen ob multitudinem pœnitentium, alij Canonici aſſignentur vt etiam audiant confeſſiones, Pa-
4 lao, §. 5. *num.* 3. *&* 4. exiſtimat quod † ſi aſſignentur lucrantur diſtributiones, & habentur pro intereſſentibus Choro; ſed exi-
5 ſtimo, quod niſi † hæc aſſignatio fiat ab illo, qui poteſt & debet iudicare de euidenti vtilitate Eccleſiæ, quod tales adiuncti non lucrantur, diſtributiones; quare ſi ad Epiſcopum extra capitulum non attinet hanc vtilitatem declarare, etiamſi ipſe aſſignet extra Capitulum non lucrantur; benè tamen ſi Capitulum ipſum declaret eſſe vti-
6 litatem Eccleſiæ, quod alij Canonici aſſiſtant confeſſionibus, Epiſcopus poterit illos quos magis idoneos iudicauerit aſſignare & iſti lucrabuntur.

Pro Canonicis, Magiſtrali, & Lectore S. Scripturæ, diebus quibus legunt per totum, ſic fatur Congregatio ad Epiſcopum Placentinum, *anno milleſimo quinquenteſimo ſeptuageſimo, & refert.* Garzia, *vbi ſuprà, numero* 119. † *non debentur Lectori diſtri-* 7
butiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit ex diſpoſitione iuris communis, Doctores, *poſt gloſſam vltimam, in cap. quia nonnulli, de Magiſtris*, quos dixit, *Sanctitas ſua non loquitur reſpectu illius lectoris, qui legit in Eccleſia ſua, vt facit iſte de quo hic, tamen Sanct. D.N. Gregorius XIII.* † *audita relatione Con-* 8
gregat. ex gratia deberi eis voluit, non modo pro illis horis, vt ſi mane legunt pro horis matutinis & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die & ita ſæpius conſultus reſpondit. Hactenus ibi, quam declarationem ferè omnes Eccleſiæ admiſere.

Sed an † cum matutinæ cum laudibus 9
dicantur die anteriori ad Veſperam, an lector Scripturæ, & Magiſtralis prædicaturus die ſequenti lucretur diſtributiones, ex vi huius declarationis, negant Garzia, *num.* 119. Bonacina, *quæſt.* 5. *citata*, *punct.* 3. §. 3. Barboſa, *allegatio.* 56. *num.* 8. fundantur in quadam declaratione Cardinalium quam ad verbum refert Garzia, expreſsè id dicente; ſed exiſtimo ſatis rationabiliter poſſe introduci, quod etiam pro matutinis, & laudibus lucrentur abſentes; quia † Le- 10
ctores & Prædicatores magis indigent ad ſtudendum tempore veſpertino diei anterioris, & in declaratione præfata ſummus Pontifex dicit, quod pro tota die ſint præſentes, at tota dies Officij Diuini etiam includit Matutinum, & Laudes, quod maximè verum tenet, ſi dicantur media nocte, vt dicuntur in multis Eccleſiis.

Non tamen † aſſentior Garziæ dicen- 11
ti, quod præfata reſponſio Gregorij XIII. ſolum intelligitur habere vim in Eccleſiis, qui hanc gratiam petierint, & impetrarint, non vero indiſcriminatim in omnibus, hoc inquam mihi non arridet, quia in hac reſponſione ſummus Pontifex, etſi vt reſponderet excitatus fuerit ab Epiſcopo Placentino, tamen reſponſio fuit vniuerſalis, cum in omnibus Canonicis Magiſtralibus, & Sanctæ Scripturæ, eadem ſit omnino ratio, quare † gratia facta vni, 12
omnibus fit; fit enim gratia non Canonico huius Eccleſiæ, ſed Canonico Magiſtrali, qui idem eſt, in omnibus Eccleſiis. Hæc enim gratia, non datur per modum priuilegij perſonalis, ſed per modum priuilegij Magiſterij, & dignitatis.

In aliquibus Eccleſiis inualuit conſue-

13 tudo, quod † Canonicus Magiſtralis præ-
dicaturus in ſua Eeclesia per octo dies fiat
præſens, & lucretur diſtributiones an-
te ſermonem, quod ſtatutum eſt Com-
poſtellæ in quodam Concilio prouinciali,
act. 2. decreto 39. dummodo aſſiſtat Miſſæ
maiori, quam Ecclesiam multæ aliæ, ſunt
immediatæ, ſed non arridet Garciæ *nu-*
14 *mero* 125. nec Palao §. 6. *numero* 2. ſed †
mihi conſuetudo iſta rationabilis videtur,
quia in iſtis viris cum ſint magnæ authori-
tatis, etſi ſapientes & docti neceſſum, vt
multum ſtudium exerceant, & memo-
riæ mandent prædicanda, & ſint expedi-
15 ti, vt pro æſtimatione ſua pugnent, hoc
etiam verum tenet, etiamſi ſermonem ſint
habituri extra Eeclesiam ſuam, tamen ad
capitulum ipſum quod proceſſionaliter va-
det ad aliquam ſtationem, vt ſæpius con-
tingit.
16 Sed notandum, quod † Pœnitentiarius
dum actu audit confeſſiones, etiam cenſe-
tur præſens in choro, & proceſſionibus,
etiam quæ per vrbem fiunt, & exequiis
defunctorum, quæ eo tempore fiunt quo
ipſe audit confeſſiones; ſed non ſufficit,
quod ſit in confeſſario, niſi realiter ipſe
confeſſiones audiat, ita Sacra Congre-
gatio apud Garciam, *lib. 5. cap. 3. nume-*
ro 125. quam admittit Barboſa *in collectaneis*
ad Concilium ſeſſ. 24. cap. 9. de reformat. nu-
mero 30. etſi contra ſenſerit Moneta *part. 2.*
quæſt. 11. num. 65. idem pari modo dicen-
17 dum eſt, de lectore † ſanctæ Scripturæ, dum
actu legit, cum ſit eadem ratio, ſed Barbo-
ſa *in Apoſtolicis deciſionibus collect.* 181. *nu-*
mero 14. dicit, quod ſi Pœnitentiarius ce-
lebret Miſſæ Sacrificium, aut recitet offi-
cium, vt opportunius auditui confeſſionum
incumbat, ſit præſens & lucratur, at *de*
Canonicis, cap. 26. num. 20. contrarium di-
cit eſſe deciſum à Congregatione, & re-
ipſa certum eſt, vt dicunt Doctor Salazar
de Mendoza *in libello de inſtitutione Canoni-*
cat. pœnitentiaria, quam ipſe habebat, §. 6.
& alij quos ibi citat, quare prior locus
mendoſus eſt, exiſtimo etiam contra ip-
18 ſum Barboſam, quod † ſi Pœnitentiarius
in alia Ecclesia, quam ſua audiat confeſ-
ſiones, non lucratur diſtributiones; ſe-
cus vero ſi aliqui confeſſionem in propria
Ecclesia incepit & incidens in morbum
19 vocet pœnitentiarium, dum in domo in-
firmi ipſum audit, & Sacramentum Pœ-
nitentiæ illi impertitur, lucratur & præ-
ſens eſt.
20 De capitulo, an † ſi temporibus deſigna-
tis ad diuina celebranda & ipſum cele-
bretur, Capitulares illi intereſſentes diſtri-
tiones quotidianas poſſint lucrari, de obli-
gatione aſſiſtendi Capitulis dixi *tomo 1.*
Morali. tractat. 12. numero 1446. & 1464.
Hîc tamen aliqua addenda † circa Cano- 21
nicos Capitulares Eccleſiarum ſiue Cathe-
dralium ſiue Collegiatarum inſignium,
vt videamus an poſſint diſtributiones quo-
tidianas lucrari, & quidem SS. D. D. Cle-
mens Papa VIII. Breue edidit *anno* 1601.
die 18. Ianuarij, & Pontificatus ſui anno 9.
quod licet in Hiſpania non fuerit recep- 22
tum, vt teſtantur Garcia, *num.* 558. tamen
quia ius naturale diuinum enucleat, & eius
fundamenta ponit, vt licitè Capitula Eccle-
ſiarũ tempore deſtinato ad diuina non cele-
brentur hîc eius verba (quibus confirman-
tur verba declarationis Cardinaliũ factæ ad
petitionem Nicolai Garcia quam dicit
num. 560. authenticam apud ſe habere)
non piget & hîc tranſcribere, ſic enim lo-
quitur † *Clemens Papa VIII. ad perpet. rei* 23
memo. decet Romanum Pontificem in his au-
thoritatem ſuam interponere, per quæ diuini
cultus manutentioni opportunè conſulitur,
prout in Domino ſalubriter conſpicitur expe-
dire, cum igitur qui de altari viuunt eos altari
inſeruire oporteat, deceatque illos diuino cul-
tui prius quam temporalibus negotiis vacare,
Nos, quibus nuper innotuit in Vlisbonen. &
aliis forſan Cathedralibus, ſeu Metropolita-
nis Eccleſiis, interdum capitula Congregatio-
nes, tractatus, & actus Capitulares per Ca-
nonicos, & Capitulum earum Eccleſiarum eo
temporis ſpatio, quo diuina officia, & Miſſa
maior celebratur fieri ſolere cum non modica
diuini cultus diminutione; huic incommodo
quantum poſſumus occurrere volentes ex voto
venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Car-
dinalium ſuper ſacris ritibus & ceremoniis
deputatorum, harum ſerie declaramus Capi-
tula, Congregationes, &c. per Canonicos Me-
tropolitanarum Cathedralium, & Collegia-
tarum Eccleſiarum, peractis diuinis officiis &
præſertim Miſſa maiori, ne diuinus cultus pro-
pter Miniſtrorum ſubſtractionem, minuatur
habendos eſſe, quod ſi dum miſſa, aut alia
diuina officia celebrantur, aut horæ canonicæ
recitantur Capitula habere voluerint, niſi
fortè euidens aliqua & vrgens neceſsitas, id
poſtulauerit eius horæ in qua id commiſerint
quotidianas diſtributiones minimè lucrari de-
bere, &c.

Quibus ſe confirmauit Sacra Congre-
gatio Concilij, cuius declaratio authenti-
ca eſt apud Garciam *vbi ſupra*, dicens &
reſpondens ad interrogationem ipſius Gar-
ciæ, † *Congregationes huiuſmodi Capitula-* 24
res habendas non eſſe, eo tempore, quo di-
uina officia celebrantur, niſi cauſa aliqua vr-
gens eas in aliud tempus differre non pote-
rit, quod ſi hæ Congregationes abſque cauſas
pradi

prædicta tempore celebrationis diuinorum habita fuerint Canonicum iure ab his, vt Choro interſit habere poteſt, nec propterea eſſe multandum. Hæc ibi, idem determinauerat, Sacra Congregatio Concilij 1. *Febr. anno.* 1593. vt refert, Sellius, *in ſelectis, cap.* 35. *num.* 30. & Sacrorum rituum Congregatio, *die.* 17. *Nou.* 1600. *& in vna Eguitan. die* 10. *Iunij* 1601. quam refert Lezana, *tom.* 2. *qq. Reg c.* 12. *n.* 5. vnde Concilij Sacra Congregatio conſultó
25 Vrbano VIII. *anno* 1631. *die.* 6. *Martij in vna Orelian.* declarauit, † quod *Epiſcopus ſine adiunctis conſudicibus poteſt mulctare Canonicos habentes capitulum tempore Diuinorum Officiorum extra caſum vrgentem.*

Ex quibus omnibus claret Capitulares,
26 † qui tempore Diuinorum Officiorum aſſiſtunt capitularibus actibus, & omittunt intereſſe choro, non lucrantur diſtributiones; vnde Capitularis aſſiſtentia (niſi ſit vrgens neceſſitas) non eſt cauſa ſufficiens ad excuſandum, quia non cedit in Eccleſiæ vtilitatem, ſed in damnum Diuini Officij, & ſeruitij altaris, vt dicit Clemens VIII. *in ſuo breui*, & inuertit ordinem naturalem præponendo negotia temporalia diuino cultui, qui valde diminutè fit deficientibus Canonicis in Sacris à Choro.

Quæ ratio ita mihi eſt vrgens vt exiſti-
27 mem † nullam conſuetudinem in contrarium introduci poſſe, quia rationabilis non eſt; quamuis enim breue Clementinum & declarationes Cardinalium, quantum ad ius poſitiuum quod inducunt, non eſſent receptæ, tamen quantum ad ius diuinum naturale, quod enucleant non poſſunt reiici,
28 ſed admitti neceſſario debent; quando cum materia legis humanæ in ordinationem contra ius naturæ aut diuinum continet, ſemper prohibita cenſetur, quamuis prout propoſita à legiſlatore humano non inferat obligationem ſpecialem, quia licet lex humana non loquatur niſi à populo acceptetur, tamen loquitur ius diuinum naturale, quod videlicet non omittantur diuina propter humana, quando non vrget
29 neceſſitas; cum enim † Pontifex, & Sacra Congregatio non ſolum prohibeant celebrationem Capitularium actuum tempore celebrationis diuinorum, ſed illam reprobent tanquam iniquam, & irrationabilem,
30 & vt peruerſiuam ordinis iuris diuini, & naturalis, contra quod nulla præualet rationabilis conſuetudo, etiamſi immemorialis ſit, vt tenet Couarr. *lib.* 3. *variarum. cap.* 13.
31 *num.* 5. *verſ. ex quibus*, docens quod † *quotieſcumque conſuetudo à lege vt iniqua & irrationalis damnatur, ac reprobatur, tunc damnata eodem pacto cenſebitur quauis conſuetudo etiam immemorialis ſentenariaque*, & infrà, *& fortaſſe vbi lex præterita conſuetudini etiam immemoriali derogat, etiam futuris immemorabilibus derogare cenſebitur, ex eo quod non ſolent leges nouæ immemorabilibus conſuetudinibus derogare, niſi quoties irrationabiles viſa legiſlatoribus fuere*, hæc ille. 35

SVBRESOLVT. XIII.

De aliis excuſationibus à reſidentia in Choro, vt lucrentur diſtributiones?

SVMMARIVM.

1. *Cauſæ quibus Canonici & Præbendati excuſantur ne amittant diſtributiones, aſferuntur.*

HVcuſque cauſas excuſantes in iure expreſſas ab intereſſentia Chori, vt quis poſſit lucrari quotidianas diſtributiones ſummatim enucleauimus, aliæ ſuperſunt enucleandæ, quibus † Canonici & Præbendati excuſari valent, ne amittant diſtributiones præfatas. Prima, conſuetudo. Secunda, priuilegium Papæ. Tertia, ſtatutum alicuius Eccleſiæ, & de his ſigillatim, & breuiter eſt agendum, & vt in ſuperioribus ſolum ſpecialia diſputabo. 1

§. I.

De conſuetudine?

SVMMARIVM.

1. *Non licet vigore cuiuſlibet ſtatuti aut conſuetudinis vltra tres menſes ab Eccleſiis abeſſe, ex Conc. Trid.*
2. *De qua conſuetudine loquatur Concilium.*
3. *An immemorialis conſuetudo non excuſet à reſidentia, in Cathedralibus & Collegiatis inſignibus.*
4. *Immemorialis conſuetudo an non comprehendatur in reuocatione conſuetudinis, etiam dictione vniuerſali, & numero* 5. *&* 6.
7. *Reſidentia Canonicorum in choro ad lucrandum fructus & diſtributiones an ſit de iure naturæ.*
8. *An leges nouæ non ſoleant immemorialibus conſuetudinibus derogare, niſi quoties irrationabiles viſæ ſunt legiſlatoribus, & num.* 9.
10. *Non excludi immemorialem conſuetudinem exiſtimat Palao.*
11. *Conſuetudo immemorialis præſumitur ex fundatione, vel priuilegio, aliove iuſto titulo dimanare.*
12. *In multis Eccleſiis dignitates non obligantur ad reſidendum per ſpatium nouem menſium, & n.* 13.

14. Authoris mens affertur. & n. 15.
16. Concilium immemorialem conſuetudinem excluſit iuxta Cardinalium declarationes.
17. Quæ Cardinalium declarationes non ſint receptæ in Hiſpania.
18. An quando Legiſlator reprobat aliquam conſuetudinem tanquam iniquam & irrationabilem etiam deroget immemorialem.
19. An Legiſlator nunquam præſumatur reprobare conſuetudinem tanquam iniquam niſi id exprimat. & n. 20.
21. An vbi ſunt Cardinalium declarationes receptæ, illis ſit omnino obediendum.
22. Cum reſidentia ſit de iure naturæ, non eſt de iure naturæ quod dignitas reſideat nouem menſibus. & n. 23.
24. An conſuetudo poßit abrogare legem cuiuſcumque humani Legiſlatoris. & n. 25
26. An nequeat Legiſlator humanus legem ſtatuere ea conditione, vt nunquam contra ipſam valeat conſuetudo derogare.
27. Princeps an non poßit facere quod lex ſua ſemper & omni tempore ſit vtilis Reipublicæ, & de materia poſsibili.
28. Licet Legiſlator aliquam conſuetudinem abroget, quia irrationabilis & nociua Reipublicæ, & bono communi, in qua derogatione etiam comprehendatur conſuetudo immemorialis.
29. Multorum Authorum ſententia afferūtur.
30. Bonifacij VIII. opinio.
31. An poſsit ſubeſſe ratio ſufficiens, vt conſuetudo introducatur ex nouis circunſtantiis ſuperuenientibus, ex quibus materia conſuetudinis cohoneſtatur.
32. Quando lex prohibet & reprobat conſuetudinem ſolum intelligitur de conſuetudine quæ non habet iuſtum motiuum, ex Bonacina.
33. Conſuetudo quæ legem Eccleſiaſticam derogat ex quo dicatur irrationalis.
34. Quæ materia intra rationis æquitatem poſsit concludi, & n. 35.
36. An conſuetudo rationabilis debeat reſpicere rationis honeſtatem.
37. Quæ conſuetudo irrationabilis dicatur.
38. Sanchez & aliorum ſententia.
39. Conſuetudo irrationabilis eſt, quæ eſt contra ius diuinum, aut naturale, ex Sanchez & aliis.
40. Quod Canonicus aut dignitas alicuius Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ inſignis habentes ſufficientes prouentus omnino non reſideant, introduci nequit.
41. Authoris mens adducitur.

1 QVamuis Sacrum Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 24. cap. 12. verſ. hortatur,* dicat, *quod non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti aut conſuetudinis, vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis abeſſe*, quibus verbis omne ſtatutum, & conſuetudinem derogar, ſecundum quam Præbendati fructus, & diſtributiones quotidianas lucrabantur, etiamſi abſentes eſſent, vltra præfatos tres menſes tamen ſunt plura notatu digna circa hoc decretum, quæ non grauabor hîc examinare; prius tamen aliqua ſunt neceſſario prælibanda.

Primum eſt, quod Concilium † loquitur 2
de conſuetudine immemoriali Garcia, *de beneficiis, p. 3. cap. 2. à num. 197.* quod probatur multis Cardinalium declarationibus datis circa præfatum *caput 12.* prima eſt S. D. N. Gregorij XIII. ex ſententia Congregationis declarauit, † *Immemorialem con-* 3
ſuetudinem non excuſare à reſidentia, in Cathedralibus & Collegiatis inſignibus, &c. ſecunda eſt data Epiſcopo Segobien. *vndecima die Iulij 1590. de reſidentia Canonicorum & dignitatum Congregatio reſpondit ſublatam eſſe ex decreto Concilij cap. 12. ſeſſ. 24.*

Secūdo probatur *ex Rota in vna Spalenti. Iuriſdictio. 25. Maij 1565. coram D. Orano,*
vbi doctrinam DD. quod † immemorialis 4
non comprehenditur in reuocatione conſuetudinis, etiam dictione vniuerſali, (quæ eſt communis ſententia & declarauit Sacra Congregatio 4. *Maij anno 1575.* vt refert Bellarminus, *in notis ad Trident. ſeſſ. 22. cap. 7. littera S. & ſeſſ. 24. littera Z.* quam ſequitur Rota *in vna Placenti. Canonic. die 25. Maij*
1612. apud Farinacium tom. 2. deciſ. 286. n. 1.) 5
hanc inquam doctrinam, Rota *coram Orano, limitat duobus modis, primo quando tollitur conſuetudo tanquam irrationabilis, & ſic procedit quod tradit Antonius Gabriel, de præſcriptionibus conc. 1. à n. 27. ſecundo quãdo eadẽ ratio militat in immemoriali*, ex Couarr. hæc
ibi, atqui quamuis in Concilio ſolum pona- 6
tur clauſula vniuerſalis derogatoria cõſuetudine, & non faciat mentionem immemorialis; nihilominus Greg. XIII. & Congregatio declarant, quod ex decreto Concilij excluditur immemorialis, ergo ideo eſt, quia declarat talẽ conſuetudinem eſſe irrationalẽ. Vnde data opera eadem Congreg. *die 27. Septemb. anno 1575.* quamuis Concil. *ſeſſ. 24. c. 20.* derogat conſuetudinẽ declarat ibi Cõcil. nõ derogare conſuetudinẽ immemorialẽ quãuis omnem conſuetudinẽ excluſerit.

Tertiò, quia † reſidentia, Canonicorũ in 7
choro ad lucrandũ fructus, & diſtributiones eſt de iure naturæ, quod ius nullus niſi Sum. Pont. poteſt iuridicè declarare, & Concilium generale ſimiliter, & tam Pontifex quam Concilium ſolum ad tres menſes in anno abſentiam conceſſerunt, nulla immemorialis ſubſiſtere quit, quia oppoſita iuri naturæ, vt enim aiebat egregiè Couar.
lib. 3.

lib.3.variarum cap.13.num.5. verſ.ex quibus
8 *idem erit*, † *non ſolent leges nouæ immemo-*
rabilibus conſuetudinibus derogare, niſi quo-
ties irrationabiles viſæ ſunt Legiſlatoribus,
niſi enim conſuetudo non reſidendi vltra
9 tres menſes à choro irrationalis eſſet non
ex eo quod conſuetudo abſolutè eſt dero-
gata, Congregatio declararet etiam eſſe de-
rogatam immemorialem.

Sed in contrarium obiicit Palao *punct.9.*
10 §.12. *num.*1. exiſtimans † non excludi im-
memorialem conſuetudinem, quia (in-
quit) abſentia vltra tres menſes non eſt
per ſe turpis, & inhoneſta, & ita non cen-
ſetur reuocata, ſi conſuetudine immemo-
riali ſit firmata & ſtabilita. Secundò, quia
11 † conſuetudo immemorialis præſumitur
ex fundatione, vel priuilegio alióve iuſto
titulo dimanare, at reuocans conſnetu-
dinem non cenſetur reuocare priuilegia &
fundationes, ita tenent Menochius *conſil.*
90.*num.* 65. *&* *conſ.* 402. *num.* 9. Manci-
nus *de horis quæſt.* 65. *num.* 9. Bonacina re-
putat probabile, *quæſt.* 5. *citata punct.* 6.
num. 6. *verſ. verum*, Puteus *deciſ.* 52. *&*
12 205. & ſic in multis Eccleſiis Hiſpaniæ, vt
in Toletana, & aliis dignitates non obli-
gantur ad reſidendum per ſpatium nouem
menſium, quia allegant immemorialem,
13 etſi Concilium immemorialem excluſit,
dicunt non fuiſſe admiſſum quantum ad
hoc reſponſum & declarationem Cardina-
lium, ad quas nihil reſpondet Palao.

14 Ego vero † fateor punctum hoc eſſe dif-
ficillimum, quia fundamenta primæ ſen-
tentiæ valdè firma ſunt & fundamenta ſe-
cundæ non ſunt debilia, maximè, quod
deſumitur à conſuetudine Eccleſiæ Hiſpa-
nicæ, quæ apud me magni ponderis eſt, non
enim poſſum in animum inducere, quod
tam ſanctarum Eccleſiarum Capitula, vbi
ſunt homines potentes virtute, & litteris
15 viri famoſi, quod ſi hoc eſſet contra Con-
cilium Tridentinum, quod in tota Hiſpa-
nia complectitur, veneratur, & colitur in
praxi retinerent, & quod Summus Ponti-
fex, qui hoc non ignorat, niſi eſſet iuſtus
titulus id permitteret obſeruari? quare exi-
16 ſtimo primum † Concilium immemoria-
lem conſuetudinem, etiam excluſiſſe iuxta
declarationes Cardinalium adductas, quæ
cum apertiſſimè id declarent non poteſt
17 quis id negare. Exiſtimo primum † decla-
rationes Cardinalium adductas non eſſe
receptas in Hiſpania, ſed ſolum Concilium
vt iacet in quo non exprimitur conſuetu-
do immemorialis, & ea quæ derogatur
non ideo derogatur, quia irrationalis ſit;
ſed quia eſt contra *cap. conſuetudinem, de*
Cleric. non reſident. & quia magis conue-
nit cultui diuino aſſiſtentia in choro, Ca-
nonicorum & dignitatum. Exiſtimo ter-
tiò, quod quando † Legiſlator reprobat ali- 18
quam conſuetudinem, tanquam iniquam
& irrationabilem etiam derogat conſuetu-
dinem illam, etſi ſit immemorialis, quia
eius iniquitatem non aufert immemoriali-
tas, etiamſi ſit centenaria, quia iniquitas
nunquam præſcribitur, ita Couarr. *vbi ſu-*
pra; exiſtimo quartò, quod † Legiſlator 19
nunquam præſumitur reprobare conſuetu-
dinem tanquam iniquam, niſi id expri-
mat, quia nunquam præſumitur iniquitas,
quando factum, aut verba id non expri-
munt; vnde cum Trident. non exprimat
conſuetudinem non reſidendi vltra tres
menſes derogari, quia eſt iniqua ex verbis
Concilij immemorialem non eſſe deroga-
tam, niſi id declaraſſet Sacra Congregatio
cumque vllæ declarationes non ſint rece-
ptæ in Hiſpania, conſequitur, quod digni- 20
tates, etſi non reſideant per nouem men-
ſes illis fauet conſuetudo immemorialis
iuſtè percipiunt fructus & alia emolu-
menta.

Ex quibus conſtat ad fundamenta pri-
mæ ſententiæ, † ad declarationes Cardi- 21
nalium iam diximus, quare vbi ſunt rece-
ptæ illis omnino obediendum, ad ſecun-
dum reſpondeo optimam continere do-
ctrinam & aliis vſibus valdè vtilem, tamen
cum declarationes præfatæ non ſint rece-
ptæ in Hiſpania; non eſt receptum funda-
mentum ibi relatum, quod hæc conſuetu-
do ſit contra reſidentiam, quæ eſt de iure
naturæ, vt vidimus in ſuperioribus, † quã- 22
uis enim reſidentia ſit de iure naturæ, ta-
men non eſt de iure naturæ, quod digni-
tas reſideat nouem menſibus, ſicut enim in
ſua fundatione poteſt inſtitui, quod ſolum
reſideat per duos menſes, ita poteſt eſſe,
conſuetudine immemoriali, ex qua toti-
dem diebus teneantur dumtaxat in choro
intereſſe, & ſic conſtat ad ſecundum, quid
ſit reſpondendum.

Secundum, quod prælibandum eſt, quod
† conſuetudo poteſt abrogare legem, cu- 23
iuſcunque humani Legiſlatoris, etiamſi lex
prohibeat, & deroget conſuetudinem con-
trariam; lex enim iſta derogat quancum-
que conſuetudinem generalem antece-
dentem, & contrariam legi *cap. vt anima-*
rum. 1. *de conſtitutio. in 6.* tamen conſuetu-
do ſubſequens legem ipſam, legem etiamſi 24
iſta dicat, quod abrogat quamcunque
conſuetudinem, nam intelligitur de ante-
cedenti, non de ſubſequenti, ita Legio-
nenſis *de matrimon. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 19. 25
Palao *tom.* 1. *tractat.* 3. *diſputat.* 3. *punct.*4.
§. 2. *numer.* 7. Vuigerſ. 12. *quæſt.* 97. *arti-*
cul. 3. *num.* 43. Suarez *lib. de legibus cap.* 7.
num. 2. *&* *cap.* 19. *num.* 18. Salas *diſput.* 19.

ſect.7.n.71. Bandelus *lib.5. de lege. diſp.* 47.
16 imò † nequit legiſlator humanus legem ſtatuere ea conditione, vt nunquam contra ipſam valeat conſuetudo derogare, ratio ſumitur ex D. Thom. 1.2. *quæſt.97. art.* 3. quia
27 † Princeps non poteſt facere, quod lex ſua ſemper & omni tempore ſit vtilis Reipub. & de materia poſſibili atque ita nequit facere, quod conſuetudo non vincat legem, ipſámque deroget, quia inducit maiorem vtilitatem.

28 Imo addo, quod † licet legiſlator aliquam conſuetudinem abroget, quia irrationabilis eſt, & nociua Reip. & bono communi in qua derogatione, etiam comprehenditur conſuetudo immemorialis; hoc intelligitur attentis circumſtantiis, in quibus declaratur conſuetudo nociua & irrationabilis, nam iſtis mutatis poteſt conſuetudo non eſſe nociua, quia contrarius diuinum, ſed vel propter indecentiam, incommoditatem magnam populi, ob pericula, & alia incommoda, quæ omnia ſucceſſu temporis mutari
29 poſſunt † ita Legionenſ. *n.* 9. Suarez *cap.*19. *num.*14. Sanchez *l.7.de Matrim.diſp.4.n.*14. Azor. *tom.1.lib.5.cap.17.quæſt.*20. non enim ſemper quia nociua poſitiuè, ſed quia Reip. & Eccleſiæ non cenſetur conueniens.

Ex quo addo contra Bonacinam, *vbi infrà n.*3. quod etiam ſi lex non ſolum deroget conſuetudinem, ſed etiam eam reprobet,
30 † vt facit Bonifacius VIII. *cap. vnico de Cleric. non reſident.* conſuetudinem percipiendi diſtributiones quotidianas à non reſidentibus; advſque poteſt induci conſuetudo in contrarium; quod lucrentur ab abſentibus, quia non eo ipſo quod reprobatur conſuetudo, declaratur irrationabilis contra ius na-
31 turæ, aut diuinum, quare † poteſt ſubeſſe ratio ſufficiens, vt conſuetudo introducatur ex nouis circumſtantiis ſuperuenientibus ex quibus materia conſuetudinis cohoneſtatur, & materia legis, vt aliis circumſtantiis lata, his & minimè in hoc caſu ſpeciali redditur minus vtilis, & ſic contra ipſam valet introduci conſuetudo, quare, vt ipſemet
32 Bonacina *num.* 4. dicit quod quando † lex prohibet & reprobat conſuetudinem ſolum intelligitur de conſuetudine quæ non habet iuſtum motiuum, ſed intrinſecam habet malitiam, & ſic prohibitio ſolum excludit conſuetudinem futuram circa materiam indecentem.

33 Tertium prælibandum, eſt † conſuetudinem, quæ legem Eccleſiaſticam derogat, non ex eo dicitur rationalem, quia actibus peccaminoſis introducatur alias cum conſuetudo actibus contra legem factis introducatur & actus contra legem turpes ſint & peccata, omnis conſuetudo irrationalis eſſet, & nulla rationabilis, quod dici nequit; quare conſuetudo rationalis tunc eſt, quando actus quibus introducitur ſecluſa lege quam intendunt derogare verſantur circa materiam, alias nulla lege naturali, aut diuina prohibitum † poteſtque materia illa in- 34
tra rationis æquitatem concludi, aut lege, aut ſtatuto derogante legem, aut priuilegio honeſto Principis, quo quis à lege illa eximatur, ſi enim vtilitas reſplendens in materia conſuetudinis, quæ oppoſita eſt vtilitati, quæ reſplendebat in materia legis, quæ de- 35
rogatur, nequit intra rationis naturalis cancellos concludi, lege derogante aut priuilegio eximente, aut ſtatuto diſponente, nequit etiam eſſe materia conſuetudinis derogantis, aut inducentis nouam obligationem oppoſitam obligationi legis priori, conſuetudo enim † rationabilis, ſicut, & lex debet reſ- 36
picere honeſtatem rationis, quæ vtilis ſit bono communi ſecundum ſe, quamuis actus, quibus introducitur ex obiecto proximo, non habeant honeſtatem cum ſit prohibitum; & ideo malum, quamuis ſecundum ſe malum non ſit. Vnde † conſuetudo 37
irrationalis eſt, quæ reſpicit materiam, quæ ſecundum ſe vtilitatem attentis circumſtantiis obiectiuis, nequit intra rationis & honeſtatis metas concludi, aliqua lege aut priuilegio, aut ſtatuto, vnde etſi accedat Principis tacitus conſenſus, nequit habere vim legis, ſicut habet conſuetudo rationalis.

Hæc doctrina & ſi nō ita enucleata docetur communiter, ita † Sanch. *de matrimonio,* 38
*lib.7.diſp.14.à n.*14. Suar. *lib.7.de leg. cap.*18. Granad. 1.2. *tract.7.p.2. diſp.5.2.ſect.1.num.*2. Legionenſ. *lib.6.de matrim.cap.5.num.*2. Bandel. *vbi ſupra.* Salas *ſect.18.diſp.19.cit.* & me iudice idem ſenſerunt Gerſon. 3. *p. de vita ſpirit. lect.4.coroll.*13. Gabriel. *in.4.diſtinct.42. quæſt.1.art.3.dub.6.* Nauarr. *lib. conſil. tit. de cenſibus* (in meis) *conſil.7.n.3. in nouiſ.conſ.3. num.*3. dum dicunt † illam conſuetudinem 39
ſolum dici irrationabilem, quæ eſt contra ius diuinum aut naturale, per ius naturale intelligentes rationis naturalis æquitatem. Ex quo fit, quod conſuetudine introduci nequit, quod animarum Paſtores abſint à ſuis Eccleſiis, quia hoc, vt vidimus eſt contra ius diuinum, & naturale contra quod conſuetudo omnino irrationalis eſt, iniqua, & nociua ouibus, ſimiliter introduci nequit, quod † Canonicus aut Dignitas alicuius 40
Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ inſignis habentes ſufficientes prouentus omnino non reſideant, & tanquam præſentes choro omnes fructus, & prouentus percipiant, quia ex iure naturæ beneficium datur propter officium in choro perſoluendum, & ſic abſentia omnimoda à choro introduci nequit, quæ rationalis ſit, ſed erit omnino irrationalis

irrationalis, quantum vero temporis ſit requiſitum, vt conſuetudo ſit introducta, & faciat materiam, quam reſpicit, liberam ab obligatione legis contrariæ non eſt hîc diſputandum legatur Castro Palao *tom.1. tr.3.*
4 *diſp.3. punct.2. §.2. n.9.* vnum aduerto † quod dicendis valde conducit, ſi conſuetudo eſt iam introducta; & exurgit dubium an ſit rationabilis & bono communi aut non contraria, aut vtilis, ſtandum eſt pro conſuetudine; ſi tamen conſuetudo expreſſe reprobetur à lege, & dubitetur de conſuetudinis æquitate ſtandum eſt pro lege, quæ eſt in poſſeſſione honeſtatis ſuæ, quæ cum ſit clara ab honeſtate dubia nequit vinci, vt optimè Salas & Caſtro Palao §.1. *n.*1. & communis ſententia.

§. II.

Ponitur regula generalis circa excuſationem ex conſuetudine.

SVMMARIVM.

1. *Conſuetudo introducta poſt Concilium Tridentinum de lucrandis diſtributionibus quotidianis, an ſit maioris vacationis quam trium menſium.*
2. *Conſuetudine ſtante Canonicus poteſt lucrari diſtributiones quotidianas, ex Garzia.*
3. *An ſtante conſuetudine miſſus Canonicus ad negotium Eccleſiæ poſſit lucrari diſtributiones quotidianas.*

INfertur hæc regula tanquam morale principium in hac materia de diſtributionibus quotidianis lucrandis in abſentia à choro, *et-*
1 *ſi † conſuetudo introducta poſt Concilium Tridentinum de lucrandis diſtributionibus quotidianis præfatis ſit vacationis maioris quam triũ menſium, ſi tamen ſit ex rationabili cauſa ſic iudicata prudentum arbitrio valida erit & legitima, quæ ſemper præſumitur talis, ſi Prælatis videntibus & non contradicentibus obſeruetur.* Ita tenent & defendunt præfatam regulam & principium, loquentes in hac materia Couarr. *lib.3. variar. cap.13. num.6.* Garz. *p.3. de benef. cap.2. num.*348. Carol. Macin. *de horis cap.71. num.*41. Bonacin. *quæſt.5. punct.6. n.4.* Vaſq. *de benef. cap.4. §.3. dub.1. num.*4. Duen. *Regul.* 206. *limit.* 1. Hojed. *de incompatibil. cap.17. num.*10. & conſtat ex declarationibus Card. quas adducit Garz. *an.* 361. vbi
2 ſtante conſuetudine dicit, quod † Canonicus poteſt lucrari diſtributiones quotidianas huius principij, & regulæ ratio eſt, quia ex *dictis notat.*3. conſtat, quod conſuetudo poteſt legem abrogare, etiamſi lex dicat non obſtantibus conſuetudinibus, &c. quare ſi-
3 cut vt ait Congregatio † ſtante conſuetudine miſſus Canonicus ad negotium Eccleſiæ poteſt lucrari diſtributiones quotidianas. *cap. vnic. de Cleric. non reſident.* ſi adſit ſimilis conſuetudo, in aliis caſibus pariter etiam excuſabit ab intereſſentia, & lucrabuntur præfatæ diſtributiones.

§. III.

Subreſolutiones ampliantes regulam præfatam.

Regula adducta valdè vtilis eſt, continet enim ſub ſe varios caſus, qui extricandi ſunt ad conſcientiæ ſecuritatem.

SVBRESOLVT. I.

Licet ex conſuetudine abeſſe vltra tres menſes.

SVMMARIVM.

1. *An ex conſuetudine liceat abeſſe plus quam per tres menſes.*
2. *Canonicus etiam ex vi conſuetudinis immemorialis non poteſt lucrari diſtributiones quotidianas tribus menſibus recreationis à Concilio conceſſis, ex Congreg. apud Garziam.*
3. *An contra naturam rei non poſſit eſſe conſuetudo etiam immemorialis. & n.4.*
5. *An diſtributiones ex natura rei ſolum debeantur realiter præſentibus.*
6. *Diſtributiones quotidianæ an dentur præſentibus, ſiue realiter ſiue fictione iuris.*

EX hac Regula plures veniunt caſus decidendi. Primus † ex conſuetudine li- 1
cere abeſſe plus quam per tres menſes, vt per quatuor, & illis lucrari diſtributiones, quia ex priuilegio licet, vt ſit Alma Eccleſia Hiſpalenſis, & ſic etiam ex conſuetudine, poteſt introduci, ſimiliter tempore recreationis, quo ſicut lucrantur fructus ex Tridentin. *ſeſſ.24. cap.12.* ob eandem rationem poteſt introduci conſuetudo, vt eodem tempore lucretur diſtributiones, vt ſic allecti efficacius, & alacrius, toto alio anni tempore choro aſſiſtant.

Quando enim Congregatio apud Garz.
*num.*149. dicit, quod † Canonicus, etiam 2
vi conſuetudinis immemorialis non poſſet lucrari diſtributiones quotidianas tribus menſibus recreationis à Concilio conceſſis,
cuius videtur eſſe ratio, quia † contra natu- 3
ram rei non poteſt eſſe conſuetudo etiam immemorialis, natura autem diſtributionum eſt quod dentur præſentibus, non abſentibus, ſient licet contractus fiant ex voluntate humana tamen ſemel celebrati inducunt obligationem naturalem, contra quam nulla conſuetudo poteſt præualere, hoc inquam (quod fuit multorum funda-

mentum vt tenerent contrarium) non ob-
4 ſtat, quia Congregatio intelligitur de conſuetudine introducta ſine cauſa rationabili, vt *ſuprà* vidimus, ratio etiam quia nimium probet inefficax eſt, ſi enim veram doctrinam contineret, vtique nec infirmitas, nec neceſſitas, nec euidens Eccleſiæ vtilitas, ſat eſſent vt lucrarentur diſtributiones, nec Pontifex poſſet permiſſiuè approbare cauſas iſtas, vt de facto approbat *c. vnico de Cle-*
5 *ric. non reſident.* Etenim † diſtributiones ex natura rei ſolum debentur realiter præſentibus, cum omnes qui abſint ex cauſis iſtis, abſentes ſint realiter, non poteſt introduci conſuetudo, vt lucretur diſtributiones quo-
6 tidianas, quare verum eſt quod † diſtributiones quotidianæ dantur præſentibus; ſiue realiter, ſiue fictione iuris, quam fictionem introducit vel lex ſcripta, aut priuilegium, aut conſuetudo rationabilis; quare gloſſa, *ad præfatum c. vnic.* diſtinguit inter præſentem eſſe & intereſſentem eſſe, vnde præſentia poteſt introduci fictione iuris: ſecus intereſſentia, quia iſta ſemper realis eſt.

SVBRESOLVT. II.

Quando poteſt introduci quod in abſentia lucrentur fructus, poteſt introduci quod lucrentur diſtributiones?

SVMMARIVM.

1. *Quod introductum eſt lege, aut priuilegio, aut conſuetudine, quis abſens lucretur fructus, poteſt etiam introduci conſuetudine quod lucretur diſtributiones quotidianas.*
2. *An ſtudentes lucrentur diſtributiones quotidianas.*
3. *An ſi non adſit conſuetudo poſſint lucrari diſtributiones quotidianas.*
4. *An poſſit conſuetudine introduci, vt Canonici alliciantur ad aſſiſtendum officio nocturno.*

1 DEinde ex hac Doctrina infertur, quod † ſemper quod introductum eſt lege, aut priuilegio, aut conſuetudine, quod quis abſens lucretur fructus, poteſt etiam introduci conſuetudine, quod lucretur diſtributiones quotidianas, quia cauſa, quæ honeſtat lucrum fructuum in abſentia poteſt honeſtare lucrum diſtributionum, & intro-
2 duci poteſt quod † illas lucrentur ſtudentes, inſeruientes ſummo Pontifici, aut ſuo Ordinario, viſitantes ſuam iuriſdictionem, ita Couarr. *nu.* 5. & alij, poteſt etiam introduci conſuetudine, vt quis lucretur has diſtributiones, etiamſi dum celebrantur diuina ipſe vel ſacrum faciat, vel confeſſiones audiat, ſic enim & excitantur Canonici ad miſſandum & Eccleſia ſpecialē habet ſplendorem, tum ex multitudine Miſſarum, tum ex frequentia confeſſionum, ita Garzia, *c. 2. citato, n.* 333. *&* 348. † ſi vero non abſit con- 3
ſuetudo, eas non lucrabitur, niſi ad hoc munus exequendum mittantur à Superiore, vt declarauit Congreg. apud Garziam, *n.* 401.

Poteſt conſuetudine introduci, vt † Ca- 4
nonici alliciantur ad aſſiſtendum officio nocturno, quod perficitur matutinis & laudibus, quod tot diſtributiones illi dentur ac illis, qui omnibus aliis horis interſunt. Ita Azor. 2. *p. lib.* 7. *c.* 7. *q.* 6. Bonac. *punct.* 6. *nu.* 14. non tamen ex hac conſuetudine eximitur talis Canonicus ab aſſiſtentia aliarum horarum, ſed ſi aſſiſtat lucrabitur, ſecus vero ſi non aſſiſtat.

SVBRESOLVT. III.

Poteſt introduci quod fructus primi anni dentur hæredibus defuncti?

SVMMARIVM.

1. *An poſſit introduci quod fructus primi anni applicentur hæredibus Canonici defuncti, dentur etiam diſtributiones.*
2. *Authoris mens adducitur.*

INſertur etiam, quod ſicut † poteſt intro- 1
duci fructus primi anni applicandos eſſe hæredibus Canonici defuncti, vt conſtat, *ex extrau. ſuſcepti Regiminis, de elect. inter comm.* ita quod dentur etiam diſtributiones, ſubeſt enim cauſa honeſta, vt Canonicus recens hanc exerceat in ſuum anteceſſorem miſericordiam, ita Azor. *q.* 5. Bonac. *num.* 12. ſed
† ego hoc intelligo, ſi Canonicus recens ha- 2
beat victum, & veſtitum ex patrimonio, aut aliis beneficiis; ſi tamen non habeat, vnde viuat, conſuetudo eſt iniqua cum charitas bene ordinata incipiat à ſe nec decens eſt, quod Canonicus aliis minus decentibus exercitiis occupetur.

SVBRESOLVT. IV.

De diebus ad tonſuram.

SVMMARIVM.

1. *An Tonſura non ſit ſufficiens cauſa vt Canon. lucretur diſtributiones quotidianas.*
2. *Martini Nauarri ſententia affertur.*
3. *Aliud eſt veram eſſe cauſam abſentiæ, aliud quod ſit verum impedimentum.*

DE diebus ad tondendam barbam, Caſtro Palao, §. 12. *citato, nu.* 18. Garzia, *n.* 245.

1 *n*.245. Mone. 2.*p*.*q*.13.*n*.45. negat † eſſe ſufficientem cauſam vt Canonicus lucretur diſtributiones quotidianas, quia Barbæ raſio breui tempore perfici poteſt, abſque chori abſentia, & diuini cultus diminutione, poſſitque fieri extra tempus Diuinorum Officiorum. Sed ego non tam facilè damno conſuetudinem hanc, quæ in multis Eccleſiis à viris timoratæ conſcientiæ obſeruatur &
2 eam † approbat Religioſiſſimus Martinus Nauarrus vir valde timoratæ conſcientiæ, *de oratione*, *c*.5.*n*.21. vbi dicit, *ſe aliquando in contraria fuiſſe opinione, nunc autem altius cogitanti æquior videtur ſententia, quod hæc conſuetudo ſit rationabilis*, tum quia benignior; & parum nocens diuino cultui, dat tamen
3 doctrinam egregiam ibi, dicens quod † *aliud eſt veram eſſe cauſam abſentiæ, aliud quod ſit verum impedimentum; tamen ad introducendam conſuetudinem, ſatis eſt veritas cauſæ honeſtæ, quamuis non ſubſit verum impedimentum, cum poſſit alia hora barba radi, quæ non ſit impedimentum aſſiſtendi Choro.*

SVBRESOLVT. V.

An poſſit introduci, quod diſtributiones anniuerſariorum dentur abſentibus?

SVMMARIVM.

1. *An poſſit introduci conſuetudine quod anniuerſariorum diſtributiones abſentibus dentur.*
2. *Quæ voluntas ex iure naturæ exequi debeat.*
3. *An quicquid priuilegium Principis poteſt concedere, poſſit operari conſuetudo.*
4. *An conſuetudo legitimè introducta ab aliqua communitate, iuri tertij deroget, & vim legis obtineat.*
5. *Quid per modum æquiualentiæ detur.*
6. *Aliud eſt quod de facto non ſit introducta conſuetudo, aliud quod non ſubſit honeſta cauſa vt introducatur & n*.7.

1 SEd † an poſſit introduci conſuetudine quod diſtributiones, quæ ex teſtatorum voluntate ſolum dantur intereſſentibus, anniuerſariis & miſſis, dentur etiam abſentibus ex iuſta & rationabili cauſa; negant Bonac. *punct*.6.*cit*.*n*.8. Caſtro Palao, *n*.21.*& alij*, quia licet diſtributiones quæ ſunt deductæ, poſſit introduci conſuetudo vt lucrentur ab abſentibus, tamen iſtæ diſtributiones ex voluntate teſtatorum ſolum dantur præſen-
2 tibus, vnde cum † ex iure naturæ voluntas iſta exequi debet, non poteſt conſuetudo contra ius iſtud præualere, quia eſt irrationalis & iniqua, vnde in omnibus ferè Hiſpaniæ Eccleſiis vſus obtinuit, vt neque infirmis, neque in vtilitatem Eccleſiæ occupatis, neque alia quauis legitima cauſa impeditis diuidantur, ſed ſolum intereſſentibus.

Sed non arridet opinio; nam, † quicquid 3
priuilegium Principis poteſt concedere, poteſt operari conſuetudo, vt ipſi contrarij fatentur, neque enim Princeps poteſt aliquid contra ius naturale, aut diuinum, atqui multi ex Papæ priuilegio lucrantes abſentes diſtributiones has de quibus loquimur, vt Innocentius VIII. & Vrbanus VIII. conceſſerunt DD. Inquiſitoribus, vt ſuprà monſtraui, ergo & conſuetudo; ex qua poteſt haberi interpretatio vltimæ voluntatis defuncti, conſuetudo enim † legitimè intro- 4
ducta ab aliqua communitate iuri etiam Tertij derogat, & vim legis obtinet, *l. de quibus*, *leg. diuturna*. *D. de leg*. *cap*. *cum dilectus*, *& cap*. *finali*, *de conſuetudine*, & latè Suarez, *li*.7. *de leg*. *cap*. 18. *ferè per totum*, quamuis enim in ferè omnibus Hiſpaniæ Eccleſiis ſub nomine anniuerſariorum, & manualium non ſit introducta conſuetudo, quod dentur iſtæ diſtributiones, tamen ſub alio nomine dantur, † per modum *æquiualentiæ* eo ipſo quod 5
ex iuſta cauſa oriatur abſentia, rurſus quamuis neque hoc modo eſſet introducta conſuetudo, ſed † aliud eſt quod de facto non 6
ſit introducta, aliud quod non ſubſit honeſta cauſa, vt introducatur, ſicut eſt, vt detur priuilegium, verum eſt quod iuxta dicta in ſuperioribus ſi teſtator expreſsè, excludat abſentes ex quacumque cauſa, quantumuis honeſta & non obſtante priuilegio, ſicut neque priuilegium nihil tunc operatur, vt *ſuprà* dixi, ita nec conſuetudo aliquid operabitur, niſi ex circumſtantiis de nouo occurrentibus talis conditio poſita à teſtatore in damnum notabile vergeret Eccleſiæ.

§. IV.

Subreſolutiones limitantes Regulam.

SVBRESOLVT. VI.

Vtrum poſſit introduci quod diſtributiones non dentur infirmis & ſimilibus?

SVMMARIVM.

1. *An quod infirmis dentur diſtributiones poſſit conſuetudine introduci.*
2. *Bonifacij ſententia adducitur.*
3. *Infirmis non debent dari diſtributiones quotidianæ, ex Garzia.*

INfertur primò, poſſe introduci conſuetudinem rationabilem, quod † neque in- 1
firmi, neque exiſtentes in neceſſitate, aut pro vtilitate Eccleſiæ laborantes, ſi ab ſuis abſint

abſint Eccleſiis, & non interſint choro diſtributiones quotidianas non lucrentur. Subeſt enim rationabilis cauſa, ne cultus diuinus minuatur. Vnde etſi Bonifac. VIII.
2 *in cap. vnic. cit.* † dixerit huiuſmodi infirmis, & aliis non intereſſentibus ex neceſſitate impediti; aut in vtilitatem Eccleſiæ occupati, quod dentur diſtributiones, cum hoc ſit ius poſitiuum, contra ipſum poteſt introduci conſuetudo, præter quam quod huiuſmodi impeditis dentur diſtributiones, ſed approbat conſuetudinem illarum Eccleſiarum, in quibus ex honeſta cauſa introductum eſt, vt infirmis, & aliis dentur. Ita
3 Garzia *num.* 361. vbi affert verba Concilij approbantis conſuetudinem, quod infirmis non dentur diſtributiones quotidianæ. Dicit tamen Congregatio quod hæc conſuetudo præſcribitur ſpatio quadraginta annorum.

SVBRESOLVT. VII.

Vtrum poſſit introduci quod non ſint aſſignatæ diſtributiones quotidianæ?

SVMMARIVM.

1. *An poſſit eſſe conſuetudo in aliqua Eccleſia quod non ſint diſtributiones dandæ his qui interſunt diuinis.*
2. *An conſuetudo introduci poſſit, aut fieri ſtatutum à Papa confirmatum, quod diſtributiones non dentur intereſſentibus, ſed applicentur fabricæ Eccleſiæ. & n. 3.*
4. *Quæ obligatio ſit ex iuſtitia orta ex contractu, quo quis ſe obligat aſſiſtendi choro, etiamſi non ſint diſtributiones ſibi acquirendæ.*
5. *An ſuppoſito quod diſtributiones quotidianæ ſint aſſignatæ (non conſentientibus Canonicis) non poſſit introduci conſuetudo perpetua quod diſtributiones iſtæ illis non dentur. & n. 6.*

INfertur ſecundò, Reſolutio illius dubij,
1 an † poſſit eſſe conſuetudo in aliqua Eccleſia quod non ſint diſtributiones dandæ his, qui interſunt diuinis, breuiter dico primò, ſicut poteſt fundari Eccleſia, vt ferè omnes Indiarum fundatæ ſunt, quod omnes fructus præbendæ ſint diſtributiones quotidianæ, ita poteſt fundari Eccleſia in qua non ſint aliquæ diſtributiones, ſed quod præbendæ habeant ſufficientem groſſam ad ſuſtentandum Miniſtrum, qui tenebitur intereſſe diuinis, & ſi non interſit tenebitur reſtituere partem groſſæ, iuxta taxationem prudentum.

Dico ſecundò, etiam ſi ſuppoſito quod
2 † diſtributiones quotidianæ ſint aſſignatæ, & conſtitutæ, poteſt introduci conſuetudo, aut fieri ſtatutũ à Papa confirmatum, quod iſtæ diſtributiones non dentur intereſſentibus, ſed applicentur fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus, nec tunc diminuetur diuinus 3
cultus, ſed omnes tenebuntur reſidere ſub obligatione reſtituendi ſi non interſint, id quod correſpondet horis in quibus abeſt à choro; nam conſuetudo, ita introducta eſt ex conſenſu Canonicorum, qui conſenſus habet imbibitam obligationẽ aſſiſtendi choro, ne diuinus cultus minuatur, hæc autem † obligatio ex iuſtitia orta ex contractu, 4
quo, quis ſe obligat aſſiſtendi choro, etiam ſi non ſint diſtributiones ſibi acquirendæ, ſed pauperibus erogandæ, aut fabricæ (quia pauper eſt) applicandæ.

Dico tertiò, ſuppoſito quod † diſtribu- 5
tiones quotidianæ ſint aſſignatæ (non conſentientibus Canonicis) non poteſt introduci conſuetudo perpetua, quod diſtributiones iſtæ illis non dentur; ratio eſt, quia iure naturali & diuino eſt debitum ſtipendium laboranti, ex quo, qui altario ſeruit, de altario debetur ſtipendiũ. Eſt enim hæc obligatio naturalis, quare niſi cedat, is cui 6
facta eſt obligatio, contra illam nequit introduci conſuetudo, ita Tuſch. *tom. 2. lit. D. concluſ.* 514. *num.* 4. quidquid dicant Azor. *p. 2. lib. 7. cap. 7. quæſt.* 5. Bonac. *punct.* 6. *n.* 21. quos ſequitur Caſtr. Pal. *n.* 21. qui ſine fundamento vrgenti contrarium defendunt.

SVBRESOLVT. VIII.

Vtrum Canonico poſſit concedi Iubilatio?

SVMMARIVM.

1. *An poſſit conſuetudo introduci, quod Canonicus qui per quadraginta annos inſeruit Eccleſiæ iubiletur, & in abſentia lucretur fructus & diſtributiones quotidianas.*
2. *Caſtri Palai, Zenedi ſententiæ adducuntur nec non Nauarri, & n. 3.*
4. *An qui inſeruit per quadraginta annos valens ſit viribus, & nulla infirmitate præpeditus, nequeat ex quacumque conſuetudine, qua rationabiliſ ſit iubilari omnino à reſidentia in choro.*
5. *An poſſit pro aliquibus diebus & horis iubilari.*
6. *Spatium temporis non eſt inſtitutum, vt quis abſoluatur omnino ab obligatione naturali reſidendi. & n. 7.*

INfertur tertiò, quid dicendum eſt de iubileo abſentiæ, † an poſſit conſuetudo in- 1
troduci quod Canonicus qui per quadraginta annos inſeruit Eccleſiæ iubiletur & etiam

etiam in abſentia lucretur fructus & diſtri-
butiones quotidianas? ſicut ſeptuagenario
conceditur à multis qui ex conſuetudine
etiam in abſentia lucratur præfatas diſtri-
butiones, cum qui quadraginta annis inſer-
uit ſenex ferè ſemper ſit infirmus, & vale-
2 tudinarius, affirmant † Caſtro Palao *punct.9.*
§.12.num.9. Zened. *in collect.ad.6.decrect.col-*
lect.15.num.8. argumento ex *lege, à muneri-*
bus, D.de muneribus, in qua veterani milites
iubilabantur, & ita conſultus Gregor. XIII.
à Congreg. Concilij reſpondit tolerandum
eſſe ſtatutum Eccleſiæ Compoſtellanæ, id.
determinans. Neque huius contrarium do-
3 cuit Nauarr. *conſ.12.de cleric.non reſident.* ſo-
lum enim dicit quod non eſt aliquis Canon,
qui ita determinet; aut lex ciuilis, & loqui-
tur de conſuetudine introducta poſt Con-
cilium.

Hæc ſententia eſt probabilis, ſed exiſti-
4 mo, quod † ſi ille qui inſeruit per quadra-
ginta annos valens eſt viribus, & nulla in-
firmitate præpeditus, nequit ex quacum-
que conſuetudine, quæ rationabilis ſit iu-
bilari omnino à reſidentia in choro, quæ
eſt abſolutè de iure naturali, quia Benefi-
cium Canonicatus datur propter officium,
quare ſi hoc poteſt bene exerceri, quia va-
lens viribus, nequit aliqua conſuetudo ab
5 hoc omnino releuare; poteſt tamen † pro
aliquibus diebus, & horis iubilari qui qua-
dragenario ſpatio inſeruit Eccleſiæ, quod
vero ex vi quadragenarij ſeruitij ex nulla
conſuetudine poſſit iubilari omnino mihi
eſt indubitatum, niſi adſit alius titulus, vt
magnæ ſenectutis, quæ ipſa eſt morbus, &
6 ſimilis. Spatium enim † temporis non eſt
iuſtus titulus, vt quis abſoluatur omnino ab
obligatione naturali reſidendi, quod moti-
uum adeo eſt vrgens quod nec Pontifex ex
vi huius tituli ſolius poſſit Canonicum
omnino à reſidentia releuare, ita vt lucra-
cretur diſtributiones quotidianas. Sed de
7 hoc infra Reſolutio..... iterum redibit ſer-
mo, & meum dictamen propalabo, id
enim verum tenet, niſi Pontifex diſpenſet
in radice reſidentiæ, quæ eſt de iure poſiti-
uo in Canonicis.

SVBRESOLVT. IX.

Vtrum Canonici Procuratores reſidentes Romæ & in vna Regia lucrentur diſtributiones?

SVMMARIVM.

1. *An conſuetudine introduci poſſit, quod Procuratores Cleri Hiſpani, reſidentes pro negotiis eiuſdem cleri in Congregationibus, in Curia Romana, & Philippica, lucrentur fructus, diſtributiones quotidianas, & alia emolumenta, quæ lucrantur præſentes.*
2. *Vt vtilitas faciat præſentes quid requiratur.*
3. *An poſſit conſuetudine introduci, quod Vicarius, Prouiſor, &c. lucrentur diſtributiones.*

INfertur quartò, an poſſit conſuetudine
introduci, quod † Procuratores cleri Hiſ- 1
pani reſidentes pro negotiis eiuſdem cleri
in congregationibus, in curia Romana &
Philippicca, lucrentur fructus, diſtributio-
nes quotidianas & alia emolumenta quæ
lucrantur præſentes. Hæc omnia lucrari
non poſſe ex iure communi certum eſt, ſic
Rota *in vna Calagurri. fructuum. 18. Martij*
1583. *coram Bubalo* quam refert Gonz. *vbi*
ſupra gloſſ.5. num. 262. quare ſi ea lucrantur
eſt ex breui Clementis VIII. *dato. 28. Febr.*
1597. quia vt eſt communis ſententia † vt 2
vtilitas faciat præſentes non ſufficit, quod
ſit vtilitas totius Epiſcopatus aut ipſius Epiſ-
copi, ſed debet eſſe vtilitas Eccleſiæ in ſpe-
ciali, vt tradit Rota citata ex Ioanne An-
drea *ad cap.vnic.de cler. non reſident. num. 3.*
Dominico *ibi num.8.* Selua *de benef. quæſt.6.*
caſu 17. poteſt tamen † introduci conſuetu- 3
dine, quod omnes iſti, Vicarius, Prouiſor,
Iudex Eccleſiæ, & ſimiles officiales lucren-
tur diſtributiones, quia eſt cauſa honeſta,
inſeruiunt enim toti Epiſcopatui, & etiam
ſuæ Eccleſiæ Matrici, quamuis ſub ratione
vniuerſali, & maior vtilitas cernitur in hoc
quod inſeruiat toti Epiſcopatui, quam ſi
Eccleſiæ.

SVBRESOLVT. X.

Vtrum poſſit conſuetudine introduci, quod quis per alium ſuppleat reſidentiam in choro?

SVMMARIVM.

1. *An poſſit conſuetudine introduci quod quis per alium ſatisfaciat obligationi reſidendi in choro, & intereſſendi horis canonicis per alium.*
2. *Hoc in aliquibus Italiæ Eccleſiis eſſe introductum teſtatur Bonacina.*
3. *An damnum fiat cultui diuino cui non intereſt quod vnus potius quam alius infirmat, ſi ſit eiuſdem Eccleſiæ.*
4. *Cur non poſſit introduci quod ſubſtitutio fiat per miniſtrum aut ſacerdotem alterius Eccleſiæ.*
5. *An non poſſit conſuetudine introduci quod quis omnino non reſideat in Eccleſia per ſe, ſed per ſubſtitutum, & ſic lucretur fructus.*
6. *Quãdonã conditor habeat ius ad beneficiũ.*

7. An

7. *An conſuetudine introduci poſſit vt aliqua hebdomada vnus Canonicus non occupatus, & abſolutus à reſidentia, pro alio ſubſtituatur. & num.* 8.

9. *Canonici omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos debent obire officio ex Conc.*

INfertur quinrò, an ſicut ex priuilegio
Ponrificis coadiuti inſeruiunt ſuam præ-
1 bendam per Coadiutores; † poſſit introdu-
ci conſuetudine quod quis per alium ſatis-
faciar obligationem reſidendi choro, & in-
tereſſendi horis Canonicis per alium? affir-
mant Bonac. *vbi ſupra, num.* 17. Caſtro Palao
num. 11. Petr. Nauar. *de reſtitutio. lib.* 2. *cap.* 2.
num. 217. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 185. &
2 ſic † reſtatur Bonacina in aliquibus Eccleſiis
Italiæ eſſe introductum, poſt Concilium
Trident. quod derogauit omnem conſuetu-
dinem, quæ erat ante ipſum, tum quia quod
fiat reſidentia in choro perſonalis ſolum eſt
de iure humano, quod poteſt derogari con-
3 ſuetudine, tum quia † non fit damnum cul-
tiui diuino, cui non intereſt quod vnus po-
tius quam alius inſeruiat, ſi ſit eiuſdem
Eccleſiæ, ſed ego non video cur non poſſit
4 etiam introduci quod † hæc ſubſtiturio fiat
per Miniſtrum, aur Sacerdotem alrerius Ec-
cleſiæ. Verum eſt, quod ex vi prioris con-
ſuetudinis non infertur ſecunda, quia cum
ſit conrra ius ſtrictè eſt interpretanda.

5 Sed ego exiſtimo primò, † non poſſe
conſuetudine inrroduci, quod quis omnino
non reſideat in Eccleſia per ſe, ſed per ſub-
ſtitutum, & ſit lucretur fructus, & diſtribu-
tiones, quia reſidentia ex vi Canonicatus
eſt perſonalis, de iure naturæ quia habet
perſonaliter beneficium requirens reſiden-
tiam, & ſic perſonaliter debet exercere of-
ficium requiſirum, niſi Pontifex alteri det
beneficium in Coadiuroriam cum futura
6 ſucceſſione, tunc enim † coadiutor habet
ius ad beneficium, & ſic ex vi huius con-
ceſſionis Pontificiæ coadiutus, & coadiutor
non ponunr in noſtro, & ſic coadiutus ha-
bet perſonalem reſidentiam rarione coad-
iutoris; eſt quando non datur Canonicatus
in coadiutoriam coadiutor, & ſubſtitutus
non habet ius ad beneficium, & ſic non po-
teſt ſupplere reſidentiam perſonalem.

7 Exiſtimo ſecundò, conſuetudine intro-
duci poſſe, vt aliqua hebdomada vnus Ca-
nonicus non occupatus, & abſolutus à reſi-
dentia, quia eſt intra dies vacationis, pro
alio ſubſtituatur ita declarauir ſacra Con-
gregatio Concilij *die* 17. *Iulij* 1585. ad peti-
8 tionem Epiſcopi Abulenſ. & refert Garzia
cap. 2. *citat. num.* 503. & ſacra rituum Con-
greg. *die* 18. *May* 1602. & Zerola *in praxi,*
2. *p. verb. Canon.* §. 5. refert aliam declaratio-
nem circa idem *in vna Placentina, die* 25. *Iunÿ* 1570. vtramque noſtram concluſionem
tener Garz. *num.* 459. & hinc eſt quod Con-
cilium *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *verſ. præterea.* præcipit
Epiſcopis, & aliis Superioribus habentibus
iuriſdictionem in capitula, quod iurare te-
neantur, *quod † Canonici omnes diuina per ſe,* 9
& non per ſubſtitutos obeant officia, quo ſtan-
te præcepto nequir conſuetudo introduci
quod ego intelligo, iuxta *d.* 1. *concluſ.*

SVBRESOLVT. XI.

Habens duos Canonicatus in diuerſis Eccleſiis, non poteſt lucrari diſtributiones in Eccleſia in qua non reſidet.

SVMMARIVM.

1. *An non poſſit habens duos Canonicatus in duabus Eccleſiis acquirere ius percipiendi diſtributiones quotidianas illius Eccleſiæ in qua non reſidet.*

2. *Garzia & Ojeda mens adducitur. & numero* 3.

4. *An dum Canonicus lucratur fructus, diſtributiones lucretur. & n.* 5.

6. *An diſpenſatus in non reſidentia non lucretur fructus, niſi id expreſsè concedat Pontifex in diſpenſatione, & n.* 5.

INfertur ſextò, † non poſſe habentem 1
duos Canonicarus in duabus Eccleſiis ac-
quirere ius percipiendi diſtributiones quo-
ridianas illius Eccleſiæ in qua non reſidet,
& ſi non interueniat conſuetudo quæ ratio-
nalis non poteſt eſſe, ita Couarr. *lib.* 3. *va-
riar. cap.* 13. *num.* 6 ſed hîc nihil dicit de hac
illatione, ſed an debearur duplex diſtribu-
tio ei qui eſt ſimul Archidiaconus, & Ca-
nonicus quare male citatur à Bonacina, ſed
† eam tenet Garzia *c.* 2. *cit. num.* 343. *&* 185. 2
vnde ſacra Congregatio dicit, quod debet
reſidere, ſi ſunt æquales in quo maluerit,
nō poteſt ramē diſtributiones quotidianas,
niſi illius in quo reſidet lucrari, bene tamen
fructus eo ipſo, quod Papa diſpenſauit
quod duos Canonicatus haberet: idem te-
net Ojeda *de incompatibili.* 1. *p. cap.* 17. *verſic.
& ita concluſ.* niſi fructus Canonicatus con- 3
ſiſtant omnes in diſtributionibus, & ſciente
Papa ita eſſe, nihilominus diſpenſauit, tunc
enim † ſicut lucratur fructus, lucratur diſtri- 4
butiones vtriuſque, ſed non omnes illius in
quo non reſidet, etiamſi non habeat alios
fructus, ſed aliqua pars ob alia onera, quæ
habet Canonia illi poteſt rribui, vt pro re-
citando officio; dignus eſt operarius cibo
ſuo; quare reſpectu iſtius habentes duos
Canonicatus ex diſpenſatione, ille in quo
non reſidet habet modum beneficij ſimpli-
cis, quem conſtituit Papa implicitè diſpen- 5
ſatione ſua, ſine qua implicat quod conſue-
tudine

tudine introducatur, quod quis habeat duos Canonicatus Cathedralium, aut Collegiatarum inſignium, quia iſti ex ſua fundatione requirunt reſidentiam perſonalem. Vnde notat optimè Rebuf. *in prax. tit. de diſpen-*
6 *ſat. in non reſid. num.* 22. *&* 60. quod † diſpenſatns in non reſidendo non lueratur fructus, niſi id expreſsè concedat Pontifex in diſpenſatione: quæ ſi non exprimat, ad id deſeruiet, vt propter abſentiam non poſſit priuari præbenda: hinc eſt, quod ſi Canonicus fiat Religioſus, aut Epiſcopus Italiæ, qui
7 Romæ examinatur, etſi legitimè excuſentur à reſidentia non tamen lucrantur fructus, ſed neque priuari poſſunt.

RESOLVTIO IV.

De priuilegio excuſante.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium Principis an ſit priuata ipſius voluntaria determinatio.*
2. *An ſi aliquid contra ius commune non elargiutur princeps, propriè priuilegium non ſit.*
3. *Priuilegium propriè, eſt propriè diſpenſatio.*
4. *An Priuilegium ad lucrandum fructus Canonsæ & quotidianas diſtributiones in abſentia ſit diſpenſatio, & exemptio à iure communi.*
5. *Quodnam priuilegium nullus poſſit concedere, contra n.* 6.
7. *Ad quam diſpenſationem requiratur cauſa ſufficiens.*
8. *An Pontifex non poſſit vltimas voluntates fidelium ſine cauſa mutare & n.* 9.
10. *Authoris meus.*
11. *An non poſſit praſeribi contra voluntatem teſtatoris requirentis reſidentiam in choro, & n.* 12.
13. *Caſtri Palai ſententia.*
14. *Summus Pont. de facto conceſſit priuilegium tum Eccleſiarum Capitulis tum perſonis particularibus, vt in abſentia perſonali lucretur fructus & diſtributiones quotidianas ex cauſis, quas ipſe Paſtor iudicauerit rationabiles, & n.* 15.
16. *Tribus menſibus vacationis alium adiunxit ſummus Pont.*
17. *Vnde Inquiſitores lucrentur diſtributiones quotidianas, & n.* 18.
19. *An Prabendati qui ſummo Pontifici inſeruiunt ex Apoſtolico priuilegio lucrentur fructus & ſi non diſtributiones.*
20. *An Prabendati ex priuilegio Apoſtolico fiant praſentes ad fructus Prabendarum ſuarum lucrandos.*
21. *Qui Papa familiares ſint declarati.*
22. *An lex Concilij poſterior limitetur per legem priorem.*
23. *An liceat Epiſcopo habere duos Canonicos in ſuo ſeruicio qui lucrum facient fructus ſua Prabenda, ac ſi praſentes eſſent, non tamen diſtributiones quotidianas, & numero* 24.
25. *Nauarri mens adducitur.*
26. *Qui Canonici lucrentur diſtributiones & n.* 27.
28. *An Epiſcopus qui comitari debèt, debeat eſſe ille in cuius Eccleſia eſt Canonicus.*
29. *Si Canonicus habeat duos Canonicatus an debeat comituri Epiſcopum in cuius Eccleſia reſidet.*
30. *An hodie ſubſiſtat priuilegium abſentia ad lucrandum fructus, quod conceſſit Pontifex Regibus Gallia.*
31. *An Canonici & Prabendati exiſtentes in ſeruitio Regia Capella, poſſint lucrari fructus ſuorum Canonicatuum.*
32. *An Priuilegium Regibus conceſſum ſit derogatum & n.* 33.
34. *Quodnam priuilegium poſſint amittere Principes per non vſum.*
35. *Bonacina mens,*
36. *Item auctoris opinio.*
37. *An qui legato Papa ſeruit & Cardinali actualiter Roma reſidenti in ſeruicium Eccleſia, cenſeatur Papa inſeruire & numer.* 38. 39. 40. *&* 41.
42. *Qua immunitate non gaudeant ſeruitores Collectornm, & Subcollectorum aut Auditorum Rota.*
43. *Garzia ſententia.*
44. *Cardinalis Raynutij doctrina.*
45. *Quodnam ſtatutum ex vi viua vocis oraculi confirmatum fuerit.*
46. *Per decretum Concilij non eſt derogatum indultis Apoſtolicis, ex Cong. Card.*
47. *Priuilegium abſentia ad lucrandum in abſentia cum ſit contra ius commune, ſtrictè eſt interpretandum ſeruata vocum & verborum propria ſignificatione, remiſſiuè.*
48. *Priuilegium abſentia eſt diminutiuum cultus diuini.*
49. *An dua partes diſtributionum ponantur loco fructuum, & tertia relinquatur intereſſentibus.*
50. *Canonicus qui habet priuilegium abſentia ad lucrandas diſtributiones non poteſt per iudicem cogere Capitulum ad diſtributionum reſtitutionem, quas bona fide partitum eſt in reliquos Canonicos ex Bonac.*
51. *Priuilegiatus habet ius ad fructus & diſtributiones à die quo Roma expedita ſunt Bulla priuilegij non à die ſubſcriptionis ſupplica, & n.* 52.
53. *A quibus diſtributiones ſint expoſtulanda. & n.* 54.

55. *Qui habet priuilegium abſentiæ ad duos, tres & menſes, ſi vltra hos menſes abſens ſi in anno, poteſt vti integris menſibus priuilegij, ex Bonac.*

56. *Quæ abſentia debeat munerari iuxta intereſſentiam in Choro eiuſdem anni.*

57. *Qui toto anno non aſſiſtit cultui diuino an debeat gaudere priuilegio dato in leuamen grauitatis reſidentiæ.*

1 CVm † priuilegium Principis ſit priuata ipſius voluntaria determinatio, qua alicui concedit Beneficium, aut gratiam aliquam ſpecialem contra commune ius, à quo Priuilegiatum eximit diſpenſando cum illo in lege communi, qua communitas obligatur vt conſtat ex Iſidoro *lib.* 5. *originum, cap.* 18. relato, *cap. priuilegia* 3. *diſtinctio. cap. in his de priuileg.* & eſt communis priuilegij definitio vt tradunt Azor *tomo* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. Vaſquez 12. *diſput.* 151. *num.* 2. 3. *&* 19. Suarez *de leg. lib.* 8. *cap.* 1. *numero* 3. Syluester *verbo priuilegium num.* 1. & alij ſi
2 enim † aliquid contra ius commune non elargiatur Princeps, propriè priuilegium non eſt; ſed indultum, & beneficium Principis, vt declaratio iuris communis. Donatio Principis vel rei pretio æſtimabilis, vel iuriſdictionis & poteſtatis vt ſunt multa Regularium priuilegia ad abſoluendum, ad diſpenſandum, ad lucrandum indulgentias, &c. Quæ ſi non ſint contra ius commune propriè priuilegia non ſunt, vt tenent Syluester *vbi ſuprà*, Panormitan. *in cap. olim de verborum ſignificatio. num.* 7. Bartholus *leg. ſi finita §. ex hoc edicto D. de damno infecto, num.* 5. & eſt apud vtrius iuris peritos
3 communior ſententia, & ratio eſt † quia priuilegium propriè eſt propriè diſpenſatio, *capite Abbate, capite in his de priuilegiis*, aſt propria diſpenſatio, eſt propria exemptio à lege, & ſic diſpenſat in aliquo, quod lex præcipit, & ſic eſt contra legem tam diſpenſatio, quam priuilegium.

4 Igitur † priuilegium ad lucrandum fructus Canoniæ, & quotidianas diſtributiones in abſentia propriè eſt tale cum ſit diſpenſatio, & exemptio à iure communi, *in cap. vnico. de Cleric. non reſident. in* 6. & Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *verſ. præterea*, vbi ſtatuitur quod diſtributiones quotidianæ ſolum dentur intereſſentibus Choro horis
5 nocturnis, pariter & diurnis. Hoc † priuilegium ſi perpetuum, aut ad longum tempus nullus præter Concilium generale, & ſummus Pontifex poteſt concedere, ſiue priuatæ perſonæ, ſiue communitati, aut capitulo alicuius Eccleſiæ, *vt infrà*, latius oſtendam.

6 Et quidem † ſummum Pontificem, & Concilium generale vna cum ſuo capite poſſe hoc priuilegium quantum ad non aſſiſtentiam in Choro abſolutè concedere, nulli Catholico debet eſſe dubium, quia Pontifex habet plenitudinem poteſtatis ad diſpenſandum in toto iure poſitiuo humano Canonico, aſt aſſiſtentia Canonicorum in Choro, & quod aſſiſtentes fructus & diſtributiones quotidianas lucrentur, eſt ex iure poſitiuo atque ita in illo poterit diſpenſare. Sed † an ad hanc diſpenſationem 7
requiratur cauſa ſufficiens ſine qua ſi non ſubſiſtit nulla ſit diſpenſatio, ita vt diſpenſatus tutus non ſit in conſcientia. Caſtro Palao §. 10. dicit quod licèt quoad Chori aſſiſtentiam valida eſſet quia tota & totaliter pendet à iure Canonico, tamen quoad lucrum diſtributionum quotidianarum ſi iſtæ relinquatur à fidelibus illis, qui Choro interſunt, cum † Pontifex non poſſit vlti- 8
mas voluntates fidelium ſine iuſta cauſa mutare, quia horum bonorum Papa non eſt Dominus, ſed Adminiſtrator, & diſpenſator, ideo nequit in hic diſtributionibus ſine iuſta cauſa validè diſpenſare, ſi tamen diſtributiones quotidianæ extrahantur ex fructibus beneficiis, diuidanturque ſingulis diebus intereſſentibus etiamſi diſpenſatio, & priuilegium concedatur ſine cauſa; licitè poteſt quis illo vti quamuis illicitè, abſque cauſa ſit conceſſum.

Ex quo fit quod Canonicatus & præ- 9
bendæ quarum fructus conſtituti ſunt in diſtributionibus quotidianis ex ſua fundatione, quia ſic fundatur voluit inſtituere vt maiori feruore, & aſſiſtentia cultus diuinus celebretur, nequit Pontifex ſine iuſta cauſa, dare priuilegium abſentiæ ad eas lucrandas diſtributiones quotidianas.

Sed † ego exiſtimo quod ſi diſtributio- 10
nes iſtæ depromptæ ſunt ex fructibus ipſorum Canonicatuum cum iſti à fundatore ſint inſtituti ad pſallendum in Choro, & hæc fuerit eius vltima voluntas vt diuinus cultus celebraretur, omnis fructus eſt ex inſtitutione ſuæ Canoniæ annexus Choro; quia tamen lapſu temporis hæc annexio maiori ex parte propter corruptelam contra voluntatem fundatoris ſeparata fuit, Eccleſia volens hanc corruptelam euertere, vt cultus diuinus frequentaretur ex groſſa beneficij aliquam portionem ſe rogauit, vt ſic teſtatoris voluntas quãtum fieri poſſit omni meliori modo exequeretur, neque enim † poteſt præſcribi contra vo- 11
luntatem fundatoris requirentis reſidentiam in Choro (maximè ad multum temporis) vt tenent multi quos ſequuntur, & citat Moneta, *de vltimo, voluntatem, commut.*

commnt. cap. 10. *quaſt.* 4. *num.* 224. & 225. vnde eum fructus iſti mancipati ſint ex voluntate Teſtatoris officio diuino iu choro
12 naturali obligatione orta ex tali voluntate, nequit Pontifex valdè diſpenſare, ſicut neque de aliis, quæ relicta ſunt aſſiſtentibus
13 in choro de quibus † loquitur Caſtro Palao, quod ſecus eſt ſi diſtributiones iſtæ deſumptæ ſint ex aliis legatis liberis à choro relictas Capitulo, vel ex aliis beneficiis ſimplicibus, tunc enim ſine cauſa valet diſpenſatio.

14 Sit igitur certa Regula † *licitè & validè Summus Pontifex de facto conceſſit priuilegium tum Capitulis Eccleſiarum, tum perſonis particularibus, vt in abſentia perſonali lucretur fructus & diſtributiones quotidianas ex cauſis quas ipſe Summus Paſtor rationabiles iudicauerit.* Hæc regula eſt indubitata in iure, & apud omnes ſcribentes; vnde vt Concilium de facto conceſſerit pro tribus menſibus priuilegium abſentiæ
15 ſufficiens cauſa eſt, quod reſidentia ipſa ſit, & nimis pœnoſa, quare ad animi leuamentum, & recreationem ne grauetur nimis fragilis, & infirma natura, ſicque cum alacritate cultum diuinum Præbendati
16 exequantur, Summus † etiam Eccleſiæ gubernator, & rector attendens etiam ad Religionis temperiem, vltra tres menſes alium adiunxit ex ſingulari priuilegio, vt eſt in hac alma Hiſpalenſi Eccleſia.

17 Hinc eſt quod † Inquiſitores & Fiſcales ſancti Officij ex multis bullis & vltima Vrbani VIII. quam ſupra dedimus. Auditores Rotæ ex bullis Clementis VII. quam refert Barboſa *allegat.* 53. *num.* 155. & inter alia DD. Auditorum indultarefert Saraiua, *de adiunctis quaſt. vltima*, Collectores generales Cameræ Apoſtolicæ Subcollectores, Aduocati, Procuratores, fiſcales, & Notarij in cauſa ſpoliorum, & virium præfatæ Cameræ, eorum officio durante ex
18 Bulla Sixti V. *edita* 8. *Maij* 1590. Hi enim omnes lucrantur non ſolum fructus ſuorum Canonicatuum, ſed etiam diſtributiones quotidianas.

19 Rurſus † ex Apoſtolico priuilegio lucrantur fructus etſi non diſtributiones Præbendati, qui Summo Pontifici inſeruiant, quod ſeruitium eſt ſufficiens cauſa abſentiæ *cap. cum dilectus de Cleric. non reſident.* vbi redditur cauſa huius priuilegij, *quia* (inquit Pontifex) *circa Nos ſe obſequiales exibent & perſequens, ſe obſequiales exhibent vniuerſis*, & ſic Papæ familiares dicuntur vniuerſæ Eccleſiæ inſeruire, & ſic quamuis
20 habeant ſalarium † ex priuilegio Apoſtolico fiunt præſentes ad fructus præbendarum ſuarum lucrandos; quia circa perſonam Principis exercent ſeruitium; ex cuius defectu Protonotarij, & alij multi officiales Romanæ Curiæ, etſi ſint familiares Papæ, non tamen gaudent hoc priuilegio, quia non exercent officium circa Papæ perſonam, vt exercent Capellani, Camerarij, Secretarij, qui ex mandato Papæ expreſſo in curia commorantur ad aliquod ipſius ſeruitium, vel quibus committitur in curia vel extra negotium.

De Cantoribus, & aliis Officialibus muſicæ inſeruientibus in Capella ſanctiſſimi 21
† iſti enim omnes ſunt declarati familiares Papæ à Sixto V. *in Conſtitutione edita anno* 1586. §. 3. iuxta quod Rota *in vna Barbaſten. Canon.* 26. *Iunij* 1616. *coram Duran.* determinauit, quod iſtis Cantoribus actu inſeruientibus debentur fructus ſuarum præbendarum; vnde *cap. cum dilectas* citatum, & *caput de catero*, & *caput ad audientiam, de Cleric. non reſident.* non ſunt derogata per Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *verſic. preterea*, imo † lex Concilij poſterior limi- 22
tatur per legem priorem de qua non fit expreſſa mentio in poſteriori, vt latè doctiſſimus Barboſ. antiquior, *leg.* 1. *num* 8. *D. ſoluto matrimonio*, Thomas Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſput.* 24. *num.* 6. cui doctrinæ innixa Sacra Congr. Cardin. interpretum Tridentini cenſuit † licere Epiſcopo habere duos 23
Canonicos in ſuo ſeruitio iuxta *cap. de catero, & cap. ad audientiam citat*, qui lucrum facient fructus ſuæ præbendæ, ac ſi præſentes eſſent, non tamen diſtributiones quotidianas; niſi Canonicatus conſiſteret in diſtributionibus quotidianis, tunc enim Canonici comitantes Epiſcopum ſolum amittunt 24
tertiam partem; quia accreſcet deſeruientibus, vt declarauit eadem Congregatio.

Si tamen conſuetudo ſtet, quod Canonici ſeruientes, & comitantes Epiſcopum lucrentur diſtributiones quotidianas, etiam ſi in his ſit ſita tota groſſa Canonicatus etiam lucrabuntur tertiam partem, quam excipit Sacra Congregatio, quæ accreſcit præſentibus & ex conſuetudine lucrantur prædicti, quamuis Nauarrus † *conſil.* 2. *de* 25
Cleric. non reſident. ſatis probabiliter ſentiat, quod conſuetudo non iuuat, vt Canonici comitantes Epiſcopum diſtributiones lucrentur. Has tamen lucrantur Canonici miſſi à ſuis Epiſcopis ad ſuo nomine 26
viſenda limina Apoſtoli; ſic determinauit Sixtus V. *Bulla ad hoc edita anno* 1585. *incipit, Romanus Pontifex & anno ſequenti* 1589. *die* 21. *Aprilis* Sacra Congreg. Concilij ad Archiepiſcopnm Hiſpalenſ. reſcribens nitens præfatæ Bullæ, iterum declarauit; quod verum tenet etiamſi non ſint Canonici de Capitulo, ſed alij præbenda- 27
ti, ſi comitentur Epiſcopum viſitantem duo Canonici ambo lucrabuntur di-

ſtributiones, etiamſi alij duo maneant inſeruientibus Epiſcopo in ciuitate, qui etiam lucrabuntur non tamen poſſunt mitti ab Epiſcopo duo ad viſitanda limina, niſi
28 conſuetudo ſtet in contrarium. † Epiſcopus autem qui comitari debet, debet eſſe ille in cuius Eccleſia eſt Canonicus, & non alius, etiamſi ſit Epiſcopus originis, aut beneficij: quia quantum ad hoc non cenſetur proprius Epiſcopus *cap. de cætero. & cap. ad au-*
29 *dientiam citat.* Si tamen habeat duos Canonicatus, debet commutari Epiſcopum in cuius Eccleſia reſidet, & huius lucrabitur diſtributiones quotidianas, & non alterius, ſed ſolum fructus.

30 Sed nunquid † hodie ſubſiſtat priuilegium abſentiæ ad lucrandum fructus, quod conceſſit Pontifex Regibus Galliæ, vt teſtatur Boërius *deciſ.* 17. & Rebuff. *in concordia tit. de collat.* §. 1. *verſic. reſidentia.* & Regibus Hiſpaniæ conceſſit Paulus III. vt teſtatur
31 Garz. *vbi ſupr. num.* 165. vt † Canonici Præbendati exiſtentes in ſeruitio Regiæ Capelæ, poſſint lucrari fructus ſuorum Canonicatuum affirmant ſubſiſtere, Boërius, & Rebuffus citati, Petrus Grego. *de beneficiis, cap.* 7. *num.* 9. Ceuallos *in comm contra comm. quæſt.* 585. *num.* 7. Selua *de beneficiis, part.* 4. *quæſt.* 6. *caſu.* 24. Negant vigere tale priuilegium ſed derogatum per Trident. & Bullam Pij V. Garzia *num. citat. & n.* 389. Bonacina *diſp.* 2. *citat. quæſt.* 5. *punct.* 3. §. 1. *n.* 3. Palao §. 8. *n.* 5.

Sed mihi prior ſententia arridet quia licet Concilium, & Pius V. omnia priuilegia
32 conceſſa aliquibus perſonis derogauerit, † tamen priuilegium conceſſum Regibus derogatum non cenſetur, niſi fiat expreſſa mentio de illo, tum, quia ordinariè priuilegia conceduntur regibus ob ſeruitia facta, aut facienda Eccleſiæ quare tranſeunt in vim contractus, & ſint cauſa expreſſa in derogatione priuilegij Regij iſtud non cenſe-
33 tur derogatum; tum quia in communibus formis derogandi, niſi Regum fiat expreſſa mentio in bulla illis conceſſa, non intelliguntur comprehendi; & reuocatio generalis non comprehendit perſonam Regiam, argumento *cap periculoſum de ſentent. excom-*
34 *municat. in* 6. verum eſt quod † hoc priuilegium poſſunt amittere Principes per non vſum, & quia volunt illi renunriare, & non vti gratia ſibi à Papa conceſſa.

De ſeruitoribus Cardinalium, an gaudeant ſimili priuilegio ac gaudent ſeruitores Papæ, negant Garz. *n.* 388. & 423. Moneta 2. *p. quæſt.* 9. *n.* 7. Bonacin. *n.* 3. *citato.* Caſtro Palao *num.* 4. ſed affirmant Selua *vbi ſupra, caſu* 21. Villa Diego *de Card. n.* 63. Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 4. *verſ. quæras aliquis.* Zerol. *in prax.* 1. *p. verbo Reſidentia.* §. 4. tenet etiam Diana *q.* 5. *tract.* 2. *reſolut.* 89. pro qua citat verba Cuchi. *in inſtitut. Canonic. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 69. tenent Laudenſ. *de Cardin. quæſt.* 69. Albanus *de Cardin. quæſt.* 42 *priuileg.* 6. qui alios citant, & † Bonacina *num.* 4. idem ſentit de 35 Legato à Latere Summi Pontificis, & ſic (*inquit*) tenet communis opinio apud Garziam *n.* 382. id quod Rota in vna Romana. S. Petr. 8. *April.* 1622. *verſ. placebat etiam Dominis: coram Pirouano dixit.*

Sed ego † ſub diſtinctione loquor, & di- 36
co quod ſi Cardinalis eſt Romæ actu inſeruiens Eccleſiæ vniuerſali, vel extra Romam exercet officium aliquod ſibi à ſummo Paſtore deſignatum in vtilitatem Eccleſiæ, vel ad pacem componendam inter Principes Catholicos, vel quid ſimile eius familiares lucrantur fructus Beneficij & non diſtributiones, non ſecus ac familiares legati, hæc eſt mens ferè omnium Doctorum ſecundæ ſententiæ, & determinauit *Rota citata*, quia † qui legato Papæ ſeruit, & Car- 37
dinali actualiter Romæ reſidenti in ſeruitium Eccleſiæ cenſetur inſeruire ipſi Papæ, quia iſti ſunt de corpore Papæ, vnde familiares Cardinalium actualiter in ſeruitium præſumuntur, inſeruire ipſi Papæ nec ex hoc ſequitur proceſſus in infinitum vt infert Bonacina, quia ſeruitor ſeruitoris non 38
cenſetur pertinere ad Cardinalis ſeruitium, & ſic non præſumitur ſeruire Papæ.

Si tamen Cardinales neque ſint legati 39
Papæ, neque actualiter ſint in curia Romana, illi in Conſiſtoriis, congregationibus, & conſultationibus inſeruientes; ſed ſunt vel in ſuis Diœceſibus, vel apud ſuos in propriis laribus, & ſic exiſtimo veram primam ſententiam, quia etſi Cardinales ſemper ſint de corpore ſummi Pontificis; tamen dum non ſunt actu inſeruientes non gaudent priuilegiis inſeruientium quorum vnum eſt, 40
quod ſeruitores ipſorum poſſint lucrari fructus in abſentia, quia ſunt neceſſarij, vt Cardinalis ſe exerceat in vtilitatem Eccleſiæ, quare ſi in hac non ſe exerceat actualiter ſeruitores ipſius non habent influxum in vniuerſalem Eccleſiam Romanam.

Nec eſt neceſſarium vt exemplo ſeruitorum Cardinalium actu inſeruientium exprеſſetur in iure ſufficit, quod exprimantur 41
ſeruitores Papæ, in qua ſerie continentur ſeruitores præfatorum Cardinalium, vnde ſeruitores Nuntiorum Apoſtolicorum, quos ad diuerſos Reges mittit ſummus Pontifex gaudent hac immunitate tum quia habent priuilegia legatorum à latere; tum quia ſunt occupati in negotio vniuerſalis Eccleſiæ, ſeruitores tamen † Collectorum, & ſubcol- 42
lectorum aut Auditorum Rotæ hac immunitate non gaudent, eſſet nimis longa extenſio.

Sed

43 Sed hîc obiter aduertendum, quod Garcia † vbi *ſupra num.* 253. agens de quodam ſtatuto Eccleſiæ ſuæ Abulenſis, vt per quatuor menſes abſentiæ poſſint lucrari fructus, & diſtributiones, dicit hoc confirmatum fuiſſe; quodam Breui Sacræ Pœnitentiariæ datum ab Eminentiſſ. Cardinalis Raynutio *Idibus Februarij anno* 4. *Pontificatus Iulij* 3. *de cuius mandato ſuper hoc viua vo-*
44 *cis oraculo, nobis factum* (ait Cardin) † *ſtatutum prædictum quatenus vſu receptum, & vt præmittitur obſeruatum exiſtat tenore præſentium approbamus & confirmamus*, &c. quod hoc viuæ vocis oraculum non eſt reuocatum per Bullas Vrbanas, iuxta à me dicta, *tom.* 2. *Moral. tract.* 12. *in digreſſione de hac re num.* 1177. quia hîc Cardinalis loquitur tanquam Miniſter Publicus Papæ, & munit ſigillo officij, & non propriæ familiæ, vt ibidẽ latius probaui, vnde etiam non eſt derogatum à Concilio, *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. dum derogat, *omnia ſtatuta in contrarium*, quia loquitur de ſtatutis non confirmatis à Sede Apo-
45 ſtolica, & † ſtatutum hoc ex vi huius viuæ vocis oraculi confirmatum fuit, & ita Congreg. Card. 12 *Septembr.* 1585. declarauit, quod per decretum Concilij non eſt derogatum Indultis Apoſtolicis, etiamſi fuerint conceſſa contra fundationem Eccleſiæ,
46 in qua Pontifex ex cauſa poteſt diſpenſare.

47 Cæterum aduertendum, quod † priuilegium abſentiæ ad lucrandum in abſentia, ſit vt videmus contra ius commune ſtrictè eſt interpretandum ſeruata vocum & verborum vſitata & propria ſignificatione, ita benè cum communi Bonac. *quæſt.* 5. *citat. punct.* 4. *n.* 4 ratio eſt quia priuilegium propriè non eſt aliud, quam diſpenſatio in lege, atqui diſpenſatio ſtrictè eſt interpretanda, eſt enim iuri odioſa, vt tenent innumeri, quos citat, & ſequitur Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 4. Suar. *de leg. lib.* 6. *cap.* 13.
48 priuilegium autem † abſentiæ eſt diminutiuum diuini cultus; & ſic, qui habet priuilegium percipiendi fructus ex vi illius non poteſt percipere diſtributiones quotidianas quæ ex iure communi non veniunt nomine fructuum, gloſſa *ad cap. vnicum de Cleric. non reſident. in* 6. & omnes, niſi omnes fructus ſint in diſtributionibus partiti, quæ vt priuilegium non reddatur inutile (quod non licet, *leg. quoties D. de rebus dubiis & leg. quoties D. de verborum oblig.*) loco fructuum ſubſtituuntur, quamuis vt ſupra ex Congr. dixi ſicut Canonico comitante Epiſcopum tertia pars ſeparatur, quæ datur intereſſentibus, ita in præſenti eſt dicendum,
49 quia † duæ partes diſtributionum ponuntur loco fructuum, & tertia intereſſentibus relinquitur, quia Pontifex niſi exprimat non cenſetur dare priuilegium in damnum Canonicorum intereſſentium, quibus accreſcit pars diſtributionum quotidianarum abſentium.

Ex quo principio plura alia deducunt authores circa, quæ nihil in materia morali occurrit ſpeciale dicendum ad præfatos DD. remitto, ſolum aduerto duo. Primum Bonacinam in ea eſſe ſententia, quod † Ca- 50
nonicus, qui habet priuilegium abſentiæ ad lucrandas diſtributiones non poteſt per iudicem cogere Capitulum ad diſtributionum reſtitutionem, quas bona fide partitum eſt in reliquos Canonicos, quia Capitulum non recepit diſtributiones, ſed illas partiendo functum eſt officio ſuo, vt in anno, ſtatis temporibus diſtributiones abſentium diſtribuantur inter præſentes; tũ quia Capitulum poteſt continere plures innocentes, & ſic totum Capitulum obligari nequit ad ſoluendum.

Sed ego exiſtimo quod † Priuilegiatus 51
habet ius ad fructus & diſtributiones à die quo Romæ expeditæ ſunt Bullæ priuilegij, non à die ſubſcriptionis ſupplicæ, vt Rota apud Puteum, *deciſ.* 169. *in noua impreſſione*, & etiam in ſignatura Iuſtitiæ, idem coram SS. Pontifice decretum eſt teſte Bonacina, 52
vbi ſupra; quare ab eodem die diſtributiones quotidianæ huius priuilegiati iure non accreſcunt aliis Canonicis, neque Capitulum iure poteſt eas partiri in alios; quamuis, quia ignorat inuincibiliter tale priuilegium bona fide procedat, & ſic non tenetur ad reſtitutionem ratione iniuſtæ partitionis, Capitulo autem ſolum competit partitio non res partita quæ datur Canonicis; vnde † ab iſtis expoſtulandæ ſunt, qui te- 53
nentur ratione rei acceptæ in eo in quo facti ſunt ditiores, ſi vero vel vnus de Capitulo, in Capitulo dicat, quod Petro v. g. Papa conceſſit priuilegium abſentiæ ad lucrandas diſtributiones, Capitulum non pro- 54
cedit bona fide canonica & vel ipſum vel particulares tenentur reſtituere, & ad hoc cogentur à iudice competente.

Secundum eſt Bonacinam bene dicere, *num.* 11. contra Monetam, quod † qui habet 55
priuilegium abſentiæ ad duos, tres, vel quatuor menſes (ſecluſo ſtatuto aut conſuetudine) ſi vltra hos menſes abſens ſit in anno; poteſt vti integris menſibus priuilegij, & nõ ſolum pro rata intereſſentiæ, & ſeruitij Eccleſiæ, cum priuilegium clarè & proprietate verborum dicat, quod lucretur diſtributiones per duos menſes, &c. gratis additur, quod † hæc abſentia debeat innumerari 56
iuxta intereſſentiam in choro eiuſdem anni, & vt vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus; verũ eſt quod ſi Canonicus nimis negligẽs fuerit in reſidẽdo in

anno; poteſt multari ne lucretur eas etiam
tempore conceſſo à priuilegio, neque enim
2 decens videtur, quod † qui toto anno non
aſſiſtit cultui diuino, gaudeat priuilegio dato
in leuamen grauitatis reſidentiæ.

RESOLVTIO V.

Vtrum Epiſcopus poßit in legibus Pontificiis diſpenſare?

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu poſſit diſpenſare in legibus Pontificiis.*

SEd ſupereſt grauiſſima difficultas, an hoc
priuilegium abſentiæ; ex aliis honeſtis
cauſis præter recentiores in iure, *cap. conſuetud. de cleric. non reſidentib.* poſſit concedere
Epiſcopus diſpenſando in lege lata reſpectu
ſui ſubditi? cuius difficultatis deciſio de-
1 pendet ex alia † an Epiſcopus in ſuo Epiſco-
patu poſſit diſpenſare in legibus Pontificiis
quarum diſpenſatio non eſt reſeruata ei-
dem legiſlatori ſupremo; graue ſanè dubium. Ex quo quam plurimæ morales deciſiones originantur, quare extricandum eſt
pro dignitate.

§. I.

Sententia negatiua.

SVMMARIVM.

1. *Negatiuam tenentes ſententiam afferuntur.*
2. *In lege humana publica non poteſt diſpenſare, niſi ille à quo lex authoritatem habet ex S. Thom.*
3. *Clemens V. determinat legem ſuperiorem tolli nec diſpenſari poſſe per inferiorem.*
4. *An ex voluntate ſuperioris impertinentis & ſtatuentis oriatur obligatio in ſubditis.*

1 NEgatiuam ſententiam tenent † Suarez
lib. 3. de legibus cap. 14. num. 4. & 5. Salas *diſp. 20. ſect. 3. n. 20.* Sell. 12. *quæſt. 97. artic. 4.* Granados *controuerſ. 7. tract. 3. p. 2. ſect. 1. num. 4.* Amicus *diſput. 6. ſect. 4. num. 55.* Azor *tom. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 7.* Garzia *de benef. vbi ſuprà cap. 2. num. 406.* Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 13. num. 9. verſic. qua ratione* Sanchez *lib. 8. de matrim. diſput. 5. num. 9.* Gutierrez *lib. 1. canon. cap. 5. num. 10.* Diana *p. 8. tract. 3. reſolutio 9.* & inſinuare videtur S.
Th. 1. 2. *quæſt. 97. artic. 4. ad. 3.* vbi dicit *quod*
2 *† in lege humana publica non poteſt diſpenſare,
niſi ille à quo lex authoritatem habet, vel is cui
ipſi commiſerit.* Probatur primò, *ex Clementin. ne Romani, de elect.* vbi Clemens V. † de- 3
terminat legem ſuperioris tolli, nec diſpenſari poſſe per inferiorem, maximè cum inferior à ſuperiori acceperit poteſtatem, vt
Epiſcopus à Pontifice. Secundò, quia multa ſunt in quibus Prælati inferiores non
poſſunt diſpenſare, etiam ſi expreſsè non
ſint prohibita. Tertiò, quia ex voluntate
ſuperioris imperantis, & ſtatuentis oritur
obligatio in ſubditis, quandiu non reuocatur ſemper exercet vires, & efficaciam ad
obligandum, atqui † inferior non habet vim, 4
quia eſt inferior in voluntatem ſuperioris,
niſi iſti ille communicet facultatem, quam
non communicat Pontifex Epiſcopis reſpectu ſuarum legum, quia ſolum illis impertitur facultatem eam, quæ neceſſaria eſt ad
ſuauem & rectam gubernationem, quæ
non exigit, vt in omnibus legibus non reſeruatis Epiſcopos diſpenſare.

§. II.

Sententia Affirmatiua.

SVMMARIVM.

1. *Sententiam affirmatiuam tenentes adducuntur.*
2. *Epiſcopus in his quæ ſunt de genere permiſſorum poteſt, ex rei natura, & ex ipſo iure diuino intra propriam diœceſim ea omnia, quæ ſummus Pontifex poteſt in Eccleſia Dei vniuerſali, niſi per ſacros canones aut per ſummum Pont. prohibeatur, ex Barboſa.*
3. *Super eo quod factum eſt poteſt Epiſcopus diſpenſare in lege Pontificis aut Concilij, non tamen in eo quod faciendum eſt contra canones, ex Syluestro.*
4. *In Canonibus Concilij generalis non poteſt Epiſcopus diſpenſare niſi ex magna cauſa neceſſitatis, ex Barboſa.*
5. *Quando eſt maxima cauſa & vrgens, poteſt Epiſcopus diſpenſare contra canones, ex Tabiena.*
6. *An quidquid poteſt Papa in toto orbe, poſſit Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu.*
7. *An ſicut Papa poteſt diſpenſare in omni voto ſimplici, poſſit etiam Epiſcopus cum ſuis ſubditis ſtando in ſolo iure diuino.*

SEd nihilominus eſt oppoſita ſententia 1
affirmatiua, quam tuentur expreſsè Th.
Sanchez, *lib. 1. de matrim. diſp. 61.* vbi ponit, *axioma, quidquid poteſt Pontifex in vniuerſo orbe ſi ea excipias quæ ad vniuerſæ Eccleſiæ ſtatum pertinent vt res fidei definire; poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, niſi ei per Pontificem aliquid ſpecialiter reſeruetur,* pro qua ſententia refert Abulenſem, Victoriam, Sotum, Ganbaram

baram. Theſaurum Chriſtianæ Religionis,
Nicolaum Decuſſa, Veracruz, Perez, Henriquez, Aragon, & Maiolum; quod exioma
repetit. *lib.2.diſp.40.n.2.* quare quando ibi,
n.1. dicit quod omnes inferiorem non poſ-
ſunt diſpenſare in lege ſuperioris, veriſſi-
mum eſt (vt *infrà* enucleabo) ſimilia habet
lib.8. diſp.5.n.9. His auctoribus alios annu-
mero, hi ſunt Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi*
2 *alleg. 33. à n. 16.* vbi dicit † *Epiſcopum in his,*
qua ſunt de genere permiſſorum poſſe, ex rei
natura & ex ipſo iure diuino intra propriam
Diœceſim ea omnia, quæ ſummus Pontifex po-
teſt in Eccleſia Dei vniuerſali, niſi per Sacros
Canones, aut per ſummum Pontificem prohi-
beatur, & n.19. teſtatur fuiſſe apud antiquos
Canoniſtas communem, vt indubitatam,
tradit Victoria relectio, *de matrim. num.7.*
Aluarus Pelagius, *de planctu Eccleſia, lib.1.c.*
50.verſ. in his, vbi dicit communem, ſequi-
tur Syluester, *verbo.diſpenſatio,n.14.q.9.* vbi
3 dicit, *quod † ſuper eo quod factum eſt, poteſt*
Epiſcopus diſpenſare in lege Pontificis, aut Con-
cily, non tamen in eo quod faciendum eſt, con-
4 *tra Canones,* addit Barb. *n.25. & 26.* quod † *in*
Canonibus Concily generalis non poteſt Epiſco-
pus diſpenſare, niſi ex magna cauſa neceſſitatis,
& ad hoc citat plures, eandem ſecundã ſen-
tentiam tenent Mon. *de commut.vlt.vol.c.5.à*
n.351. cum quo plura inferemus corollaria.
Maxianus Socin. *de oblatio.libelli, lib.4.n.10.*
Rodoanus, *tract. de ſimonia,p.1.c.20.n.2.* So-
lorzanus, *de iure Indiarum, tom.2.lib.3.c.10.*
n.31. vbi citat alios, tenent etiam Acugna, *ad*
c.vlt.68.diſt.n.1. Raphaël de la Toire, *22.q.*
87.art.3.diſp.8.n.3. Couarr. *lib.1.variar.c.17.*
n.5. Baſil. Legionenſis, *lib.8.de matrim.cap.6.*
n.7. & de Sacramento Confirm.p.4.cap.3.nu.5.
Anguianus, *de l.lib.2.contron.5.n.25.* Homo-
bonus, *in reſponſionibus, tom.1.p.2.reſponſ.67.*
& p.4.reſponſ.107. Baunius, *tom.3.lib.2.tr.9.*
q.12.aſſertio.3. Caſtro Palao, *tom.2.tract.7.*
diſp.3.punct.9.§.10. Dicaſtillus, *tom.3.de Sa-*
cram.tract.10.diſp.8.dub.4.n.78. tenent com-
muniter Canoniſtæ, *c.at ſi Clerici, §.de adul-*
teriis, vbi gloſſa dicit. *Alia eſt magis communis*
opinio, quod Epiſcopus vbicumque poteſt vbi non
inuenitur prohibitum, quod dictum gloſſæ
ſequuntur Cotta, *in memorabilibus, verbo*
Epiſcopus, Hieronymus de Ottero, *in Roma-*
nis lucubratio. q. 32. per totam. Henrriquez,
lib.10.ſumm.c.35.num.2. littera D. Tabiena,
verbo diſpenſatio, n.16.q.10. vbi dicit, *quod*
5 † *quando eſt maxima cauſa & vrgens, poteſt*
Epiſcopus diſpenſare contra Canones, ſecun-
dum Doctores, de Rota *deciſ. 255.* & Bald.
l.omnes populi.D.de iuſti. & iure, per textum
notabilem in l.ſi hominem D. Mandati, dicit
quod Epiſcopus, ex cauſa poteſt ſtatuere contra
iura, & ſic fortius diſpenſare, &c. Ledeſma *2.*
p.4.q.24.art.2.fol.340. vbi doctiſſimus vir ſic
loquitur, † *quidquid poteſt Papa in toto orbe* 6
poteſt Epiſcopus, in ſuo Epiſcopatu ſtando ſolum
in iure diuino paucis exceptis, vt creare Epiſco-
pos, diuidere alias prouincias, & de illis diſpo-
nere & alia id genus ſpectant ad Papam tan-
quam ad perſonam vniuerſalem, & non ad
Epiſcopum vnius Prouinciæ tantum, in aliis au-
tem, ſi Papa non reſtringeret Epiſcopalem dig-
gnitatem ſicut in multis reſtringit, vt conſtat
in iure Canonico poſſet Epiſcopus in ſuos ſubdi-
tos ea qua poteſt Papa in toto orbe vti, ſicut
† *Papa poteſt diſpenſare in omni voto ſimplici* 7
poteſt etiam Epiſcopus, cum ſuis ſubditis ſtando
in ſolo iure diuino, ſed Papa poteſt reſeruare
ſibi aliqua, vt de facto reſeruat votum caſtita-
tis, Religionis, & Hieroſolymitanum, &c. idem
tenet Paſqualigus, *de ieiunio, deciſ. 390. &*
alibi in opere alio, vt certum ſupponit, &
quia hanc ſententiam veriſſimam iudico vt
à me enucleatam, priuſquam eius funda-
menta quæ vrgentiſſima ſunt proponam
tria ad ſummum ſunt prælibanda.

§. III.

Ponuntur tria libamina pro explicatione veræ ſententiæ?

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in legibus Pontificiis & Conciliaribus, quando materia leuis eſt.*
2. *Materia leuis reputatur pro nihilo.*
3. *An nullo iure probetur ſed ſola rationis congruentia, quod diſpenſatio non inducatur, niſi ſit à principe approbata, & n.4. & 5.*
6. *Vtriuſque ſententiæ Doctores inter ſe conueniunt.*
7. *Quæ diſpenſatio non ſit propria.*
8. *An inferior poſſit diſpenſare in lege ſui ſuperioris.*
9. *Inferior continetur in ſua linea extra quam propria virtute diuagare nequit.*
10. *An Epiſcopi iure diuino ſint ſummo Pontifici ſubordinati.*
11. *Epiſcopi dicuntur Vicary Papæ & illius Corepiſcopi.*
12. *Chriſto immediate ſubordinatur Papa, & Papæ cæteri Epiſcopi.*
13. *An Epiſcopi poſſint diſpenſare in legibus Papæ.*
14. *An Epiſcopus poſſit excommunicare, caſus reſeruare, aut omnia ſubditorum vota diſpenſare aut commutare.*
15. *An Epiſcopi ex vi ſubordinationis ad Papam tanquam illius Vicary ordinarij, participent poteſtatem diſpenſandi in legibus Pontificiis, & n.16.*
17. *An lex charitatis & rectæ gubernationis quid expoſtulet, & n.18.*

19. *An lex Pontificia obligationem inducat, & num. 20.*

21. *Caietani & aliorum ſententia.*

22. *Quid æquitas & rectum regimen ordinarium exigat.*

PRimum eſt, omnes ferè Doctores vtriuſque ſententiæ ſupra adducti, quibus adiunge Bandelum *lib. 5. de leg. diſput. 49. num. 5.* Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 15. quæſt. 7. & 8.* Bonac. *q. 2. de leg. p. 1. n. 17.* Sayr. *in claui. lib. 3. cap. 10. num. 9* Martinum Perez *diſp. 4.*
1 *sect. 5. de matr. n. 3* docere † Epiſcopum poſſe diſpenſare in legibus Pontificiis & Conciliaribus, quando materia leuis eſt (non quidem ſolum in ſe ipſa, ſed in ordine ad finem ſub ordinationis, quam inferiores debent habere reſpectu ſui ſuperioris in ordine ad quem finem penſanda eſt grauitas, vel leuitas materiæ in hoc puncto, vt *infra* in tertio fundamento latius enucleo)
2 vel frequenter occurrit, quia † eo ipſo ſi leuis eſt reputatur pro nihilo, & frequenter occidit, cenſetur commiſſa illi cui commiſſa eſt communis adminiſtratio, & gubernatio populi, cum non ſit veriſimile, Pontificem velle, vt tam frequenter, & pro rebus tam communibus, & leuibus ad ipſū recurratur, quæ doctrina quam ex Caiet. *1. 2. q. 97. ar. 4.* præfati Theologi deſumpſere, non placuit Magiſtro meu Patri Fr. Petro de Lorca *1. 2. diſp. 27. de legib. §. eſt tamen dubiū,*
3 *verſ. hanc doctrinam* dicens † quod *nullo iure probatur, ſed ſolu rationis congruētia, quod diſpēſationē nō inducit, niſi ſit approbata à Principe, & ex ea poteſtas diſpenſandi cōceſſa, alias quotieſcumque ratio ſubeſſet, qua diſpenſatio poſſet dari, cenſetur data, plus enim expedit, vt in leuibus & frequentibus, niſi adſit materia Epiikia integritas legis obſeruetur, quum, vt prohibito diſpenſandi authoritas conceda tur il-*
4 *lis, quibus iure non competit*; cæterum in hoc Magiſtrum meum alias in materia Morali virum Prudentiſſimum, & rectiſſimi dictaminis deſero, quia tenet me conſenſus omnium ferè, qui in hac materia ſcripſere, quia leges ſuperiorum abſtrahendæ ſunt à ſeueritate in ſuauitate, & duritia, vt ſic ſuauius obſeruentur, quod motiuum non dicit ſo-
5 lum puram rationis conguentiam, ſed inducit cauſam iuſtam, vt lex ſuperioris diſpenſetur ab inferiori, non per Epiikiam ſolum, ſed per relaxationem, & exemptionem ab illa, & ſic non conceditur diſpenſandi libera poteſtas.

6 Conueniunt, etiam † omnes vtrius ſententiæ defenſores in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis, quando ex obſeruantia legis ſequitur graue aliquod damnum tertio, aut ſcandalum, & non eſt aditus facilis ad ſuperiorem, inferiorem poſſe diſpenſare in lege Summi Pontificis, aut Concilij (niſi in tali lege ſit poſita forma alicuius cōtractus, vel diſpoſitionis; quia eo ipſo talis lex cenſetur omnino reſeruata ſuperiori, nullus enim etiam in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis, niſi Papa, poteſt diſpenſare quod matrimonium celebretur ſine Parrocho & teſtibus) verum † hæc non eſt diſpenſatio 7
propria; ſed legis interpretatio, quod lex non obligat in hoc caſu, quod facit virtus Epiikiæ, vt latius dixi *tom. 1. moral. tract. 3. reſol. 34.* cum D. Thom. *2. 2. quæſt. 120 art. 1.* quam explicat *ibi* egregiè Eminentiſſimus Caietanus.

Secundum prælibandum eſt, quod inferior, † quatenus intra ſuam inferioritatem 8
continetur, implicat quod diſpenſet propriè in lege ſui ſuperioris, quatenus exercet officium ſuæ ſuperioritatis imperando per legem id quod iudicat expedire bono communi. Hæc prælibatio eſt ita certa, vt ratione naturali ex principiis moralibus demonſtretur, neque vllus qui ratione naturali ducatur & lumine rationis illuſtretur, eā negare poteſt, cuius radicem inueſtigauit D. Thom. *1. 2. quæſt. 97. art. 4. ad 3.* quia † inferior continetur in ſua linea extra quā 9
propria virtute diuagare nequit, atque ita legem iam acceptam obligantem communitatē nequit infringere & eius efficaciam impedire, lex enim ſuas vires reſumit à voluntate ſuperioris, quæ eo ipſo, quod ſuperior eſt, nequit cohiberi à voluntate ſubditi, & inferioris, niſi in quantum iſte emendicat à voluntate Principis virtutem, qua diſpenſando, cum aliquo indiuiduo detineat, ne lex in illum exerceat vires ſuæ obligationis; *vnde in lege humana publica non poteſt diſpenſare niſi ille à quo lex authoritatem habet, vel is cui ipſe commiſerit.*

Tertium prælibandum, quod quamuis 10
Epiſcopi iure diuino ſint Summo Pontifici ſubordinati ab illóque (demus hoc Dianæ) ſuam Iuriſdictionem ordinariam acceperint ſeu à primo fonte, cui vitæ fons Chriſtus paſtoritiam, & vniuerſalem dignitatem in totum ſuum ouile primo communicauit, tamen Epiſcopi iure diuino medio Summo Pontifice ſuam dignitatem & Iuriſdictionem habent; iuxta illud *act. 20. attendite vobis*, vnde *cap. multum ſtupeo. 3. quæſt. 6. & cap. qui ſe ſcit. 2. quæſt. 6.* & aliis quæ adducit Gonzalez, *ad Reg. 8. §. 1. proœmiali à num. 5.* † Epiſcopi dicuntur Vicarij 11
Papæ, & illius Corepiſcopi *cap. Eleuther. 18. quæſt. 1. cap. quoties 24. quæſt. 1. cap. quam gratis de crimine falſi*, ita Petrus de Monte de de Primatu Petri, *p. 1. num. 10.* Caſſaneus *in Catalogo p. 4. conſil. 24.* Garcia *de nobilitate gloſſa 48. §. 3. num. 54.* & prius *gloſſa 9. num. 4.* non quia habeant ſolum modo delegatam Iuriſdi

Iuriſdictionem habent enim ordinariam, ſed quia iſtam participans à ſummo Pontifice, quia iſto mediante Chriſtus Epiſcopis poteſtatem diſtribuit.

11 Vnde † Chriſto immediate ſub ordinatur Papa, & Chriſto mediate Papæ cæteri Epiſcopi, vnde ex vi huius ſubordinationis quidquid Papa poteſt ex immediata ſubordinatione ad Chriſtum in toto orbe, poſſunt Epiſcopi in ſua Diœceſi mediante ſubordinatione ad Papam, & Chriſtum mediante Papa, ſicut autem Chriſtus potuit Papæ limitare poteſtatem, & in his quæ non limitauit, poteſt Papa diſpenſare etiam
13 in legibus quas tulerunt Apoſtoli, ita † Epiſcopi poſſunt diſpenſare in legibus Papæ, & facere in ſua Diœceſi, quidquid Pontifex in
14 toto orbe, vnde † poteſt excommunicare, caſus reſeruare, omnia ſubditorum vota aut diſpenſare, aut commutare, niſi in his ſummus Pontifex, aliqua ſibi ſoli reſeruet, ſimiliter, & in legibus Pontificiis ad tempus, & in aliqua occaſione diſpenſare, niſi hoc ſibi ſit prohibitum, vel ex conſuetudine, vel expreſſa Pontificis prohibitione;
15 Epiſcopi † enim ex vi ſubordinationis ad Papam tanquam illius Vicarij ordinarij participant hanc poteſtatem diſpenſandi in legibus Pontificiis, quando non adeſt recurſus; vel non eſt facultas adeundi ad curiam, vel faciendi expenſas pro impetranda diſpenſatione, quas non tenetur ipſe Epiſcopus facere etiamſi poſſit (vt dicam *infrà*) ſi enim expreſſè in lege, aut per conſuetudinem, non prohibeatur Epiſcopus, ex præfata ſubordinatione accipit virtutem ad diſpenſandum; *nam ſupremum infimi attingit vim ſupremi infimi*, ſic enim æſtimatiua in homine ex ſubordinatione ad rationem fa-
16 cit ſuos diſcurſus circa ſingularia, ſicut intellectus circa vniuerſalia, & appetitus ſenſitiuus hominis, ex ſubordinatione ad voluntatem accipit libertatem.

Ratio horum omnium eſt, quia leges Pontificiæ in ordine ad mores (de his enim legibus loquimur principaliter) dirigantur ad componendos fideles & dirigendos ad naturam ſalutis æternæ hic enim eſt finis
17 principalis harum legum. † Lex ipſa charitatis & rectæ gubernationis ad vitandum peccatum expoſtulat; quod, quando occurrat ratio vrgens ad diſpenſandum in lege Papæ, ſitque iuſta cauſa ad id faciendum, & non ſit facilis aditus, vel ratione diſtantiæ, vel paupertatis, infirmitatis, & ſimilium, vel quia nimis ordinariè occurrit;
18 Pontifex ex vi ſubordinationis quam habent Epiſcopi ad ipſum communicet authoritatem ad talem diſpenſationem faciendam; quia Epiſcopi aſſumpti ſunt in partem ſolitudinis quam habet Papa reſpectu omnium Eccleſiarum, Pontifex enim iuſtus atque diſcretus ſemper præſumitur Epiſcopis hanc authoritatem diſpenſandi concedere, argumento, *ex c.1. de pœnitenti. diſt.6.* niſi aliter ſtatutum, aut lege ipſa, aut conſuetudine fuerit, ab ipſo Romano Pontifice.

Cum enim † lex Pontificia obligationem 19
inducat iuxta communitatis exigentiam, nedum lex prodeſſe intendit, vt ſemper intendere noxa fiat aliquibus, Epiſcopi ex vi ſubordinationis ad Papam in cuius ſolicitudinis adiutorium ſunt, ex iure diuino aſſumpti, habent poteſtatem directiuam circa obligationem legis ne vires ſuas exerceat in aliquibus, & ſic diſpenſat in obligatione legis reſpectu illorum; poteſtatem 20
autem directiuam accipiunt circa obligationem legum ſummi Pontificis ex vi ſubordinationis in ſuo regimine animarum ſuæ Diœceſis ad ſupremum Caput Eccleſiæ, quod influit in omnes Epiſcopos, qui in virtute talis influxus talem diſpenſationem faciunt.

Id autem quod dicimus de legibus Pontificiis latis pro tota Eccleſia in quibus pro ſuis ſubditis poteſt diſpenſare Epiſcopus; poriori iure dicendum eſt ſi latæ ſint à ſupremo legiſlatore reſpectu alicuius Diœceſis in particulari, vt † bene Caiet. *vbi ſuprà*, 21
& ſequuntur, Azor. *q.7.* & Bandelus *n.6.* & multi alij contra Suar. *lib.8. de legib. c.14. n.10.* quia Epiſcopus ratione ſuæ Diœceſis & ſpecialiter aſſumptus à Papa in partem ſolicitudinis eſt, quæ ei ſpecialiter ſubordinatus, vnde † æquitas & rectum regimen ordina- 22
rium exigit, vt huiuſmodi leges Prouinciales latæ à Papa relinquantur moderationi Epiſcopi, qui præeſt tali Epiſcopatui, & Prouinciæ.

§. IV.

Fulcitur & roboratur ſententia affirmatiua.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopus poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa ex detentione violenta Clerici in carere.*
2. *An Epiſcopi poſſint diſpenſare vbi specialiter diſpenſatio non eſt inhibita.*
3. *An Epiſcopus poſſit abſoluere ab excommunicatione lata à iure per legem vniuerſalem.*
4. *Barboſa & Legionenſis opiniones afferuntur, & n.5.27.28.& 29.*
6. *An Parrochus poſſit diſpenſare in lege Pontificia.*
7. *Ratio difficultatis enodatur.*
8. *An abſolutio ab excommunicatione lata à iure, ex iure ipſo pertineat ad legiſlatorem.*

9. Quæ

9. *Quæ pœna legiſlatori intelligatur ex vi legis reſeruata.*
10. *Qui relaxando legem, an impediat abſolutionem,& n.11.*
11. *Dianæ ſententia,& n.13.& 14.*
14. *An abſolutio à cenſura non ſit diſpenſatio aut relaxatio legis & n.15.*
16. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in legibus Pontificis.*
17. *In qua relaxatione conſiſtat diſpenſatio,& n.18.*
19. *An Epiſcopus tantum poſſit in ſua diæceſi quantum Pontifex in toto orbe.*
20. *An Epiſcopus conſideratus ante legem Pontificiam poſſit in ſuo Epiſcopatu, quid Pontifex in toto orbe & n.21.&.22.*
23. *Exemplum affertur,& n.25.*
26. *An Pontifex dum fert legem vniuerſalem toti Eccleſiæ, hæc lex exerat vires ad derogandum leges particulares aliquarum diœceſum.*

HIs ita prælibatis vrgentiſſime probatur noſtra ſententia prima, ex *cap. nuper, de ſentent. excommunicat.* vbi Innocent. III. *reſpondens Vuraſtiloníen. Epiſcopo*, dicit: quod
1 † Epiſcopus poteſt abſoluere ab excõmunicatione,incurſa ex detentione violenta Clerici in carcere, cuius rationem tradit: *quia, quando conditor Canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi*, ad quæ verba
2 ſic gloſſa, ibi: *Et eſt hic argumentum † Epiſcopos poſſe deſpenſare, vbi ſpecialiter diſpenſatio non eſt inhibita: Argumento ſupra de ſponſalibus, cap. cùm apud, & 16. quæſt. 1. cap. ſunt nonnulli, & conceſſum videtur, quod non eſt prohibitum. D. ex quibus cauſis, l. neque non. §. quod eis*, hæc gloſſa, & quidem hoc argumentum euidens eſt in præſenti, quod vr-
3 geo ex ratione quam dat Pontifex,vt † Epiſcopus poſſit abſoluere ab excommunicatione lata à iure per legem vniuerſalem; quia quando conditor legis & canonis eius abſolutionem ſpecialiter non retinuit; eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi: atqui diſpenſatio non eſt aliud, quàm legis, & Canonis Pontificij relaxatio reſpectu huius ex cauſa iuſta; ergo eo ipſo, quod lex vel Canon non prohibuit Epiſcopo diſpenſare poteſt ex iuſta cauſa id
4 præſtare, vt velit nolit fatetur † Barboſa *aliquibus citatis*, ibi, *num.* 15. hæc enim ratio dogmatica eſt, & vniuerſalis reſpectu omnium legum ex qua colligit Papa, quod Epiſcopus poteſt relaxare excommunicationem latam à iure per legem vniuerſalem.

5 Ad hoc argumentum; quod re vera eſt achilleum noſtræ ſententiæ variè reſpondent Auctores oppoſitæ primò, Baſilius Legionenſ. *cap 6. cit. num.* 1. hîc loqui. Pontificem de abſolutione à cenſura quæ ſi non eſt reſeruata eius abſolutio non eſt contra ius,ſed ſecundum ius,& ideo cenſetur conceſſa poteſtas abſoluendi eo ipſo quod non prohibetur, at diſpenſatio eſt contra ius, & ſic dicitur vulnus iuris, & legis & ita non cenſetur conceſſa, quando expreſſe non datur, alias ex hoc *cap.* probaretur quod etiam † Parrochus poſſet diſpenſare, in lege Pontificis, & Epiſcopi, ſi ei diſpenſatio 6
non prohibeatur eum Innocentius Parrochis concedat facultatem abſoluendi à cenſura non reſeruata.

Sed † ſolutio hæc vires argumenti non dirimit;quamuis enim veram doctrinam contineat in aſſignando diſcrimine inter abſolutionem & diſpenſationem quod iſta ſit vulnus legis, quia ipſam relaxat quod non facit abſolutio, cæterum ratio Pontificis non ſolum reſpicit abſolutionem, quæ non relaxat legem, ſed etiam ipſam legem circa quam dat poteſtatem aliis relaxandi eo ipſo, quod ſibi ſpecialiter non retinuit relaxationem. 7

Secundò, quia etiam † abſolutio ab excommun. lata à iure; ex iure ipſo pertinet ad legiſlatorem ferentem legem ſub tali pœna, quare ſi alius abſoluat implicite diſpenſat in iure illo, quo talis abſolutio pertinebat ad ſuperiorem (quamuis non ſit excommunicatio illi ſpecialiter reſeruata) nec ſi legiſlator ex vi non reſeruationis aliis non concederet relaxandi poteſtatem, nullus poſſet talem abſolutionem impedire, quia † pœna illa ex vi legis ſuperiori intelligitur reſeruata quantum ad remiſſionem (vt conſtat in omnibus pœnis ordinariis iuris ciuilis,in qua nullus poteſt niſi Princeps, qui tulit legem ſub tali pœna) non autem Epiſcopus poteſt abſolutionem impedire quia Pontifex declarat; quod ſi ſpecialiter non reſeruat conceſſiſſe videtur poteſtatem aliis relaxandi, vnde † qui relaxando legem impedit abſolutionem, verè diſpenſat, & vulnus legi ſuperioris infligit, & ſic manifeſtum eſt, quod, idem iudicium eſt faciendum de abſolutione, & diſpenſatione, cum illa ſine iſta non ſubſiſtat. Neque aliquid valet ad propoſitum quod dicit de Parrochis, quibus in abſolutione à cenſuris expreſſe concedit Pontifex, quod poſſit relaxare ob animarum vtilitatem ne in excommunicatione maneant; quam extenſionem ad Parrochos non eſt in aliis iuribus; nec eam habent, ex vi immediatæ ſub ordinationis ad Papam, ſicut habent Epiſcopi; iſti enim, & non illi aſſumuntur in partem ſollicitudinis Eccleſiarum,an verò Parrochi poſſint diſpenſare aliquando in legibus Epiſcopi dicam *infrà*. 8 9 10 11

Reſpon

12 Reſpondet ſecundò, Diana † quod eum
abſolutio ab excommunicatione ordinetur
ad bonum animæ, & ſit neceſſaria ad vſum
Sacramentorum, ideo ex conſuetudine me-
rito conceſſa intelligitur, quando non re-
ſeruatur, ſed hoc ſolutio, enim ſubſiſtit;
quia *caput nuper*. expreſsè concedit faculta-
13 tem relaxandi excommunicationem, quia
tamen ita proximè ordinatur ad ſalutem
animarum & Sacramentorum adminiſtra-
tionem, hæc poteſtas non datur ſolum Epiſ-
copis, ſed Parrochis, & ſic nullus alius etiam
Regularis ex vi huius iuris, poteſt eam rela-
xare quamuis poſſint ex aliis priuilegiis.

Reſpondet tertiò, Baudelus *n. 3.* quod
14 † abſolutio à cenſura, non eſt diſpenſatio,
aut relaxatio legis, ſed vltima executio, &
adimpletio cum hoc ipſum vltimo & præci-
piat lex, vt præſtetur abſolutio, quum de-
lictum eſt ſufficienter emendatum, ex hoc
autem, quod alicui committatur legis exe-
cutio, ſi non adſit alia ſpetialis poteſtas
commiſſa, non intelligitur commiſſa pote-
ſtas diſpenſandi, ſed hæc ſolutio prorſus eſt
euanida, & nullius momenti, & imprimis
mirum, quod tam gloſſa tam decreti, quam
15 decretalium. Gloſſ. *in cap. poſtulatis de Clerico
excommunic. verbo diſpenſatum.* Gloſſa *ad ex-
communicamus cl. 1. de hæretic. verbo Apoſtoli-
ca.* Gloſſ. *ad caput cum illorum. 32. de ſentent.
excommunicat. verbo interdicta. gloſſ. 2. ad ca-
put requiritis 1. quæſt. 7. verbo vt pleriſque. ver-
ſic. de diſpenſatione Epiſcoporum, & gloſſa ad
16 caput nuper citatum.* Expreſſo dicant † quod
Epiſcopus poteſt diſpenſare in legibus Pon-
tificiis, quando illis non eſt inhibitum le-
ge ipſa, aut conſuetudine, & vſu recepta,
& velint Auctores moderni, ita certo ſta-
tuere contrarium, quod ego non credo cum
in materia Canonum, & legum primum
authoritati locum poſt extra textum te-
neant gloſſæ.

Deinde Pontifex expreſsè dicit, quod eo
ipſo, quod auctor legis & Canonis ſibi ſpe-
cialiter abſolutionem non retinuit, eo ipſo
conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxan-
di vtrique legem, & Canonem, & in hac
17 † relaxatione conſiſtit diſpenſatio; tum in
ſuper, quia vt contra Legionenſem dice-
bam non poteſt impendi abſolutio excom-
municationis latæ in iure ipſo facto à ſum-
mo legiſlatore, quin ſit aliqua ipſius legis
relaxatio, non in hoc præcisè, quod impen-
datur abſolutio, ſed in hoc quod impenda-
tur ab alioque à ſuperiore ferente legem.
Tertiò, quia non ſolùm committitur legis
18 executio, hæc enim non eſt canonis & legis
relaxatio, ad quam dicit Pontifex concede-
re facultatem. Quartò, quia ſi hoc ita eſt,
vt dicit Bandelus, non eſt neceſſaria pote-
ſtas conceſſa ſicut concedit Pontifex eo ip-
ſo, quod non reſeruat.

Secundùm huius ſententiæ fundamen-
tum, quia, vt dicunt Auctores contrarij illud
præloquium apud Antiquos tritum, † *tan-* 19
*tum poteſt Epiſcopus in ſua Diæceſi ſicut Pon-
tifex in toto orbe, intelligitur* (inquit Diana)
*quoad ea quæ pertinent ad Ordinariam iuriſ-
dictionem & gubernationem moraliter neceſſa-
riam, vel conuenientem ad ſalutem animarum
& conſiderando poteſtatem Epiſcoporum prius
quam Pontifex aliquid agendum ſtatuat, vel
prohibeat, ſic enim intelligitur vnúſquiſque
Epiſcopus habere in tota ſua Diæceſi totam po-
teſtatem, quia ex vi muneris conceditur, & vt
ſic ſpectata non habet. Vnde limitetur, poſt-
quam enim Pontifex aliquid particulare per
ſuam legem proſcribit, aut prohibet eo ipſo ex-
cipit ab ordinaria Iuriſdictione Inferioris &
nonniſi alias concedatur poteſtas diſpenſandi
non habet illam ex vi ordinariæ poteſtatis.*
Hactenus Diana.

In cuius verbis manifeſta cernitur impli-
cantia etenim † Epiſcopus conſideratus an- 20
te legem Pontificiam poteſt in ſuo Epiſco-
patu quidquid Pontifex in toto orbe, &
hoc ex vi muneris Epiſcopalis ſecundum
poteſtatem ordinariam ſibi conceſſam, er-
go ex vi muneris, & poteſtatis ordinariæ
idem poterit niſi Pontifex ſibi diſpenſatio-
nem reſernet, & coactet expreſſe poteſta-
tem iſtam ordinariam, conſequentia eſt eui-
dens, quia poteſtas ordinaria non limitatur
niſi expreſſe, id quod cadebat ſub illam 21
ſibi reſeruet, & inhibeat inferiorem ſicut
Parrochus, qui ante legem Epiſcopi poteſt
abſoluere à peccatis ſuos ſubditos & ad hoc
habet poteſtatem ordinariam niſi Epiſco-
pus expreſſe ſibi aliqua delicta reſeruet
ſemper poteſtas ordinaria Parrochi poteſt
exercere vires ſuas ad abſoluendum, etſi
Epiſcopus ſub graui pœna prohibeat tale,
peccatum, ergo ſi Epiſcopus ex vi ſui mu-
neris, & poteſtatis ordinariæ, poteſt in ſuo
Epiſcopatu quidquid Pontifex in orbe, 22
quamuis aliquid prohibeat lege ſua, ſi ta-
men nō adimat Epiſcopo poteſtatem ſuam
ordinariam vel lege ipſa vel conſuetudine
ex vi illius poteſtatis, & ſubordinationis
ad primam poteſtatem poterit in lege illa
Pontificia diſpenſare ſi Pontifex facile adiri
non poteſt, quia hoc exigit moralis guber-
natio Epiſcoporum, & iuriſdictio ordinaria
ipſorum, quatenus aſſumpti ſunt in partem
ſolicitudinis Pontificiæ reſpectu Eccleſia-
rum.

Tertium fundamentum ſit, quia † ſi ma- 23
teria legis Pontificiæ ſit propria Archiepi-
ſcopatus v. g. Hiſpalenſis, aut Epiſcopatus
Gienenſis, poteſt Epiſcopus diſpenſare in
illa ex iuſta cauſa, vt tenent Caietan. Me-
dina *quæſt. 97. art. 4.* Valentia *12. diſp. 7. q. 5.
punct. 6.*

Digitized by Google

*punct.*6 Sotus *vbi ſupra* Amicus *n.*57. Diana *reſol.*12.Azor.*tom.*1.*lib.*5.*cap.*15.*q.*7. Granado 12.*controuerſ.*7.*tract.*3.*part.*2. *diſput.* 17. *ſect.*1.*num.*3.Salas *de legib diſp.*20.*ſect.* 3. *numero* 22.Gotdonus *in ſum.lib.*3.*quaeſt.*13.*c.* 3.
24 ratio eſt inquit Diana ſecutus alios, quia cum lex illa ſit lata ſolum propter commodum, & vtilitatem particularem talium ſubditorum videtur Summus Pontifex tacitè relinquere relaxationem illius inferiori Prælato, cui ſpecialiter incumbit eorum ſubditorum gubernatio,quæ doctrina communis eſt, etſi diſpliceat Suar. *vbi ſupra*, *num* 10.& Caſtro Palao *tom.*1.*tract.*3.*diſp.*6.
25 *punct.*5. atqui hæc doctrina & ratio manifeſte procedit,etiamſi materia non ſit propria ſubditorum illius Epiſcopi, ſed communis toti orbi, quia quod ſit communis aliis prouinciis, non tollit quin conuenientia, vel diſconuenientia illius legis reſpectu ſubditorum huius diœceſis v.g. Hiſpalenſis vel Toletanæ, magis nota ſit Archiepiſcopis illarum, quam Summo Paſtori,& ſic tacitè Pontifex etiam videtur concedere facultatem, vt pro conuenientia, aut diſconuenientia ſubditorum poſſint diſpenſare; quia commodum, & vtilitas il-
26 lorum ex cauſa iuſta, id exigit;ſicut enim † Pontifex dum fert legem vniuerſalem toti Eccleſiæ, hæc lex exerit vires ad derogandum leges particulares aliquarum diœceſum, textus expreſſus *cap. vt animarum de conſtitut.in*6. niſi de illis fiat expreſſa mentio,ita lex Pontificia vniuerſalis niſi expreſsè deroget iuriſdictionem ordinariam ex vi cuius, vt Epiſcopus ſubordinatus Summo Pontifici poteſt in ſuo Epiſcopatu,quidquid ille in orbe non intelligitur derogata poteſtas ſibi à Pontifice data ad diſpenſandum in lege Papali iuxta exigentiam ſuorum ſubditorum.
27 Quartum fundamentum, quia vt ait † Barboſa *alleg.citata* & eſt certum vt conſtat ex *gloſſis Canonicis citatis* fuit iſta quam defendimus ſententiam in Eccleſia communis opinio ferè omnium Antiquorum,quorum auctoritas ſufficiens fuit ad ſic intelligendas leges Pontificias,idque ſciente ſummo Paſtore,qui non poterat ignorare hanc fuiſſe ſuo tempore communem opinionem, & tamen ipſam non reiecit, aut extinxit,
28 eliminauitve, cum ageretur de iuriſdictione ſupremi capitis; temporum autem decurſu nulla eſt noua conſtitutio papalis, aut conciliaris, quæ contrarium determinet & ita ſemper manet in ſua vi interpretatio illa iuris Prudentum & gloſſarum,quæ incertæ ſunt iuri Cànonico. Neque recentiores ſuis
29 argumentis poſſunt euertere antiquam ſententiam, ſed ſemper manet in viridi efficacia, atque ita ex vi ſubordinationis Epiſcopi ad Summum Pontificem,iſte illis tacitè concedit facultatem diſpenſandi in ſuis legibus iuxta prudentem ſuorum ſubditorum gubernationem,quod argumentum in re morali apud me plurimum valet maximè,quando oppoſita nullius ſunt roboris.

§. V.

Occurritur fundamentis oppoſitis.

SVMMARIVM.

1. *An ſubditus & inferior non poſſit currere in totum legem ſuperioris.*
2. *An in multis quæ propria ſunt Papæ non poſſint pro vna vice diſpenſare Epiſcopi, & n.*3.*&* 4.
5. *A quo legis tota obligatio oriatur.*
6. *Dum inferior diſpenſat in lege ſuperioris quid requiratur.*
7. *Ratio affertur.& n.* 8.

AD primum reſpondetur, quod textus illi loquuntur, vt legenti conſtabit, † 1
quod ſubditus, & inferior non poteſt euertere in totum legem ſuperioris, neque in illa diſpenſare niſi ex tacita ſuperioris facultate, quod libenter & nos concedimus. Ad ſecundum reſpondetur, quod † in multis 2
quæ propria ſunt Papæ non poſſunt pro vna vice diſpenſare Epiſcopi, quia ad ſolum Summum Pontificem, vt diffinire res fidei, damnare hæreſes, Canonizare Sanctos & ſimilia & multa quæ conſuetudo ex conſuetudine illis ſunt reſeruata & ablata poteſtas ab inferioribus.Ad tertium reſpondetur id ſolum probari, quod in ſecundo no- 3
tabili ducebamus, & eſt certiſſimum & lumine naturæ notum, neque noſtra ſententia illi opponitur, aut fuit intellecta ab aliquo in illo ſenſu, ſed in eo quem nos enucleamus,aliud egregium fundmentum adducimus *infra corollario quarto*, ex Thoma Sanchez, qui dubio procul fuit pro hac ſententia & *corollario ſexto*, aliud ponemus ex doctiſſimo Dicaſtillo.

Verum enim vero antequam ad alia ſatis 4
vtilia in praxi calamus diuertat notandum valdè eſt, diſcrimen inter diſpenſationem factam à ſuperiore in ſua lege, & factam ab Epiſcopo in lege ſuperioris;quod illa eſt valida etiam ſine cauſa, & licitè diſpenſatus ea vtitur,& eſt ſecurus in conſcientia,etiam ſi ſit ad contrahendum matrimonium, aut retinendum beneficium ex ſimonia iuris humani conquiſitum, vt tenet communis ſententia,de qua Diana *tract. citat. reſol.*4. Sanchez *de matrim lib.*8. *diſput.*17. Salas *de legibus diſput.* 20. *ſect.* 4. vbi innumeros refert,& doctè de hoc diſcurrit Baſilius, *lib.*8. *de matrim. cap.* 14. *numer.* 7. Suarez *lib.* 6.

de

5 *de legibus cap.* 19. ratio eſt † quia tota legis obligatio, vt à prima radice pullulat à voluntate ſuperioris ferentis legem, ergo ſi eius voluntas etiam abſque cauſa eximat aliquos iſti validè ſunt exempti, & lex reſpectu illorum manet relaxata & ſine valentia ad inferendam obligationem. Aſt dum
6 † Inferior diſpenſat in lege Superioris requiritur, quod re ipſa ſit cauſa id diſpenſandum, imo & ipſius cauſæ cognitio, ſine qua vel ſaltem ſi non ſit reipſa cauſa, diſpenſatio nulla eſt in vtroque foro, vt late Sanchez, *vbi ſupra num.* 4. Salas *ſect.* 4. *num* 31. Vaſquez 1. *diſp.* 178. *num.* 17. Baſilius *num.* 8. Barboſa *allegatio.* 33. *n.* 31. Ioannes Sanchez *ſelecta.* 54. *num.* 38. Couarr. 2. *part.* 4. *cap.* 6. §. 7. *num.* 11. Diana *Reſolut.* 8. *& eſt indubitatum.*

7 Ratio eſt † in promptu, quia inferior, vt vidimus nequit diſpenſare in lege ſuperioris, niſi ex commiſſa poteſtate tacitè vel expreſsè; quam non cenſetur ſuperior concedere, niſi pro rationabili ex cauſa iuſta diſpenſatione; quare ſi inferior aliter diſpenſat, facit contra commiſſionem, & mandatum & excedit delegationem, quare nulla eſt diſpenſatio, etiamſi fiat à legato à latere (quidquid dicat Manuel Rodrig. *in ſumma nouiter impreſſa, tom.* 2. *cap.* 24. *num.* 5.)
8 iſti enim & ſi poſſit Pontifex communicare, quod ſit valida diſpenſatio etiam ſine cauſa, & ait Salas *vbi ſupra num.* 32. (quamuis contrarium ſentio) tamen niſi id exprimatur non eſt præſumendum de Pontifice id facere, de quo nō licet præſumere peccatum, ſecus eſt ſi infertur bona fide iudicat ſubeſſe cauſam, quæ re ipſa non eſt; alias ſi bona fides ad hoc quod diſpenſatio inferioris ſit valida non ſufficeret, locus daretur magnis ſcrupulis, & recta gubernatio turbaretur, ita Azor. *lib.* 7. *inſtit. p.* 1. *cap.* 19. *q.* 6. Sanchez vterque *vbi ſupra.*

SVBRESOLVT. I.

Epiſcopus de conſenſu Capituli poteſt diſpenſare vt abſens lucretur, &c.

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus vel Capitulum ſi ipſi incumbat, vel Epiſcopus de conſenſu capituli, vel iſtud cum aſſenſu Epiſcopi poſſit diſpenſare cauſa iuſta cum Canonicis, vt abſentes lucrentur ad tempus etiam diſtributiones quotidianas.*
2. *Alcedi ſententia adducitur.*
3. *Item Pij V. & n.* 4.
5. *Concilij Tridentini mens.*
6. *Quæ temporales diſpenſationes non reſidendi facienda ab Epiſcopo.*
7. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in lege Pontificia ab tempus pro bono regimine ſuæ Eccleſiæ.*
8. *Garziæ ſententia. & n.* 9.

EX reſolutione huius grauiſſimæ difficultatis plura colligere licet ad praxim valdè vtilia. Primùm eſt † Epiſcopum, vel 1
Capitulum, ſi ipſi incumbit, vel Epiſcopus de conſenſu Capituli, vel iſtud cum aſſenſu Epiſcopi poſſe diſpenſare ex cauſa iuſta cum Canonicis, vt abſentes lucrentur ad tempus, (vltra aliud, quod Concilium, Pontifex, ſtatutum confirmatum, conſuetudo, aut fundatio illis concedit) etiam diſtributiones quotidianas, ita in his terminis tenet Caſtro Palao. *tom.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 10. *num.* 3. citat Zerolam *in praxi p.* 1. *verbo priuatio.* §. 4. *dubio* 2. ſed hic non agit de diſtributionibus, imò eas non lucrari, ſed ſolùm fructus probat ex Congr. Card. concedit tamē quòd Epiſcopus poteſt dare licentiam abſentiæ vltra tres menſes, ſcilicet per quatuor. Armendariz *in additionibus lib.* 2. *tit.* 23. *n.* 124. Comitolus *lib.* 1. *quæſtio.* 59. *num.* 2. Barboſa *allegatio.* 53. *num.* 13. ſed hic ſolum agit de obligatione Epiſcopi ad reſidentiam; id tamen dicit de Canonicis, *c.* 29. *n.* 11. Alcedus † *de præſtantia Epiſcopi Dignit.* 2
part. 2. *cap.* 9. *n.* 39. & ſic videtur declaraſſe Sacra Congregatio Concilij facta ad inſtantiam Epiſcopi Caurienſis. *Nonis Iulij* 1566. cui datur facultas, vt poſſit diſpenſare cum Canonicis, vt per quatuor menſes poſſint abeſſe propter cauſas relatas Summo Pontifici Pio V. & poſtea *anno* 1580. *die* 15. *Octob.*
† ampliata eſt hæc facultas ad quintum 3
menſem. Hæc tamen fuerunt indulta facta à Pontifice concedente facultatem, vt poſſit ad multum temporis omnibus Canonicis, vt poſſint abeſſe per quinque menſes ſicut Concilium conceſſit per tres.

Ex hoc tamen ſumitur argumentū, quod 4
Epiſcopus exiſtente cauſa iuſta poſſit concedere licentiam, vt abſit à Choro, & lucrētur fructus, etſi fuerit conſuetudo etiam diſtributiones quotidianas; vltra tres menſes vnū vel alterum iuxta cauſæ exigentiam, non ſecus ac exiſtente cauſa poteſt licentiam impertire Parrocho, cuius reſidentia à ſtrictiori cauſa dimanat, vt abſens ſit à ſua Parrochia; quod valdè confirmatur ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 6. *cap.* 2. vbi agens de beneficiis ſpecialem reſidentiam ex quolibet titulo requirentibus, ſic fatur. *Satis ad rem.* † *Ab eorum Ordinarijs quemadmo-* 5
dum eis pro bono Eccleſiarum regimine, & diuini cultus augmento, locorum & perſonarum qualitate penſata, expediens videtur opportunis iuris remediis reſidere cogantur nullique priuilegia ſeu indulta perpe-

tua de non reſidendo, aut de fructibus in ab-
ſentia percipiendis ſuffragentur indulgentiis
vero & diſpenſationibus temporalibus, ex veris
& rationabilibus cauſis, & coram Ordinario le-
gitimè probandis in ſuo robore permanſuris, has
6 autem † temporales diſpenſationes non re-
ſidendi faciendas eſſe ab Epiſcopo tenet
Bellarminus, ibi, *in obſeruationibus doctrinæ*,
& adducit declarationem Cardinalium, quæ
etſi loquatur de Parrocho multo melius de
Canonico.

Ex quo ſumitur non incongruum argu-
7 mentum, pro eo, quod † Epiſcopus poſſit
diſpenſare in lege Pontificia ad tempus pro
bono regimine ſuæ Eccleſiæ, & animarum,
ſuorum ſubditorum; quod in omni lege
Pontificia, niſi exprimatur contrarium &
Sanctæ Sedi reſeruetur & Epiſcopi inhi-
beantur, Doctrina Concilij generalis eſt ad
omnem præfatam legem, ad declarationes.
8 quas adducit Garzia † in contrarium, *cap. 2.*
cit. à n. 406. Reſpondetur quod quamuis le-
gitima cauſa ſit quæ approbata eſt à iure le-
gitimitate iuris; tamen non eſt iſta ſola quæ
legitima eſt ad diſpenſandum ad tempus in
reſidentia, ſed aliæ poſſunt eſſe quæ legiti-
mè iudicentur ab Ordinario, *ſecundum*
regimen Eccleſiarum, & aliis circumſtantiis
occurrentibus, ex quibus fit dictamen pru-
dentiæ hîc & nunc conuenire, eſſe quam
legitimas legitimitati facti, quamuis non
iuris; præterquam quod poſſunt reduci ad
9 aliquam ex annumeratis in iure, *c. vnico de*
Cler. non reſident. in 6. præcipuè *ad neceſſita-*
tem, quæ non ſemper debet eſſe Phyſica,
ſed ſufficit quod ſit moralis neceſſitas, quia
iuxta prudentis æſtimationem iudicat valdè
conuenire, quod moraliter & iuxta conui-
ctum humanum dici poteſt moralis neceſ-
ſitas.

SVBRESOLVT. II.

Non eſt eadem ratio de Parrochis, ac de Epiſcopis?

SVMMARIVM.

1. *An non ſit idem iudicium de Parrochis ac de Epiſcopis.*
2. *An Epiſcopos Papa vocet in ſolicitudinis partem.*
3. *Parrochi aſſumpti ſunt à Papa immediatè in partem ſolicitudinis Eccleſiarum mediis Epiſcopis.*
4. *An Parrochi ex conſuetudine habeant poſſe diſpenſare in ieiuniis Eccleſiæ.*
5. *Quæ licentiæ dandæ ſunt à Vicario Epiſcopi, & n. 6. 7. & n. 8.*
9. *An in denuntiationibus præambulis non poſſit diſpenſare Epiſcopus.*
10. *Sanchez & aliorum ſententia afferuntur.*
11. *Quodnam non videatur diſpenſatio ſed interpretatio legis per epikiam.*

SEcundum corollarium ſit non eſſe idem
† iudicium de Parrochis, iſtis enim, niſi 1
expreſsè concedatur licentia à Papa vel à
conſuetudine tolerata; non poſſunt diſ-
penſare in lege Pontificia, ſed recurrendum
eſt ad Epiſcopum, qui diſpenſet, quamuis
enim Parrochus in ſua Parrochia habeat
tantam poteſtatem, ac Epiſcopus in ſua
Diœceſi, vt putauit Abbas, *c. 1. n. 28. de dolo &*
contumacia, habentur loco Imperatoris ac
Regis, vt dixit idem Panormitanus, *ad c. ve-*
nerabilis, n. 19. de electione, & vt ait Barboſa,
de Officio Parrochi, p. 1. c. 1. n. 11. ſicut Papæ eſt
commiſſa cura vniuerſæ Eccleſiæ, & † Epiſ- 2
copos ipſe Papa vocat in partem ſolicitudi-
nis illiſque committit particulares Eccle-
ſias, & Diœceſes paſcendas, & curandas ita
Domino instituente Parrochorum ordi-
nem, in ſeptuaginta diſcipulis, Epiſcopis, eiſ-
dem Parrochis curam ſingularum Parro-
chiarum committunt, quoniam vt ait Trid.
ſuas oues cognoſcere valent, & à quibus ſolis
Sacramenta poſſint Parrochiani ſui acci-
pere.

Quamuis inquam totum hoc veriſſimum
ſit tamen cum Parrochi non † ſint aſſumpti 3
à Papa immediatè in partem ſolicitudinis
Eccleſiarum, ſed mediis Epiſcopis; illis vt-
potè non immediatè ſubordinatis, non
communicat poteſtatem diſpenſandi in ſuis
legibus ex vi muneris; ſed aliquando com-
mittit, vt conſtat, *ex c. nuper de ſententia ex-*
communicationis. Vbi dicitur quod poſſint ab-
ſoluere ſuos ab excommunicatione non re-
ſeruata. Ex conſuetudine etiam † habent 4
poſſe diſpenſare in ieiuniis Eccleſiæ, ex cau-
ſa rationabili; & quoniam facilè adiri non
poteſt Epiſcopus in obſeruatione feſtorum,
vt eſt communis ſententia, apud Azor. *p. 2.*
lib. 1. c. 28. q. 6. Fagund. *ad præcepta Eccleſiæ*
præcepto 4. c. 14. à n. 25. ſic declarauit Sacra
Congreg. Regula, & Epiſcoporum ſcribens
Conſentino Archiepiſc. *die 2. Aug.* 1594. & in
altera ciuit. Caſtellæ *die 21. Aug.* 1615. quæ
Sacra Congr. in alia ſub *die 28. Nou.* 1597.
dixit quod † dare has licentias pertinet ad 5
Vicarium Epiſcopi, etſi foraneum, non ad
Archipræsb. quãdo ad illos patet facilis adi-
tus, & non ſequitur damnum ſubditis, ſi
expectetur Epiſcopi aut Vicarij licentia &
adeſt cauſa ſufficiens, quæ ſi euidens & in-
dubitata, non requiritur diſpẽſatio ad labo-
randum, imò ſi Epiſcopus ponat in tali caſu 6
excommunicationem ne laboretur; excom-
municatio non legaret & contineret into-
lerabilem errorem, aiunt Fagund. *vbi ſuprà,*
n. 26. Sanch. *in ſumm. tom. 1. c. 45. n. 10.*

Sed

Sed hæc doctrina cum grano ſalis eſt intelligenda, quando ſcilicet cauſa eſt indubitata publicè, ſi enim labor publicus eſt,
7 & cauſa non eſt publicè indubitata, dubio procul poteſt Epiſcopus præcipere ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, neque laboret ſine ſua licentia in ſcriptis habita vt determinauit habendam eſſe Sacra Congreg. *in vna Caſtellan. ciuitatis citat.*
8 vnde Parrochus quando prouidet in aliquibus anni temporibus vt meſſis, & vindemiæ, & in portubus marinis, piſcationis neceſſarium fore huiuſmodi licentias impartiri Officialibus, vt laborent, præueniat ſe, & Epiſcopum, aut eius Vicarium conſulat, & expiſcetur diſpenſandi poteſtatem, vt cauſa dubia ex aliquibus capitibus exiſtente, licentia facta ſecuri in conſcientia laborent Parrochiani.

9 In denuntiationibus † præambulis ad matrimonium, quarum diſpenſatio commiſſa eſt ſolis Epiſcopis à Concilio, *ſeſſ.* 24. *cap.* 10. *de reformat. matrim.* nullo modo poteſt diſpenſare Parrochus, vt eſt omnino certum apud Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſput.* 5. Bonacinam *de matrim. quæſt.* 4. *p.* 6. *num.* 8. *&* 9. Baſilium Legionenſem *lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 3. niſi adſit periculum in mora, & adeo vrgens neceſſitas premat, vt
10 non ſit locus adeundi Epiſcopum pro diſpenſatione, vt ſi inſtet mors, & accipienda ſit aliqua in vxorem, vt famæ ſatisfiat, & filij legitimentur, vel ſi oporteat ita diſpenſare, vt vir æqualis cum æquali nubat fœmina, qui aliter diſcedet & voluntatem mutabit, ex quo ſequuntur magna ſcandala, diſſenſiones, & damnum notabile fœminæ, quæ innupta maneret, in his enim caſibus poteſt Parrochus matrimonio aſſiſtere non præmiſſis denunciationibus; ve-
11 rum hoc † non videtur propriè diſpenſatio, ſed interpretatio legis, per epiikiam, nam ſi lex obſeruaretur ſequeretur magnum inconueniens, & damnum tertio; maximè cum denunciationes non ſint de ſubſtantia matrimonij, ſicut eſt Parrochi & teſtium aſſiſtentia, quam requirit Concilium & formam contractus in qua ſolus Pontifex poteſt diſpenſare.

SVBRESOLVT. III.

Epiſcopus poteſt in legibus Concilij diœceſani, aut Prouincialis ſimiliter diſpenſare.

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopi in legibus latis in Concilio diœceſano poſſint diſpenſare.*
2. *An Synodus non ſit ſuperior.*
3. *An iuramentum habeat ſubintellectam conditionem.*
4. *Vtrum Epiſcopus poſſit ſecum in iuramento diſpenſare ſicut cum aliis.*
5. *An aliquis Epiſcopus excipiatur qui non poſſit diſpenſare.*
6. *An Archiepiſcopi poſſint diſpenſare in legibus latis à Concilio prouinciali, & numero* 7.
8. *Si Concilium expreſſè non prohibeat Epiſcopis & Archiepiſcopo diſpenſationem in legibus latis, an poteſt ex cauſa iuſta in illis diſpenſare.*
9. *Vtrum Parrochi poſſint diſpenſare in legibus Epiſcopi & Ordinarij ſui.*
10. *An Parrochus tantam habeat poteſtatem in ſua parrochia, ac Epiſcopus in ſua diœceſi.*
11. *An Papa Epiſcopos habeat immediatè ſubordinatos in regimine Eccleſiarum.*
12. *Valerij opinio affertur.*
13. *An ſit diuerſa ratio Epiſcoporum reſpectu Sum. Pont.*
14. *An Epiſcopi ſint membra & pars corporis Papæ.*
15. *An Pontifex maiori cum ſecuritate executionis ſuæ committat Epiſcopis authoritatem diſpenſandi in legibus ſuis, & n.* 16.
17. *An Epiſcopi prudentes ſe debeant putare Romanos Pontifices in ſuis diœceſibus.*

Tertium corollariũ ſit, quod † Epiſcopi in legibus latis in Concilio diœceſano 1
& Archiepiſcopus in legibus Concilij prouincialis; ſi in illis non fiat ſpecialis prohibitio, ne diſpẽſetur, aut ſpecialis reſeruatio; poteſt diſpenſare eo modo quo diximus de legibus Pontificiis; & quidem de legibus latis in Concilio Synodali, poſſe Epiſcopum & Archiepiſcopum cum ſuis diſpenſare, omnibus certum eſt & diſpenſatio valebit, etiam ſine cauſa, quia in hac Synodo ſolus Prælatus habet vim deciſiuam, à qua vigorem obligandi accipiunt leges & ſtatuta, vnde † Synodus non eſt ſuperior, quia omnes 2
ibi congregati præter Epiſcopum ſolum habent vocem conſultiuam, ita Diana *p.* 8 *tr.* 3. *reſolut.* 26. *§. ſed quæro*, Suarez *de leg. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 8. Sanchez *lib.* 8. *de matr. diſputat.* 17. *num.* 33. Baſilius *lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 4. Bonacina *diſput.* 1. *de legib. quæſt.* 2. *punct.* 5. *num.* 5. Barboſa *alleg.* 34. *n.* 3. Salas *de leg. diſput* 20. *ſect* 4. *n.* 43.

Quod tenet verum, etiamſi conſtitutiones ibi factæ ſint iuramento confirmatæ, tum † quia iuramentum ſubintellectam 3
habet conditionem, niſi ſubſit iuſta diſpenſandi cauſa, tum quia † Epiſcopus 4
poteſt ſecum in iuramento diſpenſare ſicut cum aliis, ſecus vero eſt ſi ſint confirmatæ confirmatione ſpeciali à Summo Pontifice,

tifice, quia tum de illis loquendum ſicut de aliis legibus Pontificiis, vnum tamen
5 excipio † Epiſcopum, aut Archiepiſcopum, non poſſe diſpenſare, aut mutare electionem examinatorum Synodalium, in qua habent votum deciſiuum ibi legitimè Congregati, vnde cum in tali electione conſiſtat radix formæ, quam inſtituit Trident. & confirmauit iterum Pius V. ad prouiſionem Parrochialium, eam nullatenus Epiſcopus poteſt alterare: vt latius dixi, *in tract. de examinat. Synodal.*

6 De Archiepiſcopis † reſpectu Concilij Prouincialis Auctores citati modo, & qui adducti ſunt pro prima ſententia principalis difficultatis ſentiunt non poſſe diſpenſare in legibus latis in Concilio Prouinciali, quia quamuis ibi Metropolitanus ſit caput, & præſes Concilij, tamen quantum ad ferendas leges omnes Epiſcopi ibi Congre-
7 gati habent votum deciſiuum; vnde ſi conſideretur Concilium congregatum Metropolitanus reſpectu illius eſt inferior, & Concilium eſt ſuperius. Vnde ab Archiepiſcopo ad Concilium Prouinciale datur appellatio, vt traddunt gloſſa, *finalis in c. à collatione, de appellatio. in 6.* vbi Barboſa, Nauarr. *conſ. 6. de maiorit. & obedient. in nouiſ. n. 4.* exiſtimo tamen iuxta prædicta in ſuperioribus, quod
8 † ſi Concilium expreſsè non probibeat Epiſcopis & Archiepiſcopo diſpenſationem in legibus latis poteſt ex cauſa iuſta in illis diſpenſare, ſicut diximus de Pontificiis.

9 De Parrochis † an poſſint diſpenſare in legibus Epiſcopi & Ordinarij ſui ſicut Epiſcopus in Pontificiis? Doctiſſimus Ioannes Valerus, *in differentiis inter vtrumque forum, verbo diſpenſatio. differentia 8. n. 4.* poſtquam noſtram ſententiam de poteſtate commiſſa Epiſcopis ad diſpenſandum in legibus Papæ multis citatis amplexus eſt, ſubdit, *Amplia præfatam Regulam ad Parrochos circa proprias oues eos ſcilicèt poſſe etiam omnia, quæ poteſt Epiſcopus niſi ſpecialiter reſeruata*, quod ego intelligo circa leges latas ab Epiſcopo, non à Pontifice iuxta dicta in ſuperioribus & poteſt confirmari ex his, quæ diximus ex Ab-
10 bate, quod † Parrochus in ſua Parrochia habet tantam poteſtatem ac Epiſcopus in ſua diœceſi; vnde ſicut Papa aſſumit, ſibi Epiſcopos in partem ſolicitudinis, Epiſcopos
11 † ſibique babet immediatè ſubordinatos in regimine Eccleſiarum, & ſicut Apoſtoli aceceperunt ſibi in partem ſuæ ſolicitudinis ſeptuaginta duos diſcipulos, ita Epiſcopus accipit in partem ſui regiminis Parrochos, ſibique eos immediatè ſubordinat, vt prudens euadat animarum gubernatio, & ſic ex vi huius gubernationis illis communicat authoritatem diſpenſandi in ſuis legibus ſecundum quod oportet ad regimen ſuæ Diœceſis.

Cæterum quamuis intellecta opinio Valerij † iuxta dicta non ſit improbabilis cũ con- 12
ſequenter loquatur, tamen non eſt extendenda hæc in legibus diſpenſandi poteſtas nimium, ne rigor diſciplinæ minuatur, & leges vulnerentur, quare exiſtimo † diuerſam 13
eſſe rationem Epiſcoporum reſpectu ſummi Paſtoris ac Parrochorum reſpectu ſui Epiſcopi, quia ſummus Pōtifex maiori cum fundamento præſumit rectam gubernationem in Epiſcopis de quorum prudentia magis fidit, vtpotè cum ſint Corepiſcopi cum ipſo, ſucceſſerintque Apoſtolis, quibus commiſſa eſt poteſtatis plenitudo, etſi ſubordinata capiti Eccleſiæ, & ſummo ipſius Paſtori Petro Chriſti Vicario; vnde † ſunt membra 14
& pars corporis Papæ argumento, *ex c. ſignificaſti, de elect.* & ſic ſunt Eccleſiæ Principes, *c. Eccleſiæ Principes 35. diſt. & c. quorum vices 65. diſt.* vnde ſunt Eccleſiæ fundamenta, propter hæc & alia multa attributa, de quibus latè Alcedus *p. 1. c. 9.* † Pontifex maiori cum 15
ſecuritate executionis ſuæ ſolicitudinis committit Epiſcopis authoritatem diſpenſandi in ſuis legibus, quando ſpecialiter non inhibentur, aut earum diſpenſatio vel ipſis legibus expreſsè, vel ex conſuetudine ſpecialiter reſeruetur.

Quod fundamentum non habent Epiſcopi ad ſimilem authoritatem impartiendam Parrochis, vt poſſint diſpenſare in legi- 16
bus Epiſcopalibus; tum quia magis ad manum eſt Epiſcopus, vt niſi neceſſitas vrgeat ab illo petatur diſpenſatio; tum quia conſuetudo ita declarat; tum tertio quia Parrochi non ita ordinariè ſunt prudentes, nec ſunt in ſtatu perfecto, vt à ſe ipſis poſſint alios illuminare, ſicut ſunt Epiſcopi, quare iſtis iure optimo Pontifex committit tacitè, & ex vi ſubordinationis authoritatem diſpenſandi. Neque ex hoc vt miſterioſè loquitur Diana *Reſolutio 11. citata*, ſequitur quod † Epiſcopi prudentes pu- 17
tent ſe eſſe Romanos Pontifices in ſuis Diœceſibus; ſed putant ſe eſſe Romano Pontifici ſubordinatos, & quod ab illo dimanat poteſtas diſpenſandi, principiumque Canoniſtarum, *quod tantum poteſt Epiſcopus, &c.* ſobrie intelligunt, quod ſi aliqui Epiſcopi minus prudentes, qui rariſſimi ſunt, aliter intelligunt ac nos enodauimus, coercendi ſunt & continendi in ſana & vera doctrina.

SVBRESOLVT. IV.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in legibus Concilij generalis.

SVMMA

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus poſſit ſicut in legibus Summi Paſtoris ita in legibus Concilij generalis.*
2. *Concilij Niceni mens.*
3. *Qua Pontificia confirmatio implicitam habeat & tacitam commiſsionem diſpenſandi datam Epiſcopis in ſuis diœceſibus, & num.4.*
5. *Molina & aliorum ſententia afferuntur.*
6. *Pontifex poteſt verè & realiter diſpenſare ius diuinum ex Thoma Sanchez, & numero 7.*
8. *Qua recta gubernatio petat commiſſum eſſe Pontifici, vt in lege aliqua diuina verè & propriè diſpenſare poßit.*
9. *An diſpenſatio inferiorum in lege ſuperioris non deroget authoritati & iuriſdictioni ſuperioris.*
10. *An Epiſcopus poſsit ex cauſa in legibus Pontificiis diſpenſare in multis caſibus.*
11. *An eadem fiat comparatio Pontificis ad Summum Legiſlatorem Deum, ac Epiſcopi ad Summum Legiſlatorem humanum, & num. 12.*
13. *Thoma Sanchez opinio, nec non aliorum, & n.14.*
15. *Quid per verbum* niſi diſpenſetur, *ſignificetur, & n.16.*

1 QVartum corollarium eſt ; Epiſcopum
poſſe, ſicut in legibus Summi Paſto-
ris, ita in legibus Concilij generalis ; ratio
eſt, quia leges conciliares, vt à prima radice
obligationis ſuæ dependent à Summo Pon-
tifice, vt à primo fonte, à quo dimanat om-
nis gubernatio Eccleſiæ vniuerſalis *cap. ſi-
gnificaſti, de elect.* hic eſt enim vſus Eccleſiæ,
2 & intelligentia perpetoa ; vnde † Conci-
lium Nicænum petiit ſuarũ diffinitionum,
legum, & decretorum confirmationem, *vt
regula noſtra* (inquiunt Patres illius Synodi)
fixos poßit habere gradus ; vnde ſexta Syno-
dus à Leone Papa, & Conſtantienſis à Mar-
tino V. & Trident. *à Pio V.* confirmata, & de
aliis conſtat apud Oſium Cardinalem *lib. 2.*
3 *contra Brentium*, vnde † eadem Pontificia
confirmatio implicitam habet & tacitam
commiſſionem diſpenſandi datam Epiſco-
pis in ſuis diœceſibus in illis legibus conci-
liaribus ſicut & in Pontificibus ; verum eſt
quod in legibus conciliaribus, vtpotè factis
cum magna Patrum conſideratiooe, & diſ-
cuſſione conuenientiæ ad totam Eccleſiam,
4 maiori cum difficultate & maiori ex cauſa
Epiſcopi debent diſpenſare, & quantum ad
hoc deſeruiunt regulæ quas adducit Thom.
Sanchez *lib. 8. de matr. diſp. 5. à n. 6.* quamuis
enim ad Concilij generalis derogationem
ſicut & iuris Canonici requiratur expreſſa
mentio, ſaltem in communi (vt ſi dicatur
non obſtante, quod in iure, vel in generali
Concilio ſit contrarium). vt colligitur ex
*cap. ex parte & cap. vltimo de capellis mona-
cho*, & † docent Molina *tom. 1. tract. 2. diſp.* 5
173. Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 26.
num. 3.* ex Couarr. *4. decretal. 2. p. cap. 8. §. 9.
num. 6.* dicente *totum mundum hoc amplectı*,
tamen hæc doctrina intelligitur, quantum
ad derogationem legis conciliaris ; non ta-
men quantum ad diſpenſationem in aliquo
caſu vrgentis neceſſitatis, quod requiritur
ad rectum regimen ſecundum circunſtan-
tias occurrentes.

Sed in confirmationem huius corollarij
placuit afferre verba Thomæ Sanch. *lib. 8.
de matr. diſp. 6. num. 5.* vbi ſatis probabiliter
defendit Pontificem poſſe † verè, & reali- 6
ter diſpenſare (& non ſolum declarare) ius
diuinum, & naturale non quidem ius in quo
diſpenſat abrogando, ſed eius obligationem
verè tollendo per veram diſpenſationem in
cauſa aliqua ſpeciali & ex cauſa vrgenti, &
ſubdit, *ſed recta Eccleſiæ gubernatio petit, vt
Prælatis inferioribus commiſſa ſit facultas verè
ac propriè diſpenſandi in legibus Pontificiis* 7
non in vniuerſum, ſed in caſu aliquo ſpeciali,
quando neceſſitas occurrit ; eo quod non
debet deſtitui mediis neceſſariis ad eius
tranquillum ſtatum, & regimen tuendum,
neque poteſt in his commodè adiri Ponti-
fex, ita eadem † recta guberoatio petit 8
commiſſum eſſe Pontifici, vt in lege aliqua
diuina, vere & proprie diſpenſare poſſit,
ob neceſſitatem occurrentem, atque mul-
to magis neceſſarium eſt, quia in priori ca-
ſu, vere eſt aditus ad Pontificem, quamuis
non commodus, at in poſteriori nullate-
nus poteſt adiri Deus, vt diſpenſet, & am-
plius confirmatur, quia ſicut † diſpeoſatio 9
inferiorum in lege ſuperioris, non derogat
authoritati, & iuriſdictioni ſuperioris, eo
quod ex eius tacita cõmiſſione fiat : ita hæc
Pontificia diſpenſatio, in iure diuino non
derogat authoritatem Dei, vtpotè quæ non
propria Pontificis authoritate fit, ſed ex ta-
cita, & iure optimo præſumpta Dei com-
miſſione fit, &c. ſatis egregia.

Quare dubitandum non eſt ſapientiſſimũ
hunc virum pro noſtra eſſe ſententia, quod
† Epiſcopus poteſt ex cauſa in legibus Põti- 10
ficiis diſpẽſare in multis caſibus prout opor-
tuerit ad rectam, & prudentẽ ſuæ diœceſis
gubernationẽ & regimen animarum, & ſi-
cut Pontifex oon poteſt in omnibus præce-
ptis diuinis, & naturalibus, ſed in aliqui-
bus, ita neque Epiſcopus in omnibus, ſed in
illis in quibus ſpecialiter nõ prohibẽtur, aut
ſpecialiter non reſeruantur, eadẽ enim † fit 11
cõparatio Pontificis ad Summũ Legiſlato-
rẽ Deũ, ac Epiſcopi ad Summũ Legiſlatorẽ

humanum, ſummum Paſtorem Eccleſiæ,
quæ doctrina valdè notanda eſt, pro Epiſ-
12 copis Indiarum, & partium remotiſſima-
rum à quibus non eſt facilis aditus,ſed mul-
tum temporis ſpatio itineris difficilis ad
ſummum Pontificem, ex cuius tacita com-
miſſione poſſunt in multis magis diſpenſare
quam qui facilem habent aditum.

Ex quo deducitur cum Thoma Sanchez
13 *diſp* 5.*cit.n.*5.quod ſi lex ſit Concilij genera-
lis, quæ permittat diſpenſationem hæc diſ-
penſatio etiam fieri poteſt ab Epiſcopo.Ita
Couarr. *in c.alma mater.* 1.*p.*§.7.*n.*8. Iacoba-
tius *de Concilijs, lib.*5.*art.*20.*n.*30. Angelus
*verbo diſpenſatio,n.*5.Syluester *ead.q.*9.*in fine.*
Duegnas *Regul.*141.*n.*2. & alij quos citat &
14 non vidi; ratio eſt perſpicua quia verbum,
ſi diſpenſetur, ſuperfluè ponitur, quia cum
non ponatur ſuperfluè loquitur reſpectu
Epiſcoporum, quibus traditur tacitè autho-
ritas diſpenſandi; & ſic,*c.quiſquis de electio-
ne*,quod deſumitur exConcilio generali La-
teranenſi ſub Innocentio III. pœna ſuſpen-
15 ſionis remittitur Epiſcopò diſpenſandas;†per
verbum,*niſi diſpenſetur*, vt tenet ibi Barboſa
*à n.*4.ſecutus Innocentium,Panormitanum,
& Azor.*p.*2.*lib.*6.*c* 4.*q.*28. idem eſt, de caſu
de quo, *in c.in quibuſdam,de pœnis*, quod de-
ſumptum eſt ex conſtitutione Concilij La-
teranenſis ſub Alexandro III. vbi Barboſa
ex Henriq. *in ſumma lib.*14. *c.* 19. §.2. *& in
comment.literra P.* & gloſſa finalis dicit,*quod
vbi iura dicunt poſſe diſpenſare intelliguntur
poſſe Epiſcopum*,quod quidem conuenit recto
16 Eccleſiæ Regimini, id autem quod hic po-
nitur expreſsè, tacitè intelligitur in omni-
bus de quibus in ſuperioribus,tantum enim
implicitum operatur quod expreſſum & de
vtroque,idem eſt iudicium, *l.cum quid. D.ſi
certum petatur*, & aliis comm. & legi poteſt
Rota apud Farinacium *p.* 2. *recentio. deciſ.*
608.*num.*2.

SVBRESOLVT. V.

*Poteſt diſpenſare ſimiliter in impedimentis
dirimentibus matrimonij?*

SVMMARIVM.

1. *Quis poſſit diſpenſare tam in impedimentis dirimentibus quàm non dirimentibus.*
2. *An ex tacita Pontificis conceſſione poſſit Epiſcopus diſpenſare in impedimentis dirimentibus,& n.*3.*&* 4.
5. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare ante contractum matrimonium.*
6. *Dilengani ſententia,& n.*7.
8. *Authoris opinio adducitur.*
9. *Qua diſpenſatio poſſit fieri ab Epiſcopo.*
10. *Exempla à Suare, & Sanchez afferuntur.*
11. *Quandonam neceſſitas Epiſcopum diſpenſandi ceſſet.*
12. *An tacitum & expreſſum idem operentur, remiſſiuè.*
13. *An votum & impedimentum dirimens maneant ſemper ſub poteſtate Epiſcopo tacitè conceſſa.*
14. *An poteſtas vni conceſſa euertat aliam alteri conceſſam.*
15. *An ſi vrgens neceſſitas diſpenſandi Epiſcopum oriatur ex paupertate non teneatur Epiſcopus facere expenſas, vt à Pontifice impetretur diſpenſatio.*

ALia innumera corollaria ex dicto prin-
cipio colligi poſſunt quæ pertinent ad
diuerſas materias, vt † de diſpenſatione in 1
impedimentis tam dirimentibus quam non
dirimentibus de qua Sanchez *lib.*8.*de matr.*
& Dilinganæ vniuerſit.Cancell.Ioan.Dica-
ſtillo *diſp.*8.*de Sacram.matrim.dubitat.*4. vbi
dicit, quod † ex tacita Pontificis conceſſio- 2
ne poteſt Epiſcopus diſpenſare in impedi-
mentis dirimentibus, quæ iure naturæ non
dirimunt, in foro conſcientiæ, & quando
impedimentum eſt occultum, vel quando
eſt publicum,ſi non pateat facilis aditus ad
Pontificem (quod ego intelligo in partibus
Indiarum,& aliis valdè remotis)& coniuges
non poſſunt ſeparari abſque magno ſcanda-
lo, & hanc ſententiam dicit & verè quod
eſt communis.

Ex qua veriſſima ſententia aliud effica-
ciſſimum ſumitur argumentum quod *ſuprà*
promiſi,quia in legibus Pontificiis de impe- 3
dimentis Pontificiis quæ grauiſſimæ ſunt, &
valdè neceſſariæ, in his *inquam legibus
quando eſt cauſa vrgens intelligitur tacita au-
thoritas commiſſa Epiſcopis eſſe à ſummo Pon-
tifice ad diſpenſandum, quia non eſt credibile
Pontificem pro tali caſu, quando prædicta in-
conuenientia ſequuntur, velle talem diſpenſa-
tionem ſibi reſeruare.Nam cum reſeruatio ſicut,
& quæuis, alia ſimilis lex ordinetur in ædifica-
tionem animarum, non in deſtructionem cre-* 4
*dendum non eſt, pro tali caſu ſub his circum-
ſtanciis, ſub quibus ſi reſeruatio fuiſſet, verge-
ret in damnum animarum, velit Pontifex, eam
reſeruationem locum habere*, hæc ille, & lo-
quitur de legibus reſeruatis Papæ,ergo mul-
to magis eadem conditio tacita imbibitur
in omnibus aliis legibus, imo addit hoc ip-
ſum poſſe † Epiſcopum ante contractum 5
matrimonium,quæ eſt communis ſententia
recentiorum, quidquid dicat noſter Pater
Auerſa.*q.*19.*de matrim.ſect.*2.

Quibus ſatis † benè addit idem Cancella- 6
rius Dilenganus, *cum multi celeberrimi Docto-
res hanc ſententiam iam olim docuerint; non*

potuerunt

*potuerunt Pontifices ignorare hanc ſententiam,
vtpotè tunc communem, eſſe receptiſſimam in
Eccleſia, atque adeò ſatis poterat, tanc tempo-
ris Pontifici innoteſcere, quod Epiſcopi ea pote-
ſtate vtantur, & tamen non reclamarunt, neque*
7 *ſe oppoſuerunt Pontifices, quotquot fuerunt ex
quo talis ſententia cœpit vigere, ſignum ergo eſt
ſaltem eam tacitè approbare, qua ratione ſoleo
vti in variis occaſionibus tanquam ſufficienti
ſigno, quod aliqua ſententia à Superiore tacitè
approbetur.* Hæc ferè ille.

8 Et ego † etiam addo, quod Epiſcopus non
ſolùm poteſt diſpenſare in lege Pontificia
non reſeruata exiſtente cauſa, non ſolùm
iuſta, ſed etiam & vrgens; verum etiam in
votis caſtitatis, & religionis emiſſis intuitu
virtutis Religionis & Caſtimoniæ (hæc
enim fiant ſolùm Papæ reſeruata) ita mul-
tis citatis tenet Doctiſſim. Tho.Sanch.*lib.*8.
*de Matrim.diſp.*9.*à n.*22.*& lib.*4. *Summæ cap.*
40.*n.*32.35.*&* 36. Suarez *t.*2.*de Religio tr. de
voto cap.* 29. *à n.*7. ſequuntur Moneta *de co-*
9 *mutat. vltima.volunt.cap.*5.*n.*351. † quæ diſ-
penſatio poteſt fieri ab Epiſcopo. Primò,
quando Pontifex non poteſt adiri, vt parti-
bus Indiarum, vt tenet Ludouicus Lopez,
*part.*3.*inſtruct. cap.*9. *de clauibus.* Secundò,
quando etſi Pontifex poſſit adiri, tamen ex
mora ſequitur grauiſſimum incontinentiæ
periculum. Tertiò, quando imminet graue
ſcandalum, aut magnum damnum tertiæ
10 perſonæ exempla ponunt † Sanchez &
Suarez in illo qui deflorauit virginem, quæ
ſi expectaretur Papæ diſpenſatio mutata vo-
luntate deflorantis, virgo cum honoris ia-
ctura innupta maneret, etſi Epiſcopus non
diſpenſaret proles illigitima maneret.

Quæ doctrina etiam verum tenet quam-
uis adſit Legatus à latere & Nuntius Apo-
ſtolicus habens expreſſam facultatem à Pa-
pa, vt in caſibus præfatis, tam votorum,
quam impedimentorum adſit, ſitque abſque
aliquo periculo ad eum facilis recurſus, eſt
contra Sanch.*num.*38. Suarez, Leſſium, &
11 alios quos citat, quia † tunc neceſſitas di-
ſpenſandi Epiſcopum, ceſſat, cum ſit iam à
ſede Apoſtolica hoc præuiſum dando lega-
to commiſſionem ſpecialem ad hanc diſpen-
ſationem, ſed quod dixi verius exiſtimo te-
nent Auila *de cenſuris, p.*2. *cap.*7.*diſp.*2.*dub.*6.
notabili 4. Henriquez *lib.*11.*de Matrim.cap.*
3.*num.*1.*& in comm.littera* (*H*) *& lib.*6.*de pæ-
nitentia.* Probabilem reputat Dicaſtillo.*diſp.*
8.*de Matrim.dub.*4. *n.*59. ratio quæ me mo-
12 net eſt, quia vt ſuprà vidimus † tacitum, &
expreſſum, idem operantur ſecundum ius
quare ſi tacitum eſt prius & per expreſſum
non derogatur tacita facultas conceſſa Epiſ-
copis ad diſpenſandum in his caſibus prior
eſt quā expreſſa conceſſa Legato, hæc enim
per accidens coniungitur cum legatione, &
tacita conceſſa Epiſcopis per ſe iungitur
cum dignitate Epiſcopali, ergo † votum & 13
impedimentum dirimens manent ſemper
ſub poteſtate Epiſcopo tacitè conceſſa, quæ
reſpicit per ſe neceſſitatem ſecundum ſe,
quam non derogat poteſtas expreſsè con-
ceſſa legato, quæ non aufert iuriſdictionem
radicatam, in dignitate Epiſcopali, reſpectu
cuius non ceſſat neceſſitas, vt diſpenſet,
quamuis ceſſet in ligatis voto, aut impeditis
neceſſitate adeundi Epiſcopum, tamē neceſ-
ſitas diſpenſationis ab aliquo qui non ſit
Summus Pontifex ſemper perſeueret; ſed
quicumque diſpenſat eſt ex autoritate de-
legata à Papa.

Quam ſententiam non ſolum exiſtimo
probabiliſſimam ſed etiam ſecuram in pra-
xi, vna enim † poteſtas conceſſa vni, non 14
euertit poteſtatem alteri datam, circa ean-
dem materiam, verum aduerte obiter con-
tra Vaſq.1.2.*quæſt.*178.*cap.*26 *num.*16.quod
† ſi vrgens neceſſitas diſpenſandi Epiſco- 15
pum, oriatur ex paupertate non tenetur
Epiſcopus facere expenſas, vt à Pontifice
impetretur diſpenſatio, ſiue in votis ſiue
in impedimento dirimente, ſed ſuppoſita
neceſſitate poteſt diſpenſare, cum enim non
ſit neceſſitas extrema in qua omnia ſunt
communia, & quis tenetur ex iuſtitia ſu-
currere proximo ne pereat, non tenetur
Epiſcopus niſi ex charitate; & ſic quam-
uis non ſuccurrat diſpenſatio valida eſt, ita
Sanch.*num.*39. Bonacin.*diſp.*1.*de legibus.q* 2.
*punct.*5.Monet.*de commut.vltim.volunt.cap.*5.
*num.*353.

SVBRESOLVT. VI.

*Vtrum Epiſcopus poſſit ſimplici Sacerdoti de-
legare poteſtatem confirmandi.*

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopus poteſtatem confirmandi ſim-
plici Sacerdoti poſſit delegare.*
2. *Martini Deledeſma opinio, & num.*3. *&
n.*4.
5. *Ioannis Andreæ ſententia affertur.*
6. *Quid antiquitus ab Epiſcopis ſolum fiebat.*
7. *Leonis I. mens adducitur, item auctoris, &
n.*8.11.*&* 14.
9. *Quid Papa prohibuerit.*
10. *Concilij Arauſic. dictum.*
12. *An Pontifex poteſtatem quam habet com-
mittendi ſimplici Sacerdoti authorita-
tem adminiſtrandi ſacramentum alteri,
committat.*
13. *Qua commiſſio tacite Epiſcopis ſit conceſſa.*
15. *Concilij mens affertur.*
16. *Caius ſacramenti ſit ſolus miniſter Epiſ-
copus.*

17. *An poſſit Epiſcopus ſubdelegare poteſtatem conferendi ordines ſacros ſimplici Sacerdoti.*

1 SEd † nunquid Epiſcopus poteſtatem or-
dinariam quam habet confirmandi, &
ſummus Pontifex poteſt delegare ſimplici
Sacerdoti imo de facto delegauit pro parti-
bus Indiarum poſſit in caſu vrgentiſſimæ
neceſſitatis Epiſcopus etiam ſimplici Sacer-
2 doti committere, affirmauit † Martinus De-
ledeſma 1. *p.* 4. *quæſt.* 13. *art.* 11. *dub. vnico.*
pagina 222. §. *ad hoc prius*, vbi ſic loquitur.
*ſecundo dico & melius quod Epiſcopus poterat
in ſua prouincia commitere ſimplici ſacerdoti
quod conferat ſacramentum confirmationis,
ſtando in iure diuino, niſi Papa prohiberet,
quia habet tantam poteſtatem in ſua prouincia
ſicut Papa in toto orbe, & probatur, quod Epiſ-
copus poſſit commitere ſimplici ſacerdoti quod
3 confirmet, ſi Papa non reſtringeret quia in con-
cilio Toletano.* 1. *cap.* 20. *quod celebratum fuit
anno* 400. *confirmatum à Leone I.) in quo cir-
ca finem ſic dicitur ſtatutum vero eſt Diaconum
non chriſmare, ſed Presbyterum, abſente Epiſ-
copo præſente vero non, niſi ab ipſo fuerit præ-
ceptum, ergo ex præcepto Epiſcopi ſimplex ſa-
cerdos poteſt confirmare, & forte vt dicebat
Armachanus in Græcia ſic ex commiſſione Epiſ-
coporum confirmabant ſimplices Sacerdotes, ante-
quam à Papa prohiberentur, & in Armenia,
& in Ægypto, & quod ex commiſſione Epiſcopi
ſimplices ſacerdotes poterant confirmare, vide-
4 tur (quia Papa cap. peruenit* 95. *diſtinctio.) non
dicit quod non teneret ſacramentum collatum
ab illis ſacerdotibus, ſed quod non facerent am-
plius.* Hæc fere ille, quam ſententiam pro-
babilem reputat Marchinus *de ſacramento
ordin. tract.* 1. *p.* 2. *cap.* 13. *num.* 19. quod ſatis
inſinuant Gratianus 95. *diſtinctio.* §. *iſtud*, &
§. *prohibitio.* & Gloſſa *vlt. ad* §. *quod autem.*
5 (vbi idem etiam ſatis innuit) dicit † Ioan-
nes Andreas *in primitiua Eccleſia præsbyteri
chriſmabant nunc vero minime, extra de con-
ſuetudine. cap. quanto.*

Dicere autem, quod *Concil. Toletan. &
cap. peruenit*; & Gratianus loquantur non
de Sacramento confirmationis, ſed de Chri-
6 matione, quæ fiebat in Baptizatis, quæ † an-
tiquitus ſolum præſtabantur ab Epiſcopo,
vel de eius conſenſu & licentia à Præsby-
teris, vt explicant Corollianus, & Seueri-
nus Binnius *in notis ad præfatum concil.* ex
Suarez, *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 34. *ſect.* 2. antiqui-
tus enim omnis vſus Chriſmatis inhibitus
erat Præsbyteris, niſi de licentia Epiſcopi,
vt teſtantur Hugo Victorinus *lib.* 2. *de Sa-
7 cramen. p.* 7. *cap.* 3. † Leo I. *epiſt.* 86. *alias* 88.
id quod reperit Seuerinus, *in vita Sancti
Sylueſtri, in Littera*, K. ibi *hic & hoc conſtituit,
vt Baptizatum liniat Præsbyter Chriſmate le-
uatum de aqua propter occaſionem tranſitus
mortis.*

Hæc inquam ſolutio etſi communis, & 8
plauſibilis ſit, tamen valdè ſuſpicor exco-
gitatam ad argumentum fugiendum, non
quia in rei veritate ſubſiſtat. Primò, quia
Gratianus, & Ioannes Andreas hanc non
patiuntur explicationem, vt legenti con-
ſtabit. Secundò, quia nec Gratianus, qui
manifeſtè loquitur de Sacramento confir-
mationis, quod celebratur & conficitur,
dum Baptizatus ſignatur in fronte, *cap.
nouiſſime. de conſecratio. diſti.* 5. & S. Greg.
lib. 3. *epiſt.* 26. *ad Iannarium Epiſcopum Cara-
litanum* loquitur de tactu Chriſmatis facto
per Præsbyteros, in fronte. Hoc autem
† Papa prohibuit facere; non tamen decla- 9
rauit irrita eſſe Sacramenta à Præsbyteris
de licentia Epiſcopi facta, & ſic, vbi non ad-
eſt Epiſcopus ne aliqui contriſtentur Præs-
byteris poteſtatem delegauit, vt confirma-
rent, id autem conceſſir, quod ante prohi-
buerir, vt ſcandalum, & triſtitia fidelium
auferretur.

Vnde † Concilium Arauſic. 2. *cap. dicit*, 10
hæreticos in mortis diſcrimine poſitos ſi
catholicos eſſe deſideraut, ſi deſit Epiſco-
pus à Præsbyteris cum chriſmate & bene-
dictione conſignare placet, & Beda in *pſ.* 26.
ad illa verba *Dominus illuminatio mea* dicit
quod confirmare propter arrogantiam non
conceſſa eſt ſingulis ſacerdotibus, & Pſeu-
do-Ambroſius *in cap.* 4. *epiſt. ad Epheſios circa
medium.* dicit *apud Ægyptios conſignant praſ-
biteri*, ſi non ſit Epiſcopus id quod etiam
dicunt † Leo I. *epiſt. cita.* 88. & Innocentius 11
I. *epiſt.* 1. *cap.* 6. conſignari enim ex communi
antiquitatis Eccleſiaſticæ phraſi idem eſt
quod confirmare, ita Tertulli. *de præſcri-
ptio cap.* 40. Pontius Diaconus *in vita ſancti
Cypriani cap.* 9. Patianus. *epiſt.* 3. Gelaſius Pa-
pa *epiſt. ad Epiſcopos per lucaniam &c. cap.* 7.
Conſtantinus Imperator *in priuilegio Roma-
na Eccleſia*, & Euſebius *lib.* 6. *Hiſtor. cap.* 35.
vnde confirmationem *ſignaculum* & *ſigillum*
appellant partim Patres, tam Græci, quam
Latini.

Confirmatur totum hoc ex doctrina Di- 12
caſtilli, *to.* 1. *tract.* 3. *de ſacram. confirm. n.* 118.
vbi docet quod † Pontifex hanc poteſta-
tem, quam habet committendi ſimplici ſa-
cerdoti authoritatem adminiſtrandi hoc ſa-
cramentum alteri committere, qui tanquam
delegatus nomine Pontificis quando ſub-
eſt iuſta cauſa poteſt hanc facultatem con-
cedere cum poteſtas iſta in Pontifice ſit or-
dinaria, vnde (ait) *conſultus videri poterit
eam facultatem concedere alicui qui viſis, &
conſideratis cauſis eam poſſit ſubdelegare maxi-
me in illis regionibus, valde diſtantibus à ſede
Apoſtolica.* Ex qua Doctrina colligitur

† hanc

13 † hanc commiſſionem tacitè conceſſam eſſe Epiſcopis, qui pro animarum ſalute poſſint ea vti in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis, in terris valde diſtantibus.

14 Propter hæc † exiſtimo nulla cenſura dignam eſſe ſententiam Martini de Ledeſma, ſed eſſe probabilem ſicut enim Epiſcopi in multis caſibus, qui ad rectum regimen pertinent operantur, vt Apoſtolicæ ſedis legati, quia ſic expedit animarum ſaluti, ita in hoc caſu tacite ſunt conſtituti tales, vt hanc poteſtatem confirmandi poſſint ſimplici Sa-

15 cerdoti ſubdelegare, quamuis enim † Concilium Florentinum, *in decreto vnionis*, & Trident. *ſeſſ. 7. canon.* 3 (conformans ſe ſummis Pontificibus Damaſo. *epiſtola* 4. Leone *epiſt.* 88. & Innocent. III. Vicario apud Conſtantinop. reſcribenti (id quod tenent ferè omnes Patres, tam Græci, quam Latini

16 † Miniſterium ordinarium huius Sacramenti eſſe ſolum Epiſcopum; tamen ex delegatione Papæ, aut ex ſubdelegatione Epiſcopi, poſſe eſſe ſimplicem ſacerdotem, eſt tamen diſcrimen, quia vt delegatio Papæ valida ſit cauſam non requirit, ſecus vt ſubdelegatio Epiſcopi, ſicut diximus de legibus Pontificiis, & hoc videntur ſentire ali-

17 qui RR. non tamen † poteſt Epiſcopus ſubdelegare poteſtatem conferendi ordines ſacros (quidquid dicant aliqui) ſimplici ſacerdoti, quamuis Summus Pontifex aliquibus Abbatibus conſecratis id aliquando conceſſerit, vt latè Tamburinus *de iure Abbatum diſp.* 10. *quæſt.* 8. de quo alibi latius dico. Hæc dixerim, vt probabilitatem ſententiæ enuclearem, non vt illi aſſentiam, quia contrarium certius.

SVBRESOLVT. VII.

Vtrùm poſſit Epiſcopus in caſu vrgentiſſimo dare tres ordines ſacros in tribus diebus extra tempora?

SVMMARIVM.

1. *An poſſit Epiſcopus in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis tres ſacros ordines dare in tribus diebus extra tempora.*
2. *Auctoris mens aſſertur.*
3. *An quantò grauior eſt lex, eo maior & vrgentior requiratur cauſa.*

1 SEptimum corollarium eſt, poſſe † Epiſcopum in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis, vt graſſantis peſtis, & in Sacerdotum qui adminiſtrent Sacramenta, magna penuria conferre tres ſacros ordines in tribus diebus, ſiue feſtiuis, ſiue non feſtiuis, ratio eſt perſpicua ex dictis, quia hæc omnia fieri ſolum ſunt prohibita legibus Pontificiis, & conciliaribus, in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare, ex iuſta & vrgentiſſima cauſa, nec video cur hoc non poſſunt ſicut poſ- 2
ſunt in ſimili diſpenſare in impedimentis Matrimonij, quæ non ſunt ex lege naturæ, ſed ſolum ex lege Eccleſiæ. Verum eſt, quod † quanto grauior eſt lex, eo maior & 3
vrgentior requiritur cauſa, & maius præuideri damnum ex non diſpenſatione futurum, & ſcandalum naſciturum, & proximius periculum animarum.

SVBRESOLVT. VIII.

An idem poſſint Prælati regulares cum ſuis ſubditis diſpenſando in lege Pontificia?

SVMMARIVM.

1. *An Prouinciales regulares poſſint in ſua prouincia & Generales in tota religione, ea omnia circa ſuos ſubditos in diſpenſatione legum Pontificiæ, quæ poſſunt Epiſcopi in ſuo Epiſcopatu.*
2. *An nomine Epiſcopi veniant ſuperiores regulares.*
3. *An Abbates & Prælati regulares in ſua Diœceſi, domo, & prouincia habeant reſpectu ſuorum ſubditorum plenam Epiſcopalem iuriſdictionem, & n.* 4.
5. *Quod priuilegium non extendatur ad ſuperiores regulares.*
6. *Quod decretum comprehendat ſolum Epiſcopos priuatiuè quoad omnes alios.*
7. *Quæ poteſtas Epiſcopis conceſſa exorbitet.*
8. *Garziæ mens adducitur, & n.* 9.
10. *An collegium ſuccedat in his quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ.*
11. *An non poſſint Eminentiſſimi Cardinales in ſede vacante ea quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ Pontificiæ.*
12. *Conclaue ſolùm eſt ordinatum ad electionem ſummi Pontificis.*
13. *Dianæ ſententia.*
14. *Quo priuilegio non poſſint vti Cardinales in ſuis titulis.*
15. *Ratio difficultatis enodatur.*

SEd eſt dubium non ſpernendum, an † Prouinciales regulares poſſint in ſua 1
Prouincia & Generales in tota Religione, ea omnia circa ſuos ſubditos (ſeruatis ſeruãdis) in diſpenſatione legum Pontificiis, quæ poſſunt Epiſcopi in ſuo Epiſcopatu, vt vidimus; ratio dubij ea eſt, quia † nomine Epiſcopi 2
veniunt Superiores regulares, vt conſtat ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. vbi Epiſcopis conceditur facultas diſpenſandi, &c. Vbi per Epiſcopos intelliguntur Abbates & Superiores regulares. Ita Marchinus *de Sacr. Ordinis tract.*

tract.1.p.9. diffic.1.n.3.c. 1.dicens quod hic
nomine Epiſcopi ſumitur in lata ſignifica-
tione, & comprehenduntur omnes haben-
tes iuriſdictionem,*quaſi Epiſcopalem*.Ita Ro-
drig. *tom.1.de Regul.q.61.art.9.* Sanch. *lib.8.*
de matrim. diſp.2.n.10. & ſumm.lib.2.cap.11.
Villalobos,*in ſumm.tom.1.tract.21.difficult.9.*
n.7.& plures alij,quos ſequitur & citat Dia-
3 na *p.7. tract.2.reſol.*4. fundantur,quia † hu-
iuſmodi Abbates & Prælati Regulares in
ſua Diœceſi,Prouincia & domo habent reſ-
pectu ſuorum ſubditorum plenam Epiſco-
palem iuriſdictionem, non quidem delega-
tam,ſed ordinariam ratione digniratis ſicut
Epiſcopus,alias tales ſubditi cum ſint exem-
pti ab Epiſcopis non eſſet illis ſufficienrer
prouiſum,ſi pro abſolutione, & diſpenſatio-
4 ne deberent recurrere ad Papam, vel Epiſ-
copos, eſſentque peioris conditionis, quam
alij fideles; quare priuilegium hoc cum ſit
ordinatum in animarum ſalutem amplian-
dum,& extendendum eſt.

5 Sed hoc priuilegium non extenditur † ad
ſuperiores regulares, imo neque ad Emi-
nentiſſimos Cardinales qui Epiſcopi non
ſunt,mihi probabilius & certius videtur.Ita
Bonac. *tom.1.de cenſuris in communi diſput.7.*
*q.5.punct.1.n.7. & q.4. punct.vlt.n.*12. Filuc.
*tom.1.tract.20.c.10.n.*270. Barboſa *alleg.39.*
*n.17.*Marius Alter.*tom.2.de cenſuris,diſput.8.*
Suar. *de cenſuris,diſp.41.ſect.2.n.6.* Nicolaus
Garzia *de beneficiis,p.7.c.11.n.13.& 17.* Ce-
nedo *collect.4.ad 6.n.3.*Toletus *in ſumm.li.1.*
c. 83. n. 5. ſic declarauir Sacra Congregario
cuius verba adducunt Garzia, & Suar. dicit
6 enim quod hoc decretum † *ſolum compre-*
hendit Epiſcopos priuatiuè quoad omnes alios.
Quæ cum citetur à grauibus Authoribus,
præſumendum non eſt, non eſſe authenti-
cam, & factam in re tam graui ſine conſul-
tatione ſanctiſſimi Papæ,quali effugio vrun-
tur contrarij.

Secundò,quia quod eſt à iure exorbitans
nequaquam in conſequentiam eſt trahen-
dum, *l. quod contra rationem. D.de Reg.iuris,c.*
7 *qua à iure 28. de eodem, in 6.* at † poteſtas iſta
Epiſcopis conceſſa à iure exorbitat cum
corrigar in parte ius commune. Ergo cum
Concilium dum illam concedit Epiſcopis de
iſtis priuatiuè, ad omnes alios, non debet
extendi, etiamſi ſinr ſuperiores nullius
Diœceſis quorum ſubditi, pro abſolutione
debenr rcεurrere ad ſummum Pontificem,
8 vt ait Garzia † *n. 29.* licèt non ſit improba-
bilis quod dicit Bonacina, quod decretum
etiam intelligarur de iſtis, qui non habent
priuilegium conceſſum à ſummo Pontifice
ſicut habent regulares, vt iam dico, & cum
hoc priuilegium ſit datum in vtilitatem ani-
marum ad iſtos ſuperiores nullius debet
9 extendi;ſed † quod dicit Garzia,magis con-
ſequenter dicitur, vnde neque Capitulum,
in ſede vacante, id poteſt, quia ſolum ſucce-
dit Epiſcopo in his quæ ſunt de iuriſdictio-
ne ordinaria, ex iure communi generali in
corpore iuris poſito, aut ex conſuetudine
generali, non vero in his quæ competunt
iure ſpeciali,vt expreſsè tenent Filuc.*n.*279.
Suar. *n.*13.

Et idem iudicium eſto de Collegio Card.
in Sede Pontificia vacante,vt enim ait & bene
Dicaſtillus *de Sacram. tom.1.tract.3.diſput.5.*
*n.*117.quamuis † Collegium ſuccedat in his, 10
quæ ſunr iuriſdictionis ordinariæ, tamen in
Sede vacante, ſummi Pontificis hæc regula
fallir in multis, non enim † poſſunr Emi- 11
nent. Card. in *Sede vacante*, ea quæ ſunt iu-
riſdictionis ordinariæ Pontificis,vt eſt caput
vniuerſalis Eccleſiæ, cuius ordinariæ iuriſ-
dictionis poteſtas ſolum reſidet in ſucceſ-
ſoribus Petri, quare neque poſſunt diſpen-
ſare in impedimentis, &c. Cum † conclaue 12
ſolum ſit ordinatum ad electionem ſummi
Pontificis, & ad alia quæ ad illius pacificam
electionem requirunrur,& conſeruationem
ſtatus Eccleſiaſtici, & iuriſdictionis, quod
totum habetur, *Clem.ne Romani,de electione*,
vbi pro irrito datur quod in contrarium fue-
rit factum. Vnde cum hoc dicat † Diana, 13
cum communi ſentenr.*p.5.tr.2.reſ.9.*miror,
quod *p.7.reſol.*3. ſequarur opinionem Cam-
penſis Capucc. *tom.2.tr.25. diſp.5.ſect.17.n.*
230. aſſerentis quod Card. *in Sede vacante*,
gaudent hoc priuilegio,cum quidqoid ege-
rint iuriſdictionis in ordine ad Regimen
Eccleſiæ niſi in caſibus dictis irritum ſit, &
inane, imo neque † Cardinales in ſuis titu- 14
lis hoc priuilegio poſſunt vti,quidquid dicat
ipſe Diana *tract.2.p.5.reſol.*59. eſt probabi-
lior opinio, quam ſequitur Moneta *de com-*
*mut.vlt.volunt.c.5.n.*453. vbi dat rationem,
quia hæc poteſtas datur Epiſcopis ratione
plenæ ac propriæ Diœceſis,qualis non eſt ti-
tulus Cardinalibus Præsbyteralis,& Diaco-
nalis.

Ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ
reſpondetur † quod ſubditis Superiorum 15
Regularium prouiſum eſt, à Sede Apoſtoli-
ca per priuilegia illis conceſſa, vt poſſint
ſubditos ſuos à quibuſcumque Papalibus
occultis, excepra hæreſi abſoluere, & diſ-
penſare, de quibus priuilegiis Manuel
Rodriguez, *vbi ſuprà*, & quamuis hoc
priuilegium ſit in vtilitatem animarum,
exrendendum tamen non eſt, vt vidi-
mus.

SVBRESOLVT. IX.

Poſſitne Ordinarius diſpenſare in ieiunio qua-
drageſimali ob imminentem epidemiam?

SVMMA

SVMMARIVM.

1. *An Ordinarius diſpenſare poſſit in ieiunio quadrageſimali,& n.2.3.4.5.& 6.*

1 ANno 1650.feria 2.in die 21. menſis Fe-
bruarij Illuſtriſſimus & Excellentiſſi-
mus D.D.D. Dominicus Pimentel Ar-
chiepiſcopus Hiſpalenſis(& poſt Eminen-
tiſſ.Cardinalis R.E.) in ſuo Archiepiſcopa-
li palatio viros valdè doctos, & eruditos
congregauit ſciſcitans ab eis, vt in his cir-
cunſtantiis † licitum eſſet diſpenſare, vt in
hac ciuitate Hiſpalenſi ieiunium quadra-
geſimale ſolueretur manducando carnes,&
oua, ita vt non cogerentur fideles edere
piſces,tam recentes,quam ſiccos,& ſalatos,
legumina & olera, & alia quadrageſimalia
obſonia?

2 Cauſa propoſitionis in tam graui Con-
gregatione viginti trium Doctorum & Ma-
giſtrorum fuit, quia conſiſtorium ciuitatis
conuocatis Medicis Doctoribus Ludouico
Ramires D. de Valverdi & D.Demeſa iſtis
conſultis reſpondère & ſubſcripsêre, eſſe
valdè periculum proximum, quod hoc an-
no reiteretur contagium & epidemia, tum
quia multi loci circunuinici ardent peſte,&
ciuitas iſta, niſi dominus cuſtodiat,eſt mo-
raliter impoſſibile, quod cuſtodiatur ab in-
3 fectorum ingreſſu tum qui epidimia præ-
terita anno 1600. ſemel & iterum reuixit
cum calore, quare vrget timor valdè ca-
dens in conſtantes viros, ne hoc anno, ite-
rum reuiuiſcat, quam hodie attentis cauſis
ſecundis, & miraculo ſecluſo, dubio pro-
cul imminet capitibus noſtris iterum bel-
lum diuinum, & ſic prius vitia reſecando,
quæ cogunt Deum,vt contra nos debellet,
corpora ſunt ſtabilienda, vt poſſint reſiſte-
4 re infirmitati contagij,habeantque ſangui-
nem purum & non excrementoſum qua-
lem generant carnes,quælibet enim caro ad
ſtabiliendum cor melior eſt, quam melior
piſcis,quamuis iſte aliàs ſit boni nutrimen-
ti,hoc eſt non nociui ad nutriendum, cum
5 aliquando infirmis detur, quare deputatis
nunciis poſtulauit ciuitas Hiſpalenſis ieiu-
nij quadrageſimalis diſpenſationem.

6 Vt autem Congregationis P. P. ex ore
Medicorum ſententiam, quam ſubſcripſe-
rant audirent duos ipſorum principaliores
vocauit D. Ramirez & D. Valuerde ille in
ſua ſententia firmior permanſit,& conſtans
dicens neceſſarium eſſe diſpenſare in lege
ieiunij quadrageſimalis, quantum ad cibos
triſtes & noxios,alter vero ſententiam mu-
tauit; neceſſitatem diſpenſationis dene-
gans, iſtis auditis & miſſis, Illuſtriſſimus &
Excellentiſſimus Dominus Archiepiſcopus
difficultatem nobis propoſuit,vt vnuſquiſ-
que ſenſum ſuum aperiret, quilibet enim
zelo ſancto motus, ſuam ſententiam firma-
uit,at qui negarunt his fundamentis ſe mu-
nierunt.

§. I.

Negatiua ſententia roboratur.

SVMMARIVM.

1. *An actu graſſante peſte & epidemia ſit quis diſpenſatus.*
2. *Quòd ieiunium quadrageſimale ſit antiquum, quid ſequatur.*
3. *Innocentij III. ſententia.*
4. *An homines ſani in loco mortalitatis poſſint veſci carnibus,ouis, & caſeo tempore quadrageſimali, & n 5.*
6. *Quæ diſpenſatio ad ſolos diuites extendatur.*
7. *An qui omittit obſeruantiam præceptorum Eccleſiæ, vt ſequatur conſilium medicorum ad præcauendam infirmitatem, videatur magis confidere medicis quã Deo.*

PRimò, quia licet † graſſante actu peſte, 1
& epidemia diſpenſatus ſit ſæpius, vt
feria 6. Sabattho, vigiliis, & quatuor anni
temporibus,hoc anno diſpenſauit Capitu-
lum *ſede vacante* & Cordubæ ab Illuſtriſ-
ſimo DD Petro de Tapia Epiſcupo, etiam
diſpenſatum eſt in ieiunio quadrageſimæ,&
anno præterito diſpenſauit D.D.n eus Illu-
ſtriſſimus Dominus Franciſcus Guer. Epi-
ſcopus Gautanus ſub quibuſdam conditio-
nibus, tamen ſolum ob præſeruationem pe-
ſtis imminentis, nunquam legitur diſpen-
ſatum vniuerſale ieiunium quadrageſimale,
In aliqua ciuitate, oppido, aut prouincia,
quod non expedit, vt in hac ciuitate Hiſpa-
lenſi diſpenſetur.

Secundò, quia † ieiunium quadrageſi- 2
male ita antiquum eſt in Eccleſia, quod li-
cet non ſit de iure diuino, tamen ipſum vi-
detur attingere,ortum enim ducit ab aucto-
re iuris diuini Christo Domino, qui ſuo
exemplo ieiunium hoc conſecrauit, & ſic
illius præceptum habetur ex traditione
Apoſtolica, aut expreſsè dicunt Hierony-
mus *epiſtola ad Marcellum* V.Leo Papa *ſerm.*
de quadrageſima, & plures alij quos citant
duo Cardinales, Bellarm. *lib. de bonis operi-*
*bus cap.*14.& Baron. *tom.*1.*ad annum Chriſti*
57.*à n.*154.Ambroſ.*ſerm.*25. dicit, *ieiunium*
quadrageſimale eſſe à Chriſto indictum, &
ſerm. 24. dicit *eſſe legem diuinitus datam*,
& ſerm. 36 *eſſe cæleſti maieſtate præceptum*,
quæ verba repetit Maximus *homil. de qua-*
drageſima, & Auguſt. *in Pſalm.* 100. *paulo*
poſt principium affirmat, *eſſe præceptum ab*
Euangelio.

Tertiò, ex *cap. conſilio de obſeruatione ie-* 3
iunio

Digitized by Google

iuniorum. Argumentabatur quidam non ignobilis Canoniſta, quia † Innocentius tertius, reſcribens Bracarenſi Archiepiſcopo de quibuſdam, qui diebus quadrageſimalibus tempore magnæ famis, *eo quod inedia ingrueret tanta, quod magna pars populi propter inopiam annona periret, carnes comedere ſunt coacti. Quos in tali articulo, illos non credimus puniendos, quos tam vrgens neceſſitas excuſauit, preces tamen Domino cum illis & pro illis effundat, ne ipſis aliquatenus imputetur, quia bonarum mentium eſt ibi timere culpam, vbi minimè culpa reperitur.* Hæc ibi vbi Gloſſa *verbo bonarum*, ait, *tamen propter ambiguum duplicitatis poteſt talibus pænitentia impouit.* Ergo in ieiunio quadrageſimali non eſt licita diſpenſatio propter neceſſitatem vrgentis inediæ, & multo minus Epidemiæ.

4 Quartò, arguebat alius P. Magiſter Societatis ex Hieronymo Prædiuelli *in tr. de peſte, & eius Priuilegiis qui habetur. to. 18. DD. impreſſionis Veneta anno* 1584. *§. dubium poſſit oriri*, vbi ſic loquitur. *An † homines ſani in loco mortalitatis poſſent veſci carnibus, ouis, & caſeo, breuiter concluditur, quia non reperitur, quod qualitas ciborum quadrageſimalium ſit rationabilis cauſa, vel neceſſitas ad ſoluendum tale ieiunium, nec videtur rectè fieri per Pontificem ſi circa hoc diſpenſetur, quia quadrageſimale ieiunium eſt decima totius anni, quam iubemur ab omnipotenti Deo dare, cap. quadrageſima. de conſecratione diſtinct. 3. Nec Gregorius eam conſtituit, vt vulgus aſtimat. Sed Beatus Petrus ſecundum Archidiac. cap. à ſacerdotibus de conſerat. diſt. 3.* Hæc ille.

5 Quintò, arguebant alij, quia non videbatur expediens, cum ciuitas hodie Dei benignitate, & miſericordia eſſet libera à Contagio, nec vllus adſit Epidemiæ infectus ſolùm propter præuentionem futuri contagij in præcepto grauiſſimo diſpenſare; daretur enim hæreticis anſa & occaſio muſſitādi, & murmurandi & confirmandi ſe in errore, quem mordicus tenent contra Eccleſiaſtica ieiunia. Si enim naturæ cibi quadrageſimales nocent, & infirmitates inducunt, quia naturaliter excrementoſi, non videtur congruum ieiunium.

6 Sextò, ſi ſolueretur ieiunium, & daretur licentia carnium edendarum, iſtæ cariſſimè venderentur, vnde pauperes non habentes, vnde emerent, legumina, olera, lac & piſces ſalatos ederent. Vnde diſpenſatio ad ſolos diuites extenderetur, qui poſſunt cibis quadrageſimalibus delicatis tranſigere, & pauperes manerent expoſiti cauſæ contagij, quod timetur, & ſic paruum, aut nullum remedium induceret diſpenſatio.

7 Septimò, quia qui † omittit obſeruantiam præceptorum Eccleſiæ, vt ſequatur conſilium Medicorum ad præcauendam infirmitatem, videtur confidere magis Medicis quam Deo, quod reprehenditur in Aſa Rege Iuda. 2. *Paral. cap. 16. n. 12. Ægrotauit Aſa anno 39. Regni ſui dolore pedum vehementiſſimo, & nec in infirmitate ſua quaſiuit Dominum, ſed magis Medicorum arti confiſus eſt.*

§. II.

Affirmatiua ſententia defenditur.

SVMMARIVM.

1. *Affirmatiuam tenentes ſententiam afferuntur, & n. 2. & 3.*
4. *Ficini opinio adducitur, & n. 9.*
5. *Innocentius III. illos qui diebus quadrageſimalibus carnes propter ingentem inediam coacti ſunt comedere, excuſat, & n. 6.*
7. *Qui ob debilitatem carnes ſumunt ſabbatho an illis licitum ſit.*
8. *Si periculum contigerit non eſt ſeruanda conſuetudo ieiunandi, quia vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquitur.*
10. *Vt damna ex corroſione veneni peſtiferi inducta auferantur, quid requiratur.*
11. *An non ſubiaceat legi neceſſitas.*
12. *An cum vrgens neceſſitas adeſt deſideriorum infirmorum petentium eſum carnium in quadrageſima poſſit Epiſcopus & debeat ſupportare cum illis diſpenſando, vt maius in eis periculum euitetur, & numer. 13.*
14. *Superior debet non puro conſilio ſed authoritatem ſuam interponendo diſpenſare ſi videtur ſufficiens cauſa.*
15. *An Epiſcopus peccet ſi non diſpenſet vbi patet ratio diſpenſandi.*
16. *Multorum opiniones adducuntur.*
17. *An quandoque Prælatus teneatur per diſpenſationem conſulere.*
18. *Quid per verba* Infirmorum deſiderium *veniat notatu dignum, & n. 19.*
20. *Peſtis vapor omnem vapulare poteſt humorem ſed potiſſimum ſanguinem &c. ex Ficino.*
21. *An infirmitas immineus ſit cauſa rationabilis diſpenſandi à lege ieiunij.*
22. *An ſecundum diſpenſationem ſuperioris non obliget lex ieiunij.*
23. *Lex ieiunij non obligat ex quocumque detrimento ſalutis vel ſanitatis.*
24. *Quis metus dicatur iuſtus.*
25. *Hieronymi Prediuelli mens, & n. 26. & 27. nec non Laurentij de Perrinis, & n. 28. 29. & 30.*
31. *An tempore peſtis poſſit Epiſcopus diſpenſare vt tempore quadrageſimæ poſſint tam viri quàm mulieres carnes comedere, n. 32*

33. *An*

33. *An quando magna peſtilentia imminet, immineat mortis periculum.*
34. *Cardinalis Caiet. ſententia affertur, & n.35. & 36.*
37. *In quibus caſibus ſuperior poſſit vocari Epiſcopus.*
38. *An cauſa æſtimatu à ieiunante rationabilis abſque fraude, licet reipſa rationabilis non ſit ſufficiat vt quis excuſetur à ieiunio, & petat diſpenſationem præcepti & legis.*
39. *Maius damnum an ſit quod reſpectu totius corporis politici, quàm quod timetur reſpectu vnius particularis.*
40. *An quando cauſa eſt dubia accedente Prælati authoritate fiat rationabilis.*
41. *Nonnullorum DD. ſententiæ adducuntur, & n.42.*
43. *An quilibet habeat ius dum agitur de vltimo damno corporis.*
44. *Sanchez mens affertur, & n.45.*
46. *An medicus non teneatur ſequi opinionem de medicamento tutiori.*
47. *An omnes Medici conueniant ſecurius, & tutius præſeruari à contagio per eſum carnium quàm piſcium.*
48. *An aſſiſtentes infirmo mortaliter peccent ſi omiſſis mediis à Medicis deſignati vtuntur aliis.*
49. *An diſpenſationem à cibis quadrageſimalibus poſſit facere ſuperior regularis cum ſuis ſubditis.*
50. *Eugenij III. conceſſio prioribus & Vicariis ordinis S. Hieron.*
51. *An bellum imminens excuſet ab obligatione ieiunij.*
52. *An cuſus ſit maior epidemiæ quàm belli humani, & n.53.*
54. *Corpus humanum tripliciter conſideratur, & n.55. & 56.*
57. *Quando periculum naſcitur ex ipſo facto, tunc factum illud non eſt expediens, ex S.Thom. & n.58. & 59.*
60. *An quando imminet epidemia peſtifera lex ieiunij quadrageſimalis ſit contra æquitatem iuſtitiæ, & n.61.*
62. *Non poteſt legiſlator aliquod præceptum ponere, quod non oporteat in caſu aliquo prætermitti, ex S.Thom. & n.63.*
64. *Doctorum ſententiæ certitudo, & num.65. & 66.*

FAteor hæc motiua non parui eſſe ponderis, quæ mouerunt maiorem Patrum partem, vt in negatiuam ſententiam abirēt, cum Illuſtriſſimo, atque excellentiſſimo Ar-
1 chiepiſcopo. Verùm enim verò † mihi magis, ibi, & ſemper arriſit oppoſita ſententia, quare meum dictamen clarè propalaui, & fortiſſimis muniui argumentis ex ratione naturali, ex Authoritate, & morali Theologia depromptis, nec tamen ita tenaciter defendo, quod proterue, ſed illud ſapientioribus libétiſſimè ſubmitto. Dixi ergo coram venerando cœtu doctiſſimorum ex Metropolitana Eccleſia & ex omni ferè religio-
ne Magiſtrorum, quod in his circumſtan- 2
tiis, etiam ſi ciuitas à contagio ſit libera cum nullus, quem ſciamus hodie epidemia intereat, tamen nondum annus eſt transactus à tempore quo ciuitas ardebat peſte tam crudeli, vt in hiſtoriis non legatur, quod tam paruo tempore tot millia hominum perierint in vna ciuitate, nulla fuit tam paucis diebus ſic lacerata in membris ſicut Hiſpalis noſtra fuit, de ea enim licet cum Sineſio loqui. *Neſcio, quid de hiſce calamitatibus dici oporteat, quæ in oculis omnium verſantur, nam nec ſermonem inſtituere vacat, iis, quibus flere neceſſe eſt, neque rerum acerbitati par inueniri oratio poteſt.* Quare omnes quot- 3
quot ex bello diuino remanſerunt viui, nondum rei integratis viribus ex conflictu humorum cum corpore peſtifero robuſti ſunt, imò debiles ab intrinſeco ex pugna remanſerunt. Rurſus multi ex circumuicinis locis fortiſſima Epidemia laborant, vnde minatur proximum periculum, ne iterum ardeat peſtiferus humor, aut in his, qui cæſi ſunt reuiuiſcat, & exhalatio venenoſa, quæ veſtibus, & lana occulta manet, & per tres annos ſolet durare, vt ait Ficinus *in Epidemiæ Anti-* 4
dotis cap. 14. calore veris repullulet, & cæteros alios contagio contaminet, peſtiferus enim humor, vel eſt in ſanguine, vel in humoribus ſanguine permixtis, Ficino affirmante *cap.* 8. quare cum adſit hic timor, & hoc tam grande malum immineat, vt ſanguis bonus & minus excrementoſus generetur, & natura vires, quibus reſiſtere valeat reſumat neceſſarium eſt, quod in ieiunio, quoad cibos triſtes, & noxios diſpenſetur, etiam in quadrageſima.

Huius dictaminis, ſit primum fundamen-
tum, *ex cap. Conſil. citat.* in quo † Innocentius 5
tertius, illos, qui diebus quadrageſimalibus carnes propter ingentem inediam coacti ſunt comedere excuſat, dicens, *illos in tali articulo non credimus puniendos, quos tam vrgens neceſſitas excuſauit.* vbi Gloſ. ait, *& ſic neceſſitas excuſat quæ legem non habet.* Atqui in præſenti caſu ad neceſſitatem comedendi carnes ob periculum reincidendi in contagium, quod hodie, & nunc imminet maniſeſtè conſtat ex dicto plurium Medicorum
ita affirmantium, quamuis enim aliqui di- 6
cunt hoc periculum, non adeſſe ita proximum, quod ſufficiens ſit ad diſpenſandum; tamen in re tam graui in qua ciuitas exponitur epidemiæ, tutior pars eſt eligenda, vt *infrà* magis confirmabo, quare hic adeſt neceſſitas præciſa, eo ipſo quod ſit poſitum ſub opinione,

opinione, an ſit huiuſmodi periculum?
7 Procedit Pontifex ad reſponſionem ſe-
cundæ interrogationis Archiepiſc. Brachar.
de quibuſdam † qui in ſabbaro carnes ſu-
munt propter debilitatem, *quod in partibus*
tuis nullatenus fieri, conſueuit cum hoc ab aliis
moleſtè feratur, & oriatur inde illis occaſio de-
trahendi. Reſpondemus, quod ſuper hoc conſue-
tudinem tuæ regionis facias obſeruari, ſic tamen
quod debilibus, & infirmis, propter hoc pericu-
lum non emergat, quæ Pontificia deciſio
manifeſtè currit in caſu preſenti; nam vt
ait Gloſſa, *Si periculum contigerit non eſt ſer-*
uanda conſuetudo ieiunandi (aut lex) *quia*
vtilius ſcandalum naſci permittitur quam ve-
8 *ritas relinquatur.* At hic manifeſte adeſt pe-
riculum recidendi cum omnes, quotquot
fuerunt in hac ciuitate, aut aliis locis con-
tagio infectis debiles manſerunt, quia aut
vulnerati ſunt èpidemia, aut non ſi prius,
cũ vapor illius veneficus fuerit, ita læſit ca-
lorem, & humidum radicale, quod ad ipſum
reſtaurãdum multum temporis ſit neceſſe,
manſit enim ſumme debile à venefica qua-
litate humoris, vt cum ait Ficinus *vbi ſupra*
9 *cap. 1.† peſtis vapor cum veneni iam ſuſcipit na-*
turam calcis vel arſenici ſuſcipit naturam, cu-
ius effectus eſt putrefacere, redire, ardere in-
tus, & extra, quibus effectibus potiſſimum in-
teritus omni qua poſſumus induſtria reſiſtendum
eſt. Et vt ait Beatus Albertus Magnus, *lib. 25.*
de animalibus cap. 1. venenum corrodit putre-
faciens ex acumine caloris in humido radicali,
10 vt autem hæc † damna & ex corroſione ve-
neni peſtiferi inducta reſtaurentur multum
tempus neceſſarium eſt, in quo natura de-
bilis ab intrinſeco perſeuerat. Ergo hoc tem-
pore obſeruari non debet ieiunium cum de-
bilibus periculum magnum hac obſeruatio-
ne emergat, aut non ſunt vulnerati & iſti
etiam manent debiles, vt iam probo.
11 Pergit Innocentius tertius, ad tertiam
interrogationis partem (videtur enim Ar-
chiepiſcopus ſcrupulis angi) & ait Pont. *de*
illis, qui in quadrageſima, vel in aliis ieiuniis
ſolemnibus infirmantur & petũt ſibi eſum car-
nium indulgeri. Reſpondemus, quod † non ſub-
iaceat legi neceſſitas deſideriorum infirmorum,
cum vrgens neceſſitas exigit ſupportare potes,
& debes vt maius periculum in eis euitetur.
Hæc ibi, vbi Gloſſa *verbo maius periculum*
ait, *ſcilicet mortis ſicut olim permittebatur da-*
re libellum repudij, vt maius periculum vitare-
tur 33. q. 2. c. ſi quod verius.
12 Circa quæ verba tam gloſſæ, quam Pon-
tificis notandum eſt valde ad noſtrum in-
tentum, primum, quod † cum vrgens ne-
ceſſitas adeſt, deſiderium infirmorum pe-
tentium eſum carnium in quadrage-
ſima *poteſt Epiſcopus, & debet* ſupportare,
cum illis diſpenſando, vt maius in eis pe-
riculum euitetur, huius caſus deciſionem
manifeſte in præſentibus circunſtantiis in-
uenimus, cum excellentiſſimus comes de la
Puebla aſſiſtens huius ciuitatis in publico
conſiſtorio Medicos valde doctos conuo-
cauit ad exquirendum ab eis, an fuerit ne-
ceſſarium petere diſpenſationem ieiunij,
quadrageſimalis, ab illuſtriſſimo Archie-
piſcopo, & omnes in conclaui illo ſubſcri- 13
pſerunt eſſe neceſſitatem huius diſpenſa-
tionis ex qua informatione ortum fuit,
quod mitterentur legati deputati ad eam
diſpenſationem petendam, ergo Dominus
Archiepiſcopus poteſt, & debet, cum hoc
ex conſilio Medicorum neceſſitas exigat
diſpenſare, vt maius in eis periculum euite-
tur. Vnde Dominus Caietanus *in ſumm.*
verbo ieiunium cap. 3. num. 9. egregie dixit.
Superior † debet non puro conſilio ſed authori- 14
tatem ſuam interponendo diſpenſare ſi videtur
ſufficiens cauſa, aut commutans in aliquam elee-
moſynam vel orationem vel aliquod aliud opus
pium, ſi de ſufficientia cauſa dubitat, &c.
& Gloſſa *ſingularis. ad cap. domino ſancto 50.*
diſt. verb. neceſſe ait, *patet diſpenſationem quan-*
doque eſſe debitam. cap. vt conſtitueretur eadem
diſt. cap. noli. 23. quaſt. 1. cap. ſi quis. verbo quod
ſic. & cap. conſiderandum eadem diſt. & ſic pa-
ret quod † Epiſcopus peccat ſi non diſpen- 15
ſat, vbi paret ratio diſpenſandi *cap. fraterni-*
tatis. 34. diſt. argumento ex cap. quanto 2. q. 5.
& ait vnum ſingulare, tamen eum ſuperiori
poteſt agi officio iudicis vt fiat diſpenſatio,
cap. nullus de iurepat. licet non poſſit peti
iure actionis ſicut poteſt dici eleemoſyna
pauperi debita, *cap. ſicut 47. diſt. gloſſa.*
Quam ſententiam amplexati ſunt † Sua- 16
rez *de legibus. lib. 6. cap. 18. n. 20.* Salas *diſp. 20.*
ſect. 7. n. 70. Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 10.*
n. 6. vbi plures adducit, quibus adiungo Ba-
ſilium Ponce. *lib. 5. de matrim. cap. 32. n. 6.*
Hurtado *diſp. 5. difficult. 10. n. 71.* Martinum
Perez *diſputatione 43. ſect. 5. n. 1.* Bonacinam
tom. 2. de legibus diſp. 1. q. 2. punct. 3. num. 22.
Choninc. *de matrim. diſp. 27. n. 59.* Layman.
lib. 1. theolog. moralis tract. 4. cap. 22. num. 20.
Dianam. *p. 8. tract. 3. reſol. 27.* qui omnes, &
plures alij affirmant tunc teneri prælatum
diſpenſare, quando neceſſaria eſt diſpen-
ſatio ad vitandum publicum, vel priuatum
damnum, vel quando valdè vtilis eſt bono
communi, vel etiam priuato, conuenit enim
prælato poteſtas diſpenſandi in vtilitatem
& commodum ſubditorum, quare ſicut qui-
libet tenetur aliorum neceſſitati occurrere,
quia *vnicuique mandatum eſt de proximo ſuo*
ita à fortiori † quandoque Prælatus tenetur 17
per diſpenſationem conſulere, atqui in
præſenti caſu circunſtantionato vt diximus
imminet crudeliſſimum damnũ epidemiæ
ex teſtimonio valentiſſimorum Doctorum,
inter

Digitized by Google

inter quos mihi vnus ſufficit D. Ramirez eminens in ſua arte propter ingentem ſcientiam,& ſummam experientiam,vt omnibus notum eſt,cuius votum *infrà* ad verbum referam. Ergo tenetur Ordinarius diſpenſare in lege ieiunii quadrageſimalis, imminet enim maius periculum mortis, non vnius particularis, ſed ingentis multitudinis.

Secundum, quod notandum eſt circa illa
18 verba † *Infirmorum deſiderium*. per infirmos enim non intelligit Pontifex,qui actu infirmantur febri, aut catarro, aut inflammationibus, doloribúſve, ſed debiles ad reſiſtendum infirmitati imminenti, cum iſtis enim diſpenſare tenetur Epiſcopus ſi diſpenſationem petant, infirmitas enim imminens in lege ieiunij excuſat, vt *infrà* clarè docebo ex D.Th.& aliis,atqui omnes,quotquot interficere tempeſtati peſtilenti, quam ventus vrens inuexit in hanc ciuitatem, om-
19 nes nullo dempto magis, minuſve debiles remanſerunt corrodente humidum radicale, & alterante ſalubrem mixtionem veneno maligno epidemiæ, non ſecus ac duo in palæſtra colluctantes, & ſi vnus victor euadat tamen defeſſus relinquitur ex reactione, alterius contrarij colluctantis ex qua victor maculatus & deturpatus remanet. Vnde Ficinus, *cap.* 1. ait, *peſtis vapor venenoſus corpori humano ſolùm applicatur in quo apti ad febres extant humores, vt qui ad putredinem, & inflammationem ſunt diſpoſiti, nam ſi vitalis ſpiritus eo eſt potentior, expellit procul à ſe, ſi debilior fuget, eundem ſuum veluti contrarium opus, ideo eſt ex vſu aërem humores, & cor corrigere & roborare. &*
20 *cap.* 3. *peſtis vapor † omnem vapulare poteſt humorem, ſed potiſſimum ſanguinem ſecundo choleram.* 3. *flegma* 4. *melancholiam, & ideo ſanguinei petus huic periculo ſubyciuntur,deinde cholerici flegmatici poſt modum melancholici, quid humor frigidus, & ſicut ad inflammationem & putredinem ineptus eſt, vt ſtrictos habet meatus.* Ergo quamuis, qui reſidui ſumus victores remanſerimus de veneno peſtifero, tamen infirmi & debiles in omnibus quatuor humoribus; ergo cibi excrementoſi quales ſunt quadrageſimales nociui ſunt, & triſtes, quatenus ſuis excrementis debilitatem naturæ non confortant, imò augent. Ergo, vt poſſimus reſiſtere malo imminenti, debilium deſiderium ſupportare debet Ordinarius diſpenſando, quando expetitur diſpenſatio.

21 Fundamentum ſecundum huius meæ reſolutionis deſumitur, quia in caſu præſenti adeſt cauſa, & motiuum rationabile diſpenſandi, & damnum commune imminet, ſi non diſpenſetur. Ergo Ordinarius tenetur diſpenſare. Conſequentia eſt euidens ex dictis, & antecedens multipliciter oſtendo. Primò, quia infirmitas imminens eſt cauſa rationabilis diſpenſandi à lege ieiunij, ita expreſsè S. Thom. *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 3. *art.* 2. *quæſtiunc.* 4. ait, *ægritudine imminenti non tenetur quis ex præcepto ieiunare, ſed ſecundum diſpenſationem Superioru diuinum ſoluere poteſt.* Atqui in præſenti caſu 22
circumſtantiis propoſitis manifeſtè imminet infirmitas toti multitudini, quam ex contagio infirmari magnum eſt periculum. Ergo † ſecundum diſpenſationem ſuperioris non obligat lex ieiunij. Secundò, quia vt ait Doctiſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Rutilius Benzonius Epiſcopus Lauretanus in manuale Epiſcoporum tempore peſtis, *lib.* 1. *diſp.* 1. *concl.* 1. *q.* 4. † lex ieiunij non 23
obligat ex quocumque detrimento ſalutis, & ſanitatis, at in præſenti caſu magnum eſt detrimentum ſanitatis totius Reipublicæ & ciuitatis. Ergo tertiò, quia timor cadens in conſtantem virum eſt cauſa rationabilis diſpenſandi à lege ieiunij,ita omnes DD.vt videre eſt apud Azorium, *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 18. *quæſt.* 7. ibi. *An metus alicuius mali legitimam det excuſationem ieiunij? Reſpondeo metum iuſtum dare, iuſtus autem † metus dicitur,* 24
quem leges, & iura approbant qualis eſt qui in virum conſtantem cadit ex quo fit, quod ſi quis periculum mortis,ſeruitutis, carceris, tormentorum, iacturæ bonorum, vel ex toto, vel ex parte ſolutus ſit ac liber à lege ieiunij. Caiet. 22. *quæſt.* 147. *art.* 3. Hæc ibi. Atque in præſenti ex dicto Medicorum Sapientiſſimorum adeſt periculum contagij,& per conſequens mortis.Ergo eſt motus cadens in conſtantem virum.

Quartò, Hieronymus Preuidellus tractatu de peſte & eius priuilegiis qui habetur *vbi ſupra*, & malè citatus eſt pro contraria parte, §. *volenti.* ait † *ſciendum eſt in-* 25
ter cætera, quod ex ſententia Medicorum corpora ad hanc ægritudinem præparata,ſunt illa,quæ malis & triſtibus cibariis ſunt vſa & vtuntur, vt ſunt pauperes, & ruſtici,qui pane groſſo, cæpe, & fabis veſcuntur, iuxta gloſſam in lege ſeruis vrbanis in principio D. de legato 1. *ex quo inferri poteſt, quod quadrageſimale ieiunium poteſt, & debet per Pontificem tempore peſtis modificari, quoad cibos triſtes & noxios, ſed non quoad ieiunium tollendum.* Hæc ille, atqui piſces, & cæteri cibi quadrageſimales noxij ſunt, & triſtes cum ſint nimis excrementoſi. Ergo quoad illos tenetur diſpenſare Epiſcopus, & Ordinarius, dicit tamen, *non quoad ieiunium tollendum.* quia 26
exiſtimat etiamſi carnes comedantur deberi obſeruare ieiuniũ,quoad abſtinẽtiã vnius comeſtionis, quæ opinio cum ſit probabi-

lis & abſtinentia non parum iuuet ſaluti,
poteſt ſuperior imperare, quod etiamſi car-
nes comedantur tameſi vnica comeſtio in
die,& in hoc commutare ieiunium abſtinē-
tiæ à piſcibus, & cæteris cibis quadrageſi-
malibus, nec obſtat quod dicat *id facien-
dum tempore peſtis*, quia quando præceſſit
epidemia, vt eſt periculum recidiuij,etiam
27 eſt tempus peſtis,cum rationabiliter timea-
tur ex dictamine Medicorū, quibus in hac
parte ſummè deferendum eſt, vt teſtatur
ibidem ipſe Preuidellus.

Quintò, accedat doctiſſimus Laurentius
de Peyrinis *tom. 3. priuileg. Minimorum in ad-
28 ditamen. ad conſtitutionem Clementis VIII.
cap. 9. num. 16. in paruis pag* 183. ſic lo-
quitur (cuius omnia verba refero, vt ap-
pareat falſo ipſum citaſſe pro contraria ſen-
tentia ſui Ordinis Prouincialem Hiſpalen-
ſem) *Peſtes hoc tempore per Italiam graſſan-
tes huic difficultati anſam dederunt, pro qua
conſulti Medici reſponderunt, quod veſcentes
cibis quadrageſimalibus peſtilenti infectione
ſunt minus reſiſtiui, tum quia huiuſmodi ciba-
riis naturalis calor factus imbecillis, vitaleſ-
29 queſpiritus agrius refocillati inuadenti ve-
neno, infirmius contranituntur, tum etiam
quod exuperans eorum humiditas, quæ putre-
dinis mater eſt, reddit corpus aptius ad ſuſci-
piendum magis diſpoſitum, cum ergo probaue-
rim tom. 1. de ſubdito religioſo quæſt. 4. cap. 3.
poſſe Minimos ad infirmitates præcauendas ſe
30 purgare, & purgatione durante paſchalibus
veſci, teneor modo magis dicere poſſe paſchales
comedere ad præcauendam peſtem, quod eſt vl-
timum & ſupremum malum, quod poteſt rei-
publicæ accidere, vt patet ex 2. Regum cap.
vltim. vnde merito ait Hieronymus Preuidel-
lus in tractatu de peſte verbo, lege municipali
n. 3. quod quando magna peſtilētia imminet di-
citur imminere periculum mortis, quis ergo
erit tam ſeuerus & durus vt periclitanti vitæ
deneget illud, quod poteſt iuuare ad illam con-
ſeruandam.*

*Quare ait Venerus, lib. 4. examinis cap. 46.
31 num. 43. quod † tempore peſtis poteſt Epiſcopus
diſpenſare, vt tempore quadrageſimæ, tam
viri, quam mulieres poſſint carnes & lacticí-
nia comedere & in facti contingentia anno mil-
leſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, graſſante
peſte in ciuitate Panorm. Archiepiſcopum il-
lius cum conſilio Theologorum Canoniſtarum, &
Medicorum ſic diſpenſaſſe, quam diſpenſatio-
nem profuiſſe teſtatur, atque ita Trimarchus,
qui teſtatur viros doctiſſimos à ſe cōſultos Meſ-
ſanæ, ita reſpondiſſe & Smardus refert in codi-
ce Minimorum conſilio 5. ita cenſuiſſe Theolo-
32 gos Lugdunenſes tempore quo peſtis ciuitatem
illam inuaſit anno 1627. in quorum omnium
confirmationem ait Marſilus Ferinus in anti-
dotis epidem. cap. 5. vitandi igitur (tempore
peſtis) piſces, quantum fieri poterit*; Qua er-
go fronte adducitur pro contraria ſenten-
tia ſapientiſſimus Doctor, cum expreſsè no-
ſtram defendat, confirmationem tueatur, ſi
enim votum, quod ſtrictioris eſt obligatio-
nis ad præcauendam infirmitatem nō obli-
gat, quanto minus non obligat ad præſer-
uandum contagium in ciuitate, quæ eſt
mundi emporium in qua rationabiliter ti-
metur repullulatio epidemiæ; vnde egre-
giè Hieronymus Preuidellus citatus à Pey-
rinis ait, *eſt ergo concluſio, quando magna* 33
*peſtilentia imminet, dicitur enim imminere pe-
riculum mortis, & præterea teſtatrix perma-
nens in loco vbi ingens inualuit peſtilentia po-
terit ſine ſolemnitate ab ſtatuto requiſita te-
ſtari, quia verum eſt iſtam in diſcrimine vitæ
& periculo mortis eſſe conſtitutum*, ita Corneus
*conſil. 53. verſ. ideo debet largè ſumi Florus
conſil. 131. volum.* 4. vbi clarè ait, quod vbi
inuadit peſtis eſt mortis periculum, ſed in-
ualuit Hiſpali atque ita quouſque tranſacto
ad minus anno ſemper manet periculum
recidiuij, & ſic eſt cauſa rationabilis di-
ſpenſandi ad præſeruationem.

Sextò D. meus Cardinalis Caiet. † *Ratio-* 34
*nabilis autem cauſa in propoſito vocatur tā ve-
ra, quam æſtimata, quam authorizata, ita quod
nō ſolum quæ verè ac rationaliter eſt cauſa ra-
tionabilis, vt infirmitas, ſed etiam quæ à ieiu-
nare debente creditur abſque fraude, quod ſit
cauſa rationabilis (puta dolor aut debilitas
talis, quod putat ſe quis excuſare à ieiunio) &
rurſus cauſa dubia an ſit ſufficiens ad frangen-
dum ieiunium ſi authoritate Epiſcopi fulcia-
tur, pro rationabili habenda eſt & num.* 8.
caue, ne ſis imprudens, & nimis ſapiens oculis 35
*tuis dicendo, quod omnino iſti ſoluunt ieiunium,
&c. & n. 9. de rationabili demum cauſa autho-
rizata ſciendum eſt, quod optimum refugiū du-
bitantibus ac timentibus eſt ſuperioris authori-
tas, nam, qui cauſam aliquam habet rationabi-
lem quidem, ſed iudicio ſuo non ſufficientem, aut
dubiam exponat negotium ſuum fideliter ſu-
periori, & illius arbitrium poteſt ſequi, ſupe-
rior autem debet non puro conſilio, ſed au-
thoritatem ſuam interponendo diſpenſare, ſi
videtur ſufficiens cauſa, aut commutare in* 36
*aliquam eleemoſynam, vel orationem ſeu ali-
quod aliud opus pium, ſi de ſufficientia cau-
ſæ dubitat, aut cauſam minus ſufficientem ab-
ſolutè cognoſcit, ſed ſupplendum per commu-
tationem iudicat in tali caſu, & numer.* 10.
vocatur autem † ſuperior huiuſmodi in caſi- 37
*bus Epiſcopus, etſi cauſa facilis eſt, aut Epi-
ſcopus non poteſt commodè adiri proprius cu-
ratus, & apud religioſos ſuus Prælatus.*

Ex quibus doctrinalibus verbis colli-
guntur aliqua ſatis ad propoſitum: primum
quod

38 quod † cauſa æſtimata à ieiunante rationa-
bilis abſque fraude,quamuis reipſa rationa-
bilis non ſit, ſufficit , vt quis excuſetur à ie-
iunio , & petat diſpenſationem præcepti &
legis, ſi autem eſt Medicus doctus , & ex-
pertus qui dicat in his circunſtantiis , non
abſtinere à carnibus propter timorem epi-
demiæ, cauſam eſſe rationabilem vnuſquiſ-
que rationabiliter & abſque fraude ſi hunc
medicum audierit,æſtimauit ſe habere ta-
lem cauſam , & ſic rationabiliter petit di-
ſpenſationem, aut commutationem legis
ieiunij ; ergo cum tota ciuitas hoc audierit,
tota poteſt diſpenſationem à Prælato exi-
gere , & ſi petat tenebitur concedere ,
39 aut commutare , maius enim † damnum
eſt , quod reſpectu totius corporis politici;
quam quod timetur reſpectu vnius particu-
laris , quare ſicut iſti ex cauſa ſine fraude
æſtimata rationabili tenetur Prælatus con-
cedere , multò magis reſpectu totius ci-
uitatis.

Secundò & valdè notandum eſt , quod
40 † quando cauſa eſt dubia accedente Præla-
ti authoritate , fit rationabilis. Demus igi-
tur quod in præſenti , cauſa ſit dubia, quod
ego non concedo , ſed quod ſit cauſa ſuffi-
cientiſſima) an ſit ſufficiens , aliqui enim
Medici ita ſentiunt , & quando agitur de
damno magno & irreprobabili vitando,tam
corporis , quam animæ indubitatum eſt
apud omnes Theologos , & vtriuſque iuris
Doctores, quod tutior pars eſt eligenda , &
relinquẽdo incertum tenemur certum am-
plecti *ad legem ſi fuerit*, §. *vltimo* , *ff. de rebus
dubiis* & ad *cap. iuuenis de ſponſalibus*, *& cap.*
41 *ad audientiam de homicidio* , vbi † latè Bar-
boſa & alij Canoniſtæ , & expreſsè id do-
cet Pontifex *ibi* , Couarr. *cap. alma p.* 1. *n.* 5.
caſu 1. Nauarrus *in manuali cap.* 27. *num.*
193. *in meis* , Vaſquez 12. *quaeſt.* 19. *art.* 6.
Monteſinos,Lorca,Salas, Martinez, Valen-
tia , & alij innumeri,& loquendo de Medi-
cis , quod debeant ſequi opinionem tutio-
rem relicta opinione minus tuta in applicã-
dis remediis,ſequuntur innumeri & graues
DD. quorum plures referunt , & ſequun-
tur Clauis *lib.* 1. *cap.* 10. Sanchez *in ſumma
lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. Diana *p.* 1. *tract.* 13. *reſol.* 7.
Suarez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 21. *ſect.* 4. *& tom.* 4.
diſp. 26. *ſect.* 6. Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 2. *q.* 4. *n.* 21.
& 22. Portel. *verbo opinio eligenda num.* 10.
Magiſter Ioannes à Sancto Thoma 12. *q.* 19.
art. 6. *num.* 64. Azor. *p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 11.
Soto *de iuſtitia & iure lib.* 3. *quaeſt.* 6. *art.* 5.
ad 4. Salon. 22. *quaeſt.* 63. *art.* 4. *controuerſ.* 2.
ad 2. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 1. *difficul.* 16. *nu-
mero* 6. cui opinioni conſentiunt Canoniſtæ,
42 ad *cap. tua nos de homicidio*, vbi Innocentius
num. 1. Buttius *numer.* 15. Abbas *num.* 4. Ana-
nias *num.* 4. Summiſtæ verbo ; *Medicus*, vbi
Angelus *num.* 2. Syluester *q.* 4. *dict.* 1. quæ
ſententia ita mihi videtur certa , quod ſi
agatur de vitanda morte, & contagio alicui
reipublicæ vel perſonæ particulari, ſit mor-
tale peccatum contra charitatem & miſe-
ricordiam & pietatem debitam reipublicæ,
& proximo : quilibet enim † habet ius , vt 43
dum agitur de vltimo damno corporis, aut
animæ,ille cui ſe committit , aliquis ad il-
lud impediendum vtatur medio tutiori, il-
ludque eligat relicto minus tuto , quamuis
enim quando ſunt opiniones probabiles de
medicamento an ſit magis, vel minus pro-
futurum,poſſit Medicus vti , quo maluerit,
etiamſi ſit minus certum , an ſit magis pro-
futurum , tamen quando agitur de vitanda
morte particularis , aut contagio alicuius
communitatis , dubio procul debet eligere,
quod tutius,& ſecurius ad illud impedien-
dum, quare optimè Sanchez *vbi ſupra* , *nu-
mero* 34. ait † negari non poſſe contra cha- 44
ritatem eſſe periculo damni mortis animæ
vel corporis proximum obiicere, cum poſ-
ſit vti medio tutiori ad illud periculum im-
pediendum ſi enim pœnitens exiſtẽs in ar-
ticulo mortis potens elicere contritionem,
eſſet peccatum mortale cum attritione co-
gnita tam recipere quam adminiſtrare Sa-
cramentum abſolutionis propter graue dã-
nationis periculum, cui ille ſe exponeret ſi
fortè expoſita ſententia non eſſet vera,
cum poſsit auxilio Dei ſecurum medium
contritionis habere, cur ſi commeſtio car-
nium in omnium ſententia,eſt medium ſe-
curius , & tutius ad præſeruandum à conta-
gio imminenti non erit peccatum mortale
illud omittere Medicum ad conſulendum,
cum agatur de toto eſſe , & de damno mor- 45
tis corporalis reipublicæ euitando,ſicut qui
adminiſtrat paruulo , vel adulto Sacramen-
tum Baptiſmi, tenetur ſequi tutiorem opi-
nionem lege charitatis,& miſericordiæ, cu-
ius præceptum hoc exigit, ne opinioni mi-
nus tutæ exponat ſalutem animæ.

Quare auctores,qui dicunt Medicũ † nõ 46
teneri ſequi opinionem de medicamento
tutiori loquũtur,quando ſunt opiniones an
ſit tutius?tunc enim quamlibet poteſt ſequi,
vt ait Caſtro Palao *tom.* 1. *diſp.* 2. *punct.* 9. *n.* 8.
qui alios citat, tamen quando eſt certũ me-
dicamẽtum tutius,& ſecurius operari, & li-
beraturum infirmum à periculo mortis non
video quomodo, quis poſsit dicere licitum
eſſe Medico illud relinquendo aliud minus
tutum, & ſecurum eligere ; hoc enim eſſet
relinquere certum & eligere incertũ, quod
videtur contra dictamen luminis naturalis;
& contra omnem modum prudenter ope-
randi;atqui † omnes Medici conueniunt ſe- 47
curius,& tutius præſeruari à contagio per e-
ſum carniũ,quam piſciũ , & quadrageſima-

linm ciborum, ergo hoc medium eligen-
dum eſt ad euitandum periculum conta-
gij, quod imminet.

Ex quo vlterius fit vt docet Palao, *vbi ſu-*
48 *prà, num.*10. ex Villalobos, quod ſicut † aſſi-
ſtentes infirmo peccant mortaliter ſi omiſ-
ſis remediis, à medicis deſignatis vtantur
aliis, vt ſatisfaciant infirmo, ita qui poteſt
impedire, ne manduceentur cibi quadrage-
ſimales ſed paſchales, ex qua poteſt ſequi
contagium & infirmitas ciuitatis immi-
nens, ſi id meliori modo quo poſſit abſque
nota & ſcandalo non impediat.

Tertium, quod notandum eſt ex doctri-
na Eminentiſſimi D. Caietani, hanc † diſ-
49 penſationem, à cibis quadrageſimalibus,
poſſe facere ſuperiorem regularem cum
ſuis ſubditis, ita quod, ſi ſubſit periculum
imminentis epidemiæ, poteſt cum illis diſ-
penſare, etiamſi Epiſcopus non diſpenſet,
cum ſuis ouibus, eſt enim ſuperior habens
iuriſdictionem ordinariam reſpectu ſuorum
ſubditorum, qui exempti ſunt à iuriſdictio-
50 ne Epiſcopi. Vnde † Eugenius IV. conceſſit
Prioribus, & Vicariis Ordinis S. Hieron. &
per communicationem priuilegiorum Prio-
ribus, Supprioribus, atqui in horum abſentia,
eorum Vicariis vt poſſint licentiare vt fra-
tres, & familiares Monaſterij præſentes, &
futuri infirmi ſeu debiles poſſint comedere
carnes, & oua, atque alia ſanis interdicta in
quadrageſima, & in aliis ieiuniis Eccleſia-
ſticis, ſine licentia Diœceſani, & ita in com-
pendio priuilegio, *verbo, ieiunium*, §.7. & re-
ferunt vterque Rodriguez.

Septimò, idem de Caiet. 2.2.*q.*147.*art.*3.
51 §.*ad hoc dicitur*, affirmat, quod † bellum im-
minens excuſat ab obligatione ieiunij. In-
tellige non ſolum perſonam particularem,
ſed etiam totam communitatem, cui immi-
net bellum. Ergo etiam excuſat imminens
peſtilentia, quæ eſt bellum diuinum, vt di-
cunt Hieronymus Preuidelli, *vbi ſuprà*, Bart.
& multi alij, *ad l. naturaliter, ff. de vſucapion.*
Anton. de Butrio, Panormit. *in c. extra miſſa,*
de præſcriptione, Immola, *in c. non liceat. eod.*
titulo. Bart. *in l. eum notiſſimè*, §. *imo*, *C. de præ-*
ſcriptio. 30. *vel* 40. *annorum*, dicit, *maiorem*
52 † *eſſe caſum Epidemiæ*, quam *belli humani*, &
ſic concludunt Doctores valere argument.
de bello, ad peſtem, vt arguit Bart. *in dicta leg.*
naturaliter, & in l. 1. *D. de bon. poſſeſſ. ex teſt.*
milit. Alexander, *conſ.*30. *col.* 1. *lib.*5. Panorm.
*conſ.*3. *q.*18. *lib.*2. *& conſ.*18. *col final.* & ita ar-
guit textus Concilij Boſilienſis, §. *locum, ſub*
rubrica de authoritate generalium Concilio-
rum, quam doctrinam ſequuntur Ripa, *tra.*
53 *de peſte, fol.*2. *in paruis, n.*10. *art.*11. Melchior
Gallego Hiſpal. *de oblig. Parrocho. tempore*
*peſtis, diſp.*1. *n.*2. ex Euerardo, *in loco de tem-*
pore ad tempus, *n.* 22. atqui inpræſentiarum
imminet bellum diuinum huic ciuitati, vt
manifeſtiſſimum eſt, & vtinam non ita eſſet
ex conſilio eruditiſſimorum virorum in ſen-
tentia medicinæ, vt enim ait Preuidellus,
vbi ſuprà, §. *caſus præſens, n.*3. ex Geminiano
*conſ.*143. ſicut minæ mortis à potentiori illa-
tæ iuſtiſſimum metum inferunt, ita & iudi-
cia Medicorum de aliqua infirmitate, pro
quo etiam citat Ioannem Andream.

Tertium fundamentum huius noſtræ re-
ſolutionis ſumitur ex eodem Laurentio de
Peyrinis *in ſubdito Religioſo, q.*4. *c.*3. & forma-
tur ſic iuxta Galenum. *li. de art. parua.* † cor- 54
pus humanum tripliciter conſideratur, aut
ſimpliciter ſanum, quando proprias actio-
nes rectè agit, aut ſimpliciter infirmum,
quando eas agit imperfectè, & neutrum,
quando, nec imperfectè, nec omnino per-
fectè operatur, vt dicit idem Galenus *in lib.*
methodi, & quidem corpus ſanum non indi-
get in quadrageſima cibis paſchalibus, indi-
get tamen corpus infirmum, quare de his
non eſt dubium, ſed de corpore neutro, &
iſtud potius eſt infirmum quam ſanum,
cum facilè à ſtatu ſalutis recedat, & facili
negotio in ſimpliciter ægrum relabitur, ad
quod præcauendum coguntur Medici me-
dicamenta adhibere, & tales ſunt omnes 55
habitatores huius ciuitatis, qui tam ab in-
trinſeco propter debilitatem contractam
ex pugna cum veneno peſtifero præterito,
quam ab extrinſeco propter contagium vi-
cinorum oppidorum prudentiſſimè timetur
relapſus in peſtiferam epidemiam. Ergo
Medici doctiſſimi coacti dicunt, quod tem-
pore quadrageſimæ manducentur cibi paſ-
chales ad præcauẽdum hoc tam crudele pe-
ſtilentiæ damnum, nam prudentis eſt obſta-
re principiis ne in deterius datur, & ſic prin-
cipiis infirmitatis, tam intrinſecis, quam ex-
trinſecis reſiſtendum per præcepta Medi- 56
corum, ne morbus inualeſcat, ingrediatur,
& ſerpat vt ſerpſit tanquam cancer, quæ re-
ſiſtentia fit per abſtinentiam, à cibis craſſio-
ribus, & ex crementoſis, & debiles ſpiritus
generantibus, quales ſunt quadrageſimales.
Ergo hoc remedium præcautorium neceſ-
ſario eſt adhibendum. Vnde Eccleſiaſtici,
*c.*18. *n.*20. *antè languorem adhibe medicinam*,
vel vt legit Complutenſis, *ante languorem cu-*
rare, ideſt, præcaue, & præſerua te quantum
poſſis ab infirmitate, & verè quis neget
poſſe facilius curari & reparari, quod immi-
net ad corruptionem & infirmitatem, quam
quod iam infirmum & contagioſum? nam
quis prudens potens præcauere ruinam, non
præcauet. Vnde D. Thom. 2.2. *q.*88. *art.*4.
ad 2. egregiè dixit, *quod † quando periculum* 57
naſcitur ex ipſo facto, tunc factum illud non eſt
expediens. Atqui ex commiſtione ciborum
quadrageſimalium, naſcitur in his circum-
ſtantiis

ſtantiis periculum Epidemiæ, & ruinæ timor. Ergo ieiunium hoc expediens non eſt, *& art.11.ad 3.* dicit, *quod cum abſtinentia vergat aliquando in periculum perſonæ poteſt diſpenſari.*

58 Quartum fundamentū ſumitur ex Diuo Th. *2.2.p.120.* vbi agit *de epitkia*, quæ vt ait *ar.1.eſt quando legiſlatores in ferēda lege attendunt ad id quod in pluribus accidit circa ſingularia contingentia, quæ infinitis modis variari poſſunt: legem in aliquibus caſibus obſeruare & contra æquitatem iuſtitiæ & contra commune bonum, quod lex intendit ſicut lex inſtituit, quod depoſita reddantur, quia hoc in pluribus iuſtum eſt, Contingit autem aliquando eſſe nocivum puta ſi furioſus depoſuit gladium, & eum depoſcat, dum eſt in furia, vel ſi aliquis depoſcat, depoſitum ad patriæ impugnationem, in his ergo & ſimilibus caſibus malum eſt legem*

59 *poſitam ſequi. Bonum autem, eſt prætermiſſis verbis legis ſequi id quod petit iuſtitiæ ratio, & communis vtilitas, & art. 2. in corpore*, dicit *quod iuſtitia quæ reſpicit verba legis dirigitur ſecundum epiikiam, vnde epitkia eſt quaſi ſuperior regula humanorum actuum.*

60 Ex qua doctrina quæ veriſſima eſt tale formo argumentum, licet legem ieiunij quadrageſimalis obſeruare iuſtum eſt, & debitum abſolute loquendo, & eam infringere ſine cauſa ſit mortale peccatum, tamen in hoc caſu particulari, † quando imminet epidemia peſtifera, eam obſeruare eſt contra æqualitatem iuſtitiæ, & contra bonum commune, quod lex intendit, deficit ratio legis, & legiſlatoris intentio obligandi, deficit inquam non ſolum negatiuè, ſed etiam contrariè, quia in hoc caſu non

61 ſolum ceſſat ratio legis, ſed iniquè ageretur ſeruando legem (ait Caietaous) vt patet de lege de reddendis depoſitis ſi redderentur poſcenti ad impugnandam ciuitatem & de lege non aſcendendi mœnia ciuitatis ſub pœnā decapitationis, ſi non aſcendendo permitteretur ciuitatem capi, & alij huiuſmodi in quibus ſeruare legem, eſſet à recto deuiare, atqui in caſu præſenti ſi lex ieiunij obſeruaretur, quando imminet tam grande periculum contagij ad euertendam ciuitatem peſtilentiæ requiretur valde abſurdum exponēdo ſe periculo tali. Ergo in præſenti lex ieiunij quadrageſimalis non obligat, quia eius ratio deficit non ſolum negatiue, ſed etiam contrariè, & ſic eam ſeruare eſſet à recto deuiare ſic regulante epiikia eius obſeruantiam in ordine ad bonum commune, & ad impediendum commune irreparabile damnum, quando autem legis ratio deficit vt diximus contrariè omnium ſententia eſt, quod non obligat in illo caſu in quo deficit, vnde D.Th. *in 4.*

62 *diſt.15.q.3.art.2.q.1.* dixit, *quod † non poteſt legiſlator aliquod præceptum ponere, quod non oporteat in caſu aliquo prætermitti.* Id quod clarius & ſatis ad propoſitum docuit *1.2.q. 96.art.6. ſi emergat caſus in quo obſeruatio legis ſit damnoſa, communi ſaluti non eſt obſeruanda.* At in præſenti caſu obſeruatio ieiunij quadrageſimalis eſt damnoſa communi ſaluti. Ergo non eſt obſeruanda abſtinentia à carnibus.

Quintum fundamentum ſit, quia licet 63 timor iſte de venturo contagio, quando poſt tempeſtatem præteritam ciuitas noſtra miraculosè eſt ſana, & ſalua ab epidemia, quamuis enim timor iſte reſpectu alterius loci aut oppidi non eſſet ſufficiens ad diſpēſationem ieiunij quadrageſimalis, eſſet tamen ſufficientiſſima cauſa, vt diſpenſaretur cum ciuitate noſtra, etenim cauſa quæ reſpectu vnius hominis ordinarij non eſt ſufficiens ad diſpenſandum in eſu carnium & aliis materiis, eſt ſufficiens reſpectu hominis publici, & neceſſarij ad conſeruationem reipublicæ, aut communitatis, vt eſt certa † DD. ſententia, tam in materia ieiunij, 64 quam in aliis. Ergo cum ciuitas noſtra ſit nobiliſſima inter mundi ciuitates, quarum eſt principaliſſimum emporium ad totam Hiſpaniam, Flandriam, Alemaniam, Galliam, cæteraſque mundi partes, vel de neceſſaria ad comercium gentium, Regiumque ſubſidium, minus periculum ſufficit reſpectu illius, vt ſit cauſa rationabilis, vt cum illa diſpenſetur, ſunt enim fere omnes mundi ciuitates cum Hiſpali concatenatæ, & ab illa pendentes in comerciis, quare dum contagio erat infecta, omnes tam 65 proprij, quam extranei contriſtabantur, & orationes ad Deum pro ipſa fundebant, etiā in aſperiſſimis & remotiſſimis montaneis, quando enim ardebat contagium diuinum bellum, periere, extinctæ ſunt Hiſpalitanæ res (ait Sineſius *in cataſtaſi de calamitate Pentapolitana) ad exitum venerunt, confectæ ſunt, occiderunt, nec nobis omnino amplius nec Regi ſuperſunt.* Neque enim Regis poſſeſſio dici 65 poteſt de qua nihil vtilitatis reportet. Equis verò fructus ex deſerto colligere vllus poteſt. Secundò, ſic enim erat abſumptum mūdi marſupium ex quo omnis ferè aurum, & argentum purificatum colligunt, tam neceſſaria eſt vniuerſo orbi Hiſpalitana ciuitas, atque ita, vt præſeruetur à contagio imminenti minor cauſa requiritur, vt diſpenſetur in ieiunio quadrageſimæ.

§. III.

Fit ſatis oppoſitis fundamentis.

SVMMARIVM.

1. *An fuerit ad præſeruationem diſpenſatum.*

2. *Multorum Doctorum opiniones afferuntur.*
3. *Ratio difficultatis.*
4. *Qua decimatio ſit tropologica & impropria.*
5. *An quando adeſt periculum graue imminentis infirmitatis Reipublicæ,non obliget lex, & n.6.*
7. *An ad gubernatores ciuitatis, qui iuridicè petunt diſpenſationem attineat de cibis paſchalibus prouidere.*
8. *In quo peccarit Rex Aſa, ex Abulenſi.*
9. *An confidere medicis quando infirmitas ex cauſis naturalibus dimanat, nobis præcipiat Deus.*

1 AD primũ reſpõdetur,primò,quod licèt non ſit ſcriptum,† an fuerit ad præſeruationem, diſpenſatum, non ſequitur,quod nõ fuerit.Reſpondetur ſecundò,quod ſi expedit ex Medicorum conſilio nihil obſtat, quod non conſtet, an aliquando ſit factum. Ad ſecundùm reſpondetur, quod etiam ieiunium feriæ ſextæ, per annum habet eandem antiquitatem ac quadrageſimale,cum vtrumque ſit ex traditione Apoſtolorum,vt
2 dicunt † Doctor.de La Vigne, & Coriolanus *ad Canonem* 25. *Apoſt.* & Azor. *vbi ſuprà* ne vtrumque autem eſt de iure diuino, neque ipſum attigit, vt eſt communis, certáque ſententia, quare ſemper manet ab homine diſpenſabile, PP. autem *ibi* citati loquuntur de ieiunio,quatenus eſt præceptum iure naturæ,vt medium ad edomandam carnem, quod eſt idem, quod abſtinentia à cibis,non tamen ab his cibis in ſpeciali,vt prohibet quadrageſima.

Ad tertium reſpondetur,quod iam vidimus caput illud manifeſtè eſſe pro noſtra re-
3 ſolutione,ratio enim † qua ibi aſſignat Pontifex manifeſte eſt conuincens in caſu præſenti.

Ad quartum reſpondetur, quod Hieronymus ille, *alio in loco eiuſdem tractat.*oppoſitum dicit expreſsè. Ad rationem quam in argumento adducit reſpondetur, friuolam
4 eſſe,nam † illa decimatio eſt tropologica & impropria non tamen de iure diuino.

Ad quintum reſpõdetur nullius eſſe ponderis quia hæretici & ſi fidem abnegent, tamen ratione naturali vtuntur qua dignoſci-
5 tur, quod,quando † adeſt periculum graue imminentis infirmitatis Reipublicæ non obligat lex, ſicut nec apud ipſos cum tali periculo leges ſuæ obligant, propterquã quod hic non diſpenſatur pro tota Eccleſia, ſed
6 pro locis huius Diœceſis contagio infectis tempore antecedenti, & timentibus prudenter iterum inficiendis epidemia, ad cuius præuentionem, & præcautionem, datur iuſtiſſima diſpenſatio, quod Hæretici ſcandalizantur erit ſcandalum Phariſæorum.

Ad ſextum reſpondetur, illud motiuum nullum eſt, nam † ad Gubernatores ciuitatis, qui iuridicè perierunt diſpenſationem 7
attinet, de cibis paſchalibus prouidere, & quamuis pretium aliquatenus creſceret,erat minus inconueniens, quia etiam locationes Officialium creſcerent,vt ex aliis occaſionibus creuerunt eleemoſynæ etiam debitum incrementum haberent, &c. & pauperes, qui oſtiatim viuunt meliùs, quàm hodie haberent ius carnium, & carnium fruſtula, quibus ſanitatem tutiorem conſequerentur.

Ad ſeptimum reſpondetur ex Abulenſi 8
ibi,qui,*q.*36. 37.latiſſimè explicat id in quo peccauit Rex Aſa, non enim peccauit in recurſu ad medicos, & ſequens illorum conſilia,ſed,quia cum infirmitas illa inflicta eſſet à Deo in pœnam carcerationis Sancti Prophetæ,magis confidit miniſterio Medicorum, quam Dei benignitati; deſperans reccurrit ad Medicos, qui nihil poterant efficere circa ſanitatem Regis, cum Deus miraculosè inflixerit podragam, & impedierit efficaciam medicamentorum, ne aliquod, vel leue ſolatium ex illis conſequeretur, confidere † tamen medicis,quan- 9
do infirmitas ex cauſis naturalibus dimanat ſalubriter id nobis præcipit Deus Eccleſiaſtici 38.*n.*2.dicens. *Honora medicum propter neceſſitatem, etenim illum creauit altiſſimus, &c.* Cum enim ſint DD.Medici ſapientiſſimi, qui ob præcautionem contagij ordinent abſtinentiam à cibis quadrageſimalibus, eorum conſilium ſummo honore amplecti debemus ad tyrannidem epidemiæ fugiendam.

§. IV.

Vltima ſubreſolutionis deciſio.

SVMMARIVM.

1. *Aut horis mens affertur & n.2.*
3. *Lex diuina poſitiua non obligat in mortis periculo, quando adeſt metus cadens in conſtantem virum.*
4. *Quandonam lex diuina poſitiua non obliget homines.*
5. *Dauid ob famis neceſſitatem crimen non commiſit, dum panes propoſitionis comedit.*
6. *Transgreſſio legis humanæ ob mortem corporalem euitandam,non eſt ſemper peccatum mortale, vnde metus mortis ſæpe excuſat.*
7. *Lex ieiunij non obligat cum notabili detrimento ſalutis.*
8. *Fortior eſt lex diuina & naturalis, quam omnis lex humana.*

9. Cauſa

9. *Cauſa rationabilis excuſat ab obſeruatione legis humanæ.*
10. *Poteſtas humana non eſt in deſtructionem, ſed in ædificationem ciuium, & reipublicæ.*
11. *Quid ex dictis colligere liceat, & n. 12. & 13. & n. 14.*
15. *Quæ abſtinentia ſit medium proportionatum ſecundum Medicinæ regulas ad præſeruationem infirmitatis imminentis.*
16. *Chryſoſtomi ſenſus affertur.*

VIdimus fundamina oppoſitæ ſententiæ nullius eſſe ponderis, & momenti, quod
1 ſufficeret, vt † noſtra ſententia & ſapientiſſimi doctoris Ludouici Ramirez, & aliorum amplecteretur ſine mora (eſt enim in mora ſummum periculum contagij) propter quod Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus meus Archiepiſcopus rigorem negatiuæ temperauit, conuocans ſuperiores regulares, & Parrochos ſpecialibus Congregationibus ipſos monens, vt faciles eſſent in danda licentia edendi cibos Paſchales, cuicumque eam petenti, nolens publica diſpenſatione id facere propter rationes po-
2 liticas non incongruas. Ego † etiam Medicis à me conſilium petentibus, an ſi ſolum ad præcautionem poſſint comedere carnes, affirmatiuè reſpondi, id enim manifeſtè conuincunt argumenta adducta, §. 2. in cuius ampliorem confirmationem placuit ſubiicere egregiam doctrinam Reuerendiſsimi D. D. Rutilli, Bençoni, Romani Epiſcopi Laurentani, *in ſpeculo Epiſcoporum & curatorum tempore famis, peſtis, & belli, lib. 1. diſp. 1. q. 4.* vbi ſic ſapienter doctrinam generalem ad tempus harum trium calamitatum peſtis, famis, & belli, tradit, & probat.

3 *Quarta Concl.* † *lex diuina poſitiua non obligat in mortis periculo, quando adeſt metus cadens in conſtantem virum, explico quando quis ex tali metu non obſeruat legem diuinam poſitiuam non peccat, licèt voluntariè id agat, vt ſi quis ob nimiam paupertatem in die dominico opus ſeruile faciat non erit tranſgreſſor legis,*
4 *nec dignus vituperatione, quia † lex diuina poſitiua non obligat homines, quando huiuſmodi caſus accidit. Et quantumuis Deus potuiſſet vniuerſos homines obligare, vt ſuam legem ſeruarent, cum periculo mortis, verumtamen quia benignus, & miſericors eſt, & filij hominum ſunt eius delitiæ, noluit eos obligare cum tanto diſcrimine.*

5 *Sic David primo Regum 21. † ob famis neceſſitatem crimen non commiſit dum panes propoſitionis comedit, qui Sacerdotibus dumtaxat concedebantur, quod factum comprobauit Dominus Matth. 12. & 1. Machab. c. 2. Matathias in die Sabbati neceſſitate compulſus pugnauit, & 2. Macha. c. 7. Iudæis propter extremam neceſſitatem famis licuit illis carnibus veſci, & Ioſue, c. 5. filij Iſraël fuerunt per annos 4. incircumciſi non obſtante lege Circumciſionis. Geneſis 17. & radix huius veritatis eſt, quia cum lex diuina naturalis obligat vnumquemque ad vitam conſeruandam, & eam defendendam, non eſt credendum Deum velle, nos obligare cum mortis periculo in ſua lege poſitiua, niſi quando id ipſe expreſſerit, atque hæc apud D. D. certiſſima ſunt.*

Quinta Concluſ. † *tranſgreſſio legis humanæ* 6
ob mortem corporalem euitandam, non ſemper eſt peccatum mortale vnde metus mortis ſæpè excuſat, explico concluſionem. Humana poteſtas ſi ſimpliciter conſideretur & præcisè vt humana poteſtas eſt, non poteſt ita obligare neque de facto ſuos ſubditos obligat, vt teneantur obedire etiam cum periculo mortis, niſi accedat humanæ poteſtati neceſſitas boni communis, ex illa obedientia, quod profectò eſt clauis intelligentiæ huius quæſtionis, & probatur,

Primò. † *Lex ieiunij non obligat cum notabili detrimento ſalutis, imò inconueniens eſſet* 7
lex, ſi obligaret cum detrimento quocumque ſanitatis. Ergo multo minus obligat cum periculo mortis, amplius non tenetur quis audire Sacrum, vt ſeruiat infirmo, quando eius abſentia obeſt infirmo, ergo multò minus tenetur audire ſi vitæ ſuæ noceat.

Secundò. † *Fortior eſt lex diuina & natura-* 8
lis, quam omnis lex humana, ſed illi non ſemper obligant cum vitæ diſcrimine, vt quarta concluſione diximus, ergo nec humana, antecedens patet, nam reſtituere non tenetur quis aliena, cum periculo mortis, imò nec cum periculo famæ ſecundum Caietanum, lex autem reſtitutionis, & diuina, & naturalis eſt, præceptum Baptiſmi non obligat adultum (vt ſuperius dictum eſt) cum periculo mortis, item præceptum confeſſionis integrè eſt præceptum diuinum, & tamen ob periculum mortis non tenetur quis confiteri tale peccatum propter quod probabiliter à Sacerdote occideretur.

Tertiò. † *Cauſa rationabilis excuſat ab ob-*
ſeruatione legis humanæ, vt dicitur, c. ſi quando, 9
de reſcriptis, & docet Panormitanus in rubrica de obſeruant. ieiunij, at nulla rationabiliter cauſa eſſe poteſt quam conſeruatio propria vitæ, metus igitur cadens in conſtantem virum legitimè excuſauit, ſimiliter qui fecit votum Religionis obligatur ex iure diuino illud adimplere, & ſi iudicio medici ſtatus illi aduerſatur probabiliter vitæ ſua tale votum non obligat & facillimè à Papa diſpenſatur.

Quartò. † *Poteſtas humana non eſt in deſtru-* 10
ctionem, ſed in ædificationem ciuium, & reipublicæ. Ergo non poteſt cum mortis periculo reſpectu cuiuſcumque finis obligare legiſlator, in omni ſua lege, nam ſepiſſimè maius medium eſſet, quam finis, cum vita hominis aliquando in maiori reputatione & æſtimatione ſit habenda,

quam

quam id quod ex obſeruantia huiuſmodi legis prætenditur. Hæc ille ſatis benè ad propoſitum.

Ex quibus reſolutoriè colligitur primùm,
11 † ſecundum principia certa Theologiæ moralis, quod omnes qui tacti metu cadenti in virum conſtantem, ex relatione docti medici quod ſi non comedant carnes ad præſeruationes contagij imminentis, habent periculum mortis & peſtis, poſſunt illas comedere, & Epiſcopus, & Parrochus & Superior regularis ſubditis ſuis tenentur dare licentiam, quod ſi non dent, petita, & non obtenta, poſſunt ſine ſcrupulo comedere, *argumento, ex cap. licèt de regularibus*, metus enim huiuſmodi periculi eſt cauſa ſufficientiſſima ad deobligandum à lege abſtinentiæ à carnibus.

12 Colligitur ſecundò,† diuites etiamſi poſſint piſcibus exquiſitis, ouis, & ſibi optimè, & delicatè conditis veſci, poſſe ex tali metu carnes manducare ad ſe præſeruandum à contagio imminenti, quia caro quælibet meliorem generat ſanguinem, ſi ordinariè comedatur, quam piſcis etiam delicatus, & quodlibet aliud condimentum ad præſeruationem intentam in hoc caſu id quod eſt tutius & ſecurius ad illam conſequendam poteſt eligi.

13 Colligitur 3.† ſi aliquod oppidum, aut ciuitas cui tale contagium imminet ex medicorum ſententia habet pro toto populo prouiſionem carnium, vt poſſint illam conſequi pauperes, & petant diſpenſationem ieiunij quadrageſimalis tenetur Epiſcopus dare illam publicè, vt omnibus conſtet, & ſic ad euitandum damnum commune imminens abſtineant à cibis quadrageſimali-
14 bus. Verum eſt quod ſuperior ſequens opinionem probabilem, quod ille qui non ob infirmitatem actualem nec ob debilitatem naturæ, ſed quia cibi quadrageſimales illi nocent, tenetur ieiunare, quamuis ex conſilio Medicorum carnes comedat, ſequens inquam iſtam opinionem, poteſt præcipere, vt quamuis ſint homines diſpenſati, in cibis quadrageſimalibus nihilominus obſeruetur ieiunium, quantum ad vnicam comeſtionem, quam obſeruare tenebuntur ſub mortali, quia vt communis ſententia docet, ſubditus tenetur ſequi opinionem probabilem ſuperioris, vt *in 1. tom. mearum reſolutionum, tract. 4. reſol. 1.* abundè probo ſuperior, qui ad hanc opinionem ſequendam habeat rationabile motiuum, tum vt ne penitus abſoluantur à ieiunio & hæretici clarè conſpiciant diſpenſationem à cibis quadrageſimalibus ortam fuiſſe ex neceſſitate, tum vt abſtinentia voluntaria, & pœnalis moueat Deum ad auertendum conta-
15 gium, tum etiam quia † iſta abſtinentia eſt etiam medium proportionatum ſecundum Medicinæ regulas ad præſeruationem infirmitatis imminentis, quod egregiè dixit Chryſoſt. *homil. 19. ſuper ad Hebræos*,† *nihil ſic ſenſuum acumen operatur, nihil ſic ægritudinem fugat, vt moderata refectio*, ſufficientia quippè cum nutrimento, *& ſoſpitate, ſimul etiam procreat voluptatem; exundantia vero morbum facit, & moleſtias ingerit & ægritudines generat*, id quod certiſſimum eſt etiam in bono medicinarum. 16

§. V.

Trutinatur ſententia ſapientiſſimi Magiſtri Pauli Nazarij.

SVMMARIVM.

1. *Pauli Nazarij ſententia aſſertur.*
2. *An ſuperior Papa inferior poſſit in caſu præſenti eum qualibet ſingulari perſona authoritatiuè interpretari legem ieiunij quadrageſimalis.*
3. *An ſi caſus ſit aliquo modo dubius, & tantam moram patiatur, quod poſſit eſſe recurſus ad ſuperiorem pro diſpenſatione habenda, non poteſt inferior Prælatus eum tota communitate diſpenſare in lege ſuperioris, & num. 5.*
4. *An non expediat nec poſſit Ordinarius cum tota ciuitate aut Diœceſi diſpenſare in lege de ciborum delectu fidelibus ab Eccleſia præſcripto, tempore quadrageſimæ.*
6. *Inferior non poteſt tollere legem ſuperioris abrogando vel diſpenſando.*
7. *Quos non expediat vt non diſpenſentur veſci cibis Paſchalibus.*
8. *Quæ diſpenſatio ſine magno ſcandalo totius Eccleſiæ concedi non poſſit.*
9. *Peſtis & epidemia eſt plaga ad vlciſcendum mortalium ſcelera, & n. 10.*
11. *An etſi diſpenſationi præceptum adderetur, eſſet plenè prouiſum.*

Poſtquam ſcripſeram cum huius ſapientiſſimi viri omnia poſſiderem opera etiam opuſcula dicata Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum Fratri Nicolao Rodulfo, *anno* 1633. impreſſa Bononiæ, in hoc libro incidi, *in opuſculum tertium, caſu* 1. in quo † eſt reſolutio 1
præſentis difficultatis, quam *in terminis terminantibus*, proponit in caſu omnino ſimili contingenti Bononiæ per ingentem epidemiam, quæ illam ciuitatem fere per ſex menſes vexauit, & reſtituta ſanitati quæſitum eſt, an ob timorem eadentem in conſtantem virum, ne iterū rediret contagium, quia in locis circumuicinis adhuc ſerpebat peſtis poſſit Epiſ. in ieiunio 40. diſpenſare.

Cui

Cui difficultati reſpondens (poſt multa quæ tractat de diſpenſatione ſtrictè & latè ſumpta, quatenus eſt idem quæ declaratio, quæ omitto , quia ad præſens non multum
2 neceſſaria) dicit primò † ſuperiorem, Papa inferiorem poſſe in caſu præſenti cum qualibet ſingulari perſona authoritatiue interpretari legem ieiunij quadrageſimalis,quod illum in his circunſtantiis contagij imminentis eſt merus cadens in conſtantem virum ſecundum Medicorum communem ſententiam , non obligat , ſed poſſe carnes & cæteros cibos paſchales edere.

3 Dicit ſecundò , quod † ſi caſus ſit aliquo modo dubius & tantam moram patiatur , quod poſſit eſſe recurſus ad ſuperiorem pro diſpenſatione habenda,non poteſt inferior Prælatus cum tota communitate diſpenſare in lege ſuperioris , ſi tamen moram non patiatur caſus occurrens , & ſit cauſa rationabilis , & non omnino dubia ſecundum quam rationabiliter iudicet, quod ſi adeſſet,diſpenſaret, poterit cum tota communitate diſpenſare , ſecus autem ſi cauſa ſit omnino dubia, quia tunc debet omnino à diſpenſatione abſtinere.

4 Dicit tertiò in caſu propoſito † nec expedire,nec poſſe Ordinarium cum tota ciuitate, aut diœceſi diſpenſare in lege de ciborum delectu fidelibus ab Eccleſia præſcripto,tempore quadrageſimæ , probat primò, quia vel loquimur de diſpenſatione latè ſumpta prout eſt idem , quod declaratio, & iſta non habet locum in præſenti , quia ſupponit certam & euidentem notitiam defectu legis,quæ non adeſt cum iudicium Medicorum , & mathematicorum cui nititur coniecturalis eſt & incerta penitus propter variabilem rum humanorum corporum, tumaſtrorum diſpoſitionem,aſpectum,tum etiam non adeſt ſubitum periculum contagij , quod requiritur ad dandum hanc diſpenſationem ſine recurſu ad ſuperiorem, vt expreſsè docet S.Thom. *1.2.q.96.art.6.*

5 Aut eſt ſermo de diſpenſatione propria, quatenus eſt authoritatiua legis relaxatio , & hæc ſi caſus eſt dubius , & patiatur moram recurſus ad ſuperiorem, euidens eſt , quod non habet locum reſpectu inferioris, cum inferior non poſſit irritare, vel impedire voluntatem ſuperioris , cum virtus inferior non poſſit impedire virtutem ſuperiorem , tum etiam , quia regimen politicum inordinatum eſſet , niſi ſuperioris voluntas emineat , & præualeat inferiori. Et ſic
6 *in Clement. nec Romani de elect.* diffinitur † inferiorem non poſſe tollere legem ſuperioris abrogando , vel diſpenſando , &c. & hoc non ſolum reſpectu communitatis *cap. inferior de maiorit. & obed.* & habetur in iure ciuili , *lege prima Cod. de legibus.*

Secundò probatur,quamuis in hac am- 7
pliſſima ciuitate Bononiæ (& ampliori Hiſpali) plurimi ſunt robuſtiſſimi & optimo temperamento , cuius virtute malæ qualitates ciborum quadrageſimalium facilè ſuperantur ; ergo † non expedit quod iſti diſpenſentur , ad veſcendum cibis paſchalibus , ſed quod ieiunio extenuentur ad ſuperanda carnis incendia , quæ ad peſtis infectionem diſponunt.

Tertiò probatur ; hæc† diſpenſatio ſine 8
magno ſcandalo totius Eccleſiæ concedi non poteſt , cum vbique terrarum ſtatim per litteras ſciretur ex quo paulatim cum minori cauſa ſimilis diſpenſatio poterit , vt ſic paulatim lex ieiunij quadrageſimalis abiret in abolitionem,& ſic hæretici in Germania,Gallia & alibi diſperſi anſam ſumerent ſe confirmandi in ſua hæreſi de abrogatione ieiunij.

Quartò , quia peſtis,& epidemia eſt pla- 9
ga magis ad vlciſcenda mortalium ſcelera diuinitus immiſſa , quæ ſecundum curſum rerum naturalium ex influxibus cæleſtibus & aliis inferioribus cauſis generata, igitur remediis magis , & prius curanda eſt ſpiritualibus ſcilicet ieiunij , orationibus , eleemoſynis , & aliis pietatis operibus , & actibus pœnitentiæ,quam carnium & aliorum ciborum eſu , quos Eccleſia hoc ſacro tempore quadrageſimæ fidelibus interdixit,antecedens conſtat ex ſacra pagina quorum plura teſtimonia inuenies in concordantiis *verbo peſtis*;vnde *2.Paralip cap.7.* dicitur , *quod ſi Deus miſcuit peſtilentiam in populum , ſi populus conuerſus pænitentiam egerit à viis ſuis peßimis ; ergo exaudiam de cælo & propitius ero peccatis eorum & ſanabo terram eorum* , & quidem hanc plagam immittià Deo in vltionem delictorum, conſtat etiam ex annalibus , & hiſtoriis quarum plurimæ ibidem referuntur ab iſto doctiſſimo viro quas in dubium vertere , temeritas eſt.

Quintò , quia etiam facta diſpenſatione 10
non eſſet ſufficiens prouiſum ciuitatis ſanitati , tum quia multi ex Chriſtiana pietate non vterentur , tum quia adhuc maius periculum remaneret , ob ingentem pauperum multitudinem,qui cibis vtuntur,vt plurimum ſaluti contrariis , comedentes herbas & panem malæ mixturæ,& fructus omnis generis , etiam immaturos , dormientes in terra,vel etiam ſubdio & alio huiuſmodi ſanitati contraria facientes ; vnde etiam ex illis ſolet primo peſtilentia germinari cum his etiam computandi ſunt , viles artifices, & mercenarij, qui quotidie ſuas operas locant,nec eis merces ſufficit ad cibos emendos,ſaluti proficuos,& cætera vitæ neceſſaria iuxta regulam Medicorum , ex quo pa-

ter;

11 tet, quod † etiamſi diſpenſationi præceptum adderetur, vt ea quilibet vteretur (quod mihi numquam probari potuit) adhuc non eſſet plenè prouiſum, ſed opus eſſet dictis pauperibus de ſufficienti ac ſano cibo, & aliis bonæ valetudinis neceſſariis prouidere, quod fieri non poſſe docet experientia, & eſt moraliter impoſſibile, maximè in ciuitatibus onuſtis vectigalibus, & tributis, quales ſunt omnes ferè Hiſpaniæ.

§. VI.

Excluditur præfata Nazarij ſententia?

SVMMARIVM.

1. *Pauli Nazarij ſententia refellitur.*
2. *Qui nullatenus indigeant diſpenſatione ad edendum cibos Paſchales delicatos ratione infirmitatis.*
3. *An debeat & poſſit ordinarius diſpenſare cum tota communitate, cùm toti immineat periculum ſubitum.*
4. *An ſicut cum vna perſona propter timorem cadentem in conſtantem virum poſſit diſpenſare, & ad id teneatur Epiſcopus in ieiunio quadrageſimali.*
5. *An dum actu ſerpit in ciuitate lues peſtifera debet diſpenſari cum communitate in ieiunio quadrageſimali.*
6. *An dum actu ſerpit peſtis eximantur omnes penſatione generali à delectu ciborum quadrageſimalium toti populo indicto ab Eccleſia.*
7. *Cuiuſnam executio reſpiciat malum imminens communitati.*
8. *Quid legiſlator aut diſpenſator attendere nec debeat, nec poſſit in ſua lege vniuerſali facienda, & diſpenſatione concedenda toti communitati.*
9. *D. Thomæ ſententia.*
10. *Quamuis regulariter nequeat Epiſcopus in lege Pontificis, aut Concilij, poteſt tamen in caſu vrgentis neceſſitatis, quando ad Pontificem aditus non patet, ex Thoma Sanchez.*
11. *Epiſcopus poteſt in ſua Diæceſi, quidquid Pontifex in tota Eccleſia, niſi aliquid Pontifex reſeruet, ex Th. Sanchez.*
12. *Ad quem poteſtatem diſpenſandi in lege plenaria habere pertineat.*
13. *De ratione legis eſt quod reſpiciat bonum commune inducendum.*
14. *An Epiſcopus eo ipſo quod iure ordinario habeat curam & iuriſdictionem in ſuas oues, eodem iure habeat poteſtatem diſpenſandi in legibus Papæ.*
15. *An tempore epidemiæ & ad fugiendum contagium poſſit Epiſcopus diſpenſare, ne tota ciuitas ſacrum audiat, & numer.16.*
17. *Quid requiratur ad diſpenſandum in lege Papali.*

VErum enim vero, quamuis huiuſmodi argumenta non infimi ſint ponderis, † quibus probat tertiam couclusionem prædictus Pater Magiſter, tamen ni fallor aliqua 1 ex illis probant, quod nec graſſante actu peſte, ſit diſpenſandum cum tota communitate, ſed eum quolibet particulari petente diſpenſationem, vt conſtabit ex ſecundo, quarto, & quinto argumentis, quæ ita concludunt de diſpenſatione ieiunij ad præſeruationem peſtis imminentis toti communitati, ac imminentis alicui particulari perſonæ, quando actu ſerpit peſtis in ciuitate, ſicut enim tunc licita eſt, & rationabilis diſpenſatio non ſolum reſpectu eorum, qui actu ſunt vulnerati, iſti enim † nullatenus 2 indigent diſpenſatione cum coacti ſint edere cibos paſchales delicatos, ratione infirmitatis actualis, ſed etiam reſpectu eorum, qui non ſunt vulnerati ad præſeruationem, ne vulnerentur, & vt vires & ſpiritus generoſos habeant ad reſiſtendum, quibus tunc temporis indigent, quamuis robuſtiſſimi & optimi ſint temperamenti. Ergo quando ex Medicorum communi ſententia imminet periculum recidiuij in peſtem toti communitati propter vicinitatem locorum peſte actu infectorum, & quia nondum tranſiuit influxus malignus peſtiferæ combinationis Aſtrorum, ex qua ex certa Aſtrologorum experientia oritur peſtilentia, & quia omnes, quotquot fuerint in hac ciuitate manſerunt debiles ex pugna cum maligna qualitate, & non adſit temporis ſpatium propter locorum diſtantiam adeundi Pontificem. vt diſpenſet pro tota communitate, dubio procul † poteſt & debet Ordinarius diſ- 3 penſare, cum tota communitate, cum toti immineat periculum ſubitum. Ita expreſsè D. Thom. 1.2.q.96. *art.6.* ita dicens, *ſi vero ſit ſubitum periculum non patiens tantam moram, vt ad ſuperiorem recurri poſſit, ipſa neceſſitas diſpenſationem habet annexam, quia neceſſitas non ſubditur legi.*

Secundò, quia ita ſe habet in hac ciuitate vna particularis perſona reſpectu totius ciuitatis, ſicut ſe habet tota ciuitas & communitas illius reſpectu totius corporis pollitici Eccleſiæ. Ergo † ſicut cum vna perſona 4 propter timorem cadentem inconſtantem virum, poteſt diſpenſare & ad id tenetur Epiſcopus in ieiunio quadrageſimali. Ergo propter eundem timorem mali imminentis toti communitati poteſt, & debet cum illa diſpenſare imò, multo magis quanto maius eſt malum commune, quam alicuius particularis.

Tertiò, & me quidem iudice ſatis efficaciter,

5 citer, quia † dum actu ſerpit in ciuitate lues peſtifera debet diſpenſari cum communitate in ieiunio quadrageſimali. Ergo quando eſt timor cadens in conſtantem virum, quod iterum accendatur ignis veneficus, propter vicinitatem ad loca infecta antecedens conſtat ex multis diſpenſationibus factis ab ordinariis in diuerſis diœceſibus peſte actu infeſtis Panormitana, Lugdunenſi, Cordubenſi, Gaditana, Hiſpalenſi, quantum ad feriam ſextam, vigilias, & quatuor tempora quæ omnia conſtant ex relatis *in ſuperioribus*. Conſequentia manifeſtè
6 probatur, quia dum † actu ſerpit peſtis eximuntur omnes penſatione generale à delectu ciborum quadrageſimalium toti populo indicto ab Ecclesia. Ergo etiam, quando ad præſeruationem ob timorem cadentem in conſtantem virum futuri imminentis contagij, datur ſimilis vniuerſalis diſpenſatio etiam ſufficienter prouiſum erit toti communitati, prouidentia enim humana cum incerta ſit, quamuis regatur prudentia quæ attẽdit omnes circunſtantias quas prouidere poteſt humana cognitio ob ſuam limitationem, & impotentiam non ſemper conſequitur finem, quem intendit in omnibus ſingularibus, & ſingulis indiuiduis, quia nequit omnibus ea media applicare, quæ neceſſaria ſunt ad finis conſecutionem, vel quia ſingulares perſonæ ea non poſſunt habere, & ſic nequeunt aſſequi finem ſuperioris intendentis ſuæ diſpenſationi auertere malum imminens, & nihilominus ſuperior qui reſpicit reipublicæ bonum & ab illa malũ auertere prout eſt bonum, aut malum commune non prout eſt in ſingulis & ſin-
7 gulis tenetur diſpenſare in lege cuius † executio reſpicit malum imminens communitati, vt ſinguli non habeant hoc impedimentum, vt ſe præſeruent à contagio, quod ſi ob impotentiam idem non poſſint exequi eſt valde per accidens, reſpectu boni, aut mali communis & eſt inconueniens ineui-
8 tabile, quod † legiſlator, aut diſpenſator attendere nec debet, nec poteſt, in ſua lege vniuerſali facienda & diſpenſatione concedenda toti communitati, ſed ſolum attendit id quod in pluribus contigit vel bonum commune conſeruandum vel ad malum commune imminens auertendum, vt enim
9 ait † Diuus Thomas. 1. 2. *q.* 96. *art.* 1. *ad* 3. ex Ariſtotel. 1. *Ethicorum cap.* 3. *&* 7. loquens de legibus, quæ ſunt regulæ actuum humanorum vt ait *q.* 97. *art.* 4. Regula autem debet eſſe certiſſima, vt autem certiſſima ſit practice loquendo ſufficit talis certitudo vt aliquid ſit verum, vt in pluribus licet interdum deficiat in paucioribus.

Quartò, pono verba P. Thomæ San-
10 chez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 40. *art.* 3. † *quamuis regulariter nequeat Epiſcopus in lege Pontificis aut concilij diſpenſare poteſt, tamen in caſu vrgentis neceſſitatis, quando ad Pontificem aditus non patet, vt docent Lignano cap. at ſi clerici. §. de adulteris, de iudiciis vbi Abbas n.* 9. *Baldus leg. Omnes populi. n.* 8. *de iuſtitia & iure Romanus ſingulari* 480. *Speculator titul. de diſpenſatio. §. nunc de Epiſcoporum n.* 3. *Felinus ca.* 1. *fallentia* 7. *de conſtitutione, Cotta in memoral. verbo Epiſcopus, Meliſ. in repertor verbo diſpenſare poteſt Epiſcopus, Rebuffus in praxi beneficio. titulo de diſpenſatione ad plura beneficia num.* 30 *&* 31. *Lambertinus de iure patronat. lib.* 2. *p.* 1. *quæſt.* 7. *à n.* 19. *Bernardus Diaz regul.* 238. *Ludouicus Gomez tract. breuium n.* 21. *Duenas regul.* 248. *limit.* 2. *Staphileus de litteris gratiæ titu. de qualit. benefic. §.* 1. *n.* 5. *Cuccus lib.* 2. *inſtit. maior. tit.* 6. *num.* 33. 4. *Gutierrez lib.* 1. *canonicarum cap.* 23. *n.* 11. *Gratianus reg.* 433. *n.* 18. *ſed in hoc caſu concurrit grauiſſima neceſſitas, &c.* Hæc ille, & quidem ſatis ad rem, cum in præſenti incurrat grauiſſima & publica neceſſitas commune ſcilicet & grauiſſimum periculum contagij & ſumus in caſu, in quo non patet aditus facilis ad Pontificem propter loci diſtantiam, & periculi inſtantiam ergo, &c.

His adde aliam doctrinam eiuſdem Tho- 11
mæ *ibidem*, quod † Epiſcopus poteſt in ſua Diœceſi quidquid Pontifex in tota Eccleſia, niſi aliquid Pontifex reſeruet vt inquit, probaui *lib.* 1. *diſp.* 61. *num.* 3. pro quo citat vndecim grauiſſimos DD. idem ſentientes, quibus adde doctiſſimum virum Baſilium Legionenſem, *lib.* 6. *de matrim. impedimentis impedientibus in p.* 8. *n.* 11. dicẽtem quod etiã poſt legem latam à Pontifice vel Concilio poteſt Epiſcopus diſpenſare, dum illi non adimitur facultas diſpenſandi, & ſic dicit Iacobus Agrafis. 1. *parte de ieiunio lib.* 2. *cap.* 85. *num.* 29. fuiſſe declaratum in Concilio Neapolitano *cap.* 40. Ordinarius propter humana pericula talem licentiam poterit facile & gratis concedeee, loquitur enim de diſpenſatione ad adhibendam ſolemnitatem nuptiarum temporibus prohibitis à Concilio, Syluestrum *verbo diſpenſ. quæſt.* 9. Angelum *eodem §.* 5. Cordubam *lib.* 1. *q.* 11. *verſicul. quorum primum eſt* & hanc eſſe communem doctrinam dicit Gutierrez *vbi ſupra*, idem eleganter docuit Soto *in quarto. diſt.* 32. *quæſt. vnica art. tertio in fine verſiculo at vero & lib.* 1. *de iuſtitia & iure q.* 2. *art.* 3.
verſiculo reſpondetur nihilominus † poteſta- 12
tem (diſpenſandi) in lege licet plenaria ad ſolum legiſlatorem pertinet nihilominus in caſibus nonnullis penes inferiores gubernatores ſitam eſſe, primũ poteſtate à ſuperiori delegat quod vel iure inferioribus cõcedũt vel conſuetudo interpretatur, poteſt inquam

Epiſcopus in legibus Papæ diſpenſare conceſſione vel conſuetudine, & nos in principali Reſolutione oſtendimus. Cum autem lex quadrageſimalis ieiunij,ita ſit Pontificia quod diſpenſatio in eius obſeruatione ſoli Pontifici non ſit reſeruata,dubio procul iuxta hanc doctrinam in caſu præſenti poterit & debet Epiſcopus diſpenſare non ſolum cum particularibus, ſed etiam cum tota ciuitate,cum imminet periculum.

13 Horum omnium ratio à priori eſt, quia † de ratione legis eſt, quod reſpiciat bonum commune inducendum, vel malum commune euitandum, vt eſt indubitatum principium moralis Theologiæ, & iuris vtriúſque prudentiæ,ergo ſi ex obſeruatione legis adſit periculum imminens multitudini, vel ciuitati illius gubernatori in ſpiritualibus, ſi lex ſit Eccleſiaſtica poteſt & debet ad malum commune imminens euitandum diſpenſare. Legatur S.Th.1.2.q.96. *art.*6.*&* q. 97. *art.*4.*&* 22.q. 110. *art.*1. & ibi Domi-
14 nus Caietanus. Vnde † Epiſcopus eo ipſo, quod iure ordinario habet curam & iuriſdictionem in ſuas oues, eodem iure habet poteſtatem diſpenſandi in legibus etiam Papæ in caſibus, in quibus timetur magnum damnum, & non eſt facilis ad Papam recurſus, quando quidem non eſſet ſufficiens prouiſum de remedio omnibus neceſſario.

15 Quintò, quia non minus eſt lex Pontificia lex de audiendo ſacro integro diebus feſtiuis, & tamen † tempore Epidemiæ ad præſeruationem & fugiendum contagium, poteſt Epiſcopus diſpenſare,ne tota ciuitas ſacrum audiat, vt homines maneant domi recluſi, euitantes aliorum Communicationem. Ergo pari modo ex eodem motiuo poterit cum communitate diſpenſare in le-
16 ge ieiunij quadrageſimalis. Nec eſt alicuius ponderis, quod reſpondet Magiſter Nazarius,quod tunc debet Epiſcopus prouidere, vt in plateis, & viis publicis erigantur altaria,vt homines in domibus recluſi per feneſtris ſacrum audiant, quamuis enim hoc factum ſit in peſte Bononienſi, vt ipſe refert, tamen non eſt, quia obliget præceptum, ſi enim hoc non faceret Epiſcopus nullatenus tenetur domum exire propter rationabilem metum contagij. Ergo quamuis multi non obſtante diſpenſatione in ieiunio ipſum nihilominus obſeruarunt, ex deuotione tamen, nullus tenetur ad illud obſeruandum propter timorem cadentem in conſtantem virum contagij imminentis, vt *ſupra* ex Caiet. D. Thoma, & aliis vidimus.

17 Sextò, quia † ad diſpenſandum in lege Papali in perpetuum, licet requiratur cauſa omnino certa, maximè ſi loquamur reſpectu communitatis tamen ad diſpenſandum, pro vna quadrageſima ob timorem mali grauiſſimi imminentis non requiritur,quod malum,quod timetur ſit certo & infallibiliter euenturum, ſi obſeruatur ieiúnium, ſed ſufficit, quod immineat ex Medicorum communi ſententia, ſicut, vt diſpenſetur cum particulati ſat eſt,quod ex Medicorum decreto illi immineat.

§. VII.

Fundamenta Nazarij eneruantur.

SVMMARIVM.

1. *Quot modis ſumatur diſpenſatio.*
2. *An ad diſpenſationem latè ſumptam requiratur notitia certa & euidens defectus legis.*
3. *Ars medica diuinitus eſt accepta,& diuinitus exercetur.*
4. *An vox* ſubitum *cum temperamento temporis ſit intelligendum.*
5. *An diſpenſatio propria ſit legis relaxatio implicita.*
6. *An reſpectu malignæ qualitatis veneficæ & peſtiferæ nullus ſit ita robuſtus, & valens viribus, qui non indigeat optimo temperamento.*
7. *Ex qua diſpenſatione nullum ſequatur ſcandalum niſi Phariſæorum.*
8. *An actu graſſante peſtilentia, non debeat Epiſcopus diſpenſare.*
9. *An quando peſtis miraculosè infligitur à Deo, non ſit recurrendum ad Medicorum conſilia, & n.14. & 15.*
10. *Abulenſis ſententia adducitur.*
11. *Natura omnium operatrix Medicus verò miniſter, ex Hypocrate, ex n.12.& 13.*
16. *An cum diſpenſatio eſſet vniuerſalis facta per Prælatum Eccleſiaſticum, iſte non tenetur prouidere de cibis Paſchalibus.*
17. *An ſi Rectores ciuitatis non poſſint prouidere de cibis non ſit eorum negligentiæ tribuendum,ſed temporum calamitati.*

EX dictis facillimo negotio corruunt fundamenta Nazarij. Ad primùm reſpondetur, quod in præſenti † vtroque 1 modo ſumitur diſpenſatio, & prout eſt idem, quod declaratio virtute epiikiæ, quod hic & nunc non obligat præceptum & lex, quia cum immineat commune periculum ex eius obſeruatione,imminet grauiſſimum malum publicum, quod quanto maius & acerbius eſt, tantum creſcit timor viri conſtantiis, & ſic minor cauſa requiritur, vt diſpenſetur in lege cuius obſeruatio aliquatenus conducit, vt malum, quod timetur eueniat, quare fallitur omnino, dicens, quod † ad diſpenſationem latè ſum- 2 ptam

pram requiritur notitia certa & euidens defectus legis, ſi loquatur de notitia ſpeculatiuè euidenti, ſat enim eſt notitia & iudicium practicè euidens de periculo, & infirmitate imminenti, ſiue ſit reſpectu particularis perſonæ, ſiue totius ciuitatis, cum autem reſpectu perſonæ particularis hoc iudicium ſufficiat, ſufficiet vtique reſpectu totius ciuitatis ad quod dictamen & iudicium faciendum ſufficit ſciẽtia Medicorum, & Aſtrologorum, quibus hac parte danda eſt fides, ſicut datur in aliis rebus pertinentibus ad Aſtrorum influxus circa anni temperiem, pluuias, ſiccitates, infirmitates, & fructus naturales: Medicis etiam plurimum doctis deferri debet, circa corporum curationem, præſeruationem ab infirmitatibus, & aliis huiuſmodi, ars
3 enim † medica diuinitus eſt accepta & diuinitus exercetur, Medicuſque honorandus propter infirmitatem, vt ſæpè ait Sacra Scriptura Eccleſiaſtici 38. *numero* 1. & multo magis, quando præcauent infirmitates ingruentes, quam dum expellunt præſentes, vt ait Maximus, *ſermone quinquageſimo*, quamuis enim ars medica ſicut & aſtrologia maiori ex parte coniecturalis ſit, ſecundum quod practica, fundatur enim in experientia & obſeruationibus præteritorium euentuum, tamen coniecturæ iſtæ & experientiæ poſſunt generare iudicium practicum certum ad diſpenſandum in lege ieiunij, vt præcaueatur malum, quod timetur, de artis tamen medicæ certitudine & vtilitate in ſolutione ad quartum egregia dicam ex Abulenſi, adeſt enim in præſenti ſubitum periculum, quod requirit Diuus Thomas ad hanc diſpenſationem, ſubitum enim non dicitur, niſi quia non eſt mora adeundi ſuperiorem, ſubitum enim periculum id eſt, ac periculum ſtatim ſe-
4 quendum, ita quod non ſit mora, quare † vox *ſubitum*, cum temperamento temporis, eſt intelligendum, *argumento ex lege quod dicimus D. de ſolutionibus & leg. fin. C. de iudictis* Gloſ. *verbo ſtatim in c. quicumque* 77. *diſt.* Farina. *in praxi criminum p* 4. *deeiſ.* 10. *n.* 12. Gonz. *ad reg* 8. *Caneel. gloſſa* 9. §. 1. *n.* 217.
5 Adeſt etiam † diſpenſatio propria quæ eſt legis relaxatio implicita, tamen quatenus ſuperior rectori inferiori dedit poteſtatem & iuriſdictionem ordinariam regendi ſubditos, non enim erat ſufficienter prouiſum de ouibus, niſi rectores haberent hanc diſpenſandi poteſtatem imbibitam in poteſtate ordinaria regendi, & gubernandi, eſſet enim poteſtas ordinaria decurtata, & diminuta, & ſic in deſtructionem potius quam in ædificationem.
6 Ad ſecundum reſpondetur, quod † reſpectu malignæ qualitatis veneficæ, & peſtiferæ nullus eſt ita robuſtus, & valens viribus, quod non indigeat optimo temperamento, & ſpiritibus generoſis ad reſiſtendum, maximè quando antecedenter ſemel dimicatum eſt cum illa quod etſi vicerint, tamen ex mutua reactione veneni debiles valde ab intrinſeco manſerunt, *peſtis enim vapor* (ait Ficinus) *cum veneni iam ſuſcipit naturam calcis, vel arſenici qualitatem recipit, cuius effectus eſt putrefacere, rodere, & ardere*, &c. & quamuis robuſta hominis natura ſubdita veneficæ, & influentiæ, eſt putrefacta aliquatenus roſa.

Ad tertium reſpondetur † nullum ſcan- 7
dalum niſi Phariſæorum ex huiuſmodi diſpenſatione ſequi, cum neceſſitas præſeruationis ad diſpenſandum obliget, idque fiat ex Medicorum, & Theologorum ſapientiũ conſilio, quod manifeſtũ fiet vniuerſo orbi, cui etiã manifeſtũ erit, ciuitatem fuiſſe ingenti peſtilentia oppreſſam, quare ſicut ex diſpenſatione, quando actu graſſatur epidemia non ſequitur ſcandalum, quod teneamur euitare, ita nec ex diſpenſatione in præſenti caſu ad præſeruationem non adeſt periculum ſcandali.

Ad quartum reſpondetur, quod etiam probaret, quod † actu graſſante peſtilentia, 8
non deberet Epiſcopus diſpẽſare, quia actu flagellat nos Deus in pœnam delictorum, quare eius iram ieiuniis, & pœnitentiis deberemus placare, & non carniũ eſu præcauere peſtem, quod eſt ridiculum: reſpondetur igitur ex Abulenſi *vbi ſupr. q.* 36. *&* 37.
& q. 32. quod quando† peſtis miraculosè in- 9
fligitur à Deo nõ eſt recurrẽdum ad Medicorum conſilia, quæ nihil iuuant cum non poſſint efficaciam miraculi impedire, cum ſit miraculoſa, quare potius per conuerſionem, & pœnitentiam negotiandum cum Deo, & ab illo impetrandum, vt miraculum ſuſpendat, at quando peſtilentia ex cauſis naturalibus originatur multum conducunt medicamenta naturalia, tũ ad ſanãdum alue contracta, tum ad præſeruationem, ne contrahatur, & ſic conducit abſtinentia à cibis triſtibus, & noxiis, & quis hoc dubitabit cordatus? Quamuis Deus placãdus ſit aliis bonis operibus & abſtinentia à peccatis & exceſſibus, eleemoſyna, oratione, ſacrificiis, &
ſimilibus, audi Sapientiſ. Abulenſ. *q.* 37. † cu- 10
ius verba tranſcribo, quia ad propoſitũ valdè conducunt, ſic enim fatur, *Cauſa efficiens ſanitatem eſt medicamentum oppoſitum, quod naturalem habet efficaciam, ſicut ignis ad comburendum domum, hoc tangit Hypocrates in*
quodam aphoriſmo dicens: natura † omnium 11
opitratrix Medicus verè miniſter. Cum ergo medicina ſit ſcientia, qua cognoſcimus habitudines corporum humanorum ægrotorum, & ſanorum, & neutrorum, & virtutes rerum

rerum naturalium ad applicandum, ſi ita eſt,
quod res naturales habent efficaciam ad no-
cendum, & ſanandum erit ſcientia medicinæ
proficua, quæ ſecundum hoc operatur: eſt ergo
nunc tractandum, an res naturales habeant
virtutem ſanatiuam, niſi omnino inſaniat? &
ſic apparet artem medicinæ, (quia de his eſt)
proficuam eſſe, atque commendabilem, &
non ſolum natura ipſa teſtis eſt, ſed & ſacra
Scriptura teſtimonium affert laudens autem
medicandi, vtpotè Ecliſ. 38. numero 1. 2.
& 3.
12 Et infrà *pro quo ſciendum, quod Deus poſſet*
dare ægritudinem, quæ haberet cauſam na-
turalem contrariam ad expellendum eam, &
poteſt infligere ægritudinem, quæ non habeat
aliquid naturale contrarium ad poſſe expelle-
re illam, ſi ſecundo modo manifeſtum eſt, quod
non poterit curari naturaliter per Medicos ta-
lis ægritudo, cum nihil ſit eis tanquam inſtru-
mentum, quod applicari poßint ad excluſio-
13 *nem morbi: ſi primo modo dicendum eſt, quod*
licet morbus à Deo inflictus fuiſſet ſine aliqua
cauſa naturali, poſſet tamen curari per Me-
dicos. Ratio huius eſt quia talis morbus habet
cauſas ex quibus peruenire poßit, licet omne ex
illis non peruenerit, & habet cauſas ex qui-
bus auferatur, & ideo ex illis poſſet auferri,
nec hoc eſt inconueniens, quia manifeſtum eſt,
quod aliquæ res ſunt factæ à ſolo Deo, & ta-
men poſſunt deſtrui naturaliter.
Et concludens totam quæſtionem, dicit
14 † *ſi ægritudo ſit à ſolo Deo inflicta ſiue ha-*
beat cauſas naturales contrarias, ſiue non,
nequaquam eſt confidendum arti Medicorum,
quia curari non poſſunt, ſi autem perueniat
ægritudo à cauſis naturalibus, quia interdum
non poteſt curari ægritudo, vt declaratum eſt
ſupra non eſt confidendum, tunc arti Me-
dicorum, ſi autem ſunt ægritudines illæ, quæ
curari poſſunt, tunc poſſumus confidere arti
Medicorum ſcilicet, quod per ipſam poſsit
curari morbus, & quod certiſsimè curabitur &
quod non poſsint vllo modo impediri curatio:
15 *alio modo, licet confidere quod arte Medico-*
rum poſsit fieri curatio, tanquam per viam
quandam naturalem: & tamen quod nihilo-
minus poſsit impediri voluntate Dei volentis
claudere vitam, vel defectu naturæ non ſe ad-
iuuantis, vel imperitia Medicorum, & ſic
in ægritudine nunquam eſt habenda con-
fidentia de arte Medicorum, *ſcilicet quod*
per eam homo indubitanter ſanetur, & quæ-
ſtio. 38. egregiè explicat an in aliquo ſenſu
ſit verum, an liceat in ægritudine magis
confidere arti Medicorum, quam Deo.
Ad quintum reſpondetur, idem argu-
mentum probaret, quod nec actu grauan-
te qualitate peſtifera, eſſet ſufficienter
prouiſum per diſpenſationem ab eſu cibo-
rum quadrageſimalium. Reſpondetur ſe-
cundò, quod cum † diſpenſatio iſta eſſet 16
vniuerſalis facta per Prælatum Eccleſiaſti-
cum, iſte non tenetur prouidere de cibis
paſchalibus, ſed ſolum per diſpenſatio-
nem facilitare fideles, vt abſtineant à cibis
noxiis, & triſtibus, qui nocere poſſunt, &
diſponere ad epidemiam facilius inducen-
dam. Prouiſio autem ciborum ad Rectores
ſeculares attinet, quibus incumbit, quan-
tum in ſe eſt facere, vt cibi paſchales e-
mantur in pretio moderato, vt pauperes,
& officiales poſſint illos conſequi, † quod 17
ſi Rectores ciuitatis non poſſent ex penu-
ria id perficere non eſt eorum negligentiæ
tribuendum, ſed temporum calamitati, &
ſi ex impotentia nequeunt conficere to-
tum, conficiant maiorem partem, hanc
ſeruent & defendant ſi illud totum ſeruare
non valent, vt enim ait Iacobus Billius in
Antholog. Socratis.

Eſt bonus ille cibus, qui namum ſeruat, vt aiunt
quæque caput ſeruant, valuera palma capit
Eſt bonus hic Medicus, qui noxia doctus ab imis
Partibus ad ſummam pertrahit arte cutem;
Ergo caue melior, ne ſpes te deſerat vnquam
Sæpè tuos caſus experiare graues.
Nam ne fortè tumeas agitet pia pectora factus
Vexari patitur corpora ſæpè Deus.

Si enim quantum in ſe poſſunt, faciunt,
& in prouiſione ciborum Paſchalium non
molli brachio & lento pede procedant, non
ſunt culpandi, nec ob id non eſt facienda
diſpenſatio ab Ordinario hæc ſicut & lex
reſpicit bonum commune, quod ſi deficiat
in aliquibus non ob id lex non ferenda, nec
diſpenſatio dilatanda.

§. VIII.

Vtrum ſit conueniens imponere præceptum, ne manducentur cibi quadrageſimales tempore epidemiæ.

SVMMARIVM.

1. *Diſpenſatio circa cibos quadrageſimales an ſit facienda imponendo præceptum ne quis cibos noxios manducet.*
2. *Quæ diſpenſatio ſit obligatio implicita obligationis præcepti naturalis, conſeruandi ſalutem corporis politici.*
3. *An qui probabiliter iudicat ex cibis qua-*
drageſima

drageſimalibus oriri ſalutis minuimentum, peccet grauiter.

4. *Neceſſitas non ſubiacet legi, ſed lex ſubiicitur neceſſitati.*
5. *Multa prohibita iure diuino & humano fiunt licita & permiſſa ex neceſſitate.*
6. *Authoris mens, & n 7.*
8. *Quid ſit publica generalis diſpenſatio.*
9. *Nonnullorum opiniones afferuntur.*
10. *Si abundantia ſit ciborum vtilium an teneantur diuites elargiri egenis.*
11. *An omnes dotationes pro maritandis puellis, pro redemptione captiuorum poſſint applicari, ne deficiant cibi vtiles.*
12. *Vtrum præceptum implicitum ſufficiat in diſpenſatione facta ad euitandum damnum commune imminens.*

IN conſultatione Bononienſi, quam refert Nazarius *vbi ſupra*, viri docti in ea fue-
1 re ſententia † diſpenſationem circa cibos quadrageſimales faciendam fore imponendo præceptum, ne quis cibos iſtos noxios manducet, ſed ſolummodo cibos paſchales, vt carnes, oua, lacticinia & condimenta delicata, verbi gratia, non triſtia fundabantur, quia cum hæc diſpenſatio ſit generalis reſpiciens bonum publicum, & præſeruare ciuitatem ab imminenti epidemia, ſi facta hac diſpenſatione non imponitur præceptum dictum, non erit ſufficienter prouiſum ſaluti communitatis, nec diſpenſatio vtilitatem intentam conducet, multi enim Chriſtiana pietate ducti & fidentes naturali robuſticitati cibis quadrageſimalibus vtētur, ex quibus generabitur contagium, quod paulatim inficit totam multitudinem, & ſic nihil deſeruiet diſpenſatio.

Secundò eo ipſo, quod ſit diſpenſatio hæc in re grauiſſima facta propter bonum commune ad vitandum damnum, quod imminet communitati, ſi manducentur cibi quadrageſimales noxij & triſtes, eadem met
2 † diſpenſatio eſt implicita declaratio obligationis præcepti naturalis conſeruandi ſalutem corporis politici, ad quam tuendam, quiſque tenetur, ex iuſtitia legali contra quam peccat ſi facit aliquid in propria perſona, ex quo damnum politicum timeri rationabiliter poteſt, vt eſt, manducare cibos quadrageſimales triſtes, & noxios, & ſic multi & graues Doctores dicunt, quod ſi quis eſt diſpenſatus, vt carnes manducet tempore quadrageſimæ,
3 ſi cibos quadrageſimales edat † ex quibus probabiliter iudicat oriri ſalutis minuimentum peccat mortaliter. Ergo multò magis, ſi timetur nocumentum communis ſalutis, & contagij in vniuerſam multitudinem, eſt enim materia ita grauis, vt nulla alia in humanis grauior, & ſic præceptum de tuenda in hoc caſu grauiſſimè obligat.

Tertiò, quia diſpenſatio iſta fit propter neceſſitatem ciborum, quorum priuatio notabiliter incommodat communi ſaluti propter imminens contagium, quia † ne- 4
ceſsitas non ſubiacet legi, imo lex ſubiicitur neceſsitati, *cap. 1. de obſeruantia ieiunij*, & *cap. licet de ferijs*, tenent Syluefter, *verbo neceſsitas*, Antonius *cap. 1. de ferijs*, Antonius Auguſtinus *in collectanea decreti lib. 2. titul. 5. cap. 3.* & eleganter Iaſon *ad legem ſi ex toto D. de legat. 1.* vbi ponit plura exempla, in bello fame & peſte. Ancharanus *conſil. 191. numer. 4. & 5. & conſil. 243. numero 4.* dicens quod † multa prohibita 5
iure diuino & humano fiunt licita, & permiſſa ex neceſsitate, & è contra permiſſa fiunt prohibita, pro quo axiomatè plures refert Barboſa *axiom. 157. numero 1. & 2.* ergo cum diſpenſatio fiat ob publicam neceſsitatem, hæc eadem neceſsitas obligauit, grauiter ad abſtinendum à cibis noxiis, & triſtibus.

Cæterum exiſtimo † neceſſarium non 6
eſſe præceptum expreſſum, vt diſpenſati in cibis quadrageſimalibus, aut tempore epidemiæ, actu graſſantis, aut ob præcautionem ne iterum graſſetur, illis non vtantur, ſed quod manducent cibos paſchales, ratio quæ me mouet eſt, quia aut ſunt cibi paſchales, vt carnes, oua, & lacticinia in abundantia & paruo pretio emenda, etiam pauperibus (quod ſi ciuitas ſit po- 7
puloſa, iudico moraliter impoſsibile) & ſic ex vi præcepti naturalis conſeruandi corpus politicum, & patriam ſub mortali tenentur abſtinere à cibis noxiis, & triſtibus, qui inducere, ac augere poſſunt peſtilentiam, & contagium, ex Medicorum præſcripto cuius præcepti eſt declaratio iuridica, ipſa † publica & generalis diſpenſa- 8
tio, vt probat ſecunda ratio, aut non eſt præfata abundantia ciborum vtilium, & præſeruantium quos pauperes acquirere nequeunt, quia pauci ſunt, nec ſufficiunt pro omnibus exiſtentibus in ciuitate & ſic ne pereant fame, quæ eſt importunus exactor, nec patitur dilationem, poſſunt comedere, quantum ſufficiat ad exſoluendum exactori ventri, de quibuſcumque cibis, vt enim † refert Stobæus, *ſerm. 93.* 9
Antiphanes dicebat, *famem omnia dulcia facere præter ſeipſam*, & Menander.

Fames maximus hominibus dolor eſt,

Fami enim nullum eſt contradicere ventum.

Eſt enim efficacior omni arte famis neceſſitas, cuius magnitudo excuſationis in ſe plurimum habet, cum ſit legibus excepta, tanta eſt famis neceſſitas, *vt nec Dij ipſi reluctari poſſint*, ait Liuius, *decade 1. lib. 9.*

Si tamen adſit copia, & abundantia ciborum vtilium, & præſeruantium à contagio, & pauperes artiſtæ, & alij inopes ob inopiam nequeunt emere, exiſtimo † teneri diuites largas eleemoſynas diſtribuere, vt ex cibis paſchalibus, quantum fieri poſſit, huiuſmodi egenis elargiatur, vt enim aiunt Nazianzenus, *orat.* 28. & Niſſenus, *in vita Thaumaturgi*, diuites in neceſſitatibus publicis non ſunt Domini diuitiarum, ſed diſpenſatores in pauperes, & egenos. Vnde dubio procul exiſtimo non ſolùm teneri de ſuperfluis, ſed de non multum neceſſariis eleemoſynas elargiri pauperibus, ob commune bonum, & ad commune malum vitandum. Ad idem conſequendum conſultus ob Illuſtriſſima Congregatione pro tuenda ſalute tempore peſtis, dixi † poſſe omnes dotationes pro maritandis puellis, pro redemptione captiuorum applicari, ne deficiant huiuſmodi cibi, & alij Miniſtri ad talem præuentionem faciendam, quare etiam ad id multò magis tenentur Eccleſiaſtici diuites, quorum bona ſunt pauperum patrimonia, quare nihil ſuperfluum in hac neceſſitate tuta conſcientia reſeruari ſibi poſſunt. Sic fecerunt Patres, qui & propria venderent, vt tempore famis & peſtis paupetibus ſubuenirent, legatur Sozomenus, *l.* 6. *hiſtor. cap.* 12. agens de Beato Baſilio magno.

10

11

Ad rationes oppoſitas, quatenus huic reſolutioni opponuntur reſpondetur. Ad primum negando cum non ſit ſufficienter prouiſum cum ſola diſpenſatione ſine expreſſo præcepto de non manducandis cibis quadrageſimalibus noxiis, & triſtibus, ſufficit enim † præceptum implicitum in ipſa diſpenſatione facta ad euitandum damnum commune imminens, vt vidimus & id probat ſecundum argumentum, & ſic non eſt opus illi ſatisfacere cum probet noſtram ſententiam. Ad tertium reſpondetur eodem modo, vt neceſſitas, quæ obligat ad diſpenſationem faciendam obligat, vt quis ſe abſtineat à cibis noxiis niſi adſit maior neceſſitas famis cui omnia dulcia, vt explicatum relinquimus.

12

§. IX.

Quid poſſet operari in hoc caſu Bulla Sancta - Cruciata.

SVMMARIVM.

1. *Quo priuilegio gaudeat Hiſpania*, *num.* 2. & 3.
4. *An quantum ad eſum carnium de conſilio vtriuſque medici videatur aliquid operari priuilegium.*
5. *Villalobos mens adducitur.*
6. *Si cibi quadrageſimales grauiter noceant, abſque dubio carnibus veſci poteſt, ex Caſtro Palao.*
7. *An lex ſit certa & non poſſit ſolui per executionem dubiam.*
8. *Multorum ſententia adducuntur.*
9. *An Medicus ſpiritualis non debeat eſſe nimium ſcrupuloſus.*

SVmmum allatura eſt ſolatium huius difficultatis reſolutio ex certa doctorum doctrina collecta, quam præuidens P. Magiſter Paulus Nazarius, *vbi ſuprà pag.* 338. adducens diſpenſationem factam ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Panormitano. *Reſpondetur quarto*, (dicens,) *Siculos habere priuilegium Bullæ cruciata, & ideo cum minori admiratione & ſine tanto ſcandalo potuit illi ea diſpenſatio concedi.* Ergo cum † tota Hiſpania eodem gaudeat priuilegio, ciuitati cui imminet contagioſa lues, ſine admiratione, & ſcandalo poterit diſpenſatio dari. Cæterum priuilegium examinemus, igitur in Bulla plumbea, quam expediuit Gregorius XIII. quam poſtea ſucceſſores in Pontificatu vſque ad Innocentium X. confirmarunt, & conceſſerunt omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus in regnis, & Dominiis Hiſpaniarum, ac illis adiacentibus necnon Sardiniæ inſulis conſiſtentibus, & ad illa declinantibus ſic habetur, §. 4. *Item, vt dicto anno durante, in omnibus & ſingulis regnis, inſulis, terris, oppidis, & Dominiis prædictis*, (*& non extra illa*) *carnibus de conſilio vtriuſque Medici temporibus ieiuniorum, totius anni, etiam quadrageſimalibus, pro eorum libito, ouis & lacticiniis, ita quod, qui carnes non comederint ſeruata in cæteris ieiunij Eccleſiaſtici forma dicto ieiunio ſatisfeciſſe, cenſeantur, & ſub hoc indulto veſcendis carnibus, ouis, & lacticiniis comprehenduntur omnes cuiusvis militiæ regulares. Patriarchis vero Archiepiſcopis, & Epiſcopis aliiſque inferioribus Prælatis, necnon aliis perſonis regularibus, & qui in ordine Presbyteratus fuerint ſecularibus id minimè conceditur, niſi ſexagenarij fuerint. Hæc in bulla plumbea.* 1 2 3

Ex quo priuilegio, quod renera magnum eſt, plura ſunt dubia ſcitu digniſſima, ſed quæ ad præſens inſtitutum attinent, ſunt. Primum, quia † non videtur, quantum ad eſum carnium de conſilio vtriuſque Medici aliquid operari de nouo hoc priuilegium, cum etiam, ſi quis non habet bullam, ſi tamen eſt infirmus, actu, aut imminet infirmitas de conſilio vtriuſque Medici imò iure naturæ quo gaudet, ad conſeruandam ſalutem, ſine alicuius conſilio, ſed ſolum propria conſultatione prudenti, poteſt carnes comedere, ſicut in aliis multis præceptis humanis contingere poteſt, vt de non recitando 4

recitando Officio Diuino, de non audiendo Sacro, & ſimilibus.

Villalobos, *tom.* 1. *ſumm. tractat.* 27. *clauſula* 6. ſuccumbit difficultati dicens, *num.* 1.
5 *no parece que trahe en eſto la bula, conceſſion nueua*, & relatis opinionibus concludit, *yo no hallo que tengan baſtante fundamiento, en las palabras de la bula loqual parece que era neceſſario.*

Caſtro Palao, *tomo* 4. *tractat.* 25. *diſputatione unica, punct.* 8. §. 1. *num.* 2. ſic loquitur
6 † *ſi cibi quadrageſimales grauiter nocent abſque dubio carnibus veſci poteſt, ſi autem de nocumento non conſtat, nequit confeſſor, aut corporalis Medicus licentiam veſcendi carnibus concedere*, communis ſententia de qua Diuus Thom. 2. 2. *quæſt.* 147. *artic.* 4. Leſſius *lib.* 4. *de iuſtitia & iure, cap.* 2. *dubit.* 6. *num.* 45. Vega 1. *part. ſumm. cap.* 14. *caſu* 36. Palatius *in* 4. *diſtinctio. decima-quinta, diſputat. octaua, folio centeſimo decimo-octauo*, Graffis *lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 15. Filluc. *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 6. *num.* 128. *& alij affirmant ſtante dubio an tibi cibus quadrageſimalis noceat, te obligatum eſſe lege ieiunij, quia*
7 † *lex eſt certa, & ſolui non poteſt per excuſationem dubiam, Bullæ. Ergo priuilegium operabitur, vt aſſerente Medico corporali dubium eſſe cibos quadrageſimales tibi grauiter nocituros poſſit ſpiritualis medicus tecum diſpenſare in abſtinentia à carnibus, qua diſpenſatione facta omnes ſcrupulus deponitur qui abſque ea diſpenſatione non ſine fundamento, conſurgere poſſit.* Hæc ille; cuius ſententia veriſſima eſt, quam tenent verè omnes qui bullam ex profeſſo enucleatunt, & eius priuilegia fi-
8 delibus expoſuerunt. † Antonius Gomez *clauſul.* 7. *num.* 1. Ludou. Lopez 2. *part. inſtruct. pag. mihi* 805. *cap.* 6. *de bulla*. Ludouicus à Cruce, *diſput.* 1. *cap.* 5. *dubitat.* 9. *numer.* 4. *&* 5. & latè Ægidius Trullench *lib.* 1. §. 4. *dubit.* 1. *num.* 5. *&* 6. Henrriquez *lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 13. *num.* 12. *in littera N. ſicut index* (ait) *in cauſa dubia profert ſententiam pro altero litigantium, ita poteſt Medicus*, Sanchez *ſelecta.* 51. *num.* 6. *&* 9. Caietanus 22. *quæſt.* 147. *art.* 1. Ortiz *in ſumm. cap.* 19. *mandam.* 2. *numer.* 15. Ledeſma *in ſumm. tom.* 2. *tractat.* 17. *cap.* 2. *concluſ.* 5. qui
9 addunt quod † Medicus ſpiritualis non debet eſſe nimium ſcrupuloſus, quando enim cauſa eſt dubia, tunc ſuperior diſpenſando iuſtam efficit, & hoc cauſat priuilegium Bullæ cruciatæ, iuſtam reddens cauſam ad edendas carnes, quam Medicus corporalis dubiam agnoſcit.

§. X.

Expenditur doctrina Ioannis Sanchez.

SVMMARIVM.

1. *An maior reperiatur cauſa ad non ſeruandum aliquod præceptum, quam ad petendam diſpenſationem præcepti, & numer.* 2.
3. *Exemplum affertur, & n.* 4.
5. *An magnum priuilegium concedatur per Bullam, quantum ad facultatem edendi carnes in diebus prohibitis.*
6. *Quid Medici in concedendis licentiis ad carnes edendas quid attendere debeant.*
7. *Medicum ſpiritualem inter, & temporalem quid diſcriminis intercedat.*
8. *An in re morali maximum ſit inconueniens, & n.* 9.
10. *Aliquorum Medicorum ſententia.*
11. *Quid Medicus corporalis attendere debeat, & n.* 12.
13. *An quando cauſa eſt dubia requiratur diſpenſatio facta virtute Bullæ à Medico ſpirituali.*
14. *An exiſtente cauſa dubia opus non ſit diſpenſatione.*
15. *Henriquez ſententia.*
16. *An ius ad conſeruandam vitam in homine certum ſit & antiquius.*
17. *Authoris mens, & n.* 18.
19. *An quando periculum eſt dubium non requiratur diſpenſatio Bullæ.*
20. *An licet ius ad conſeruandam vitam reſpiciat vtramque cauſam inductiuam damni & certam & dubiam, tamen diuerſo longè reſpectu, & n.* 21.
22. *Vtrum dum quis rationabiliter dubitat de extrema neceſſitate ſibi imminenti, non teneatur ei ſuccurrere qui eam actu patitur.*
23. *An index in cauſa dubia ſpeculatiuè poſſit ſe determinare ad ferendam ſententiam determinatam.*
24. *Qando neceſſitas comedendi carnes iudicio Medici corporalis vel alterius viri experti eſt probabilis practicè, etiam in cauſa ſpeculatiuè dubia, non requiritur nec Epiſcopi nec Medici ſpiritualis per Bullam diſpenſatio, ex Trullenc.*
25. *Sanchez fallitur.*
26. *Palao verus ſenſus adducitur. n.* 27. *&* 28. *item S. Thom. doctrina & n.* 29.
30. *Difficultas enodatur.*

VErum enim vero Ioannes Sanchez *ſelecta* 51. poſtquam *num.* 6. dixit, quod explicare hoc priuilegium adeo difficile viſum fuit Doctoribus *vt hactenus expoſitum minimè fuerit*, ſubdit hanc doctrinam, *pro explicatione* tamen notandum † maio- 1
rem reperiri cauſam ad non ſeruandum aliquod præceptum, quam ad petendam diſpenſationem illius præcepti, dum enim

agricola imbrem perfluere aſpicit diſpenſatione non indiget ad laborandum die feſtiuo, at dum ſolum timet aliqualiter ex
2 mora colligendi triticum poſſe damnum euenire, cauſam habet ad poſtulandam diſpenſationem, vnde ſi ſtante illo probabili timore ſolum labori manum admoueret abſque diſpenſatione, in crimen ſanè incideret, aliàs ſi ſtante quacumque cauſa integrum eſſet legem ſoluere nullius poteſtatis diſpenſatiuæ in ſuperioribus opus eſſet, quamuis enim præcepta poſitiua cum iactura vitæ non obligent, vt admittunt communiter Doctores in materia de legibus, & egregie Sanch. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 18. tamen cum aliquali damno obligare pariter fatentur.

Igitur quando quis habet cauſam comedêdi carnes repræſentet illam Medico corporali, quo declarante ſufficientem eſſe ad inferendum aliquod nocumentum ſaluti illis veſci fas erit ob Bullæ priuilegium, vnde
3 † exiſtentibus duobus parem habentibus cauſam, ad carnes edendas à Medico cognitam, quorum vnus Bullam non habet, alter vero illa fruetur, primus comedere nequiuit, eo quod cauſa licet ſufficiens ſit ad petendam diſpenſationem, non tamen ſit ad frangendum præceptum abſque illa adepta, ſupponimus enim abſtinentiam à carnibus obſeruari poſſe tunc, abſque vitæ iactura, & etiam ſine morbo graui habenti vero Bullam, ſiue aliud priuilegium, nefas non erit, carnes edere, cum cauſa Medico repræſentata ſufficiens ſit, ad petendam diſpenſationem cuius ſignum erit ſi infirmus Interroget Medicum, num iſte qui
4 Bulla cruciata non fruitur obtenta, indicet cauſam ſuæ infirmitatis ſufficientem ad rogandum diſpenſationem à ſummo Pontifice, reſpondeat ſufficientem eſſe, nam ſummus Pontifex vel ſtatim diſpenſat declaratione Medici corporalis præmiſſa, & licentiam Medici ſpiritualis vel diſpenſandum committit huiuſmodi Medico ſpirituali.

5 Vnde † magnum ſanè priuilegium conceditur per Bullam, quantum ad facultatem edendi carnes in diebus prohibitis ob quod ingentes agere gratias Pontifici ſumus deuincti: cum quiſque dominus habeat diſpenſationem ob eleemoſynam duorum argenteorum, nec Romanas dilationes expectare vltra teneatur, & quidem maiorem requiri cauſam ad non ſeruandum aliquod præceptum, quam ad petendam diſpenſationem pro præcepto colligitur ex dictis à Suarez *tom.* 1. *de religione cap.* 132. *num.* 1. loquens de excuſatione præcepti de feſtorum obſeruatione; & Expote id ait, *cap.* 13. *n.* 30. Hurtado *de matrim. diſp.* 29. *diff.* 3. *n.* 11. Epiſcopus Troianus *en la prematica del trigo c.* 8.

Quare † medici in concedendis licentiis 6
ad carnes edendas id tantum attendere erunt adſtricti, num cauſa infirmitatis præſentis, aut præſeruationis ad futuram ſufficiens ſit ad petendam à Pontifice diſpenſationem prudenter, & non illuſorie, nec ad ipſos ſpectat iudicare, an ex illa cauſa concedenda ſit vel non de facto diſpenſatio, quod ſi ſufficientem eſſe ad petendam diſpenſationem reperiant, quamuis non adeſſet Bulla, tuto concedere poſſunt licentiam ex facultate Bullæ.

Et *num.* 13. ſeruatur † in hoc diſcrimen 7
inter Medicum temporalem, & ſpiritualem quod corporalis tantum datur à ſummo Pontifice, vt declarans infirmitatem ſufficientem eſſe ad comedendas carnes, ſpiritualem vero interuenire vult diſpenſantem, idem namque eſt concedere facultatem ad non obſeruationem alicuius legis, quod illius diſpenſationem permittere, vnde priuilegium diſpenſandi in eſu carnium hoc eſt facultas Medico ſpirituali ineſt in non ſuſcipienti Bullam, quamuis in illius fauorem ſit conceſſum, hucuſque perdoctus vir.

Et quidem quamuis hic author in multis audacter diſcurrat, quod † in re morali ma- 8
ximum eſt incôueniens, cæterum in his quæ ex ipſo adduximus ſolide, & maxime procedit fundamento nixus & ea applicare noſtro inſtituto facillimum erit, & non iniucundum ad ſedandas conſcientias timoratas multorum ciuium & quidem ſi cum timore probabili, quando eſt mora colligendi triticum in horreum, poteſt petere ruſticus licentiam, & diſpenſationem ad laborandum 9
die feſtiuo, cum ſit timor valdè probabilis futuri contagij ſi quadrageſimalibus cibis vtamur in his præſentibus circunſtantiis dubio procul, cum id ex conſilio doctiſſimi Medici eſt ſufficiens cauſa ad petendam diſpenſationem, poterit Medicus ſpiritualis diſpenſare, quis vero ſit iſte, dicam *infrà.*

Deinde quamuis † aliqui, etſi pauci 10
huius ciuitatis Medici dixerint non eſſe diſpêſationem faciendã ab Ordinario in eſu quadrageſimalium, tamen nullus cordatus dubitare poteſt, quod timor cadens in conſtâtes viros imminentis epidemiæ ſuppoſita magna præterita, pro illa qua omnes ſunt conuerſi & muniti gratia Dei ad portum peruenerint ſanitatis, ſi ſufficiens cauſa petendi diſpenſationem iſtam à ſummo Pontifice, qua ſententia (quæ euidens eſt) poſita dubitare nullus debet iuxta huius doctoris principium, quod approbant ferè omnes doctores citati quod Medicus ſpiritualis in hoc dubio poſſit diſpenſare cum omnibus diſtributiue ſumptæ vittute bullæ. Parrochus cum omnibus ſuæ Parrochiæ, plebanus

plebanus cum omnibus ſui oppidi, Epiſcopus cum omnibus ouibus ſuis.

Ex quo in præſenti caſus huius occurren-
11 tiæ † Medicus corporalis attendere debet ſolum quam debiles relicti ſunt huius ciuitatis incolæ, ex pugna cum venenoſa peſtifera qualitate, quam vicinæ ſunt aliquæ ciuitates & oppida, quia actu patiuntur contagium, quam infectæ ſemini peſtifero manſerint veſtimenta, domus, & humana vtenſilia, quam noxij & triſtes ſunt communes cibi quadrageſimales, ob quæ & multa alia imminet periculum iterum inficiendi homines ſi eos debiles maligna qualitas inueniat, ſanguine humido genito, cru-
12 ditatibus, & humoribus groſſis plenos, nullus mediocris iudicij non iudicabit ſufficientem eſſe cauſam, vt Pontifex pro hac vice diſpenſet, atque ita ex vi priuilegij Bullæ, Medicus ſpiritualis poſſit & teneatur diſpenſare.

Pergit vlterius Ioannes Sanchez ſatis efficaci diſcurſu, *nu.9.* contra eos, qui dicunt,
13 quod, quando † cauſa eſt dubia, requiritur diſpenſatio facta virtute Bullæ à Medico ſpirituali, vt nos etiam dicebamus cum pluribus auctoribus, quibus adiungo Armillam, *verbo, ieiunium, num.6.* Syluеſtrum *num.* 20. Raymundum *in ſumm. tract.4. cap.8. de ieiunio.* Raynerum *part.1. ſumm. cap. de ieiunio,* Mourc. 2. *p. cap.*8. §.2. *num.*13. Angles *in* 4. *tract. de ieiunio* 1. *p. quaſt.*5. *difficultate* 4. contra hos (inquam) arguit ſelector ſic. Auctores iſti fatentur exiſtente cauſa manifeſta non egere ieiunantem diſpenſatione, ita nec infirmum egere in cauſa manifeſta priuilegio ad licitè carnes comedendas fateri conſtringuntur, & fatentur omnes, eodem
14 ergo modo † dubia cauſa exiſtente opus non erit diſpenſatione cum idem ius habeat aliquis ad fugiendum damnum certo euenturum, atqui, illud de quo rationabiliter dubitat, an ſit exoriendum, ſed qui probabiliter & rationabiliter dubitat quod in extremam neceſſitatem deueniet, ſi extremè indigenti ſubueniat non tenebitur ſubuenire, &. quia dubium in fauore rei ſit interpretandum, & impendentis fauorem accipiendum ex regula iuris, *in* 6. de qua latè, *diſp.*42. *num.* 8. quod expreſsè docet Henriquez, *lib.7. cap.*13. *n.*12. *& in comm. littera N.* rectè
15 † dicens, quod ſed iudex in cauſa dubia profert ſententiam pro altero litigantium, ita poteſt Medicus, aut vir expertus concedere in cauſa dubia, ſed probabili vſum carnium abſque Medico ſpirituali, quaſi dicat abſque priuilegio Bullæ concedentis licentiam.

Nec in hoc caſu, ius dubium vincit ius certum, nam quamuis præceptum abſtinendi à carnibus ſit certum, & in poſſeſſione obligandi, etiam † ius ad conſeruandum 16
vitam in homine certum eſt, & antiquius, & antiqua etiam eſt poſſeſſio in illo ad conſeruandam ſuam vitam, ſed etiam eſt illi ius ad non exponendam vitam periculo dubio, eam amittendi, & quamuis dubium ſit homini, an ex abſtinentia à carnibus ſit detrimentum paſſurus in ſalute, non eſt tamen illi dubium quod ius habeat certum non ſe comittendi tali dubio, ſit quod ius certum conſeruandæ ſalutis ſuperet ius, certum præcepti abſtinendi à carnibus; vnde non ad hoc quod cauſa ſit dubia, vel manifeſta reduci debet licentia ab vtroque Medico concedenda, in virtute Bullæ, ſed ad hoc quid cauſa ſit talis quod ob eam poſſit ſummus Pontifex diſpenſare in eſca carnium. Hæc ille.

Verum enim vero † vir doctus confun- 17
dit principium bonum Theologiæ moralis, mala illatione, in quo ſæpiſſimè deficit, quare iure optimo interceptus eſt à ſancta Inquiſitione Romana quo vſque corrigatur, aliud enim eſt, & quidem veriſſimum, quod quis habeat ius certum non ſolum ad conſeruandam à nocumento graui certo ſibi imminenti, ſed item à nocumento quod rationabiliter & probabilibus coniecturis iudicat ſibi imminere, ſed datur præceptum diuinum non ſolum de non fornicando, ſed etiam deſigienda occaſione proxima, imò idemmet præceptum ad idem obligat & ita idem ius quod quis habet ad conſeruandam vitam, vtrumque graue nocumentum reſpicit fugiendum, & certo futurum & pro-
babiliter imminens: ex quo principio vt 18
dixi certiſſimo manifeſtè deducitur, quod in caſu noſtro, in quo ex Medicorum conſilium imminet grauiſſimum damnum iſti multitudini, ſi iſta petat diſpenſationem ciborum quadrageſimalium triſtium & noxiorum, & ad comedendas carnes tenetur Ordinarius ſub mortali eam concedere, ſaltem in virtute Bullæ, quia ſi non concedit lædit ius grauiſſimum, quod conſeruari & in ipſo manuteneri petit ciuitas, & quicumque particularis.

Aliud vero eſt, quod quando † pericu- 19
lum eſt dubium non requiratur diſpenſatio Bullæ, ſed quando eſt cauſa manifeſta, hoc enim dici ſine temeritate nequit, cum ſit in re grauiſſima contra omnes, quotquot ſcripſere: quare S. Thom. 2.2. *quæſt.*147. *artic.*4. vbi hanc eandem quæſtionem tractat. Reſpondet ſic, *ſi cauſa ſit euidens per ſe ipſum licitè poteſt hoc ſtatuti obſeruantiam præterire, præſertim conſuetudine interueniente, ſed ſi non poſſit facilè recurſus ad ſuperiorem haberi, ſi vero cauſa ſit dubia debet aliquis ad ſuperiorem recurrere qui habet poteſtatem in talibus diſpenſandi, & hoc eſt obſeruandum in ieiuniis,*

ieiuniis ab Eccleſia inſtitutis ad quæ omnes communiter obligantur, niſi in eu fuerit aliquod ſpeciale impedimentum, idem repetit, *articulo ſeptimo, ad tertium, & in quarto, diſtinct. decima-quinta, quæſtio. tertia, art. 2. quæſt.4.*

20 Secundò, quia licèt † ius ad conſeruandum vitam reſpicit vtramque cauſam inductiuam damni, & certam, & dubiam, tamen diuerſo longè reſpectu & habitudine, quia cauſam manifeſtam reſpicit abſque vlla dependentia, & ius naturæ cauſæ huius, vincitius humanum de ieiunio, cuius obligatio euaneſcit in illius præſentia, at quando cauſa eſt dubia, non illico euaneſcit obligatio præcepti de ieiunio, quia ſemper ſtat de manifeſto omnes in ætate conuenienti obligans, & quamuis ius de conſeruanda ſalute, etiam dum reſpicit cauſam dubiam, ſemper ſtet, tamen non exerit vires ſuas exiſtente cauſa dubia, vt impediat præce-

21 ptum de ieiunio ad cuius obſeruationem habet ius determinatum legiſlator ex cauſa certa & determinata, quæ ſemper extat ad præſentiam cauſæ dubiæ, quam reſpicit ius conſeruandæ ſalutis, quouſque ſuperior diſpenſet, quod facit Pontifex per virtutem Bullæ cruciatæ ex conſilio vtriuſque Medici.

Tertiò, quia ea quæ adducit Sanchez nullius ſunt ponderis ad propoſitum, pri-

22 mum dum † quis rationabiliter dubitat de extrema neceſſitate ſibi imminenti, non tenetur ſuccurrere ei qui eam actu patitur, quia eſt in poſſeſſore determinata rerum ſuarum, quod poſſeſſio illi iuuat, at in præſenti caſu non poſſidet cauſam certam boni futuri: ſed ſolùm cauſam dubiam, quare poſſeſſio illi non iuuat, contra certam poſſeſſionem legiſlatoris, vt lex ſua obliget, alias temerari è laxaremus habenas non obſeruã-

23 di præcepta iuris poſitiui. Secundum, iudex in cauſa dubia ſpeculatiuè poteſt ſe determinare, ad ferendam ſententiam determinatam, quia non eſt qui habeat ius determinatum, vt hanc potius, quam aliam præferat, ſed ipſe ex poteſtate iudicandi, quam habet format iudicium practicum, magis pro vna quam pro alia parte, at legiſlator habet ius determinatum, & cauſam determinatam, & certam quod omnes in ætate competenti exiſtentes ieiunent, & ſic cauſa dubia mali imminentis, nequit illius vires eneruare niſi potens diſpenſare diſpenſet, quod præſtat Pontifex per Bullam, quare benè Trullenc. *vbi ſuprà, nu.4.* dicens, quod

24 quando † neceſſitas comedendi carnes iudicio Medici corporalis, vel alterius viri experti eſt probabilis practicè etiam in cauſa ſpeculatiuè dubia non requiritur, nec Epiſcopi, nec Medici ſpiritualis per Bullam diſpenſatio, benè tamen quoniam dubium eſt formale, an detur cauſa ſufficiens, nec intellectus inclinatur ad alteram partem, tunc enim diſpenſatio exigitur, in primo enim caſu operatur ex conſcientia probabili, at in ſecundo cum maneat ſemper cauſa dubia, niſi accedat diſpenſatio manet dubium motiuum, & ſic conſcientia dubia manebit.

Quartò, fallitur omnino † Sanchez ex- 25
plicans priuilegium hoc Bullæ, non quod operetur, quando eſt cauſa inductiua infirmitatis, ſed quando Medicus corporalis iudicat cauſam eſſe ſufficientem petendi diſpenſationem à Summo Pontifice abſtinentiæ à carnibus ipſúmque Pontificem prudenter conceſſurum, tunc poteſt Medicus ſpiritualis tecum diſpenſare, vt poſſis carnibus veſci. Hanc inquam interpretationem huius magni priuilegij Bullæ nullatenus exiſtimo poſſe ſuſtineri, niſi quatenus fundetur in eo, quod Medicus corporalis declaret dubiam eſſe cauſam inductiuam grauis infirmitatis, vt aſſerit Communis certáque ſententia Diui Thomæ, ſi enim intelligatur aliter omnino falſa eſt ſententia huius Doctoris, quippe cum ait ſapienter Palao † *vbi ſuprà num. 4. habenas laxat & ſi occaſionem præbet præceptum quadrageſimalis ieiunij penitus abrogandi, quis enim eſt cui aliquale nocumentum cibus quadrageſimalis non inferat, & illius occaſione non poſſit à Pontifice diſpenſationem petere, quam ſi illa concederet excuſatus maneret à ieiunio? affirmare enim ex eadem cauſa quo peti poteſt diſpenſatio à Pontifice poſſe diſpenſare Confeſſarium. Lati via abrogandi patet ieiunium. Quapropter credo in* 27
hoc priuilegio non diſpenſandi poteſtatem ibi facta eſt mentio concedi Medico ſpirituali, ſed nec corporali aque enim vtriúſque conſilium exigitur, vt manifeſtè indicant illa verba de conſejo de ambos Medicos, nulliúſque poteſtatis diſpenſandi ibi facta eſt mentio, ſed vtriúſque conſilio & iudicio poſito. Medici (in- 28
quam) corporalis de nocumento graui dubio, ſpiritualis de conuenientia tua conſcientia Pontifex diſpenſat, & facultatem tibi veſcendi carnibus ſi alias cauſa in re inſufficiens eſt ſi vero ſufficiat, vt ſecurius & abſque ſcrupulo vllo procedas ſemper tamen Medicus corporalis iudicare debet ſaltem ſub dubio ex abſtinentia à carnibus, graue tibi nocumentum euenturum, quod ſi vrgeas ſtante hoc iudicio non eſſe opus priuilegio iuxta probabilem ſententiam. Reſpondetur ſatis eſſe quod iuxta communem ſententiam neceſſarium ſit, nam eo caſu prudenter conceditur, ad tollendam omnem dubitationem. Hactenus ſatis cordatè Caſtro Palao.

Quibus

29 Quibus addo doctrinam † S. Tho. *art*. 4. *citato*, quia vt ſtatutum non obſeruetur, diſcretio adhibenda eſt, hæc autem diſcretio quando cauſa excuſans eſt dubia deobligans à præcepti obſeruatione, non ad particulares reducenda eſt, ſed ad ſuperiorem, qui dubium illud determinet, & auctorizet, vt ait Caietanus *in ſumma*, *verbo ieiunium*, *cap*. 3.

30 Ex dictis † manifeſtè conſtat magnam eſſe operationem priuilegij Bullæ in caſu præſenti, ad diſpenſandum in abſtinentia à carnibus ob timorem cadentem in conſtantem virum, imminentis contagij, in tota enim Hiſpania, & regnis quibus conceſſa eſt Bulla cruciatæ, quamuis ſit tempus, &. ſufficiens mora conſultandi Pontificem, & petendi ab eo diſpenſationem, aut eius Nuntio talis conſultatio neceſſaria non eſt, nec noua diſpenſatio cum eam iam habeamus conceſſam in Bulla conſulentibus Medicis ſpirituali & corporali, quibus conſulentibus veſci poteſt abſque aliquo ſcrupulo.

§. XI.

Quis ſit Medicus ſpiritualis cuius Bulla mentionem facit.

SVMMARIVM.

1. *Quid per Medicum ſpiritualem intelligatur.*
2. *An non ſit neceſſum quod Confeſſarius qui diſpenſat aut dat conſilium, id faciat intra confeſſionem.*
3. *An Parrochus non Sacerdos non veniat in hoc priuilegium nomine Medici ſpiritualis.*
4. *Nomine Medici ſpiritualis ſolum intelligitur Parrochus, ex Ioanne Sanchez.*
5. *An Bulla omnes confeſſiones comprehendat.*
6. *An conſuetudo ex ignorantia originata non inducat obligationem.*

FAtentur omnes, qui bullam ciuitatæ explicuere, per Medicum ſpiritualem
1 † intelligere ſummum Pontificem, quemcumque Sacerdotem qui confeſſiones excipere poteſt ſiue ex poteſtate ordinaria vt Epiſcopus, & Parrochus, ſiue ex delegata ita Trullench, Palao, Rodriguez, Villalobos, Henriquez, *vbi ſuprà* citati, id enim ex manifeſto conſtat Bulla cum quilibet confeſſarius approbatus ab Ordinario Medicus ſit ſpiritualis, & hunc ſimul cum corporali exigat priuilegium, cum retenta vocum proprietate ad id extendi poteſt, aduertunt
2 præfati autores † non eſſe neceſſarium, quod confeſſarius qui diſpenſat aut dat conſilium, id faciat intra confeſſionem aut earum perſonarum, quarum confeſſiones excipit aliquando, ſat eſt quod ſit confeſſor approbatus, & poſſit excipere pro tunc confeſſiones, vnde † Parrochus non Sacerdos 3
non venit in hoc priuilegio nomine Medici ſpiritualis, quia pro tunc nequit confeſſiones ſuarum ouium excipere, ſed quia illi poſſunt oues ſuæ ſtatum animæ ſuæ aperire, & illi tanquam paſtori incumbit illarum cura ſpiritualis, non eſt improbabile quod veniat in hoc priuilegio Bullæ nomine Medici ſpiritualis.

Sed cum hæc certa ſint, vt dixi apud D. D. Ioannes Sanchez *diſp*. 51. *num*. 12. † dicit 4
ex conſuetudine in aliquibus locis quos ipſe inhabitauit, nomine Medici ſpiritualis ſolum intelligi Parrochum, ad quem aderant fideles pro diſpenſatione in virtute Bullæ, & hoc quidem ex conſuetudine, quia tribuit iuriſdictionem illis dumtaxat, & ait ita ſentire Thomam Sanchez *lib*. 8. *de matrim. diſp*. 9. *num*. 22. ſed fallitur, quia doctor iſte non loquitur virtute Bullæ, ſed ex poteſtate ordinaria, quam habet ad regendas oues. Bulla enim † omnes confeſsiones comprehendit, 5
qui Medici ſunt ſpirituales, in multis tamen oppidis Hiſpaniæ ad ſolum Parrochum adeunt fideles, quia ignorant priuilegij amplitudinem, & adeunt ad illum, qui verè ordinarius eſt ſuus Medicus ſpiritualis, nam ſi ſcirent Bullæ priuilegium ampliſsimum quemlibet confeſſorem adirent, vt multi faciunt. Conſuetudo enim † ex ignorantia 6
originata non inducit obligationem, vt eſt communis certaque ſententia, *l. quod ratione. D. de leg. c. conſuetudo* 8. *diſt. l. ſi per errorem, D. de iuriſdictione omnium iudicum*, tenent Salas *de legibus diſputat*. 17. *ſect*. 61. Granado *tom*. 2. *pag*. 150. *num*. 27. Gregor. Lopez *ad legem* 3. & 5. *tit*. 2. *part*. 1. Henriquez *lib*. 4. *cap*. 13. *littera N*.

§. XII.

Parrochus, aut confeſſor, etiam præſente Epiſcopo poteſt virtute Bulla diſpenſare.

SVMMARIVM.

1. *An Parrochus præſente Epiſcopo, & quilibet Confeſſor electus per Bullam poſſit diſpenſare.*
2. *An circa diſpenſationem in abſtinentia à carnibus non adeatur Epiſcopus, ſed Parrochus.*
3. *An Bulla ſolum requirat conſilium Medici ſpiritualis, qualis eſt quilibet Confeſſor.*

CÆterum multiplex reſtat dubium, primũ † an Parrochus præſente Epiſcopo, 1
&

Digitized by Google

& quilibet confeſſor electus per Bullam
poſſit hanc diſpenſationem impertire? Reſ-
pondetur quod ſic, quia ſine priuilegio Bul-
læ, quando eſt caua ſufficiens præſente Epiſ-
copo poteſt Parrochus diſpenſare, quia ex
conſuetudine quæ iuriſdictionem præbet,
cap. cum contingat de foro competenti, & ibi
2 gloſſa multis citatis, etenim † circa diſpen-
ſationem in abſtinentia à carnibus non adi-
tur ad Epiſcopum, ſed ad Parrochum, in re-
bus enim quæ frequenter occurrunt tacitus
& debitus conſenſus legiſlatoris eſt, quod
alij inferiores rectores diſpenſationem præ-
mittat, aliàs eſſet onus intolerabile ſemper
ex quocumque caſu huiuſmodi, ad ſupe-
riores maiores recurrere vt notat Thomas
Sanchez *lib. 3. de matrim. diſputat. 9. num.* 27.
Caietanus 22. *quæſt.* 147. *art.* 4. *dub.* 1. *&* 12.
quæſt. 97. *art.* 4. Nazarius *ſuprà citatus*, Sua-
rez *lib. 6. de leg. cap.* 14. *in fine*, & innumeria-
lij. Ergo cum priuilegio Bullæ poterit quili-
bet confeſſor electus per Bullam eandem
diſpenſationem impertire etiam præſente
3 Parrocho & Epiſcopo, cum † Bulla ſolum
requirat conſilium Medici ſpiritualis, qua-
lis eſt quilibet confeſſor, quare ita expreſsè
tenent Trullench, Palao, Villalobos & alij
expoſitores, imò renuente Epiſcopo, & Par-
rocho id poteſt perficere quia iſti non poſ-
ſunt contrauenire priuilegio Pontificio ſine
iſto tamen nequit Parrochus diſpenſare
cum omnibus in eſu carnium, ſi facilè po-
teſt adiri Epiſcopus, vt aſſerunt D. Thom. &
Caietanus citati.

§. XIII.

Solus Papa diſpenſat de conſilio vtriuſque Medici?

SVMMARIVM.

1. *An priuilegium Bullæ ſit vt Medicus ſpiritualis diſpenſet poſito conſilio Medici corporalis.*
2. *An ſic ſe habeant inferiores ad legem ſuperioris, ac Pontifex ad legem Dei.*
3. *Azory ſententia adducitur.*
4. *An nullatenus Medicus ſpiritualis diſpenſet, ſed ſolum Pontifex poſito prius conſilio vtriuſque Medici.*
5. *Quando Pontifex vult committere alicui Officiali, aut Epiſcopo poteſtatem diſpenſandi, quid exprimat.*

SEcundum dubium eſt an priuilegium
1 Bullæ ſit † vt Medicus ſpiritualis diſpen-
ſet poſito conſilio Medici corporalis, an ſo-
lus Papa diſpenſat poſito conſilio vtriuſque
Medici? multum enim intereſt an vnum vel
alterum dicatur, ſi primum ſit verum ſi non
eſt iuſta cauſa diſpenſandi, diſpenſatio eſt
inualida, & nulla, ſi tamen ſecundum dica-
mus diſpenſatio valida eſt, adnotant enim
Doctores valde vtilem doctrinam, verſatur
enim hoc diſcrimen inter ſupremum legiſ-
latorem, & inferiorem rectorem, quod ſu-
premus validè diſpenſat abſque cauſa, licèt
illicitè in latis legibus ab ipſo, Rector verò
inferior nec validè diſpenſat in lege ſupe-
rioris, niſi adſit cauſa vt optimè Vaz. 12. *diſp.*
178. *n.* 17. Val. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 9. quia † ſic ſe 2
habent inferiores ad legem ſuperioris, ac
Pontifex ad legem Dei: vnde quoties infe-
riori committitur poteſtas diſpenſandi in
lege ſuperioris, intelligitur cauſa iuſta exi-
ſtente, nec enim iure optimo præſumi po-
teſt conſtitui tunc inferiorem dominum vo-
luntatis ſuperioris, vt perinde ac de propria
poſſit ad libitum diſponere, vt multis citatis
dicit Selector. *diſp.* 54. *n.* 338. qui addit quod
ſi Parrochus, aut confeſſor bona fide putauit
cauſam eſſe ſufficientem, quamuis reipſa
non eſſet non ſolum, non peccat, ſed diſpen-
ſatio tenet, quia id recta Eccleſiæ adminiſtra-
tio exigit, vt ſcrupulis obuietur, ac tutæ ſint
conſcientiæ, vt enim benè Azor † *lib.* 7. *cap.* 3
29. *quæſtio* 6. *ſi Prælatus aliquis bona fide à
lege ieiunij, aliquem liberet putans cauſam
eſſe iuſtam, relaxatio prodeſt quia bona fide fa-
cta eſt.*

Nihilominus vt ſecurius ſit hoc Bullæ
magnum priuilegium, mihi videtur omnino
dicendum † nullatenus Medicum ſpiritua- 4
lem diſpenſare, ſed ſolum Pontificem poſito
prius conſilio vtriuſque Medici, hoc mani-
feſtè conſtat ex verbis Bullæ, ibi *item vt toto
anno durante carnibus de conſilio vtriuſque
Medici temporibus ieiuniorum totius anni etiam
quadrageſimalibus veſci poſſint*. Vbi nec ver-
bum ponitur, quo denotetur poteſtas diſ-
penſandi, committi Medico ſpirituali, quan-
do enim † Pontifex vult committere alicui 5
Officiali, aut Epiſcopo, poteſtatem diſpen-
ſandi id exprimit, dicens, quod verificata
cauſa diſpenſet, vt conſtat in matrimonia-
libus, ita tenent Paleo, *vbi ſuprà*, Ioannes
Sanchez & arridit Ludouico de la Cruz, *n.* 4.
ſicut (inquit) *cum datur facultas in Bulla ad
habendum oratorium cum approbatione Ordi-
narij nemo dicet Ordinarium tunc diſpenſare,
ſed approbare ponendo conditionem, quam petit
Papa diſpenſans*, ibi.

§. XIV.

An hoc Bullæ priuilegium intelligatur reſpectu totius ciuitatis?

SVMMARIVM.

1. *Vtrum reſpectu totius ciuitatis intelligatur Bullæ priuilegium.*
2. *An de conſilio vtriuſque Medici diſpenſet Pontifex,*

Digitized by Google

Pontifex, cum omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus.

3. *Quid reſpectu totius communitatis conſulatur.*

4. *An poſſit Epiſcopus qui vniuerſalis eſt Medicus totius Diœceſis dare conſilium, vt tota ciuitas carnibus veſcatur.*

1 TErtium dubium eſt grauiſſimum † an
quilibet confeſſor electus virtute Bul-
læ pœnitentibus omnibus ciuibus vel ipſo-
rum nomine ciuitatis cauildum ſæculare
petat, cui incumbit regimen, diſpenſatio-
nem dare de abſtinentia à carnibus in ſex-
tis feriis, vigiliis, & quatuor anni tempori-
bus, & in quadrageſima, ita vt Medicus iſte
ſpiritualis in virtute Bullæ poſſit diſpenſa-
tionem præfatam concedere, etiam renuen-
te Epiſcopo, aut Ordinario, ſi tamen præ-
cedat conſilium Medicorum, quod talis
diſpenſatio ſit neceſſaria ad incolumitatem
ciuium, & vt præſeruentur ab infirmitate
contagij imminentis? ego quidem (niſi
obeſſet conſuetudo) intrepidè affirmatem,
ita poſſe fieri ratio quæ me mouet colligi-
2 tur ex dictis quia † de conſilio vtriuſque
Medici, diſpenſat Pontifex cum omnibus,
& ſingulis Chriſti fidelibus, in regnis Hiſ-
paniæ, vt in his diebus ieiunij totius anni
& quadrageſimæ poſſint veſci carnibus,
at hic adeſt conſilium Medici corporalis,
imò & Medicorum, adeſt etiam Medici ſpi-
ritualis, qui eſt confeſſor electus virtute
Bullæ, qui etiam renuente Epiſcopo, &
in eius præſentia ſequitur, vt conueniens
toti communitati conſilium Medicorum
corporalium. Ergo Pontifex tunc diſpenſat
cum illa, in virtute priuilegij in ampliſſima
forma conceſſi, ſingulæ huius diſcurſus par-
tes in ſuperioribus ex communi ſententia
manent probatæ.

Dixi niſi obeſſet conſuetudo, quæ num-
quam priuilegium Bullæ ſic intellexit, ſed
ſolum reſpectu ſingulorum, reſpectu enim
3 † totius communitatis, aut conſulitur E-
piſcopus, aut ſummus Pontifex, ſi adſit
temporis mora, & non inſtet ſubitum pe-
4 riculum. Cæterum exiſtimo † poſſe Epiſ-
copum, qui vniuerſalis Medicus totius eſt
Diœceſis dare conſilium, vt tota ciuitas car-
nibus veſcatur, cum qua, ſimul cum conſi-
lio Medici corporalis Papa diſpenſat, in vir-
tute Bullæ cruciatæ, & hanc diſpenſatio-
nem factam declarare per publicum edi-
ctum, quod facere nequit, niſi ſolus
ipſe, aut Parrochus, quando non eſt mora
conſulendi Epiſcopum propter loci diſtan-
tiam.

§. XV.

An virtute Bullæ poſſit ieiunium commutari in opus pium?

SVMMARIVM.

1. *An diſpenſationi ieiunij quadrageſim. quoad eſum carnium factæ virtute Bullæ cruciatæ, poſſit Medicus ſpiritualis renuente illo cui concedit adiungere aliquod opus pium.*
2. *Vtrum Medicus ſpiritualis nequeat imponere aliud opus pium.*
3. *An Epiſc. teneatur diſpenſare in interſtitiis.*
4. *Authoris mens.*
5. *An exiſtente cauſa iuſta ad diſpenſandum, teneatur ex iuſtitia ſuperior ſemper diſpenſare.*
6. *Quibus de cauſis Pontifex non neget diſpenſationem.*
7. *An quando diſpenſatio non eſt debita, poſſit legiſlator imponere multam.*

QVartum dubium eſt † an diſpenſationi 1
ieiunij quadrageſimalis quoad eſum
carnium factæ virtute Bullæ cruciatæ, poſſit
Medicus ſpiritualis renuente illo cui conce-
dit, adiungere aliquod opus pium, vt elee-
moſynam, macerationem carnis, vnicam
comeſtionem in die, & ſimilia, ſi cauſa diſ-
penſandi eſt iuſta & ſufficiens & quidem ſi
qui diſpenſat eſt ſolus Pontifex, qui vt exe-
quatur diſpenſationem expectat conſilium
vtriuſque Medici, manifeſtum eſt, quod
† Medicus ſpiritualis nequit imponere aliud 2
opus pium, quam quod Pontifex poſuit,
quia Medicus ſpiritualis, non diſpenſat, imò
etſi diſpenſet cum ſit iuxta requiſita à Pon-
tifice, qui delegat poteſtatem diſpenſandi,
nequit aliquid adiungere cum in Medico
ſpirituali, ſit opus iuſtitiæ, diſpenſare, & po-
ſita conditione requiſita à Pontifice conſtri-
ctus eſt illam facere nullo onere denuo im-
poſito, vt dum Pontifex delegat Epiſcopo
vt in impedimento matrimonij, diſpenſet
verificata narratione quæ ſi verificetur, te-
netur ex iuſtitia diſpenſare ſine aliquo one-
re denuo contrahentibus impoſito, ſicut
etiam † Epiſcopus tenetur diſpenſare inter- 3
ſtitiis ſuppoſita cauſa, quam requirit Conci-
lium Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 11. *&* 13. *&* 14. & ſimi-
liter admittere ad ordines qui non habet be-
neficium ſed patrimonium ſi adſit etiam
cauſa quam requirit, *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. qui huiuſ-
modi diſpenſationes ſunt illis commiſſæ, &
delegatæ, *c. Dom. Sanct.* 50. *diſt. c. quanto* 2 q. 4.

Si tamen loquamur de ipſo ſummo Pont.
qui eſt primus diſpenſans in legibus Eccleſ.
exiſtimo † quod quãuis ſit cauſa ſuffic ẽs ad 4
diſpẽſandũ nõ cõſtringitur ad impetriẽdum
diſpenſationem, niſi ex illius denegatione

ſequatur aliquod detrimentum, aut bono
communi, aur magnum damnum perſonæ
perenti diſpenſarionem, runc enim tene-
rur ex iuſtitia diſpenſare, qui eum ex offi-
cio ſir fidelis diſpenſaror, dum ſequirur
damnum corpori myſtico, renerur exerce-
re actu iuriſdictionem, qualis eſt diſpenſa-
tio, quæ eſt exercitium iuriſdictionis, vt
docenr Suarez *de legibus*, *lib.6.1.10.num.6.*
Romanus *conſil.325.num.11.* ex hoc tamen
non colligirur vr malè colligit Sanchez Se-
lector *diſput.43.pagi. in meu diſput.177.* &
5 *diſput.54.nu.40.pag.407.* quod † exhibente
cauſa iuſta ad diſpenſandum renerur ex iu-
ſtitia ſuperior ſemper diſpenſare, cuius con-
trarium docenr Salas *de leg.tractat.14.diſ-
putat.20.ſection.7.* Suarez *lib.6. capit.18.nu-
mero vigeſimo ſecundo*, & *tom. 1. de Religio-
nibus*, *lib. quarto*, *cap. 20. num. 15.* Hurtado
de matrim. diſput.5. diffic.20. num. 71. San-
chez *lib.3. diſput.9.* & *10.num.6.* Diana *p.8.
tractat.3. reſolut.22.* Palao *tom.1. diſputat.6.
punct.8. §.2. num.7.* Baſilius Ponce *lib.8. de
matrim. cap. 14. num. 6.* & alij & eſt omnino
indubitatum, mulroties enim quamuis ſir
ſufficiens cauſa ad diſpenſandum, non con-
ſtringitur ex iuſtiria diſpenſare, vt quoti-
diana docer experientia, neque enim ideo
6 † Pontifex negar diſpenſarionem ſolum
quia probabile eſt non teneri, & ſic ſequi-
tur opinionem probabilem, vt falſo auru-
mauir Selector, ſed quia indubitarum eſt
non teneri, ſed quamuis leges ferre, ſit
actus iuriſdictionis ſupremæ, non ramen re-
nerur ex iuſtitia ferre leges, quaſcumque
iudicar expedire bono communi, etſi ſit
cauſa ſufficiens illas ferendi, cum alias poſ-
ſit alia via proſpicere bono communi, quare
non omne bonum, quod ex lege oritur eſt
ita neceſſarium Reipublicæ, quod ſine illo
inconuenientia mala orirenrur, quare exiſti-
7 mo quod † quando diſpenſatio non eſt de-
bira, poteſt legiſlaror imponere multam
pecuniariam, aut aliud onus, perenti diſ-
penſarionem, & alias nolle diſpenſare, ita
Suarez *lib. 6. de leg. cap. 16. num. 1.* dicens
eſſe omnium, & habetur, *c. licèt, de feriis*, &
eſt ſtylus Romanæ curiæ in diſpenſationi-
bus matrimonialibus.

§. XVI.

*Qualis ſit futurus Medicus vterque corpora-
lis, & ſpiritualis cuius conſilium
exigitur?*

SVMMARIVM.

1. *An conſilium vtriuſque Medici exigat pri-
uilegium Bullæ, corporalis ſcilicèt & ſpi-
ritualis.*
2. *An requiratur conſilium Medici ſpiri-
tualis.*
3. *Qualis debeat eſſe Medicus ſpiritualis,
remiſſiuè.*
4. *An omnis ſuperior regularis etiam-
ſi non ſit aliquo ordine inſignitus, Me-
dicus ſit ſpiritualis quoad ſuos ſub-
ditos.*
5. *Quid requiratur in Medico corporali.*
6. *Authoris mens, & n.7.*

COnſilium † vtriuſque Medici exigit 1
priuilegium Bullæ, corporalis ſcilicet
& ſpiritualis, cæterum conſilium Medici
corporalis primas obtinet partes, ſi enim
dicat ex abſtinentia à carnibus & eſu cibo-
rum quadrageſimalium damnum emana-
turum, aut imminere informitarem, nequit
Medicus ſpiritualis non ſequi conſilium
Medici corporalis, argumenro *ex capite Do-
mino 50. diſtinct.* & *capit. quanto. 2. quæſt.4.*
cum nequear (renuenre parte) Medicus ſpi-
ritualis conſilium dare contra ſanitatem
petenris diſpenſationem, quam grauiter
lædi affirmar corporalis Medicus, ſi abſti-
neat à carnibus, ad quod ergo requiritur
† conſilium Medici ſpiritualis, ſi non po- 2
teſt diſſentire conſilio alterius Medici, dico
quod requiritur ranquam confirmans illud
nomine Eccleſiæ, quæ diſpenſar in ſua
lege.

Sed † qualis debeat eſſe Medicus ſpiri- 3
tualis, aliquid diximus in ſuperioribus, de-
ber enim eſſe confeſſor approbatus ab Or-
dinario, qui poſſir virtute Bullæ eligi, ad
excipienda peccara in Sacramentali confeſ-
ſione, etſi nunquam illa exceperit à diſpen-
ſando, quare † omnis ſuperior regularis 4
eriamſi non ſit aliquo ordine inſignitus aut
prima ronſura Medicus eſt ſpiritualis, quoad
ſuos ſubdiros; de Abbatiſſa tamen dubita-
re, quis poſſit. Sed mihi viderur quod non
quia non haber iuriſdictionem ſpiritua-
lem, niſi ad id habeat ſpecialem ordinem
ſuperioris, quia experta, & nimis pru-
dens eſt.

De Medico corporali maius dubinm eſt.
Primum an † requiratur quod ſit Doctor 5
in Medicina, vel licentiatus ad publicè
curandum, an ſufficiat quod ſit homo ex-
pertus ex practica curandi & temporum
obſeruatione quales ſunt plures in oppidis
paruis in quibus non eſt ſufficiens ſtipen-
dium ad ſalarium Medici & aliquibus locis
remoris, quò Medici non appropriant?
Trullench. & Henriquez hominem ex-
pertum dicunt ſufficere, qui prudenter,
& probabiliter iudicet damnum immi-
nere ſalutis, vt iuxta priuilegium poſſit
quis carnes comedere in quadrageſima,
idem

idem dicit Selector, *diſp.* 51. *num.* 14. *in fine*, & Ioannes Alfonſus *lum.* 1. *n.* 8.

6 Ego quidem exiſtimo † quod ſi loquamur reſpectu alicuius particularis perſonæ conſilium hominis experti curantis imò & mulieris expertæ, & obſtetricantis ſufficere, vt eius conſilium ſequi poſſint, etſi adſint alij Medici. Quia nomen Medicus in priuilegijs extendendum eſt ad omnem cum experientia curantem, & ad curandum vocatum & curari permiſſum, ſi tamen loquamur reſpectu communitatis, ad cuius curationem, maiores exiguntur conſiderationes, maior ſcientia, & iudicium de arte medicinæ exiguntur. Sic dico † requiri

7 conſilium Medici eruditi, experti, & prudentis iudicij, vt omnibus conſideratis conſilium det de damno futuro, & infirmitate imminenti, in curiis tamen Principum, & ciuitatibus magnis in quibus ſunt nobiles, & perſonæ delicatæ, aſſuetæ cibis multæ ſubſtantiæ, à quibus ſi abſtineant, facilius cedent contagio, puto minorem cauſam requiri, vt vterque Medicus conſilium det ve à carnibus non abſtineant.

§. XVII.

Cuius Medici corporalis, ſi eſt diſcordia inter Medicos ſequendum conſilium?

SVMMARIVM.

1. *An ſi in vna ciuitate ſit diſcordia inter Medicos, cuius Medici corporalis conſilium ſequendum.*
2. *An reſpectu ciuitatis maior pars Medicorum ſit ſequenda, & n. 3.*

1 DVbium eſt an † ſi in aliqua ciuitate magna vbi ſunt plures Doct. Medicinæ, & vnus, aut plures dicant infirmitatem & contagium imminere, ſi ſit abſtinentia à carnibus, alius aut plures id negent, quid eſt agendum? reſpondetur magna prudentia opus eſſe, nam ſi loquamur de perſona particulari iſta poteſt ſequi, quam maluerit ſententiam, & carnes comedere in virtute Bullæ, ſi vult, quamuis alius Medicus etſi magis doctus dicat non nocituros cibos quadrageſimales, cum habeat ius ad ſequendam opinionem magis fauorabilem ſuæ ſalutis cōſeruationi, tamen, ſi loquamur

2 reſpectu ciuitatis maior pars Medicorum, ſanior, prudentior, doctior eſt ſequenda, ſi tamen ſit vnus doctor cæteris eminentior arte, & prudentia & experientia huius conſilium omnino ſequendum, *argument. ex leg.* 1. *Cod. de veteri iure enucleando*, ibi, *ſed nec ex multitudine doctorum quod melius & æquius eſt iudicato cum poſſit vnius ſententia* multos in aliqua parte ſuperare, *cum iſte doctor validioribus, ſolidioribus, & ſecurioribus rationibus nitatur*, in ſubtilitatibus Medicinæ & textibus qui tenent in ſingulari, non in communi, & vt in pluribus quare ſententia illius doctoris in caſu iſto grauiſſimo ſequenda & amplectenda eſt, argumento ex §. *item pretium inſtit. de emptio. & venditio. & leg. edicto Cod. de edicto. D. Adria. tollen.* quod ſi huic doctori, alij etſi non ita docti accidant multomagis ſequenda, & amplectenda eſt, vtpote communi ſaluti benignior, quæ ſequenda eſt, *leg. benignius, D. de legibus*, & docent Cinus, *l.* 1. *Cod. de legibus*, & Caſtrenſis *in Clementina Romani in principio, de electione.*

§. XVIII.

Diſpenſatus virtute Bullæ in eſu carnium tenetur vnica contentus dumtaxat comeſtione ieiunare?

PRo huius grauiſſimi dubij deciſione aliqua ſunt prælibanda breuiter ex Patribus & doctoribus.

SVB §. I.

Præceptum ieiunij eſt negatiuum & quomodo?

SVMMARIVM.

1. *An præceptum Eccleſiaſticum ieiunij ſit negatiuum.*
2. *Modus obſeruandi ieiunium quadrageſimale an non vnus omnium erat.*
3. *Authorum variorum ſenſus.*
4. *Præceptum de ieiunio eſt negatiuum ex Ioan. Sanchez.*
5. *Quid cadat ſub exieiunij lege.*

PRimum eſt † præceptum Eccleſiaſticum ieiunij negatiuum eſſe, quo præcipitur determinatè non comedendi niſi ſemel in die, ita quod ſi comedere volueris vnica comeſtione debes eſſe contentus, non tamen præcipitur vnica comeſtio, alias ſi non comederis in toto die, & nocte peccares contra præceptum Eccleſiæ de ieiunio, & ieiunium Eccleſiæ non obſeruares, quod temeratium ne dicam erroneum eſt, ſic enim cenſuratum eſt in tribunali ſancti Officij Valliſoletani contra quendam Religioſum nouitatis amatorem, qui auſus eſt dicere non adimplere legem Eccleſiaſtici ieiunij illum, qui ſemel in die non manducat, quod contra vſum virorum ſanctorum pœnitentium, tam antiquorum, quam recentiorum eſt, vt enim conſtat ex 1

ex Irenæo apud Euſeb. *infrà*, adducendo
2 † modus obſeruandi ieiunium quadrageſimale non vnus omnium erat, alij enim vno die, alij duobus, alij tribus, alij ſex diebus ab omni cibo abſtinebant, vt optimè notauit Coriolanus *annotatio.* 1. *ad canonem* 69. *Apoſtolorum*, quare affirmandum non eſt præceptum ieiunij affirmatiuum eſſe, ſed negatiuum. Ita omnes ferè Summiſtæ, *verb. ieiunium*, Scholaſtici *in* 4. *diſtinct.* 15. Expoſitores, 2.2. *quæſt.* 147. *artic.* 7. legantur Reginaldus *in praxi*, *lib.* 4. *n.* 179. Pontius *lib.* 4. *de matrimon. cap.* 8. *num.* 3. Vaſquez 1.2. *quæſt.* 77. *in comm. artic.* 6. *num.* 12. Monteſinos *ibi*,
3 *num.* 50. † qui conatur enodare ſi aliqua ratione ſit affirmatiuum, ſed enodatione ſua incidit in negatiuum. Ludouic. de la Torre 2.2. *tom.* 2. *diſput.* 9. *dubitat.* 2. *num.* 10. Leſſius *de iuſtitia*, *lib.* 4. *cap.* 2. *dubit.* 3. Salas *de legibus*, *diſput.* 9. *art.* 1. *num.* 12. Fagundez *ad* 4. *Eccleſiaſt. præceptum*, *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. Azor *tom.* 1. *lib.* 7. *quæſt.* 2. *cap.* 9. vbi optimè dicit, *ieiunij præceptum in die ſemel tantum edendi, negationem quidem habet non ſimpliciter ſed definitam & certam, ne ſcilicet bis comedamus*, & in idem recidit, quod dicit Ioannes
4 Sanchez, *ſelect.* 54. *num.* 42. † *præceptum de ieiunio eſſe negatiuum, quatenus habet indiuiduam materiam, quæ ſi ſemel tranſgrediatur, non eſt quod vlterius tranſgrediamur*, ſequitur enim ad ieiunium materia vt tanta ſcilicet vnica comeſtio, & ſic peccatum eſt in ſecunda comeſtione, qua poſita ablata eſt materia præcepti, negatiui, & ſic quamuis tertio, aut quarto comeditur non fit contra præceptum negatiuum ieiunij Eccleſiaſtici, quamuis poſſit eſſe contra temperantiam, verum eſt quod aliqua ratione poteſt præceptum de vnica comeſtione dici affirmatiuum, vt ſcilicèt comedas ſolum pro vna vice, ſi comeſturus eſt, vt explicat Bonacina *infrà adducendus*.

5 Secundùm eſt † tria vel quatuor cadere ſub exieiunij lege, vt ex communi certaque ſententia conſtat & deſumpſit ex D. Caietan. 2.2. *quæſt.* 147. *art.* 7. *verſ. in eodem art.*

Primùm eſt vnica comeſtio.

Secundùm abſtinentia à carnibus.

Tertiùm abſtinentia ab his, quæ originem à carnibus trahunt, vt lac, caſeus.

Quartùm eſt, hora comedendi, vt ſit ad meridiem, aut ſubmeridiem, aut poſt meridiem, hodie enim vſus obtinuit, vt ſit hora vndecima, iuxta horologium Hiſpanum, antiquitus enim erat poſt nonam, quæ incidit ad horam tertiam poſt meridiem, ex his ergo duci poſteriora, ſcilicèt abſtinentia, à lacticiniis, & hora comedendi, etſi cadant ſub præcepto ieiunij, ita vt ad mortale obligent tamen non ſunt ita eſſentialia.

SVB §. II.

Abſtinentia à carnibus requiritur ad ieiunium Eccleſiaſticum ex præcepto Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1. *An abſtinentia à carnibus ſit neceſſariò requiſita ad ieiunium Eccleſiaſticum.*

ET quidem † abſtinentiam à carnibus 1
eſſe neceſſariò requiſitam ad ieiunium Eccleſiaſticum ex primæua ſua & antiquiſſima inſtitutione indubitatum debet eſſe, cum id aſſertum ab Apoſtolis primis inſtitutoribus quadrageſimalis ieiunij à PP. & Conciliis Canon enim Apoſtol. 69. Ignat. *Epiſt.* 8. ad Philipp. Baſil. *orat.* 1. *de ieiun.* Nãzianz. *oratione in Sanctum Lauacrum*. Iræn. *apud Euſeb. lib.* 5. *hiſtor. cap.* 24. Hieronym. *Epiſtola ad Marcellam*, Auguſt. *Epiſtola* 86. *ad caſul. lib.* 3. *contra Fauſt. cap.* 5. *& ſerm.* 64. *de temp.* Clemens Romanus *lib.* 5. *conſtit. cap.* 17. Origenes *lib.* 3. *in* 106. Theoph. *ſerm.* 5. *de Paſcha*. Chryſoſtom. *homil.* 2. *in Geneſ.* Gregor. Magn. *habetur, cap. denique de conſecrat. diſtinct.* 4. Iſidor. *lib.* 1. *de officiis*, *cap.* 44. *Canon.* 56. *in Trullo editus*. Concil. Toletan. 8. *Canon.* 9. ibi, *illi verò quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas extat non antea prohibita* (eſus carnium & lacticiniorum) *quam à Sacerdote permiſſum accipiunt*, legendi ſunt duo Cardinales Baron. *tom.* 1. *ann. circa annum* 57. *à num.* 198. Bellarmin. *lib.* 2. *de bonis operibus*, vbi id contra hæreticos huius temporis demonſtrant, quare dubitare non licet Catholico quod ad ieiunium hodie eſt inſtitutum ab Eccleſia eſſe à carnibus abſtinentiam omnino requiſitam.

SVB §. III.

Vnica comeſtio eſt eſſentialior ieiunio.

SVMMARIVM.

1. *Expreſſum iure Canonico non eſt, vt in diebus ieiunij ſemel tantum comedatur.*
2. *Quæ conſuetudo vim legis habeat ex totius Eccleſiæ aſſenſu.*
3. *An vnica comeſtio magis videatur in præcepto ieiunij præſuppoſita, tanquam communiter intellecta, quàm expreſſa.*
4. *An inter dies Dominicos & dies ieiunij in quadrageſima ponitur, quod diebus dominicis abſtinentia abſtrahuntur.*

5. An

5. *An non tam qualitate ciborum ieiunium conſtet, quàm in vnica comeſtione.*

CIrca vnicam verò comeſtionem vt ex-
plicatum relinquimus notabili primo,
adnotandum Azor. *vbi ſupra cap. 9. q. 1. ſenſiſ-
ſe* cum Syluestr. *Verbo ieiunium q.* 3. expreſ-
1 ſum quidem † iure Canonico cautum non
eſſe, vt in diebus ieiunij ſemel tantum co-
medatur, conſuetudo tamen, quæ eſt op-
tima legum interpres habet, vt in die ieiu-
nij prandere non licet, ſed tantum cœnare,
idem docet Innocentius *cap. 1. de obſeruant.
ieiun. Conſuetudine*, inquit, *ſemel tantum die-
bus ieiuniorum edimus.*

2 Sed quamuis † conſuetudo iſta cum vim
legis habeat ex totius Eccleſiæ aſſẽſu, & in-
telligentia, ita vt in omnium opinione mor-
taliter peccat quis, ſi bis comedat in die-
bus ieiunij; tamen mihi longè probabilius
eſt hoc per Canonem & legem Eccleſiaſti-
cam fuiſſe præceptum, ita Barboſ. *ad cap.
ſolent de conſecrat. diſt.* 1. quod eſt Concilij
Cabilonenſis quod habet. *in cap. Theod.* Are-
latenſis *cap.* 39. & apud Lugonem. *p. 4. c. 45.*
Bernard. *lib. 3. cap.* 12. & Mirolog. *cap. 49. de
Eccleſiaſt. obſeruant.* de illo meminit, & eo
Canone vtitur S. Th. 2. 2. *quæſt. 147. art. 7. &
art.* 6. ait: *Eccleſia moderatione ſtatutum eſt, vt
ſemel in die à ieiunantibus comedatur.* ad quæ
verba ſic loquitur. D. Caiet. §. *& primi quidẽ*
3 *† vnica comeſtio magis videtur in præcepto ieiu-
nij præſuppoſita, tanquam communiter intelle-
cta, quam expreſſa, ita quod hoc modo eſt ſta-
tuta ab Eccleſia, & non ſolum ex conſuetudine,
iuxta illud lit. Eccleſia moderatione &c. Proba-
tur autẽ quod dicimus, tum ex eo quod ieiunium
tanquam à PP. veteris teſtamenti acceptum
Eccleſia indixit, conſtat autem quod apud Iu-
dæos ſemel tantum in die comedebatur conſtet
ad veſperam. Tum ex cap. quadrageſima de
conſecrat. diſt. 5. vbi inter dies Dominicos, &
dies ieiunij in quadrageſima ponitur, quod dies
4 Dominici abſtinentiæ ſubtrahuntur & conſtat,
quod non in aliquo ſubtrahuntur, quam in mul-
tiplicata comeſtione quoniam in qualitate cibo-
rum conueniunt.* Hæc ibi, *& art. 7. §. ad hoc
breuiter* dicit quod *vnica comeſtio eſt de eſſen-
tia ieiunij*: at eſſentia ieiunij expreſſè ſtatuta
eſt ab Eccleſia: vnde Panorm. *in rubrica de
obſeruat. ieiunij* dixit quod *in quadrageſima
dies Dominici non qualitate ciborum, ſed nu-
mero epulationum à cæteris ſecernuntur*, & ſic
in Eccleſia comeſtio in die ieiunij non prã-
dium ſed cœna dicitur, quia poſt veſperas
facienda erit & qui antea maducarat nõ ie-
5 iunare dicitur. *c. ſolent citato* & quidem † non
tam qualitate ciborum ieiunium conſtat;
quam in vnica comeſtione, hæc enim etiam
in veteri lege ad ieiunium requirit, quam-
uis in lege Euangelica variè limitata fuerit
in qualitate ciborum, prohibendo carnes,
& lacticinia, vt ieiunium perfectius carnem
mortificaret.

SVB §. IV.

Hora determinata exigitur ad ieiunium Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1. *Solent plures qui ſe ieiunare putant in qua-
drageſima, mox vt ſignũ audierint ad ho-
ram nonam comedere, qui nullatenus ie-
iunare credendi ſunt, ſi ante manduca-
uerint, quam veſpertinum celebretur of-
ficium, ex Conc. Cabil.*
2. *Illa obſeruantia ieiunij quantum temporis
durarit.*
3. *Sylueſtri ſententia.*

CIrca horam huius vnicæ comeſtionis,
quod eſt imum ex requiſitis *in cap. ſo-
lent de conſecrat. diſt.* 1. vbi ſic Concil. Cabi-
lon. † *ſolent plures qui ſe ieiunare putant, in* 1
*quadrageſima mox vt ſignum audierint ad ho-
ram nonam comedere qui nullatenus ieiunare
credendi ſunt, ſi ante manducauerint, quam
veſpertinum celebretur officium.* Quare tunc
temporis fideles vſque ad horam nonam
finito miſſæ ſacrificio, veſperiſque dictis, ie-
iunium porrigebãt, ſic enim multi PP. de ie-
iunio loquuntur. Sic Epiph. *Herſ.* 75. Baſil. *s. 1.
de ieiunio.* Hieron. *epiſt. ad Paul.* Tertul. *aduer-
ſus Pſichi. cap.* 14. quæ obſeruantia, & ie-
iunij vigor durauit vſque ad tempora D.
Th. qui trecentos & amplius annos nos an- 2
teceſſit, *&* 2. 2. *quæſt. 147. art. 7.* ait *quod car-
nis conſuetudo eſt hominibus comedẽdi circa ho-
ram 6. vt tamen ieiunantes aliquam ſentiant
afflictionem, pro culpa ſatisfactione conueniens
hora concedendi taxatur ieiunantibus circa ho-
ram nonam, conuenit enim iſta hora myſterio
paſſionis Chriſti, qua completa fuit hora nona,
quando in cruce inclinato capite tradidit ſpiri-
tum.* Ricard. de Media Villa, qui floruit pau-
lo poſt D. Th. *in 4. diſt. 15. art. 3. q.* 8. dicit
horam (comedendi) *eſſe ſextam vel paulo poſt
ſextam, vt nunc eſt in more poſitum, id eſt ad
meridiẽ id eſt poſt meridiem, qui mos nunc ſer-
uatur in Eccleſia apud regulares, ſed ſæculares
in hyeme vna hora, in æſtate duabus ante meri-
diem laxant ieiunium.* obſeruat tamen Sil-
ueſt. † *verb. ieiunium. quæſt. 4. num.* 12. horam 3
meridianam computandam eſſe. *Non rigo-
re aſtronomico ſed ſecundum horologia vſi-
tata.* legatur D. Caiet. *ad art. 7. §. ad exi-
ſtentiam*, vbi eleganti proportione enucleat
vocem D. Th. vt modo habeat efficaciam
congruentiæ, ſicut habuit tempore S. Doct.
quamuis hora ad comeſtionem modo ſit
alterata ad horam ſextam, an vero ſit pec-

catum mortale hanc horam ſine cauſa anteuertere,exiſtimo, quod ſolum ſit veniale, vt infra in ſimili dicam de mutatione officij diuini.

SVB §. V.

Oua & lacticinia etiam ſunt prohibita ex præcepto Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1. *Qui cibi non ex iure ſcripto, ſed ex conſuetudine ſint prohibiti.*
2. *Ioannis Sanchez ſenſus & n.* 3.
4. *An ſi ſacerdos plures ſpecies lacticiniorum vno prandio comedat duplex peccatum committat.*
5. *An non ſit de eſſentia ieiunij quadrageſimalis abſtinentia à lacticiniis, ſed à carnibus.*

1 Circa prohibitionem ouorum,& lacticiniorum, non eſt hic locus diſputandi contra Fagun. *vbi ſupra cap.* 3. in quo conatur oſtendere † non ex iure ſcripto,ſed ex conſuetudine huiuſmodi cibos eſſe prohibitos, eſt enim omnino falſum, & ferè contra communem fidelium intelligentiam, vt alibi probo, vt enim ait Sanct. Doctor *articul.* 8. [ab his cibis præcipuè ieiunantibus Eccleſia ſtatuit eſſe abſtinendum, ſic enim expreſsè habetur *can. denique diſt.*4.quod eſt Greg. Pap. & *in 6. Sinod. Cōſtantinop. ſub Iuſtino Imperat. congregata in Trullo can.*56.legatur Thom.Sanchez *lib.* 5. *conſil.dub.*19.Diana *p.*1.*reſ.*41 Regin.*in praxi lib.*4.*cap.*13.*num.* 2. quod præceptum nega-
2 tiuū eſt, vt optimè † Ioan. Sanch. *ſelect.*41. *n.*16.habet materiā diuiduā,vnde frangeretur à Sacerdotibus toties, quoties in die oua, lacticinia, & cætera huiuſmodi ederent,ſicut toties delinquerent, quoties in die prohibito carnes comederent, & duplici labe inquinaretur Sacerdos, qui in die quadrageſimæ carnes & oua ederet abſque legiti-
3 ma cauſa, cum ſit diſtinctum præceptum, quo Sacerdotibus lacticinia vetantur ab eo quo carnes; & tenetur explicare quoties ſi applicuit ad edendas carnes & quoties lacticinia; & ad idem tenetur laicus, qui in die quadrageſimali ſine cauſa edit carnes, & ſine Bulla lacticinia,non tamen ſi in vno prandio plures carnes comedat,non eſt niſi vnum peccatum, ſicut eſt quando etiam vno prandio plures ſpecies lacticiniorum
4 manducet, tamen † ſi Sacerdus vtrumque vno prandio edit duplex peccatum committit, ſicut laicus ſine Bulla lacticinia ſimul,& carnes, ſine cauſa manducet, ſi vero(ait Diana *reſol.*45.)quis fregit ieiunium in quadrageſima ſine Bulla comedens oua, vnum tantum peccatum committit, quia 5
† non eſt (ait) de eſſentia ieiunij quadrageſimalis abſtinentia à lacticiniis, ſed à carnibus, ſed fallitur Diana, quia ea vi præcepti, vtrumque pertinet de facto ad eſſentiam ieiunij, ſed eſus ouorum diſpenſatur per Bullam.

SVB §. VI.

Toties mortaliter quis peccat toties carnem comedit.

SVMMARIVM.

1. *An præceptum negatiuum abſtinendi à carnibus non ſolum prohibeat ſumere vnicam comeſtionem carnium, ſed quamlibet.*
2. *Quoties quis in die ieiunij carnes edit mortale crimen committit.*
3. *An diſpenſatus in lege ieiunij de non edendo niſi ſemel, non ſit diſpenſatus in eſu carnium, & lacticiniorum.*
4. *Ratio difficultatis.*
5. *An ſi quis in virtute Bullæ de cōſilio vtriuſq; Medici ſit diſpenſatus ad ſemel in die carnem comedere, non poſſit amplius illam edere, & n.*6.
7. *Multorum D D. ſententia afferantur, & num.* 10.
8. *An qui vnica comeſtione carnium frangit ieiunium vnum duntaxat committat peccatum.*
9. *Authoris mens.*

Tertium eſt, quod † præceptum nega- 1
tiuum abſtinendi à carnibus non ſolum prohibet ſumere vnicam comeſtionem carnium, ſed quamlibet, ita quod toties quis mortaliter peccat in die ieiunij,quoties carnes comedit, eſt indubitatum apud omnes Catholicos, vt videre eſt,in Diana *part.* 1. *tract.* 9.*reſ.*45 & in omnibus infra citandis, etenim quando præceptum eſt negatiuum, eſt ſimpliciter, & non ſolum circa materiam determinatam, & indiuiduam, toties quoties fit contra præceptum ſi materia ſit notabilis mortale eſt, vt non occidere,non fornicari, &c. & ſic † quoties in die ieiu- 2
nij quis carnes edit mortale crimen committit,dixi ſi materia notabilis ſit,nam ſi eſt parua veniale erit, & nullum ſi eſt ad guſtandum condimentum,vt facit coquus, & infirmarius; vnde inter vtrumque ieiunij negatiuum præceptum vnum, non comedendi niſi ſemel, alterum non comedendi carnes & lacticinia eſt diſcrimen. Primò, quod † diſpenſatus in lege ieiunij de non 3
edendo niſi ſemel, non eſt diſpenſatus in eſu carnium & lacticiniorum,ſont enim diuerſa præcepta,& perceptum de comeſtione poterit ſolui non ſoluto præcepto de vſu carnium.

Secundò,

Secundò, quod diſpenſatus in lege de vnica comeſtione & licentiatus, vt amplius, quam ſemel comedat poteſt toties quoties voluerit comedere, vt egregiè Dominus Caietanus 2.2.*q.*147.*art.*7. §. *in eodem art.* quam ſequuntur Nauarr. *in manual. cap.* 21. *num.* 22. Dur. *in* 4. *diſtinct.* 15. *q.* 11. Palud. *q.* 4. *art.* 5. Syluest. *verbo ieiunium quæſt.* 8. Tab.
4 *q.*9. Armilla, *n.* 14. & † ratio eſt, quia eo ipſo quod quis licentiatus ſit ad ſecundam comeſtionem, iam eſt ablata materia indiuidua præcepti, & ſic non manet præceptum, & ſic poteſt comedere cibos permiſſos, quoties voluerit ſicut in Dominica quadrageſimæ, at ille qui facultatem habet ad ſemel in die ieiunij carnes comedere, non poteſt ſecundo etiam in cœna illas comedere, quia de non edendo carnes eſt negatiuum abſolutè, & non reſpicit materiam indiuiduam, & vniuerſaliter prohibet, qui enim eſt diſpenſatus in vno actu legis negatiuæ non eſt diſpenſatus ad alios, idem dicendum de eſu lacticiniorum, quæ prohibentur, etiam præcepto negatiuo.

5 Vnde fit, quod † ſi quis in virtute Bullæ de conſilio vtriuſque Medici eſt diſpenſatus ad ſemel in die carnem comedere non poteſt ampliùs illam edere, etſi ſit diſpenſatus ad tres dies in hebdomada, non poteſt ampliùs quam in tribus illis diebus & in aliis tenetur ieiunare, ita Veja 1. *p. caſu* 45. Lopez 1. *p. c.* 112. cum enim Bulla diſpenſet iuxta neceſſitatẽ ſecundùm approbatã men-
6 tẽ vtriuſque Medici, & corporalis nõ iudicet neceſſitatem vrgere, niſi tertio quoque die carnes comedere, aut quod ſemel in die comedat, diſpenſatio Pontificia vltrà non progreditur, ſed intra limites deſignatos à Medico continetur. Quare Medici cauti debent eſſe in concedendis licentiis comedendi carnes, vt ne ampliores concedant quam requirat neceſſitas petentis, vt notarunt
7 † Tolet. *lib.* 6. *ſum. cap.* 4. *num.* 8. Syluest. *verb. ieiunium*, *q.* 7. *in fin.* Tabiena *num.* 22. Sanch. *in Sum. lib.* 4. *num.* 42. *&* 53. Ludouicus *in Summ. tractat. de ieiun. articul.* 7. *dub.* 2. Ioan. Alfonſus *in luminari* 2. *fol.* 29. *&* 30. qui vltimi aduertunt, quod Medici ſi aliter faciant, duplici peccati malitia rei erunt contra duplex præceptum negatiuum ieiunij, alterum de vnica comeſtione, & alterum de non edendo carnes.

Cæterùm huic doctrinæ non vſquequaque aſſentior, etſi enim ille qui fregit ieiunium pluries comedendo cibos permiſſos, & poſtea in eodem die carnes edendo duplicis peccati reus ſit, quia diuerſis acti-
8 bus frangit duplex præceptum, tamen † qui vnica comeſtione carnium frãgit ieiunium, vnum dumtaxat peccatum committit, ita optimè Magiſt. meus Doctiſſ. Doctor Ludouicus Monteſinos, 1. 2. *q.* 73. *art.* 2. *diſp.* 3. *q.* 4. *num.* 42. *verſ. ad aliud.* Quia præceptum de ſemel comedẽdo trãſgreditur per eſum carnis, etenim in præcepto de vnica comeſtione eſt inhibitum, quod illa comeſtio non ſit carnis, aut lacticinij. Quare ſatisfaciet qui dixerit confeſſori, comedi carnes ſemel in die ieiunij, non tamen aſſentia † Magiſtro 9
meo quatenus dicit, quod eſt circumſtantia aggrauans in quacũque opinione confitenda, ſi enim eſt aggrauans, non video cur in omni opinione confitenda; quare potiùs eſt peccatum tranſgreſſiuũ præcepti ieiunij de vnica comeſtione quæ, vt dixi eſſentialiter cõtinet, quod non ſit de carnibus, eſt tamen diſtinctum peccatum ſpecie ab illo, quo quis trãſgreditur præceptum ieiunij pluries comedẽdo cibos quadrageſimales. Si tamen quis fecit votum ieiunandi die aliquo, quo non ſunt prohibitæ carnes, ſi ſemel tranſ-
greſſus eſt ieiunium pluries comedendo, non 10
peccat pluries carnes edens ita Sanchez. *in Summa libro* 4. *cap.* 11. *num* 41. Layman. *in ſua Theologia morali l.* 4. *tract.* 3. *capit.* 3. *n.* 3. contra Suarez *tom.* 2. *de Religione, tract.* 4. *cap.* 7. *num.* 12. quia iſte vouens non tam attendit in voto ad abſtinentiam à carnibus per ſe, ſed quatenus ex ſtatuto Eccleſiæ requiritur ad ieiunium quod dicit vnicam comeſtionem, quare hac tranſgreſſa ad nihil aliud ſe intendit obligare, idem forſan diceret de præcepto aliquarũ Religionum, quo præcipitur vnuſquiſq; ieiunare in vigilia ſui Patroni, niſi aliud intẽderit legiſlator.

SVB §. VII.

Adducitur & firmatur Sententia negatiua circa dubium principale.

SVMMARIVM.

1. *An diſpenſatus in eſu carnium, ſit diſpenſatus in præcepto de vnica comeſtione.*
2. *An diſpenſatus in vnica comeſtione non ſit diſpenſatus in eſu carnium.*
3. *In præceptis Eccleſiæ cuius materia non eſt indiuidua, an qui non poteſt illa ſeruare in totum ſeruet in parte.*
4. *An ſacerdos qui non poteſt recitare totum diuinum officium & poteſt partem teneatur ad illam recitandam.*
5. *An in tantum quis diſpenſatur à lege ieiunij, in quantum petat eius indigentia.*
6. *An ille qui in virtute Bullæ comedit oua & lacticinia verè ieiunet; & ad ieiunium teneatur.*
7. *An vnica comeſtio obſeruetur quæ in omni lege fuit requiſita.*

His poſitis quæ non iniucunda erunt legenti ſupereſt difficultas, an † diſpen- 1
ſatus

ſatus in præcepto de vnica comeſtione, ita vt licitè poſſit cœnare, & pluries comedere in diebus ieiunij. Triplex ſententia cõmuniter adducitur, duæ extremæ, & vna media. Prima ſententia eſt negatiua. Ita Pedraza, *in 3. decalogi præcep. fol.* 35. Graff. *lib.* 2. *deciſio. cap.* 37. *num.* 58. in ſinuat, Nau. *vbi ſuprà*, Medina Complut. *C. de ieiunio q.* 5. *&* 9. Ledeſma 2. *p.* 4. *q.* 17. *art.* 3. *dubit.* 9. Acoſta *in explicat. Bullæ, q.* 80. Gomez *ibi clauſ.* 7. *num.* 5. Valent. 2. 2. *diſp.* 9. *quæſt.* 2. *punct.* 5. Lopez 2. *part. inſtruct.* 111. *§. his non obſtantibus*, Candelabrum 3. *part. cap.* 15. *num.* 49. Angles *in floribus de ieiun. pag.* 430. Bega *tom.* 1. *ſumma c.* 14. *caſu* 3. Hiſpanus *in annotationibus ad ſummam, Caiet. verbo ieiunium, cap.* 3. *verſu* 2. *dubitatur*, & hanc veriſſimam & tutiorem vocat. Filliuc. *infrà citandus.*

2 Primò probatur, quia diſpenſatus in vnica comeſtione non eſt diſpenſatus in eſu carnium, ergo qui diſpenſatur in eſu carnium, non eſt diſpenſatus in vnica comeſtione vtrumque eſt de eſſentia ieiunij, imò vt Caietan. dicit *infrà* citandus, vnica comeſtio magis videtur requiri ad ieiunium, quam abſtinentia à carnibus, cum in veteri lege, eſſet verum ieiunium, cum vnica comeſtione ad veſperam, aut ſolis occaſum, & tamen non ſit mentio de ciborum qualitate, vt iudicum 20. *num.* 15. dicitur quod *omnes filij Iſraël venerunt in Domum Domini, & ſedentes flebãt coram Domino, ieiunauerũt que die illo vſque ad veſperam, & obtulerunt Domino holocauſta, & pacificas hoſtias.* Hæc ibi, at de Hoſtiis pacificis comedere licebat, quæ erant de carnibus, *&* 2. *Reg. cap.* 3. dicitur quod *Dauid ieiunauit vſque ad ſolis occaſum non guſtans panem nec aliud quidpiam*; ſub quo carnes contineri poſſunt, cum ex lege illa, non ſint excluſæ.

3 Secundò probatur, quia, vt dicitur, *cap. cum dilecti de dolo, & contumacia*, in præceptis † Eccleſiæ cuius materia non eſt indiuidua, qui non poteſt illa ſeruare in totum, ſeruet in parte, vt notat ibi Gloſſa *Littera I.* Barb. *ibi num.* 8. Palatios. *in repetitio. cap. per veſtras, de Donatio. inter vir. & vxor §.* 20 *n.* 6. etenim in duabus obligationibus, ſublata vna remanet altera, & ſic vt notat Nau. *de*
4 *oratione notabili.* 11. Cum multis aliis, † ſacerdos qui non poteſt recitare totum diuinum officium, & poteſt partem tenetur ad illam recitandam. Cum enim præceptum ieiunij duo contineat, & vnicam comeſtionem, & abſtinentiam à carnibus, & lacticiniis, & iſta ſeparentur, vt conſtat in laborantibus, qui excuſantur ab vnica comeſtione, non tamen à carnium abſtinentia, octauo, è contrario, poteſt quis excuſari à carnium abſtinentia, non tamen ab vnica comeſtione.

Tertiò probatur, quia † in tantum, quis 5
diſpenſatur à lege ieiunij in quantum petit eius indingentia, hæc enim eſt menſura diſpenſationis ex conſilio vtriuſque Medici, iuxta Bullæ priuilegium, ſed ſtat, quod, quis indigeat eſu carnium, non tamen cœna, aut comedere. Ergo diſpenſatus in abſtinentia à carnibus non intelligitur diſpenſatus, in vnica comeſtione.

Quartò, quia non minus eſt de eſſentia ieiunij ex ſua primæua inſtitutione in principio naſcentis Eccleſiæ abſtinentia à carnibus, quam abſtinentia ab ouis, & lacticiniis, atqui † ille, qui in virtute Bullæ come- 6
dit oua, & lacticinia iure ieiunat, & ad ieiunium tenetur, vt explicat ipſa Bulla, ergo qui comedit carnes; vnde in aliquibus Bullis dicebatur, quod, qui ex conſilio vtriuſque Medici ſemel carnem in die comederit, non amittebat ieiunij meritum, & ſatisfactionem; quare ſicut Pontifex conſtituit ieiunium per Bullam diuerſum ab illo, quod primo inſtitutum eſt, comedendo oua, quia
† obſeruatur vnica comeſtio, quæ in omni 7
lege fuit requiſita ad ieiunium, ita etiam comedendo carnes vnica comeſtione poteſt inſtituere ieiunium Eccleſiaſticum, cum ſit abſtinentia, qua rebellio carnis mortificari quit, & obſeruat formam ieiunij, quæ eſt non manducare vſque ad veſperam.

SVB §. VIII.

Sententia affirmatiua.

SVMMARIVM.

1. *An diſpenſatus abſolutè in abſtinentia à carnibus ſit etiam abſolutus à lege ieiunij.*
2. *Quæ verba ponebantur in Bullis ante Pium quintum expediens.*
3. *Pontificis verba afferuntur.*
4. *Abſtinentia à carnibus eſt magis de eſſentia ieiunij quam vnica comeſtio, ex Thom. Sanchez.*
6. *An ſoluta & diſpenſata eſſentia præcepti, totum præceptum neceſſariò ſoluatur, ex Fagundez.*
6. *An ſit plus concedere carnes, quam non ieiunare.*

SEcũda ſententia in alio extremo oppoſita affirmat quod † diſpenſatus abſolu- 1
tè in abſtinentia à carnibus, eſt etiam abſolutus à lege ieiunij ita vt poſſit cœnare, & pluries in hic ad libitum comedere ſicut poteſt in diebus paſchalibus, ita tenent Fagundez 4. *præcepto Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. *verſ. & hac tres opiniones.* Corduba. *in ſumm. quæſt.* 161. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 21. *p.* 2. *cap.* 3. *num.* 52.

*num.*51. Toletus *lib.* 6. *ſumm. cap.* 3. *num.*8. Azor.1.*p. lib.*7.*cap.*10.*quæſt.*3. Sa emendatus *verb. ieiu. num.*11. Villalob. *tract.*23. *diſficul.*8.*num.*8. Ioan. Sanch. *ſelect.* 51. *num.* 4. Onchala *opuſ. de ieiunio pag.* 113. Abul. *in caput* 6. *Matth. quæſt.* 170. Medina *in ſumm. parag.* 10. Trullench. *in expoſit. Bullæ lib.* 1. §. 4. *dub.* 2. *num.* 5. Sanchez *tom.* 2. *concilio. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 29. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 13. Caiet. 2. 2. *quæſt.* 147. *art.* 8. §. *ad hoc dicitur*, & eſt ſatis plauſibilis inter auctores vt Dianæ, *prim. p. tract.* 9. *reſolut.* 25. Ioanni de la Ctuz, *in ſumma præcep.* 4. *art.* 4. *dub.* 8. & aliis.

2 Probatur primò, quia in Bullis, ante Pium quintum expeditis hæc verba ponebantur, *quod comedentes ex diſpenſatione Bullæ carnes de conſilio vtriuſque Medici, ſi in reliquis ſeruaſſent formam ieiunij cenſerentur impleſſe præceptum & conſequi eius meritum.* Ergo ſentiunt Pontifices, quod iſti comedentes carnes non ieiunabant alias nihil comederent, vbi per meritum intelligitur ſatisfactio, quæ alias conſequenda erat, ſi eſſet abſtinentia à carnibus, quam Pontifex ſupplet per indulgentiam, ac ſi verè abſtinuiſſet à carnibus, poteſt enim Pontifex inſtituere nouum ieiunium, cum vnica comeſtione carnis, quo ſatisfiat præcepto Eccleſiaſtico, & quis hoc negauit? cum ieiunium quadrageſimale ſit de iure poſitiuo, quod Papa poteſt immutare.

Secundò efficacius probatur ex verbis Bullæ quæ hodie expeditur, ibi dicit Ponti-
3 fex, † *ita quod qui carnes non comederint ſeruata in cæteris ieiunij Eccleſiaſtici forma dicto ieiunio ſatisfeciſſe cenſeantur.* Quibus verbis duo declarat Pontifex primum, quod oua & lacticinia manducare non eſt de eſſentia ieiunij. Secundum, quod abſtinentia à carnibus hodie eſt de eſſentia ieiunij, quia qui illas comedit, non ſatisfacit ieiunio Eccleſiaſtico, ſed ſatisfacit, qui comedit oua, & alia, quæ ex carne procreantur.

4 Tertiò, quia vt ait Thom. Sanchez † abſtinentia à carnibus eſt magis de eſſentia ieiunij, quam vnica comeſtio, ſed diſpenſatus in vnica comeſtione non tenetur ieiunare, & quamuis pluries comedat non facit nouum peccatum, ergò diſpenſatus in abſtinentia à carnibus libet eſt à ieiunio.

5 Quartò, ait Fagundez, quia † ſoluta & diſpenſata eſſentia præcepti totum præceptum neceſſario ſoluitur, & contrarium videtur inintelligibile, maximè quando obiectum eſt materia præcepri, non eſt partibilis de ſe, ſicut non eſt partibile obiectum & materia ieiunij. Atque ita diſpenſatus in carnibus libet eſt à ieiunio, quando enim aliquid componitur ex duabus partibus ad illius conſiſtentiam neceſſariò requiſitis, vna ablata totum illud euertitur, & deſtruitur, ſiue ſit totum naturale, ſiue artificiale cum autem ad ieiunium ex Eccleſiæ ſtatuto requirantur neceſſariò duo, & vnica comeſtio, & abſtinentia à carnibus, vt Dominus Caiet. explicuit *loco citato*, quem ſequuntur reliqui, ablata ſiue ex priuilegio ſiue ex neceſſitate abſtinentia à carnibus de medio auferetur & ieiunandi obligatio.

Quintò, quia † plus eſt comedere carni, quam non ieiunare, & ſic fideles vſque ad vigeſimum primum annum non tenentur ex præcepto Eccleſiæ ieiunare, & tamen tenentur non comedere carnes ex eodem præcepto, ſimiliter feria ſexta non ieiunamus, & tamen abſtinemus à carnibus quare præceptum de abſtinentia à carnibus ſtrictius longe eſt, quam præceptum de vnica comeſtione, ergo ſolutus à præcepto de abſtinentia à carnibus, ſolutus erit à ieiunij altero præcepto de vnica comeſtione. Probatur ex regula iuris. 46. in 6. *qui poteſt quod eſt plus, poteſt quoque quod eſt minus?* nihil enim refert quod hæc duo præcepta ſpecie differant, nam commutatio & diſpenſatio voti etiam ſpecie differunt, & tamen qui poteſt diſpenſare, poſſet commutare vt ferè omnes afferunt ex præfata regula iuris. 6

SVB §. VII.

Vera ſententia propugnatur.

SVMMARIVM.

1. *An licentia ad comedendas carnes detur ex conſilio Medici.*
2. *Ludouici à Cruce ſententia, necnon. D. Caietani & n.* 3. *&* 4.
5. *An ſi diſpenſatus à Prælato in euidenti neceſſitate de vnica comeſtione, ſit ſimpliciter diſpenſatus de ieiunio, & numero* 6.
7. *An præceptum de vnica comeſtione tuſi ſit negatiuum, tamen non ſimpliciter, ſed eſt affirmatiuum, & n.* 8.
9. *Comedentes diſpenſatione Bullæ carnes de conſilio vtriuſque Medici, an ſi in reliquis ſeruaſſent formam ieiunij, cenſerentur impleſſe præceptum & conſequi eius meritum.*
10. *Quæ ſit forma adæquata ieiunij.*
11. *Quando materia virtualis reſpicit plura præcepta quid fiat.*
12. *An materia præcepti recitandi officium diuinum ſit diuiſibilis.*
13. *An diſpenſatio ſit ſtricti iuris & ſtrictè interpretanda.*
14. *Ieiunium ab Eccleſia conſtituitur ad concupiſcentiam refrænandam.*

15. *An*

15. *An propter periculum imminentis contagij concedatur diſpenſatio.*

TErtia ſententia, quæ non eſt media, vt quidam dicebant, ſed eſt explicatio primæ, quæ mihi veriſſima videtur, & eſt abſque dubio tutior & probabilior, eorúmque ſic explicant primam ſententiam, aut
1 † licentia ad comedendas carnes datur ex conſilio vtriuſque Medici, quia cibi quadrageſimales notabiliter nocent ſaluti, quod experientia conſtat, & ex infirmitatibus anterioribus, aut ex delicata complexione, non tamen habent neceſſitatẽ recuperandi vires, nec ſunt ex compoſitione ſua debiles, & iſti etiam ſi carnes comedant tenentur ad vnicam comeſtionem dumtaxat & poſſunt vti veſperrina refectiuncula, vt cæteri ieiunantes, iſti enim carnes manducant ob præſeruarionem fururæ infirmitatis imminentis, ſic multi magnates & Principes faciunt, ex priuilegio Pontificio, aut datur huiuſmodi licentia ratione infirmitatis præſenris & ob naturæ & complexionis debilitatem, cui plurimum nocet vnica dumtaxat comeſtio, & ſic cum adſit rationabilis cauſa diſpenſandi, vt pluries comedat, omnino manet liber à lege ieiunij Eccleſiaſtici.

Hæc eſt vt dixi veriſſima & ruriſſima ſententia quam expreſſe defendunt omnes, quos adduxi pro prima, qui eandem addunt limitationem, vt legenti conſtabit, quibus addo Galaum *tom.* 4 *tract.* 25. *diſp. vnica p.* 8. §. 1 *num.* 11. dicens *hanc opinionem ſemper eſſe in praxi conſulendam.* Ludouicum à Cruce, *diſp.* 1. *cap.* 5. *dub.* 11. *vbi n.* 8. poſtquam ſuam ſententiam ſatis bene probauir ſic loquitur.
2 † *Vtinam dicta etiam ſufficiant ad coercendum temerarium abuſum aliquorum, qui leui ex cauſa diſpenſati in eſu carnium, diebus ieiunij, ita crapula ſtudent, ac ſi nullum eſſet præceptum Eccleſiæ, id interdicentis, putant enim ſibi ſatis eſſe, conſenſum obtinuiſſe vtriuſque Medici, qui paſſim reſpectu potius profano, quam Chriſtiano ducti; ſe in huiuſmodi conſenſibus faciles ſe præbent, cum tamen aliter ſit ſentiendum niſi rationabilis & legitima interueniat cauſa.* Hæc Doctiſſimus Pater Sanctæ Pœnitenriariæ Lareranenſis Præſes, Bonacc. *t.* 2. *de præceptis Eccleſiæ diſp. vlt. punct.* 2. *n.* 3. *ſed mihi dicendum.* Fillucium *tract.* 27. *cap.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 53. 163. Reginal. *t.* 1. *lib.* 4. *num.* 168. Additionatorem Tolet. *lib.* 6. *cap.* 2. *in fine.* Comirol. *lib.* 4. *Reſponſ. q.* 46. Rodriguez *in Summ.* 1. *part. cap.* 24. *num.* 9. *& in explic. Bullæ* §. 7. *num.* 4. Conrad. *in Sum. caſu* 250. Cæned. *q* 4. *num.* 6. Cordubam *in Sum. q.* 143. *&* 167. Leſſium *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 6. *in fin. n.* 45.

Er hanc eſſe Domini Caiet. ſenrentiam mihi indubitatum eſt, quia *art.* 7. §. *ad hoc*
3 *breuiter dicitur,* ſic fatur. *Proculdubio egens ſolum diſpenſatione ieiunij etiam ſi illa conditio ſit de neceſſitate ieiunij, & in illa ſola diſpenſatus ſiue à Prælato ſiue à neceſſitate ſit, non eſt propterea diſpenſatus ſiue abſolutus à ieiunio, verbi gratia, ſi quis non poteſt expectare horam conſuetam prandij, ſed poteſt ſummo mane comedendo ieiunium quoad reliqua ſeruare, & diſpenſatur à Prælato, quacumque hora voluerit non propterea eſt abſolutus à vinculo ieiunij ſed debet ſicut poteſt ieiunare, & eadem ratione tenetur ſic ieiunare ſi neceſſitus euidens ipſum diſpenſet, quoad dictam conditionem & hoc ſatis ex autoritate huius Litteræ habetur, & ratione firmatur, quia impotens ſeruare præceptum Eccleſiæ quoad eius omnes conditiones debet ſeruare illum ſecundum, illas, quas poteſt, non eſt autem eadem ratio de vnica* 4
comeſtione, & aliis conditionibus, quoniam ieiunium noui teſtamenti ex abſtinentia carnium & vnica comeſtione conſtat, tanquam ex ſubſtantialibus, ita quod vnica comeſtio eſt eſſentialior ieiunio, vtpotè à principio ieiunij inſtituta in veteri teſtamento, in quo vſque ad veſperam affligendum hominem ieiunio ſtatutum eſt, nullus tamen cibus veſpere prohibitus erat. Patet etiam ex hoc, quod Eccleſia conſuetudo traxit horam prandij in ieiunio, à noua in ſextam, in vnica tamen comeſtione perſeuerat, niſi in diebus Dominicis, quibus ſe non abſtinere fatetur. Diſpenſatus ergo † à Prælato in 5
euidenti neceſſitate de vnica comeſtione, eſt ſimpliciter diſpenſatus de ieiunio & cætera, quia ablato eſſentiali, aufertur res, ſed diſpenſatus in aliis conditionibus, non eſt diſpenſatus à ieiunio: quoniam ſine iſtis poteſt ieiunium quoad ſubſtantialia remanere. Hæc ibi, quibus Eminentiſſimus Cardinalis fundamenta noſtræ ſententiæ poſuit, aſſerẽs quòd vnica comeſtio eſt eſſentialior ieiunio, quia à ſua primæua inſtitutione in lege veteri habet illam, & non abſtinentia à carnibus; quam dicit pertinere ad ſubſtantialia ieiunij in lege Euangelica in qua etiam à Principio naſcentis Eccleſiæ pertinebat ad ſubſtantialia ieiunia abſtinentia ab omni lacticinio, & trahente originem à carnibus, quare ſicut hoc ſubſtantiali ablato manet eſſentia ieiunij ſi adſit vnica comeſtio, quæ eſt illi eſſentialior, ita ablata ex priuilegio aut neceſſitate abſtinentia à carnibus.

Quòd autem dicit *art.* 8. §. *ad hoc dicitur.* quod ex conſuetudine *diſpenſati ex impotentia euidenti ab abſtinentia carnium ſunt totaliter abſoluti à præcepto ieiuny,* non eſt contra noſtram ſententiam, nam quando eſt 6
euidens imporẽria eſt infirmitas actualis nõ obligat ieiunium, ſi autem non ſint diſpenſati ex euidenti impotentia ſed re, ex priuilegio Papæ, vt habent multi principes, aut ex probabili coniectura infirmitatis imminentis, & quia nocent cibi quadrageſimales,

&

& ſic in virtute Bullæ diſpenſatus in abſti-
nentia à carnibus manet obligatus obſer-
uandi eſſentialiorem partem ieiunij ſcili-
cet vnicam comeſtionem.
7 Quod Probatur hoc manifeſto diſcurſu,
quia † præceptum de vnica comeſtione &
ſi ſit negatiuum,tamen non ſimpliciter ſed
eſt affirmatiuum , quod vnica dumtaxat
comeſtio ſit facienda ex ſuppoſitione,quod
quis velit comedere in die , præceptum ta-
men de abſtinentia à carnibus, ouis , & la-
cticiniis eſt ſimpliciter & abſolutè nega-
tiuum , quæ duo præcepta longe diuerſa
ſunt , & inter ſe ſeparabilia,multis enim da-
tur facultas pluries comedendi , & non da-
tur facultas edendi vt iuuenibus nondum
habentibus vigeſimum primum annum
completum , & hominibus & fœminis ha-
bentibus laborem corporalem exceſſiuum,
cum quo non componitur vnica comeſtio,
ſed exiguntur plures , & tamen non datur
facultas comedendi carnes , eſt ſine Bulla
oua & lacticinia. Rurſus in vigiliis, & qua-
tuor temporibus anni ſaluatur ieiunium,
cum ouis , & lacticiniis etiam ſine Bulla
ſed ex conſuetudine,vt tenet communis, &
certa ſententia , quia ibi ſaluatur vnica co-
meſtio , quæ eſt de eſſentia ieiunij in omni
lege naturæ , veteri , & noua , in qua , etſi
primæua ieiunij inſtitutio excluſerit car-
nes , & lacticinia æqualiter eſt abſque di-
ſtentione aliqua , tamen conſuetudo obti-
nuit vt ſi adſit abſtinentia à carnibus &
vnica comeſtio eſſet verum ieiunium, ergo
ſi ex priuilegio , quis eſt diſpenſatus in
abſtinentia à carnibus ob nauſeam piſcium,
8 vel ob dettimentum,quod ex illorum come-
ſtione oritur , & ex ouis & lacticiniis, & il-
lis ſufficit vnica carnis comeſtio,dubio pro-
cul tenebitur non ampliùs comedere nec li-
centia , & abſolutio à præcepto abſolutè
negatiuo eſt licentia , & abſolutio à præ-
cepto affirmatiuo de vnica comeſtione,
ſi comedendum eſt , etenim quod facit
conſuetudo contra legem de abſtinentia,ab
ouis & lacticiniis facit diſpenſatio ab abſti-
nentia à carnibus, & ſicut conſuetudo non
euertit ieiunium , ita nec diſpenſatio in iſta
abſtinentia à carnium eſu.
9 Secundò , fulcitur valdè efficaciter ex
verbis Bullæ expeditæ ante Pium V. in qui-
bus hæc ſunt verba. *Comedentes diſpenſatio-
ne Bulla carnes de conſilio vtriuſque Medici
ſi in reliquis ſeruaſſent formam ieiunij cen-
ſerentur impleſſe præceptum & conſequi eius
meritum.* Ex quibus tale formo vali-
dum argumentum Pontifex Summus,
dum hæc loquitur inſtruit fidelium mo-
res , declarans actus , quibus adimplent
præceptum ieiunij , atqui actus quo come-
dentes carnes adimplere poſſunt ieiunium,
eſt ſolùm vnica comeſtio,ergo † iſta eſt adæ- 10
quata forma ieiunij , quam primò & per ſe
reſpicit ieiunium,cætera autem reſpicit tan-
quam conditiones materiales, atque ita diſ-
penſatus in forma,& actus quem per ſe reſ-
picit præceptum quo perſe adimpletur , &
in quo cadit diſpenſatio ſalua eſſentia ieiu-
nij eſt vnica comeſtio, etſi iſta poteſt ſubſi-
ſtere ſalua ſanitate ad illam tenetur diſpen-
ſatus in abſtinentia à carnibus, aliàs enim ſi
vnica comeſtio non eſſet adæquatus actus
adimpletiuus eſſentialiter ieiunij malè Pon-
tifex id doceret , quod dicere abſonum eſt,
quare Papa his verbis declarat id quod in
omni tempore fuit primo eſt per ſe adim-
pletiuum præcepti ieiunij, licèt in lege Euã-
gelica ex præcepto negatiuo addita fuerit
pro materia huius comeſtionis piſces, legu-
mina , & quidquid non eſt carnis terreſtriũ
& volatilium , & quidquid ex iis dimanat
vt oua, lac, caſeus , &c. in qua materia ſer-
uata forma ieiunij diſpenſat , aut priuile-
gium, aut conſuetudo, aut neceſſitas, & ſic
ante Bullam ſi adderet hæc neceſſitas come-
dendi carnes tenebatur, quis ad vnicam co-
meſtionem , priuilegium tamen Bullæ id
operatur , quod non requiratur ita magna
neceſſitas , ſed minor , quam ante Bullam,
ſufficiet.
Tertiò probatur,quia quãdo materia vir- 11
tutis reſpicit plura præcepta ſi materia illa
nõ poteſt proſequi,quatenus reſpicit omnia
illa præcepta , debet ſecundùm ea quæ ope-
ranti ſunt poſſibilia ; rurſus ſi præceptum
aliquod reſpicit materiam diuiſibilem, ſi nõ
poteſt adimplere ſecundum totam mate-
riam debet ſecundum partem , quam po-
teſt , rem explico exemplis , materia de fe-
ſtorum obſeruatione,& reſpicit præceptum
de nõ laborãdo opera ſeruilia,& de audien-
do ſacro,& tamen ſi quis indiget laborare,vt
victum neceſſarium quærat, non deobliga-
tur à præcepto de audiendo ſacro, deinde
† materia præcepti recitandi officium diui- 12
num eſt diuiſibilis, & ſic qui non poteſt to-
tum debet eam , quam poteſt recitare, par-
tem, vt non peccet mortaliter , etſi Benefi-
ciarius ſit non teneatur ad reſtitutionem;
ergo cum ieiuniorum obſeruantia plura
continuat præcepta , de vnica comeſtione;
tanquam de forma , de abſtinentia à carni-
bus , & lacticiniis tanquam de materia ex
Eccleſiæ ſtatuto,& de hora comeſtionis,qui
non poteſt abſtinere à carnibus , &c. tene-
tur tamen ad formam , quam obſeruare po-
teſt , ſcilicet vnicam comeſtionem , etſi
in materia extranea ex diſpenſatione , vel
propter neceſſitatem,aut priuilegium. Cum
enim ſit contra ius commune ſtrictè eſt
intelligendum neque extendendum vltra
poſita, *cap. 1. de filiis Presbit. in 6. cap. ea quæ*
de

Digitized by Google

de reg.iur.in6.cap.ſi.de tranſl Epiſcop.eſt enim
13 † diſpenſatio ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda, vt latè probaui *tom.2.Reſol.Moralium tract.9.* quare ſi quis diſpenſatur in materia ieiunij non cenſetur quis diſpenſatus in forma ſcilicet vnica comeſtione.

Quartò, & eſt ratio à priori, quam tradit S. Thomas *quæſt.146.art.6.citato.* quia
14 † *ieiunium ab Eccleſia inſtituitur ad concupiſcentiam refrænandam, ita tamen quod natura ſaluetur, ad hoc autem ſufficere videtur vnica comeſtio per quam homo poteſt, & naturæ ſatisfacere, & tamen concupiſcentiæ aliquid detraxit diminuendo comeſtionis vices, & ideo Eccleſiæ moderatione ſtatutum eſt, vt ſemel in die à ieiunantibus comedatur.* Ex quibus tale formo argumentum, ieiunium ſtatutum eſt ad concupiſcentiam refrænandam, quod fit multipliciter, tum abſtinentia à carnibus, lacticiniis, ouis, & ſimilibus cibis, tum per vnicam dumtaxat comeſtionem, tum denique differendo cibos, vſque ad ſextam vel nonam vel veſperas, iuxta diuerſarum Eccleſiarum conſuetudinem. Ergo ſi quis poteſt refrænare concupiſcentiam vnica comeſtione qua detrahitur feruori concupiſcentiæ, etiamſi non poſſet refrænare alio modo tenetur ad hunc, qui fit vna vice dumtaxat carnes comedendo.

Ex dictis deducitur hoc corollarium ad
15 propoſitum, quod cum † propter periculum imminentis contagij concedatur diſpenſatio, vt vnuſquiſque poſſit carnes impunè comedere, & hæc diſpenſatio ideo concedatur vt reparetur humidum radicale effractum ex pugna præterita & vt alimento carnium vires reficiantur ad repugnandum inimicæ qualitati peſtiferæ ieiuniumque debilitet naturam præcipuè iam debilitatam ob certamen cum contrario ſuo mortali contagio; quod eo ipſo, quod fiat diſpenſatio in cibis quadrageſimalibus, & vt poſſint carnes comedere fit etiam diſpenſatio in vnica comeſtione, & ſic poſſunt cœnare, tenentur tamen abſtinere quantum fieri poſſit à cibis triſtibus, & noxiis.

SVB §. X.

Satisfit oppoſitis fundamentis.

SVMMARIVM.

1. *Fundamentis oppoſitis reſpondetur & ſatisfit, & n.2.*
3. *An abſtinentia à carnibus ſit eſſentialis.*
4. *An ſtrictius ſit præceptum de non comedendo carnes ac de vnica comeſtione.*
5. *Authoris mens.*

AD fundamenta oppoſitæ ſententiæ,
1 quæ eſt ſecunda (nam fundamenta primæ cum ſit noſtra pro nobis ſunt) reſpondetur, ad primum iam conſtat quod noſtrum intentum probet, vt patet in ſecundo fundamento adducto pro concluſione. Ad ſecundum reſpondetur, quod Pontifex loquitur de his qui comedunt carnes ſine conſilio vtriuſque Medici, quam conditionem poſuerat antea, & non ponit ad comedendum lacticinia non tamen dicit,
quod ſi comedant carnes de conſilio vtriuſ- 2
que Medici, ſi in reliquis ſeruetur forma ieiunij non ſatisfaciant præcepto, ſicut qui comedit lacticinia, ſine Conſilio Medici, ſicut Sacerdotes ſi Conſilio Medici comedant lacticinia tenentur ad vnicam comeſtionem, non enim Bulla, quæ hodie expeditur contrariatur antiquæ.

Ad tertium reſpondetur negando, quod
† abſtinentia à carnibus ſit eſſentialis, ne- 3
dum eſſentialior quam vnica comeſtio, vt vidimus, & probauimus.

Ad quartum reſpondetur negando, quod obiectum & materia ieiunij non ſit partibilis imo eſt, ſicut materia de obſeruatione feſti.

Ad quintum reſpondetur, verum eſſe,
quod eſt † ſtrictius præceptum de non co- 4
medendo carnes ac de vnica comeſtione, ſed non illico qui eſt diſpenſatus in illo eſt diſpenſatus in iſto, nam diſpenſatio, vt dixi & eſt certum, eſt ſtricti iuris & non extenditur vltra diſpenſata expreſsè.

Hanc Reſolutionem † ſcripſi anno 1650. 5
& terminaui die quinta Aprilis eiuſdem anni, ex mandato Eminentiſſ. D. D. Dominici Cardinalis Pimentel, quia tamen plura illius exemplaria ſunt tranſcripta, volui amicorum ſuaſione eam cudere cum multis additionibus, & ſi cum aliqua digreſſione principalis intenti huius libri quinti ad cuius materiam regredior.

RESOLVTIO VI.

De ſtatuto excuſante Canonicos à reſidentia in choro.

SVMMARIVM.

1. *Quod ſtatutum Canonicos à reſidentia in choro excuſet.*
2. *An ſtatutum per quod permiſſum eſt Canonicis quatuor menſes abeſſe quolibet anno ab Eccleſia, ſi à ſede Apoſtolica confirmatum, non cenſeatur derogatum per Concilium.*
3. *Barboſa, Bellarmini & aliorum opiniones. Item Sacra Congreg. & n.4.*
5. *An Confirmatio in forma ſpeciali dicatur in*

in qua eſt inſertus tenor rei confirmatæ.

NON loquimur de ſtatuto, quod confirmatum ſit à ſede Apoſtolica, ex hoc
1 enim † excuſaui à Reſidentia Canonicos vltra tres menſes à Concilio conceſſos determinauit Sacra Congregatio Concilij, teſte Garzia 3. *p. cap.* 2. *ſæpius citat. num.* 197. *&* 214. *cum ſequentibus*, eſt enim declaratum à Sacra Cardinalium Concilij interpretum Congregatione pluribus vicibus, vt refert idem Doctiſſimus vir, prima reſcribens Ar-
2 chiepiſcopo Valent. *die* 20. *Ian.* 1576. † *ſtatutum per quod permiſſam eſt Canonicis quatuor menſes abeſſe quolibet anno ab Eccleſia, ſi à ſede Apoſtolica confirmatum eſt, non cenſetur derogatum per Concilium.* Et quidem ſi non ſit expreſſa mentio de ſtatuto confirmato à Sede Apoſtolica fuit reſolutum à Rota & Congregatione Concilij de mente
3 Gregorij XIII. vt referunt. † Barboſa, & Bellarminus *ad cap.* 4 *ſeſſio.* 6. Ita Rota *deciſ.* 16. *part.* 2. *diuerſorum in vna Benonenſ. coram Pamphilo* 27. *Maij* 1594. & apud Puteum *in deciſ.* 172. *lib.* 3. & eſt indubitata ſententia, vt videre eſt apud eundem Bellarm. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *in obſeru. Doct. Litt. O.*

Cæterum hæc confirmatio non ſufficit, quod fiat in forma communi, ſed debet fieri in forma ſpeciali, & ex certa ſcientia, cum
4 cauſæ cognitione. † Ita declarauit Sacra Congregatio 13. *Nouemb.* 1586. re maturè conſiderata & auditis vtriuſque partis Aduocatis & in altera Segouienſ. 11. *Iul.* 1590.
5 *ad* 12. *dubiam.* † Confirmatio in forma ſpeciali dicitur, in qua eſt inſertus tenor rei confirmatæ, vel ſaltem narrat eius ſubſtantialia, & eſt expedita ſolita diſcuſſione nam ante litterarum expeditionem non poteſt dici adhibita iuridica cauſæ cognitio, vt determinauit Rota *in vna Conchen.* 2. *Aprilis* 1593. *coram Mantica.* & in alia *Abulenſ. iuriſdictio.* 22. *Ianuarij* 1588. *coram Orano.* & eſt certa ſententia inter peritos vtriuſque iuris.

SVBRESOLVT. I.

De confirmatione ſtatuti ex certa ſcientia.

SVMMARIVM.

1. *Circa ſtatuta confirmata à ſede Apoſtolica aliqua dubia veniunt enodanda.*
2. *An etſi poſita clauſula* ex certa ſcientia, *ſit confirmatio ex certa ſcientia & confirmet actum aliàs de iure inualidum.*
3. *An clauſula* ex certa ſcientia, *appoſita in confirmatione facit eam ſpecialem, etſi non inſeratur tenor rei confirmatæ.*
4. *An clauſula* ex certa ſcientia *idem valeat ac* de plenitudine poteſtatis, *& ſuppleat ea omnia quæ conſiſtunt in iure & n.* 17.
5. *An ſi Princeps in confirmatione & in litteris expeditis ponat ſolum* ex certa ſcientia *&* de plenitudine poteſtatis *non dicatur vera confirmatio* ex certa ſcientia, *& non excedat formam communem & n.* 6.
7. *Si Princeps ſiue ſæcularis ſiue ſummus Pontifex an ſit de facto ſtatuto aut concordia certioratus & informatus.*
8. *Quæ confirmatio ſit in forma ſpeciali, & n.* 9.
10. *Quid requiratur in confirmatione ſpeciali.*
11. *An ex narratis à Pontifice comprehendatur confirmationem factam eſſe ex certa ſcientia.*
12. *An ſummi Pontifices multi confirmarint* ex certa ſcientia *priuilegia Regularium ab anteceſſoribus conceſſa.*
13. *Multorum DD. ſenſus, & n.* 14.
15. *Quæ confirmatio fuerit generalis, ex multis DD.*
16. *An confirmatio reſpectu priuilegiorum de quibus Pontifex non habet notitiam magis reducatur ad formam communem quàm ad ſpecialem.*
18. *An ſufficiat quod Princeps confirmans* ex certa ſcientia, *exprimat ſe eſſe certioratum aut informatum ſtatuti quod confirmat.*

SEd † ſuperſunt aliqua dubia circa hæc 1
ſtatuta confirmata à ſede Apoſtolica quæ non paruam lucem adducent dictis, & dicendis. Primum dubium eſt, an ſi in confirmatione ſtatuti, non ſit inſertus tenor rei confirmatæ, ſed tantum Pontifex dicit quod illud confirmat ex certa ſcientia, confirmatio iſta ſit in forma ſpeciali ita vt purget vitium ſubreptionis, an in forma communi? Garzia *vbi ſuprà num.* 233. ſentit, quod
† etſi poſita illa clauſula *ex certa ſcientia*, 2
ſit confirmatio ex certa ſcientia & confirmet actum alias, de iure inualidum non tamen tollere defectum intentionis, neque purgare vitium ſubreptionis quod probat ex multis Rotæ Romanæ deciſionibus, ita *in vna Romana Secretariatus* 10. *April.* 1592. *coram Seraphino, & in eodem anno in alia coram Blancheto die* 24. *Aprilis, in vna Mediolanenſ. fructuum.* loquens de clauſula *Motu proprio.* quam ſententiam ſequuntur plures, quos refert ibi Garzia.

Secunda ſententia eſt, † quod clauſula *ex* 3
certa ſcientia, appoſita in confirmatione facit eam ſpecialem, etſi non inferatur tenor

nor rei confirmatæ, ita Abbas *cap. examinata de confirmatio. vtili.* Romanus *conſil.* 327. *num.* 7. Antonius Gabriël *de clauſulis concluſ.* 1. 2. *&* 3. Rota *in præfata deciſione Abulenſ.* & in alia *Burgenſ. iuriſdict.* 3. *Maij* 1589. *& deciſ.* 780. *num.* 5. *part.* 1. *diuerſ.* ſequitur Molina *de iuſtit. & iure tom.* 1. *diſp.* 174. *num.* 14. *&* 15. vbi ex altero Molina *lib.* 2. *de primogent. cap.* 7. *à num.* 15. dicit, quod
4 † clauſula *ex certa ſcientia*, idem valet ac *de plenitudine poteſtatis*, & ſupplet ea omnia quæ conſiſtunt in iure; vnde ſi Princeps habet notitiam facti, quamuis in litteris factum non referat, nec tenor rei confirmatæ non inſeratur confirmatio non eſt in forma communi, ſed in forma ſpeciali.

Ego verò inter has duas extremas ſententias mediam conſtituo & aſſero. Pri-
5 mò, ſi Princeps in confirmatione, & in litteris expeditis ponat ſolùm *ex certa ſcientia* & *de plenitudine poteſtatis*; non dicitur vera confirmatio, *ex certa ſcientia*, & non excedit formam communem, ſed re ipſa talis confirmatio ſolum eſt in forma communi, quæ parum, aut nihil operatur, vt ait Rota *in vna Elboren. Decimarum. coram Lugdun.* 28. *Decemb.* 1608. *apud Farin. in poſth. part* 3. *deciſ.* 229. *num.* 11. & ad ſummum ſupplebit
6 defectus iuridicos, & confirmabit actum alias iure inualidum, vt volunt vterque Molina *vbi ſuprà*, & Garzia *num.* 233. tamen non ſupplet defectum intentionis Principis, aut Litterarum ſubreptionem, vt dicit Rota *in vna clauſina coram Pirouano* 23. *Maij ann.* 1614. *n.* 8. *in fin.* apud Farin. *vbi ſuprà*. & hoc probant fundamenta primæ ſententiæ.

7 Aſſero ſecundò ſi Princeps, ſiue ſecularis, ſiue Summus Pontifex, alias eſt de facto ſtatuto, aut concordia certioratus, & informatus, quia illud reuidendum, aut examinandum tradidit, vel aliquibus ex Eminentiſſimis Cardinalibus, vel Reuerendiſſimorum Auditorũ de Rota aliiſve officialibus alicuius Congregationis, vel vtriuſque ſignaturæ, qui æquitate, honeſtate, & conuenientiæ ſtatuti, aut concordiæ ſanctitatem ſuam informarunt, & ipſe ſummus Pontifex confirmauit ſtatutum *ex certa ſcientia*, quamuis tenor rei confirmatæ non inſeratur in litteris expeditis, ſed ſolum dicat Pontifex ſe circa tale ſtatutum aut concordiam eſſe bene informatum, confirmareque ipſum *ex cer-*
8 *ta ſcientia*, talis † confirmatio eſt in forma ſpeciali, & ex reſeruatis ex concilio Trident. iuxta declarationes congregationis ſupra inductas, vnde & tollit defectum intentionis, & purgat vitium ſubreptionis, hæc aſſertio eſt de mente ſecundæ ſententiæ habetque efficaciſſima fundamenta: in primis eam docet Rota apud Farinacium, *in poſthum. p.* 1. *in vna Toletana. admiſſionis* 7. *Iunij* 1609. *coram Pamphilo*, qui hodie Eccleſiam gubernat vocatus Innocentius X.
deciſ. 192. *num.* 3. vbi ex eo Domini cen- 9
ſuerunt Breue quoddam Clementis VIII. non fuiſſe in forma communi expeditum, ſed in forma ſpeciali, & *ex certa ſcientia*, tollereque defectum intentionis, & purgare vitium ſubreptionis, quia inquiunt, *Breue emanauit re maturè diſcuſſa ex ſententia S. D. N. tunc Cardinalis Burghes, & Illuſtriſſim. Cardinalis Blancheti quibus hoc negotium videndum, & examinandum, ac ſibi referendum Clemens ipſe commiſerat, quo caſu dicitur conceſſum ex certa ſcientia. Abbas. cap.* 1. *&* 2. *num.* 6. *verſic. quædam confirmatio, & ibi Decius num.* 47. *de confirmatio. vtilit. maxime ſtante clauſula ex certa ſcientia poſita in ipſo Breui. Gloſſa. in cap. ſtatutum in primo, in verbo litterarum de reſcriptis in* 6. *& in clementina* 2. *gloſſa finali eodem tit. Abbas in cap. exactam in fin. de confirmatio. vtili. Decius in cap. Porrecta num.* 15. *verſic. quarto eodem titulo Romanus conſil.* 327. *num.* 7. *Reinaudus conſilio.* 31. *n.* 5. *lib.* 1. Hactenus ibi.

Deinde, probatur, quia vt dicunt vterque Molina *vbi ſuprà*, & eſt omnino certa ſententia omnium ferè Scriptorum,
ideo † in confirmatione ſpeciali requi- 10
ritur inſertus tenor rei confirmatæ, & quia alias cum ſit res pertinens ad factum ipſum præſumitur ignoraſſe, & non habuiſſe intentionem, & ſic eſt confirmatio ſubreptitia; atqui Pontifex in ſpecie noſtræ aſſertionis Princeps eſt certificatus de natura negotij & ſtatuti, & concordiæ confirmatæ, ergo manifeſtum eſt quod confirmatio iſta & tollit defectum intentionis, & purgat vitium ſubreptionis in vtroque foro *cap. Paſtoralis. § præterea de officio Delegati.* & tenent Oldradus *conſil.* 330. *num.* 6. Tuſcus *tom.* 1. *littera. C. concluſio.* 341. *num.* 1. Decianus *conſilio.* 18. *n.* 269. *lib.* 1. Cephal. *concil.* 419. *num.* 45. *lib.* 1. Sanchez *in ſum. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 144. vbi optimam ſubiungit rationem,
quia quoties ex narratis à Pontifice com- 11
prehenditur confirmationem factam eſſe *ex certa ſcientia*, tunc ſuppletur defectus intentionis, & purgatur vitium ſubreptionis; quia in hoc ſola voluntas Principis attenditur, à qua dependet intentio; & cum hac voluntate explicanda, & declaranda nulla ſit conſtituta certa forma, ſufficit quocunque modo certo colligatur *leg. certum. D. ſi certum petatur* Gloſſa. *ad cap. Paſtoralis. cit. verbo ex certa ſcientia* ibi Decius *numer.* 15.

Secundò probatur, quia † ſũmi Pontifices 12
multi confirmarunt *ex certa ſcientia* priuilegia Regularium ab anteceſſoribus conceſſa, & in Bulla confirmationis non ſunt

inſerta

inſerta talia priuilegia, quæ confirmant; ſed
ſolum ponunt aliqua verba, quibus decla-
rant ſuam intentionem, & quod ſunt benè
de illis informati, vnde talis confirmatio eſt
in forma ſpeciali, ad id, quod confirmatio
præfata reualidet priuilegia aliquando con-
ceſſa, & per non vſum euanida, & nullius
efficaciæ, vt tenent collectores priuilegio
13 Mendic. † apud Rodriguez *tom. 1. qu. 8. art.
2. in fine* Suarez *de leg. lib. 8. cap. 20. n. 9.* in-
terpretantes Bullam Iulij II. quæ incipit *in
Militantis Eccleſiæ agro*, quam refert Rodri-
guez *in ſuo Bullario pag. mihi.* 570. in qua
ſummus Pontifex declarauit quod confir-
matio priuilegiorum facta à Sixto IV. non
extenditur ad confirmanda ea priuilegia,
quæ ex non vſu non ſubſiſtebant, quam
14 Bullam illi interpretantur, quod proceſ-
ſit ex defectu relationis, & quod Bulla Sixti
IV. proceſſit *ex certa ſcientia, motu proprio*,
mera voluntate, & propotiori cautela, quæ
clauſulæ etiam inualidæ reualidant, & de
nouo concedunt priuilegia, & ſic etiam ſi ex
nouo vſu ſuas vires amiſerunt, ex tali con-
firmatione eas reaſſumunt.

Quæ Doctrina aliquibus non placet, di-
cunt enim quod cum illa confirmatio
15 fuerit generalis, neque proceſſit ſingulorum
examen, & cognitio, ad ea tantum refer-
tur, quæ ſunt in vſu, & viridi obſeruantia
per Doctrinam Antonij de Butrio, *ad cap.
dudum n. 15. de decimis*, quam ibi commen-
dat, quam amplectitur ſacra Rota *deciſ.* 11.
n. 3. p. 2. recentio. & alij plures quos ſequitur,
& citat Barboſa *clauſula.* 59. *num.* 55. vnde
in prædicta Bulla Sixtina non tollitur defe-
ctus intentionis neque purgatur vitium
16 ſubreptionis, quare † confirmatio reſpe-
ctu eorum priuilegiorum de quibus Ponti-
fex non habet notitiam magis reducitur ad
formam communem, quam ad ſpecialem,
& iuxta hanc doctrinam reſpondit Iulius
I. neque opponitur Sixto IV. qui loquitur
de priuilegiis validis, & hæc confirmat con-
firmatione ſpeciali, quamuis non exprimat,
17 ea realiter in Bulla, vnde † cum clauſula
ex certa ſcientia æquiualeat clauſulæ *de ple-
nitudine poteſtatis* vt multis citatis tenent
Moneta *de comm. vltima volunt. cap. 7. n. 96.*
Tuſcus *vbi ſupra concl.* 340. *à num.* 11. Ma-
tienzo *leg. 7. gloſſa. 9. num. 4. tit. 7. lib. 5. no-
uæ recop.* Auendaño *ad leg. 40. tauri gloſſa* 11.
num. 18. Vnde extenditur ad ea omnia con-
firmanda, quæ non præſumitur Princeps
ignoraſſe, Tuſcus *num.* 44. Sanchez *lib. 8. de
Matri. diſp. 4. num. 6.* Aldrete *part. 2. de regul.
exemptio. cap. 1. num. 11. citato*, manifeſtum
relinquitur non requiri quod in litteris te-
nor, aut ſubſtantialia rei confirmatæ in-
ſeratur, vt confirmatio tollit defectum in-
tentionis, & purget vitium ſubreptionis

ſed † ſufficit quod Princeps confirmans *ex* 18
certa ſcientia exprimat ſe eſſe certioratum,
aut informatum ſtatuti, quod confirmat,
& hoc & nihil aliud probant argumenta pri-
mæ ſententiæ.

SVBRESOLVT. II.

De reuocatione ſententiæ, quæ tranſit in rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1. *An Canonici non reſidere poſſint vltra tres menſes à Concilio aſſignatos.*
2. *An cum ſententia & res iudicata fundetur in immemoriali, iſta ſublata, vt aufert Concilium, ſententia ipſa non ſubſiſtat.*
3. *Quod decretum ſuſtuliſſet res iudicatas quæ nituntur priuilegiis ante Concilium obtentis.*
4. *An ſententia lata propter conſuetudinem immemorialem non ſit derogata per Concilium.*
5. *Aliud conſuetudo immemorialis, aliud Principis priuilegium.*
6. *An ſemper ſubſiſtat quamuis derogetur lex ad quam reſpicit ſemper ſententia.*
7. *Rotæ ſententia & n. 8. & 9.*
10. *An quando ſententia eſt antiqua & habet effectum ex obſeruantia ſubſecuta præſumatur iuſtificata.*
11. *An ſententia lata, & res iudicata nitens priuilegio, ablato priuilegio totaliter ruat.*
12. *An conſuetudo immemorialis non ſit mera gratia Principis.*
13. *Concilium ſuſtulit res iudicatas quæ nituntur priuilegiis.*

SEcundum dubium eſt, an Concilium re-
uocauerit ſententias, & res iudicatas an-
te Concilium latas, quod † Canonici non 1
reſidere poſſint vltra tres menſes à Concilio
aſſignatos? quia litigatum eſt ſuper reſi-
dentiam cum aliquibus, & iſti allegantes
conſuetudinem immemorialem ſententiam
in ſuum fauorem habuerunt; an inquam
huiuſmodi ſententiæ ſint etiam reuocatæ
à Concilio? Affirmat Garzia *num.* 210. quia
† cum ſententia, & res iudicata fundetur 2
in immemoriali iſta ſublata vt aufert Con-
cilium ſententia ipſa non ſubſiſtit & cor-
ruit, nihil iuuans ad non reſidendum,
quare ſententia illa ſolum imponit finem
liti, & ſublato fundamento nullum ius in-
ferret, quia quod non eſt, iuuare nequit,
& ſic in ſimili declarauit Sacra Congegat.
ſie (*ad cap. 10. ſeſſ. 24.*) quia *in fine huius
decreti eſt derogatio priuilegiorum. Dubium*

3 *eſt, an † hoc decretum ſubſtuliſſet etiam res*
iudicatas quæ nituntur priuilegijs ante Conci-
lium obtentis. Congregatio cenſuit affirmatiuè
ſcilicet abſtuliſſe, quia cum ſententia cum nita-
tur priuilegio non dat plus roboris priuilegio,
quam in ſe habeat, ſed ſolum imponit finem
liti, ita die 9. Aprilis 1587. in vna Salmant.
Sixtus V. audita relatione Congregationis re-
ſpondit atque, ita mandauit in ſimilibus reſpon-
deri. Hæc ibi.

Sed iuxta ea quæ dixi ſupra agens de
conſuetudine excuſante in primo notabili,
aliter dicendum eſt, de conſuetudine im-
4 memoriali, & dicendum, quod † ſententia
lata propter eam, non eſt derugata, per
Concilium, niſi vt declaratum per Sacram
Congregationem cuius declarationes, vt
ibidem dixi non ſunt receptæ in Hiſpania,
quantum ad hoc punctum, imo etiamſi re-
ceptæ eſſent, tamen Concilium nun dero-
gauit ſententiis latis fundatis in illis, quia
5 † aliud eſt conſuetudo immemorialis, aliud
priuilegium Principis, quare ſententia lata
ſuper priuilegio corruit ſublato priuilegio
in quo fundabatur, at conſuetudo eſt lex
quædam iuxta cuius æquitatem lata eſt
ſententia, & is in cuius fauorem lata eſt ac-
quiſiuit ius tributum ſibi à ſententia ſe-
6 cundum legem, vnde † ſententia ſemper
ſubſiſtit, quamuis derogetur lex ad quam
reſpicit ſemper ſententia, quare niſi cxpreſ-
sè derogetur ſententia nitens conſuetudini
non amittitur ius, quod ab illa dependct in
fieri non in *conſeruari*.

Vnde Rota coram Domino Blancheto *in*
vna Legion. iuriſdiction. 13. *Nouembr.* 1583.
7 † dicitur, *neque obſtat decretum Concily Tri-*
dent. cap. 20. *ſeſſ.* 24. *quia vt fuit reſolutum*
ab Illuſtriſſ. Cardin. Concilium non comprehen-
dit caſus per ſententiam determinatos, vt in
illa Lucenſi cuius copia data fuit, &c. quam
8 etiam confirmauit alia deciſio *in vna Iu-*
riſdict. Archidiac. de Bribieſca. 2. *Decemb.* 1585.
coram Seraphino. & in alia *in eadem cauſa die*
16. *Nouemb.* 1594. vbi idem dicit, quòd be-
ne ibi deciſum eſt, *iuxta tenorem ſententiæ*
de partibus an. 1512. quæ cum eſſet tranſacta
in rem iudicatam, non fuit à Concilio Trid.
ſeſſ. 24. *cap.* 20. ſublata, neque enim poteſt in
dubiũ refricari quin illa ſentẽtia intelligatur
9 de iuriſdictioue competente Archidiacono
priuatiuè ad Archiepiſcopum, primò quia
loquitur de iuriſdictione acquiſita cx poſ-
ſeſſione, vſu & conſuetudine ipſius & an-
tecceſſorum ſuorum per quam quidem con-
ſuetudinem & præſcriptionem acquiritur
iuriſdictio priuatiuè ad ſuperiorem, *ca. inre-*
fragabili §. *exceſſus de officio Ordinarij.* & in
alia in eadem 13. *Januar.* 1595. confirmatur
10 eadem deciſio; & dicitur quod † quando
ſententia eſt antiqua, & habet effectum ex
obſeruantia ſubſecuta præſumitur iuſtifica-
cata & optima eſt præſumptio quæ ex effe-
ctu ſubſecuto colligitur, *leg. ſed Iulian.* §. *pro-*
inde D. ad Macedon. leg. quædam ſunt D. de re-
bus dubiis. Decius *conſil.* 36. *colum.* 3. *in fi.*

Cæterum † ſententia lata eſt res iudicata 11
nitens priuilegio, ablato priuilegio totaliter
ruit, quia in fieri & conſeruari pendet à
priuilegio, quod eſt mera gratia Principis
vnde ſententia quæ ponit in poſſeſſione pri-
uilegij cum ſit iuſtificata ex vi priuilegij,
iſto ſublato de medio ſententia euaneſcit
vtpotè radicata in gratia Principis: at † con- 12
ſuetudo immemorialis non eſt mera gratia
Principis, ſed cum ſit præſcripta ratione il-
lius adquiritur ius ad rem conſuetudine ad
quiſitam, in quo iure radicatur ſententia
quæ tranſiit in rem iudicatam. Vnde cum
hoc ius non fundetur in mera gratia Princi-
pis; niſi expreſsè derogetur ſententia &
res iudicata ex vi conſuetudinis immemo-
rialis non intelligitur derogata, vnde data
opera Sacra Congregatio dicit † quod Con- 13
cilium ſubſtulit res iudicatas, quæ nituntur
priuilegiis, non dixit conſuetudinibus in
quo iure præſcripto ponit in poſſeſſione
ſententiæ quæ trãſiit in rem iudicatam, quæ
quando fundatur in priuilegio fundatur vt
in radice in gratia Principis, niſi priuilegium
ſit remuneratorium, & tranſierit in contra-
ctum, tunc enim non eſt mera gratia, vt di-
cunt DD.

SVBRESOLVT. III.

Vtrum Epiſcopus vel Capitulum poſſit condere ſtatutum hoc?

SVMMARIVM.

1. *An poſſit Epiſcopus, vel Capitulum condere ſtatutum, quòd Canonici lucrentur diſtributiones & fructus, etſi abſentes, cum licentia tamen vltra tres menſes Tridentinos.*
2. *An ſtatutum à principio vires exerat ad releuandos Canonicos à reſidentia.*
3. *Authoris mens.*
4. *An ſicut poteſt conſuetudo rationabilis introduci circa abſentiam pro paruo tempore ex cauſa iuſta, ita poſſit fieri ſtatutum quod iudicatur non eſſe contra Concilium.*
5. *An conſuetudo quod qui per quadraginta annos ſeruierunt Eccleſiæ poſſint lucrari fructus, omnéſque diſtributiones licita ſit, an etiam ſtatutum de eadem re, remiſſiuè.*

TErtium dubium eſt, an † poſſit Epiſco- 1
pus vel capitulum condere ſtatutum,
quod

quod Canonici lucrentur diſtributiones &
fructus etſi abſentes ſint, cum licentia ta-
men vltra tres menſes Tridentinos? com-
munis ſententia negat, quia inferior ne-
quit ſtatuere contra legem ſuperioris, vt
conſtat ex iuribus citatis *ſuprà* & ex do-
ctrina tradita cum D. Thom. 1.2. *quæſt.* 97.
art. ad 3. ita Garzia *cap* 2. *citat. num.* 404. *&*
197. *&* 214. Barboſa *allegatio.* 53. *num.* 116.
2 multis citatis, cum enim † ſtatutum à prin-
cipio vires exerat ad releuandos Canoni-
cos à reſidentia, & tribuat ius ad lucran-
dum in abſentia directè primo, & per ſe
opponitur legi ſuperioris, quod ſecus eſt de
conſuetudine, quæ paulatim introducitur,
& à ſua origine non ita directè opponitur,
atque ita conſuetudo poteſt de hoc intro-
duci non tamen poteſt condi ſtatutum, niſi
hoc confirmetur à Papa.

Sed conſequenter ad ea quæ in ſuperio-
3 ribus ſunt determinata exiſtimo, † quod
in illo tempore pro quò poteſt diſpenſare
Epiſcopus ex cauſa iuſta, vt quis lucretur
in abſentia vltra trimeſtre Tridentinum,
poteſt etiam fieri ſtatutum obſeruandum
de eodem, ratio eſt quia ſicut ſtatutum eſt
contra ius, ita diſpenſatio eſt contra ius, &
illius vulnus; ergo ſi Epiſcopus poteſt diſ-
penſare ita poteſt ſtatuere ex conſenſu ca-
4 pituli. Hinc eſt quod † ſicut poteſt intro-
duci conſuetudo rationabilis circa abſen-
tiam pro paruo tempore ex cauſa iuſta, ita
poteſt fieri ſtatutum, quod iudicatur non
eſſe contra Concilium eo ipſo quod ſit ex
cauſa iuſta, & ſic intelligi poteſt illud quod
dixit Gregor. XIII. ſtatuto Compoſtella-
no, & ſic non eſt clarum quod hoc ſtatu-
tum ex cauſa rationabili poteſt compre-
hendi illis verbis *cap. conſuetudinem de Cle-
ricis non reſidentibus in ſexto, iuxta cuiuſcun-
que Eccleſiæ ordinationem.* Tunc denique
5 quia vt *ſuprà* vidimus, quod † conſuetudo
quod qui per quadraginta annos ſeruie-
runt Eccleſiæ poſſint lucrari fructus, & di-
ſtributiones omnes etſi omnibus horis
non inſeruiant licita eſt, & etiam ſtatu-
tum de eadem re; vt docent Palao *vbi ſuprà*
§. 11. Cenedo *part.* 3. *collect.* 15. *in fine.*
Sanctarellus *variarum quæſt.* 8. *num.* 14. &
quæſt. 10. *num.* 26. Piaſecus *in praxi part.* 2.
cap. 3. *num.* 9. *verſic. de ſenio.* Stephanus Gra-
tia. *diſcept. forenſ. cap.* 208. *num.* 19. quos
citat, & ſequitur Barboſa *alleg.* 53. *num.* 117.
Moneta *de diſtributio.* 2. *p. quæſt.* 7. *num.* 21. *&*
q. 12. *n.* 61.

SVBRESOLVT. IV.

An fundator poſſit id ſtatuere?

SVMMARIVM.

1. *An fundator Eccleſiæ poſſit facere ſtatutum vt Canonici lucrentur fructus in abſentia vltra tres menſes Tridentinos.*
2. *Quam fundator Eccleſiæ non exigat conditionem.*
3. *An derogatio ſtatutorum non comprehendat ſtatuta facta in fundatione.*
4. *Quandonam deroget ſtatutum factum in fundatione.*
5. *Authoris mens adducitur, & n. 6.*

VLtimum dubium ſit, an † fundator 1
Eccleſiæ poſſit facere ſtatutũ vt Cano-
nici lucrentur fructus, & diſtributiones in
abſentia vltra tres menſes Tridentinos; ve-
ra reſolutio eſt quod ſic, in ipſa fundatio-
ne, eſt communis & certa ſententia (contra
Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 6. *ſub quæſt.* 3. maximè ſi
fundator non ſit Clericus, ſic deciſum eſt
à ſacra Congregatione referunt Moneta
quæſt. 13. *num.* 33. Garzia *num.* 244. & *part.* 7.
cap. 1. *num.* 118. Barboſa *alleg.* 60. *num.* 78. plu-
res referentes, neque enim † fundator exi- 2
git conditionem, quam ponit damnoſam
Eccleſiæ fundandæ, imo ponit vtilem to-
ti Eccleſiæ cui melius eſt habere benefi-
cium cum aliqua reſidentia quam illo ca-
rere.

Quæ doctrina intelligitur ſiue ſit Cleri-
cus fundator, quare † derogatio ſtatutorum 3
non comprehendit ſtatuta facta in funda-
tione; ita Abbas *cap. cum in cunctis.* §. *inferiora*
num. 11. *&* 12. *de electione* Francus *in cap.*
ei cui de præbendis in 6. Staphileus *de litteris*
gratiæ tit. de vi & effectu clauſularum. § *de*
clauſulis non obſtantiarum Azor. *p.* 2. *lib.* 6.
cap. 8. *quæſt.* 15.

Secus eſt ſi Pontifex dicat *non obſtantibus*
fundationibus &c. † derogat ſtatutum factum 4
in fundatione Clerici ordinati in ſacris,
non tamen factum in fundatione laici, de
quo vt intelligatur derogatum, debet fieri
expreſſa mentio. Ita Caputacin. *deciſ.* 122.
p. 1. dixi *in ipſa fundatione*; nam iam funda-
ta Eccleſia ex conſenſu Epiſcopi, & ad exe-
cutionem reducta, exiſtimo † non poſſe fun- 5
datorem etiam laicum eam alterare fa-
ciendo ſtatutum de non reſidentia, vltra
tres menſes, quia fundata Eccleſia iam
tranſiit ad iura Eccleſiaſtica, iuxta quæ
debet gubernari, neque eius alteratio ſub-
eſt fundatoris voluntati. Hîc poterat poni 6
alia cauſa excuſans tempus ſcilicet Epide-
miæ, de qua *infrà* agendum & aliquid egi
tom. 5. *de Martyrio.*

RESOLVT. VII.

Vtrùm Canonicus non aßiſtens choro, & non recitans officium diei, ſed aliud breuius, teneatur reſtituere fructus iuxta Bullam Pij V.

SVMMARIVM.

1. *An Canonicus non aſſiſtens Choro, non recitans officium diei, &c. teneatur fructus reſtituere, iuxta Bullam Pij V.*

HOc dubium grauiſſimum eſt & à paucis, vt par eſt diſcuſſum & illius ſenſus
1 eſt, † an Canonicus qui choro non aſſiſtit,
vel quia vtitur priuilegio trium menſium
Trident. vel quia eſt in ſeruitio Epiſcopi,
vel ex ipſius mandato vadit ad limina viſitanda, vel eſt iuſte in ſeruitio Eccleſiæ ſuæ occupatus, vel iniuſte vel iuſte detentus ne aſſiſtat in choro, & in ſua Eccleſia reſideat; ob ordinem ſtatutum recitandi diuinum Officium, ita vt dicat Officium de Sancto Martyre pro Sabbatina feria, vel pro Dominicæ Officio, recitet Officium Reſurrectionis; an inquam, iſte mortaliter peccet, & teneatur ad reſtitutionem fructuum qui correſpondent recitationi Officij, iuxta Bullam Pij V. editam?

§. I.

Adducitur ſententia affirmans.

SVMMARIVM.

1. *Officium pro officio mutare ex ſe eſſe peccatum mortale qui ſentiant.*
2. *Multorum Authorum opiniones adducuntur, & n.4.*
3. *An non vno die excuſet à mortali mutationem Officij pro Officio.*
5. *Præcepto Pij V. tenentur omnes obligati ex aliquo titulo ad recitandum diuinum Officium.*
6. *Bullæ verba afferuntur.*
7. *An materia præcepti grauis ſit, & n.8.*
9. *Onufrij ſenſus.*
10. *An peccatum mortale ſit ſcindere Eccleſiæ vnitatem in quacumque re graui ad diuinum cultum attinente.*
11. *Vnus ordo orandi & pſallendi per omnem Hiſpaniam & Galleciam conſeruatur.*
12. *Ad quid Pontifex poſſit ſub mortali obligare.*
13. *An qui ad libitum mutat Officium pro Officio, contemnat ipſius ordinem.*
14. *An Pontifex ex primaria intentione ſolum voluerit varietatem in ſubſtantia in recitando Officio Diuino ad vnitatem reducere.*
15. *An ſi quis Officium Diuinum non attentè neque deuotè recitaret, mortaliter peccaret.*
16. *Raphaëlis de la Torre & Suarez ſententia, & n.17.*

MVlti & graues Doctores ſentiunt
† mutare officium pro officio ex ſe 1
eſſe peccatum mortale contra Pij V. præceptum, quod impoſuit in Bulla, quæ eſt in Breuiario Romano ab ipſo correpto, & emendato, quamuis ob materiæ paruitatem duabus vel tribus vicibus excuſetur quis à mortali, ita tenent Trullenc. *ad præcepta Decalogi. lib.1.cap.7.dub.14.num.12.& 13.* Sanch. *p.2.conſil.lib.7. cap.2.dub.25. num.2.* Suarez *tom.2.de Relig. lib.4.de oratio. cap.11. num.6.& cap.23.n.12.& 14.*dicens, *oppoſitam*
ſententiam eſſe improbabilem. Caſtro Palao 2
tom.2.tract.7. diſp.2.punct.2.num.18. Bonacina *de horis Canon. quæſt.3. punct.1. num.18.* Garzia *de beneficiis part. 3. cap. 1. num.150.* Bellarm. *tom.3. lib.1.controuerſ.9.cap.18.* Reginaldus *in praxi lib.18. num.177.* Fillucius *tract. 23.num. 186.* Fr. Hieronymus Onufrius *in quæſt. de hac re* quam typis mandauit. Gauantus *ad finem Theſauri Sacrorum Rituum.* Gauantus ipſe *in commentar. Rubr. Breuiarij ſect.1.cap.5.tit.2.num.7.* Squillantes *tract. de obligatione Clerico. cap.1. à num. 50.* Manuel Rodriguez *in Summ. tom.1. cap.152.* Aragon *2.2.quæſt.83. artic.12. dub.5. principali concl.2.* Philiarcus *lib.1. cap.6. concl.4.* Nauarr *de orati.cap.21.num.23.*in meis Bartholomæus à Sancto Fauſto *de horis Canoni-*
cis, lib.2. quæſt.125. vbi † neque vno die ex- 3
cuſat à mortali mutationem officij pro officio, & quidem magis conſequenter ad ſuum principium, quàm cæteri alij Auctores, vt videbimus. Molpheſ. *in Sum. tr.5. c.2.nu.50.* Summa Corona. *1.part.c.1.n.20.* Nald. *verbo Diuinum Officium, n.16.* Angelus *verbo hora n.14.* etſi excipiat ordinatos ad titulum pa-
trimonij † Graffis *1.part. Deciſ. lib.2.cap.51.* 4
num.10. Fabius *de Sacram. ordinis in 4. diſtinct.22. diſp.1. num.146.* Mendoza *in examine Morali part.3. cap.13. §. 3. num.1.* Homobonus *in examine Eccleſiæ part.1. tract.4. cap.5. quæſt.42.* Philibertus Marchin. *de Sacramento Ord. tract.2. part.6. cap.12. difficult. 4. à num.3.* quibus adde Raphaëlem de la Torre *2.2. quæſt.83.art.12. controuerſ.8. num. 6.* Barboſa *in collect. ad cap. Presbyter de Celebr. Miſſæ.* Lezana *tom.1. cap.12. num.18.*& alij quos iſti citant, & non vacat videre, quia non eſt neceſſarium.

Probatur

Probatur primò ratione,cui(inquit Onophrius) non videtur poſſe ſatisfieri niſi fingantur commenta & tergiuerſationes)quia
5 † extat præceptum Pij V. quo tenentur omnes obligati ex aliquo titulo ad recitandum diuinum officium & materia præcepti grauis eſt; ergo illi extra cauſam, & ad libitum contrauenire peccatum eſt, mortale,quod extet præceptum verbis obligatoriis impoſitum, conſtat ex Bulla, ibi † *quoſcumque qui horas Canoicas ex more & ritu Romanæ Eccleſiæ iure, vel conſuetudine dicere,vel pſallere debent propoſitu pœnis per Canonicas ſanctiones conſtitutis, in eos, qui diui-*
6 *num officium quotidie non dixerint, ad dicendum, & pſallendum poſthac in perpetuum horas ipſas diurnas,& nocturnas ex huius Romani Breuiarij præcepto & ratione omnino teneri meminem, qui ex his quibus hoc dicendi pſallendique munus neceſſario impoſitum eſt,niſi hac ſola formula ſatiſfacere poſſe.* Vnde formam ad ſatisfaciendum penſo horarum imponit Pontifex, & ſic qui illam alterat cum non ſatisfaciat obligatione, procul dubio contra præceptum Pontificium operatur.

7 Quod verò † materia præcepti grauis ſit conſtat primò, ex verbis Bullæ,ibi dicit Papa *hanc orandi varietatem grauiſſimè ferens, Felicis Mem. Paulus Papa IV.* & in ea etiam occupati SS.Patres Concilij Tridentini,Clemens VIII. & Vrbanus VIII. quorum Reformatorum Officij diuini diligentia adhibita ſummo labore, & induſtria materiæ grauitatem manifeſtant, vt vnitas in recitando diuino officio, quantum fieri poſſet ab omnibus Eccleſiæ cultui dedicatis, perſeni obſeruaretur, & anſa ſchiſmatis in colendo Deo amputaretur.

8 Secundò † ex pœnis à iure impoſitis & à Pontifice confirmatis, quas videtur ponere, non ſolum contra recitantes quotidie, ſed etiam contra non recitantes iuxta formulam impoſitam in Breuiario, quam ſi non obſeruent non ſatisfaciunt obligationi dicendi officium, vt ait Pontifex; vnde ait
9 † Onufrius tenetur reſtituere fructus tanquam non recitans,iuxta extrauagan. Pij V. quam ad verbum refert Nauarr. *in ſumma cap.25.num.122.*

Probatur ſecundò,eadem ſententia,quia
10 † peccatum mortale eſt ſcindere Eccleſiæ vnitatem in quacunque re graui ad diuinum cultum attinente, & ab Eccleſia conſtituta & obſeruata; ergo ad libitum mutare officium pro officio, cum hæc mutatio ſcindat vnitatem ab Eccleſia in forma recitandi horas Canonicas, tum à Summo Pontifice Pio V. tũ à Concilio Toletano IV.c.2. celebratum ante mille annos ſub Gundemaro Rege Hiſpan. & Bonifacio Papa IV. *anno 610.* ibi † *vnus ordo orandi & pſallendi* 11
per omnem Hiſpaniam & Galleciam conſeruatur,vnus modus in miſſarum ſolemnitis, vnus in veſpertinis officiis, quia vna fide & vno regno continemur. Hæc Concilium.

Tertiò, quia † Pontifex poteſt ad hoc 12
obligare ſub mortali, de quo nullus poteſt dubitare,cum materia ſit honeſta, & conformis rectæ rationi; ergo de facto ita obligauit, vt conſtat ex verbis citatis.

Quartò,quia † qui ad libitum mutat of- 13
ficium pro officio ad vitandum laborem recitandi longius officium pro illo die aſſignatum ab Eccleſia,ipſius ordinem contemnit;qui contemptus, vtpotè de materia graui & ad cultum Dei attinente,mortalis eſt, & ſi non ſit expreſſus implicitus in ipſo facto ſufficit.

Quintò, quia licet † Pontifex ex prima- 14
ria intentione ſolum voluerit varietatem, in ſubſtantia in recitando officio diuino ad vnitatem reducere;tamen vt hoc intentum ad executionem reduceretur præſcripſit modum recitandi, tanquam medium neceſſarium ad illam varietatem excludendam, & vnitatem & conformitatem introducendam; quare ſicut, qui vteretur Breuiariis vetitis propter diuerſitatem ſubſtantialem à Romano, ita qui alteraret & mutaret modum ipſius Breuiarij Romani, dicendo officium pro officio, primò quia vtrumque æquè primo cadunt ſub præcepto Pij V.vnum,vt principaliter intentum, alterum, vt medium neceſſarium ad illius executionem.

Sextò, quia † ſi quis non attentè neque 15
deuotè recitaret officium diuinum, itavt voluntariè diuerteretur mortaliter peccaret,vt eſt indubitata ſententia *ex cap. dolentes de celebr. Miſſa.* & tamen ſolum contrauenirent modo recitandi ibi ſtatuto, *vt attentè pariter & deuotè* recitet;ergo qui mutat officium pro officio voluntariè, & ad libitum, etiamſi contrauenit modo peccat mortaliter.

Septimò † ex Raphaële de la Torre, & 16
Suarez,quia qui mutat officium Dominicæ, aut Sabbati in officium Reſurrectionis, aut Pentecoſtes, ſequitur defraudatio officij diuini in notabili quantitate, quam furatur, vt ſic loquar contra voluntatem Papæ & ſic mortaliter peccat.

Octauò ex eiſdem, quia ſi quis in die 17
natalis Domini recitaret officium S. Ioannis Baptiſtæ; & in hebdomada ſancta in qua tota Eccleſia attendit ad paſſionem Chriſti,diceret officium Reſurrectionis & alleluia, dubio procul finem cultus Eccleſiaſtici defraudat, & ſic mortaliter peccat.

§. II.

Proponitur ſententia negans.

SVMMARIVM.

1. *Officium pro officio mutare ad libitum & ſine cauſa non peccare niſi venialiter, qui teneant. & n.2.*
3. *Si mutatio fiat in fraudem, vt officium breuius dicatur, non eſt abſque graui peccato.*
4. *Quid Prælati poſſint facere cum ſubditis.*
5. *An qui ſcienter & dedita opera Eccleſiaſticum mutat officium ex toto aut ex parte ſatisfaciat Eccleſiæ. & n.6.*
7. *Soti & aliorum opiniones afferuntur, & n.8. necnon Caramuelis & n.9.*
10. *Præceptum recitandi horas Canonicas iuxta præſcriptam formam in Breuiario continet ſubſtantiam & modum, ex Raphaële de la Torre.*
11. *An tranſgreſſio ſolius modi verſetur circa materiam leuem.*
12. *Non eſt reus peccati mortalis commutans qualitatem horarum, ex Caiet.*

ALtera ſententia eſt ex diametro præcedenti oppoſita, quam tuentur non
1 ignobiles DD. quod † mutare officium, pro officio ad libitum, & ſine cauſa non peccare niſi venialiter. Ita Diana *p.2. tract.12. reſolut.3.* ibi *ſi quis ſine cauſa hanc mutationem faceret ex quadam acedia animi, vt facilius & breuius officium expediatur, puto ſolum pec-*
2 *care venialiter, etſi beneficium habet non teneri ad reſtitutionem fructuum.* Syluest. *verbo hora quæſt. 11. num.15.* ibi *melius dico ſecundum Zabar. poſt Lauden in Clementin. 1. de celebr. Miſſæ, quod dicere hoc officium, vel illud non eſt in præcepto cum diuerſi diuerſa dicant. de conſecratio. diſtinct. 1. cap. in die, imo dicit Archidiaco. illud præceptum non eſt determinatum circa modum, & infra, ſi vero fiat in fraudem, vt officium dicatur breuius ſecun-*
3 *dum Archidiaco. non eſt abſque graui peccato, non tamen intelligas, quod ſit mortale, quia determinatum officium non eſt in præcepto.* Hæc ille, idem tenet Tabiena *verbo hora n. 16. quæſt. 16.* dicens cum Archidiacono eſſe graue peccatum, ſed patitur eandem explicationem, quam dat Sylueſter, D. Antoninus *3.p. tit.13. cap.4 §. 2.* expreſsè dicit quod modum recitandi non reſpicit præceptum, idem expreſsè tenet Armilla *ver-*
4 *bo hora num. 13.* dicens quod † *Prælati poſſunt hoc facere cum ſubditis ſecundum Magiſtrum Vincentium in conſtitutione fratrum prædict. tit. 1. cap. 1.* pro quo etiam citat D. Antonium Zerol. *in praxi p. 1. verbo horæ Canonicæ, n 6.* vbi pro ſe citat Innocentium *in cap. deberent de celibrat. Miſſæ.* Leſſius *de iuſtitia & iure lib.2. cap.37. num.77.* vbi ponit optimum fundamentum. Azor. *part. 1. lib.10. quæſt.2.* vbi ſic loquitur eruditiſſimus vir, & in materia morali celeberrimus. *Fatentur omnes eum † qui ſcienter, ac dedita ope-* 5
ra Eccleſiaſticum mutat officium, ex toto aut ex parte Eccleſiæ ſatisfacere, & tantum veniale peccatum admittere, nam iuris eſt Canonici, vt ſeptem preces horariè recitentur, quod vero officium hoc aut illud perſoluatur 6
non attinet ad ſubſtantiam legis ſiue præcepti, ſed ad modum circunſtantiamque ac ſolemnem officij ceremoniam, ac ritum, ac proinde in mutando officium, aut præpoſtere recitando minimè legis ſubſtantia violatur. Hæc ille & verè quidem dicit omnes ita fateri, quia ex Antiquis, qui hoc punctum tetigere vno excepto Angelo, omnes ita confitetur. † So- 7
tus *de iuſtit. & iur. lib.10. quæſt.5. art.4. conc.1. §. ad vero* Fillucius *tom.2. tract.23. cap.7. q.3. num 227.* dicit eſſe probabile in praxi, ita vt qui hanc opinionem, excuſetur à mortali. 8
Valentia *2.2. diſp.6. quæſt.2. punct.10. §.3 quid ſit recitandum verſic. poſſet tamen.* Layman. *lib.4. tract.1. cap.5. num.4. aſſertio. 4.* Medina *in ſumma lib 1. cap.14 §.11.* Metina Complu ti. *C. de orat. quæſt.19. diffic. 10.* Manuel Rodriguez *in ſum. tom.2. cap.195. n.3.* citat Diana Binsfeldium *in Enchir. Theolog. p.4. c.9. concluſ. 7.* idem ſequuntur Sà emendatus, *verbo hora*, Vega *in ſum. 1. p. cap. 118. caſu 7.* probabilem reputat Vaſquez *opuſc. de Beneficiis, cap.4. §.1. art.2. dub.2. n.60.* Caramuel *diſp.109. in ſanctam Reg.* Seruatius Sair. Velez *in optica ſpeculo 59. inſtruct. 12.* Baſſæus *verbo hora Canonica, num.12.* Vnde dicit Caramuel *num. 1387.* quod † licet quiſquam 9
dedita opera quærat officium totius Breuiarij breuiſſimum, & ſemper illud recitet, peccat ſolum venialiter non mortaliter, quibus addo Raphaëlem de la Torre *vbi ſupr.* quatenus dicit & benè, quod † *præceptum* 10
recitandi horas Canonicas iuxta præſcriptam formam in Breuiario continet ſubſtantiam & modum, ſubſtantia eſt, vt recitentur ſeptem horæ integræ modus eſt, vt ſub tali forma, aſſerimus ergo vtrumque cadere ſub illo præcepto, ſed diuerſi modi ſubſtantia recitationis ſub peccato mortali, modus vero tantum ſub veniali, itaque ſi tranſgreſſio fiat tantum circa modum committitur dumtaxat peccatum veniale, ſi autem erga ſubſtantiam ſit mortale ex genere ſuo. Hoc ſuppoſito probatur, quia † tranſ- 11
greſſio ſolius modi verſatur circa materiam leuem, modus enim ille, ſi ſeruetur ſubſtantia recitationis, materia leuis eſt, ergo tantum eſt peccatum veniale quo fit, vt recitans de ſancto quando de feria recitandum eſſet tantum peccet venialiter. Hactenus ille, & benè.

Et pro coronide adduco D. Caietanum *in ſum verbo hora Canonica, num.5.* † *non eſt* 12
reus

reus peccati mortalis commutans qualitatem horarum, puta ſoluens iuxta Ritum Romanæ Eccleſiæ, qui deberet ſoluere iuxta Monachalem Ritum, grauiter tamen peccat qui abſque rationabili cauſa huiuſmodi mutationes ad libitum facit. Hæc Eminentiſſimus.

§. III.

Iudicium Auctoris?

SVMMARIVM.

1. *Sententia negans inefficaciter propugnat ſuum placitum, ex Bulla Pij V.*
2. *Pij V. Pontificis decretum, & num. 3. & ipſius intentum, & num. 4. & 5. & n. 15. & 16.*
6. *Omnia alia Breuiaria Romanæ Eccleſiæ inconformia derogauit Pius V. & num. 7. & 8.*
9. *Lex Pontificia & præceptum Pij V. primo & per ſe ſolum attendit ad derogationem & excluſionem varietatis & diuerſitatis Breuiariorum.*
10. *Formam in ſubſtantia & vnionem ſubſtantialem vnius dumtaxat Breuiarij Romani introducere volebat Pius V.*
11. *Nullus in recitandis horis Canonicis extra formulam Breuiarij diuagetur ad alias formulas aliarum Eccleſiarum.*
12. *Præceptum non eſt determinatum circa modum ſimpliciter, benè tamen ſecundum quid.*
13. *An ſi mutetur modus non faciat ſatis quis Officio Diuino.*
14. *Squillantis & Onuffrij ſenſus.*
17. *Intelligentia conſtitutionis circa Breuiarium vnde deducatur, & n. 18.*
19. *Multorum Authorum opiniones adducuntur.*

INter duos auctorum vtriuſque ſententiæ exercitus medium ſe conſtituere periculoſum eſt, ſed quia Auctores ſecundæ veteraniſſ. illis libentius adhæreo; per partes tamen meum ſenſum enucleabo. Exiſtimo 1 quod † ſententia negans inefficaciter propugnat ſuum placitum; ex Bulla Pij V. ita Leſſius, Valentia quibus addo Villalobos, quem agmini noſtro adiungo, *in ſumm. 1. part. tract. 24. difficult. 13. num. 2.* Raphaël de la Torre, cumque hoc ſit præcipuum contrariæ ſententiæ fundamentum iſto dirupto 2 & ipſa corruit. Igitur Pius V. ſanctiſſimæ memoriæ ſummus Pontifex volens auferre varietatem recitandi horas Canonicas in Eccleſia, cum ferè quælibet Diœceſis ſuum officium, & Breuiarium haberet; quæ prius animum Pauli IV. tetigerat, qui correctionem & reductionem, quantum fieri poſſit 3 ad vnitatem reduceret Concilio Trident. iſtud negotium commiſit, cuius Concilij decretum executioni mandari curauit Pius V.

Cuius Pontificis hoc fuiſſe intentum clarè conſtat ex verbis, ipſius Bullæ: ibi, † *quia* 4 *etiam in Prouincias paulatim irrepſerat praua illa conſuetudo, vt Epiſcopi in Eccleſiis quæ ab initio cum cæteris veteri Romano more horas Canonicas dicere, & pſallere conſueuiſſent priuatum ſibi quiſque Breuiarium conficerent, & illam communionem vni Deo, vna & eadem formula preces, & laudes adhibendi, diſſimillimo inter ſe ac pæne cuiuſque Epiſcopatus proprio officio diſcerperent. Hinc illa tum multis,* 5 *in locis diuini cultus perturbatio. Hinc ſumma in clero ignorantia cæremoniarum, & rituum Eccleſiaſticorum, vt innumerabiles Eccleſiarum Miniſtri in ſuo munere, non ſine magna Piorum offenſione verſarentur.* Hanc nimirum orandi varietatem, &c. Et poſtquam † omnia alia 6 Breuiaria Romanæ Eccleſiæ inconformia derogauit, & excluſit præter illa, quæ à ducentis annis in aliqua communitate erant in vſu. ſubdit ſtatuens. *Breuiarium ipſum nullo vnquam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel aliquod addendum, vel omnino detrahendum eſſe, ac quoſcumque qui horas Canonicas ex more, & ritu eiuſdem, iure vel conſuetudine dicere, vel pſallere debent, propoſitis pœnis per Canonicas Sanctiones conſtitutis in eos, qui Diuinum Officium quotidie non dixerint, ad dicendum & pſallendum poſthac in perpetuum horas ipſas diurnas & nocturnas, ex huius Romani Breuiarij præſcripto, & ratione* 7 *omnino teneri, neminemque ex his quibus hoc dicendi, pſallendique munus neceſſario impoſitum eſt, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe,* & infrà; *iubet omnes ſuperiores cuiuſcumque gradus & dignitatis exiſtunt ipſos expreſſè nominans, vt Breuiarium hoc in ſuis quiſque Ec-* 8 *cleſiis introducant, & tam ipſi quàm cæteri omnes Presbyteri & Clerici ſæculares & Regulares vtriuſque ſexus, neque non milites & exempti, quibus officium dicendi & pſallendi quomodocumque ſicut prædicitur iniunctum eſt, vt ex huius noſtri Breuiarij formula tam in choro, quam extra illum dicere, & pſallere procurent.*

Ex adductis verbis lucè clarius conſtat † legem Pontificiam, & præceptum Pij V. 9 primò & per ſe ſolum attendere ad derogationem & excluſionem varietatis, & diuerſitatis Breuiariorum, vt quilibet Epiſcopus priuatum ſibi Breuiarium conficeret, & illam communionem, vna, & eadem formula preces, & laudes vni Deo adhibendi, diſſimillimo inter ſe, ac pæne cuiuſque Epiſcopatus proprio officio diſcerperent, † quare 10 formam in ſubſtantia, & vnionem (ſi loqui licèt) ſubſtantialem vnius dumtaxat Breuiarij Romani introducere volebat, ſicut fuit

Digitized by Google

fuit conſtituta à Gelaſio I. & Greg. I. quæ antiquitate temporis ab antiqua inſtitutione deflexit, quam inſtitutionem & vnitatem iam ſciſſam voluit iterum inſtituere Pius V. tam pro publica quam pro priuata officij recitatione, & hic eſt finis per ſe in-
11 tentus in Bulla; ita quod † nullius in recitandis horis Canonicis, extra formulam huius Breuiarij diuagetur ad alias formulas aliarum Eccleſiarum; quod vero modum huius formulæ in recitando obſeruet, etſi valdè decens, pium, & religioſum ſit, illum obſeruare, ſitque peccatum veniale ab illo (ſine rationabili cauſa) vel vna vice diuertere eſt tamen à peccato mortali liberum, quia modus iſte non eſt per ſe intentus, ſed ſolum forma ſubſtantialis officij, quod per ſe recipit præceptum, vt omnes ferè Docto-
12 res antiqui dicunt; † præceptum non eſt determinatum circa modum ſimpliciter, benè tamen ſecundum quid, & ad melius, neque eſt verbum in tota Bulla quod indi-
13 cet contrarium, quod ſcilicèt † ſi mutetur modus non ſatisfaciat qui Officio diuino, ſed ſi mutetur forma & ſubſtantia ipſius officij Breuiarij Romani cuius varietatem grauiſſimè ferebat Pontifex; non verò quod aliquis particularis priuatè recitans variaret modum recitandi, de quo neque verbum facit, neque ad hos defectus priuatos attendebat, ſed ſolum ad tollendos publicos, & in varietate recitandi ſubſtantiali, etiam priuatos, tamen reſpectu modi in recitatione priuata, non attendebat Pontifex niſi vt dixi ſecundum quid.

Quod ſecus eſt reſpectu modi obſeruandi in formis Sacramentorum; quod noluerunt
14 aduertere † Squilantes, & Onufrius; modi enim in formis Sacramentorum expreſsè, ſigillatim, & ſimpliciter sũt præcepti obſeruari, & non ſolum ſubſtantialis & eſſentialia, quod habemus, vel ex lege, vel ex conſuetudine obligante ad mortale, vt tractant Doctores, in materia de Sacramentis, de quo videndi ſunt Suarez, *tom.3.in 3.p.diſp.6. ſect.2.* Valent. *diſp.3.q.1.p.1.* Dicaſtill. *diſp.1. dub.8.n.1013.& 117.* at ex nullo præcepto, aut conſuetudine obligante ad mortale habemus quod mutare officium pro officio intra eandem formam & vnitatem Breuiarij ſit mortale, ita Hieronymus Garzia, *in ſumma tract.2.difficult.5.dub.3.à num.14.* etſi lubricè.

15 Hoc autem ita eſſe † iuxta mentem Pij V. manifeſtiſſimè conſtat ex ſimili conſtitutione, quam edidit idem Pontifex pro Miſſali, in qua præcipit in virtute Sanctæ obedientiæ omnibus ſuperioribus cuiuſcumque dignitatis, etiam Cardinalitiæ, *vt cæteris omnibus rationibus & ritibus ex aliis Miſſalibus quantumuis vetuſtis, hactenus obſeruari conſuetis in poſterum penitus omiſſis, ac planè reiectis Miſſam iuxta Ritum, modum, ac normam quæ per Miſſale hoc à nobis nunc traditur, decantent, ac legant,* & infrà, *volumus autem & eadem authoritate decernimus vt poſt huius noſtræ conſtitutionis ac Miſſalis editionem, qui in Romana adſunt curia Presbyteri,* 16 *poſt menſem, qui vero intra montes poſt rei, & qui extra montes incolunt poſt ſex menſes, aut cum primum illis miſſale hoc venali propoſitum fuerit, iuxta illud Miſſam decantare, vel legere teneatur.* Hæc ſatis Pie Pius.

Ex qua conſtitutione circa Miſſale manifeſte deducitur intelligentia conſtitutionis 17 circa Breuiarium, vtraque enim, ſicut Breuiarium & Miſſale connexa eſt, vt ipſemet Pontifex dicit in proœmio Bullæ Miſſalis; quæ ſolum extenditur & comprehendit primò directe & ſimpliciter ſubſtantialia ipſius Miſſalis, vel modum intrinſecum ſubſtantiæ, non verò modum accidentalem, qui ſumitur ex tempore & deſignatione, ratione illius; ita quod ſi ſecundum tempus di- 18 cenda ſit Miſſa de Sanctoduplici, aut de feria non poſſit quis abſque tranſgreſſione mortali dicere votiuam de B. V. aut de Requiem, vel ex deuotione, vel vt breuius dicat; dummodo dicat iuxta Miſſale Romanum, & in hoc conſiſtit forma quam conſtituit Pius V. nec video diſcrimen aliquod quantum ad hoc, ita ſi quis dicat officium iuxta formam traditam in Breuiario, quamuis non ſit iuxta tempus de feria, aut de Sancto, &c. ſed ad libitum mutetur, ſicut ſi dicit Miſſam in Feſtis Apoſtolorum, B. V. & Chriſti Domini, ſi abſit ſcandalum non peccat quis mortaliter vt expreſſe tenent †Suar. *3.p.tom.3.diſp.83.ſect.3.concl.1.* Miran- 19 da *in manuali, tom.1.quæſt.41.art.21.concl.3.* Dicaſt. *tract.5.tractu 5.de Sacrific.Miſſæ, diſp. 4.dub.14.* Regin. *lib.26.n.208.* Henriq. *lib.9.de Miſſa, c.23.n.5.& litt.H.*

§. IV.

Sententia negans aliis propugnaculis defenditur & tuetur?

SVMMARIVM.

1. *Vt lex obliget ſub mortali quid requiratur.*
2. *An legiſlatoris voluntas non ſit ita libera, quod poſſit ſub mortali obligare, ſi materia leuis eſt.*
3. *Vnde materia grauitas ſumatur, & numer.4.*
5. *Mutare officium pro officio dummodo ſeptem horæ Canonicæ recitentur ſecundum Breuiarium Romanum correctum iuſſu Pij V. an non ſit materia grauis.*
6. *An Breuiarium rectè diſponi nequibat niſi ordinem*

ordinem & modum recitandi quotidianum introduceret Papa.

7. *Quæ materia in ordine ad finem legiſlatoris non ſit per ſe primo intenta.*

8. *Quæ mutatio officiorum materialis & accidentaria dicatur.*

9. *An ſi Pontifex vellet, poſſet præcipere quod vnuſquiſque non mutaret ad libitum Officium Diuinum.*

10. *An modus recitandi non cadat ſub præcepto Eccleſiæ, & n.11.*

11. *Syluestri ſenſus adducitur.*

13. *An vt præceptum obliget, debeat eſſe indubitatum.*

14. *Non poteſt quis mutare officium frequenter ſine reatu peccati mortalis, ex Diana.*

15. *Suaris mens affertur, necnon multorum aliorum, & n.17. & 18.*

16. *An in præcepto ieiunij quadrageſimalis determinetur ab Eccleſia hora prandij.*

19. *Vſus ex iuſta cauſa & rationabili an poſſit horam anticipare, toties quoties talis cauſa occurrerit, & n.20.*

21. *Cur anticipare ſine cauſa horam prandij in die ieiunij non ſit peccatum mortale.*

22. *An hora prandij ſolum ſit quædam conditio extrinſeca eſſentiæ ieiunij, & n.23.*

24. *An dicantur non ieiunare qui in quadrageſima prandent, antequam veſpertinum celebretur Officium.*

25. *An non peccent mortaliter qui ſine cauſa anteuertunt prandium ante veſperas.*

26. *Hora eſt circumſtantia accidentalis, & cadit ſub præcepto accidentaliter & ſecundariò.*

27. *An mutans officium pro officio, non tamen mutans Breuiarium peccet mortaliter.*

VT tamen fundamentum à priori huius opinionis radicitus eruatur ſupponendum ex materia de legibus, quod ad hoc vt
1 † lex obliget ſub mortali, ita cum intentione obligandi in legiſlatore eſt neceſſaria grauitas materiæ, quod legiſlator ſine illa nequeat imponere obligationem ſub letali culpa, ita vt nulla verba quamuis grauiſſima præceptiua, ſub interminatione diuini iudicij, & pœnæ æternæ illam valeant explicare, ita Suar. *de legib. lib.3. c.26. n.1. & 6.* Salas *de legibus diſp.10. ſect.6. & 9.* Vaſq. *diſp.*
2 158. *n.44. & 45.* voluntas enim † legiſlatoris non eſt ita libera, quod poſſit ſub mortali obligare ſi materia leuis eſt, & non capax talis obligationis, quare lex impoſita etſi non poſſit vires exercere ad obligandum ſub mortali, exercet tamen ad obligationem ſub veniali, vt notant Suar. *cap.25. nu.6.* Bonac. *diſp.1. de legibus, quæſt.1. punct.7. §.4. n.13. in fine.*

3 Sed † vnde ſumatur grauitas materiæ venandum ſupereſt. Suar. *n.7.* Bonac. *num.21.* Sanch. *in ſumm. lib.3. c.9. n.34. & ſeqq.* Salas *ſect.9.* Vaſq. *diſp.158. à num.30.* Medina 1.2. *q.90. art.4.* Martin. *ibi dub.3.* & alij expoſitores D. Thom. exiſtimant quod grauitas materiæ, non eſt attendenda, & menſuranda ex natura rei præcisè, ſed ex circumſtantiis & hominum prudentum æſtimatione, & maximè finis, quem intendit legiſlator in ordine ad quem res præcepta maximè conducat grauitatem moralem accipi, propter
quam legis obligatio ſub mortali eſt, quam- 4
uis ex natura rei leuis ſit conſiderata præciſa vtilitate, in ordine ad finem legiſlatoris, qui eſt ſemper bonum publicum communitatis in ordine ad quod primo, & per ſe, ſumitur vtilitas, & grauitas materiæ præceptæ, per legem aut præceptum, hæc doctrina liquida eſt, & recepta ab omnibus, ex qua tale formo efficax argumentum.

Mutare † officium pro officio, dummodo 5
ſeptem horæ Canonicæ recitentur ſecundum Breuiarium Romanum correctum & emendatum iuſſu Pij V. non eſt materia grauis ſecundum ſe, ſed leuis, ergo obligatio illam reſpiciens, grauis non eſt, nec lex & præceptum Pontificium non adſtringit ſub mortali: conſequentia eſt nota ex doctrina tradita inſuper, quia ex intento Papæ, quod fuit excludere diuerſitatem Breuiariorum, quæ tunc erant in Eccleſia, & conſtituere vnum Breuiarium, extra quod nullus denuo diuagaretur, ſed intra illud concluſus vni Deo vna & eadem formula preces funderet, haberetque vnionem in hac formula precandi, cum aliis in Eccle-
ſia, quia tamen † Breuiarium hoc rectè diſ- 6
poni nequibat niſi ordinem, & modum recitandi quotidianum introduceret Papa, ita vt aſſignarentur diuerſi pſalmi, lectiones, reſponſoria, &c. pro feriali officio, & pro Sancto Martyre, Confeſſore, & aliis inter annum feſtiuitatibus, hic modus conſequenter & ſecundario cadit ſub lege quæ reſpectu illius non inducit in oratione priuata obligationem grauem ſub mortali, quia
† materia illius modi in ordine ad finem 7
legiſlatoris non eſt per ſe primo intenta, & ita non pertinet ad ſubſtantiam rei præceptæ; atque adeo, ſi quis non diuagans ad aliud Breuiarium, ſed intra diſpoſitionem Breuiarij Romani vnum officium pro alio mutaret non aufert per ſe vnitatem in recitando, quam per ſe intendit introducere Pontifex, ſicut neque aufert qui dicit prius horas veſpertinas, quam matutinas, quis enim dicit iſtum non ſatisfacere præcepto, vterque enim diſpoſitionem Romanam obſeruat, quamuis officium diei non reciter, ſed aliud in eodem Breuiario contentum, &
diſpoſitum, quare † mutatio illa materialis 8
eſt, & accidentaria, & quæ primario non cadit

cadit ſub lege Pontificia Pij V.reſpectu priuati hominis recitantis officium diuinum, ſicut de celebrante miſſam diximus,verum
9 eſt, quod ſi † Pontifex vellet, poſſet præcipere, quod vnuſquiſque non mutaret ad libitum officium diuinum,ſicut quis poteſt votum facere de eodem, & tunc tam lex, quam votum ſub mortali obligaret, quia materia illa in ordine ad cultum diuinum tunc à Pontifice,vt grauis reſpiceretur, & eſſet per ſe intenta à lege, ſicut eſt per ſe intenta à vouente; dixi reſpectu alicuius perſonæ priuatim recitantis in choro, alia eſt ratio,vt dicam in corollariis doctrinæ ad praxim.

Secundò probatur eadem ſententia ratione qua vtuntur D.Antonius,Armilla,Syluester, Archidiaconus, & alij qui ſcripſere
10 ante Trident. & Pium V.quia † modus recitandi non cadit ſub præcepto Eccleſiæ;ergo illum mutare peccatum mortale non eſt, conſequentia eſt clara, quia quolibet officio ſatisfit præcepto, quod per ſe ſolum reſpicit ſeptem horas Canonicas, ab Eccleſia à ſuis primordiis introductas, vt ſepties in die laudes Domino diceremus Regium
11 Pſaltem imitantes, quod autem laudes ſint de hoc vel illo die non attenditur per ſe,dũmodo ſint ex inſtitutis ab Eccleſia, nec Pius V.de hoc pronunciauit ſpeciale præceptum, ſed ſolum quod dicerentur per Romanum Breuiarium.

12 Tertiò,quia vt ait egregiè Syluester † *dicere hoc officium, vel illud non eſt in præcepto cum diuerſi diuerſa dicant*,ex quibus deſumitur efficax argumentum,quia eo ipſo,quod vtraque opinio ſit probabilis poteſt vnuſquiſque quam libuerit amplecti; ergo in ordine ad operationem & praxim non eſt tale præceptum, & ſic poteſt quis licitè ad libitum mutare officium pro officio, conſequentia eſt euidens, quia ſi reſpectu illius extaret præceptum non poſſet vti tali opi-
13 nione, quia † præceptum vt obliget debet eſſe indubitatum, quod exiſtat & ſuppoſita opinione probabili, quod non exiſtat, tale præceptum euanidum eſt,in ordine ad praxim,& directionem volentis, vti opinione probabili de non exiſtentia; ſicut eo ipſo quod eſt opinio probabilis an aliqua propoſitio ſit de fide, eo ipſo deſinet eſſe de fide quia ſi quis eam negaret non eſſet hæreticus.

Quartò vtor ratione Vegæ *vbi ſupra*, quam ponit Bartholomæus à S. Fauſto, vt probet neque vno die eſſe licitum mutare officium pro officio,& ſic proponit Diana,
14 *quia † non poteſt quis mutare officium frequenter ſine reatu peccati mortalis, nec erit licitum hoc facere vno, vel altero die (quod licere fatentur Authores ferè omnes oppoſitæ ſententiæ) nam pro quolibet die eſt præceptum diſtinctum & offficium cuiuſlibet diei onus illius eſt, ita quod in alium non tranſit,ſicut adeſt præceptum quodlibet die in quadrageſima ieiunandi, & tamen qui vno die ieiunare omittit,peccat mortaliter*, illud enim † quod addit Suarez *de* 15
leuitate materiæ, non benè cadit in propoſitum, nam licet mutans officium recitet æquiualens in quantitate non recitat, id quod debet, ſed aliud diuerſum officium & ſic nõ ſatisfacit,perinde ac ſi non recitaret, ſicut qui ex præcepto tenetur ieiunare, aut audire miſſam, vel quid aliud facere,non ſatisfacit ſi ad libitum id commutet in aliud æquale,aut etiam maius euidenter,quia non facit rem præceptam. Hæc ille, atqui ideo vna vel altera vice mutare, non eſt mortale,quia officium diei non cadit ſub præcepto, aut conſuetudine obligante ad mortale.

Quintò, quia,quamuis † in præcepto ie- 16
iunij quadrageſimalis determinetur ab Eccleſia hora prandij,quod ſit vſque ad veſperas, *cap.ſolent. de conſecrat. diſtinct.* 1. quod eſſe Concilij Cabilo. dicit Gratianus, vel Chalcedon.vt vult D.Thom.2.2.*quæſt.*147. *art.* 7. *in argumento, ſed contra*, vel Sylverij Papæ,vt citat Bruchard. *in ſuo decreto lib.*13. *cap.*12.ſed nullibi hodie reperitur, vt † te- 17
ſtatur Couarr.*lib.*4.*variar.cap.*20.*n.*14. ſed notant Correctores decreti ex iuſſu Gregor.XIII.habetur *in capitulis Theodulphi Aurelian. Epiſcopi cap.* 3. neque dubitare quis poteſt ex aliquo graui Concilio deſumptum vel Cabilonen.vt vult Gratianus *p.*4.*cap.*45. *Panormi. lib.* 5. *cap.*184. vel *Calcedonen. vt vult D.Thom* legatur Azor.*p.*1.*lib.*7.*c.*4.*q.* 1. & 2. cuius Canonis præceptum admiſſum fuit in Eccleſia,vt dixit † ſanctus Bernardus 18
ſerm. 3. *de quadrageſima*, & Michrologus *de obſeruat.Eccleſ.c.* 49. quam horam anteuertere etiam ſine cauſa non eſſe mortale,omnes ferè recentiores quos refert & ſequitur Paſqualigus *deciſ.* 146. tenent in praxi & ex antiquis plures Canoniſtæ,*ad cap.*1.*de obſeruat. ieiunio.*

Vſum † ex iuſta & rationabili cauſa poſ- 19
ſe horam anticipare, toties, quoties talis cauſa occurrerit, etiam eſt certa ſententia apud eundem *deciſ.*149. cauſa autem iuſta, quando ſuperuenit aliquid extraordinarium, aut etiam continuum pro toto tempore quadrageſimæ,vt legere in ſcholis,aut conuentu, iter facere, item, quando poſt prandium ſunt tractanda aliqua grauia negotia, cum Principe, aut Magnate, aut in 20
aliquo Tribunali, aut Congreg. & ſic Iudices,Procuratores, Aduocati Principum Secretarij & ſimiles.

Ratio autem cur † anticipare ſine cauſa 21
horam prandij in die ieiunij non ſit peccatum mortale,ſed veniale ea eſt, quia hora detra

detracta à iure non eſt de eſſentia ieiunij,
ſed ſolum circunſtantia accidentalis, vt ex-
preſsè tenent Dom. Caietan. 2. 2. *quaſt.* 147.
ar. 7. *§. ad hae breuiter.* Fillucius *tract.* 27. *p.* 2.
c. 4. *num.* 66. Angelus Boſſius *de triplici priui-
leg. Iub. ſect.* 4. *caſu* 18. *n.* 96. Diana *p.* 1. *tract.* 9.
reſol. 27. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 23. *diffic* 9. *n.* 2.
Tamb. *de iure Abb. tom.* 2. *diſp.* 12. *quaſito* 10.
Lezana *verbo ieiunium, n.* 5. Bonac. *diſp. vlt.
de praeceptis Eccleſia, quaſt.* 1. *punct.* 4. *n.* 3. & 4.
Leſſius *lib.* 4. *de iuſtit. c.* 2. *n.* 13. Rodrig. *in ſum.*
21 *tom.* 1. *cap.* 23. *n.* 3. Ludou. à Cruce *diſput.* 1. *in
Bullam cruci. cap.* 5. *dub.* 11. *n.* 13. Baſſeus *verbo
ieiunium* 1. *n.* 16. & alij innumeri; vnde † ho-
ra prandij ſolum eſt quædam conditio ex-
trinſeca eſſentiæ ieiunij, vt notant vterque
Sanchez, Ioannes *ſelect.* 53 *num.* 5. Thomas
lib. 4. *ſum. cap.* 11. *num.* 50. vnde ſine illa ſalua-
tur tota ſubſtantia præcepti ieiunij, quæ in
ſua eſſẽtia, quæ eſt vnica comeſtio, integra
23 ſaluatur, etſi hora prandendi determinata,
à iure notabiliter & ſine cauſa vrgenti ante-
ponatur & ad ſummum non ſit talis antici-
patio niſi veniale.

Ex qua doctrina, quæ ſatis plauſibilis &
probabilis in praxi eſt, manifeſtum deſumi-
tur argumentum pro noſtra, non obſtante
24 quod *in cap. ſolent † dicantur non ieiunare, qui
in quadrageſima prandent antequam veſper-
tinum celebretur officium*, multi & grauiſſimi
Auctores tam antiqui, quam moderni exi-
25 ſtimant † non peccare mortaliter qui ſine
cauſa anteuertunt prandium ante veſperas;
quia tota eſſentia ieiunij ſaluatur in vnica
comeſtione, & determinata illius hora eſt
ſolum circunſtantia accidentalis; vnde
Concilium non dicit, quod non ieiunent
qui horam anteuertunt, ſed quod non ſunt
credendi ieiunare, id eſt in foro externo;
in interno autem & quod attinet ad ſatis-
factionem præcepti verè ſatisfaciunt, quia
eſſentiam & ſubſtantiam ieiunij vnicam
duntaxat perficientes comeſtionem, ratio-
ne cuius ſe conformant vnitati Eccleſiæ, &
aliis fidelibus in ieiunando; nec vtilitatem
26 ſubſtantialem peruertunt, quia † hora eſt
circunſtantia accidentalis, & cadit ſub præ-
cepto accidentaliter & ſecundario; ergo ſi-
militer cum recitatio priuata de quotidia-
no officio diei ſit accidentalis ipſi officio
diuino ſecundum ſubſtantiam & eſſentiam
conſiderato, quæ ex lege Pontificia Pij V.
ſolum ſita eſt in ſeptem horis Canonicis
Breuiarij Romani, qui illas recitauerit, quã-
27 uis † mutet officiũ pro officio ſi tamen non
mutat Breuiarium, vtique nõ peccabit mor-
taliter, ſed ad ſummum venialiter; ſi tamen
ſubſiſtat cauſa quæ ſibi probabilis videatur,
vt nimia occupatio in ſtudiis & reſolutio-
nibus caſuum, conſultationibus, negotiorũ,
ex quibus reſultat quædam naturalis acc-
dia, neque venialiter peccabit, neque tam
ſine cauſa quam cum cauſa mutationem
faciat, alterat, aut peruertit in aliquo vnita-
tem, & vnionem, quam in recitando intro-
ducit Pontifex, ſed ad ſummum in aliquo
accidentali.

§. V.

Occurritur fundamentis oppoſita ſententia.

SVMMARIVM.

1. *Praceptum Pij V. an non reſpiciat modum dicendi officium per ſe, ſed ſecundariò.*
2. *Materia grauitas probatur.*
3. *In lege lata quis modus non reſpiciatur.*
4. *Licet ordo recitandi ſit medium neceſſarium ad quotidianam mutationem, tamen non eſt medium neceſſarium ad ſatisfaciendum pracepto de penſo ſeptem horarum.*
5. *Ad ſatisfaciendum pracepto Eccleſiaſtico quid requiratur.*
6. *An ſi ſecludatur ſcandalum qua mutatio officiorum ſit merè accidentalis.*

EX dictis conſtat quanta facultate &
claritudine diſſoluantur argumẽta op-
poſitæ ſententiæ, ad primum quod diffi-
cilè reputauit Onufrius reſpondetur, quod
† præceptum Pij V. non reſpicit modum 1
dicendi officium per ſe, ſed ſecundario;
vnde eius materia non reſpicit, vt grauis
cum ſit accidentale reſpectu materiæ præ-
ceptæ, quæ eſt vnitas Breuiarij Romani
in qua vult Pontifex omnes conuenire ſi-
cut vult, quod conueniant in vnitate Miſ-
ſalis, & Eccleſia etiam vult, quod omnes
ieiunantes conueniant in forma ieiunij,
vnde quod officium ſit de ſancto, aut de fe-
ria eſt ordo accidentalis, cuius obſeruantia
non obligat ſub mortali, ad ſecundum quod
† probatur grauitas materiæ reſpondetur, 2
quod ibi manifeſte loquitur Papa de di-
uerſitate ſubſtantiali Breuiariorum, quod
vult excludere; & introducere formam
ſubſtantialem vnius Breuiarij Romani, &
contra non obſeruantes hanc formam ſub-
ſtantialem Breuiarij Romani impoſitæ ſunt
pœnæ in iure reſtituendi fructus, vt § 6.
dicam: & ſic manet ſoluta ſecunda confir-
matio, circa grauitatem materiæ.

Ad ſecundum principale reſpondetur
benè probare de vnitate ſubſtantiali non
de accidentali, & de prima loquitur Con-
cilium Toletanum, vel loquitur de officio
publicè & ſolemni, vt dicam *loco citato.*
Ad tertium reſpondetur concedo antece-
dens, & nego conſequentiam, quia † in le- 3
ge lata non reſpicitur modus iſte, niſi vt
accidentalis, quatenus pertinet ad ordinem
Breuiarij Romani.

Ad quartum reſpondetur negando quod ibi ſit contemptus mortalis ordinariè loquendo, quando vero ſit, dicam §.6.

4 Ad quintum reſpondetur quod † etſi ordo recitandi ſit medium neceſſarium ad quotidianam recitationem, tamen non eſt medium neceſſarium ad ſatisfaciendum præcepto de penſo ſeptem horarum.

Ad ſextum reſpondetur negando quod
5 †ad ſatisfaciendum præcepto Eccleſiaſtico, ſit neceſſaria interior attentio, quia licèt voluntariè ſe diſtrahat ſatisfacit vt cum communi recentiorum dicam eſſe valdè probabile *reſolutio. ſequenti.*

Ad ſeptimum reſpondetur quod §.6. examinanda eſt doctrina illius ſapientiſſimi Magiſtri an ſit vera, cum illa defraudatio purè materialis ſit.

6 Ad octauum reſpondetur, quod ſi † ſecludatur ſcandalum mutatio illa in illis diebus feſtiuis eſt merè accidentalis reſpectu cultus diuini tributi à particulari perſonæ.

§. VI.

Variæ ſubreſolutiones vtiles ad praxim?

QVamuis doctrinam in ſuperioribus traditam probabiliorem & in praxi ſecuram reputem, aliqua ſunt ex fundamentis iactis pro vtraque ſententia deducenda corollaria, quæ meum placitum aut amplient aut reſtringant, neque enim habent ſunt omnino laxandæ, nec omnino reſtringendæ.

SVBRESOLVT. I.

Non peccat mortaliter qui vt breuius ſatisfaciat horarum penſo mutat officium?

SVMMARIVM.

1. *An ſi quis ex conſuetudine genita, vel ex indeuotione, & c. vt breuius penſo horarum ſatisfaciat mutat officium peccet mortaliter.*
2. *Quis tranſgreditur ex contemptu, quando voluntas eius renuit ſubiici ordinationi legis, vel regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel regulam, ex S. Thoma.*
3. *Ad peccare ex contemptu quid requiratur, ex Caiet.*
4. *An qui ex conſuetudine deliberata mutat officium pro officio in Romano Breuiario non peccet ex contemptu formali.*
5. *An poſſit quis per totam vitam recitare officium de reſurrectione pro libito ſuo ſine vrgenti cauſa illum excuſante.*
6. *Multorum DD. ſenſus afferuntur.*
7. *An ſi quis ſine rationabili cauſa proponat per duos menſes continuos recitare de reſurrectione propoſitum illud reſpiciat materiam grauem, & ſic ſit mortale, & n.8.*
9. *An quando conſuetudo eſt nimis diuturna & pluribus actibus confirmata de veniali fiat mortale.*
10. *Quandonam ex conſuetudine de veniali fiat mortale, & n.11.*

PRima ſit, ſi quis ex conſuetudine genita, vel indeuotione, vel naturali acedia, aliave paſſione, vel vt breuius ſatisfaciat obligationi penſi horarum Canonicarum; vel genita ex certa ſcientia & animi perfecta deliberatione; non ideo peccat mortaliter ex contemptu diſciplinæ Eccleſiaſticæ & ordinis inſtituti in cultu diuino recitandi, eſt communis ſententia in materia de legibus. Salas *diſput.* 10. *ſect.* 8. *à num.* 40. Bonacina *diſput.* 2. *de peccatis quaſt.* 3. *punct.* 5. *num.* 14. Vaſquez 1. 2. *diſputat.* 158. *cap.* 4. Azor. 1. *part. lib.* 4. *cap.* 9. *quaſt.* 11. D. Thom. 2. 2. *quaſt.* 186. *artic.* 7. *ad* 3. dicens quod *tunc* † *quis tranſgreditur ex contemptu, quando voluntas eius renuit ſubiici ordinationi legis, vel regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem aut regulam*, ad quæ verba ſic loquitur ſatis ad rem D. Caietan. † *ad peccare ex contemptu non ſufficit, etiamſi eſſet perpetua, & millies reſoluta & deliberata conſuetudo peccandi in tali commiſſione, ſed exigitur, quod peccans peccet ex tali cauſa, ſcilicet ex hoc quod non vult ſubiici legi, ſiue regulæ, & Prælato, nam Prælatus lex eſt animata.* Hæc ibi, atqui ita, ille, qui ex conſuetudine deliberata † mutat officium pro officio in Romano Breuiario non peccat ex contemptu formali, ſicut neque ille, qui ex conſuetudine mentitur iocoſe, aut otioſa verba profert, conſuetudo enim non dat nouam maliciæ ſpeciem actui commiſſo. 1 2 3 4

Neque ex hac doctrina ſequitur, quod † poſſit quis per totam vitam recitare officium de reſurrectione pro libito ſuo, ſine cauſa vrgenti illum excuſante, abſque mortali peccato, quod videtur durum valdè & habenas nimium laxare, probatur ſequentia, quia quælibet mutatio officij diei in officium reſurrectionis ſi diuiſim ſumatur, eſt materia leuis, reſpectu præcepti impoſiti vt probatum eſt. Ergo ſi ſic tota vita procedatur etiam erit lenis culpa. 5

Reſpondetur 1. ex doctrina Suar. † *lib.* 3. *de legib. c.* 28. *n.* 11. & *de cenſuris diſp.* 15. *ſect.* 2. *n.* 11. & de Relig. *to.* 2. *de horis lib.* 4. *c.* 23. *n.* 14. quam 6

quam deſumpſit ex Nauaro *de oratione cap. 19. num. 217.* quam ſequitur Bandelus *lib. 5. diſput. 24.* quod ſi quis habeat propo-
6 ſitum hoc, dubio procul mortaliter peccat, quia reſpectu finis intenti à legiſlatore, qui eſt diuinus cultus habet materiam moralem, grauem; ſcilicet notabilem læſionem in diſciplina Eccleſiaſtica, & diuino cultu à particularibus exhibendo in recitatione diaria diuini officij, quam alterare proponit per nimis longum tempus, ratione cuius mẽſuratur grauitas materiæ; vnde
7 † ſi quis ſine rationabili cauſa proponat per duos menſes continuos recitare de reſurrectione propoſitum illud reſpicit materiam grauem, & ſic eſt mortale, ſi vero quis ſine hoc propoſito, ſed vel ex acedia, vel vt breuius dicat iudicans melius eſſe dicere officium breue, quam nullum, vno die, & poſt alio, & ſic deinceps ex paſſione, aut conſuetudine ductus iudico, quod non peccet mortaliter ſicut, qui vno die poſt alium ſine propoſito comprehendente totam quadrageſimam, anteuertit ſine cauſa
8 horam prandij, quia vtraque circunſtantia, vt eſt diei alligata, eſt modus & conditio accidentalis, neque materia grauis reſpectu cultus diuini.

9 Reſpondetur ſecundò, quod quando † conſuetudo eſt nimis diuturna & pluribus actibus confirmata ex deliberatione genita in præſenti materia, in qua actus moraliter continuantur circa læſionem cultus diuini; quia videlicet in continuo tempore fiunt multis diebus vno poſt alium facit de veniali mortale, & hoc modo intelligo ego Richard. de Media Villa, *quodlib. 1. quæſtion. 9.* & Diuum Bernardum *de præ-*
10 *cepto & diſpen. cap 14.* dum dicunt † ex conſuetudine fieri de veniali mortale; quando licet materia actuum ſecundum ſe venialium continuatur, ex qua continuatione efficitur grauis, & ſic actus ille, qui attingit grauem materiam mortale eſt, vt contingit in vltimo furto rei paruæ, quæ continuatur ad paruas ante cedentes, & fit mortale, cum ergo quælibet officij diuini mutatio à me facta diſciplinam Eccleſiaſticam in cultu diuino lædat; & hæc læſio perſeueret, cum continuis diebus fiat per multum tempus moraliter continuatur & ſic poſt factam grauem læſionem muta-
11 tiones, quæ ſequuntur mortales ſunt, quod ſi quis multoties in anno officium mutet pro officio, dummodo non ſint continuæ per multum tempus mutationes, non peccabit mortaliter, vt ex dictis conſtat.

SVBRESOLVT. II.

Mortale eſt in choro publico officium mutare.

SVMMARIVM.

1. *An peccatum ſit mortale ex genere ſuo ſaltem ratione ſcandali, officium diuinum, vel ſemel ad libitum mutare in choro, in quo publicè recitatur.*
2. *Ab omnibus & ſingulis Clericis ſæcularibus in pſallendo idem modus & ordo in diuinis officiis & Canonicis horis obſeruetur, ex Conc.*
3. *Quæ determinatio ſit conformis vſui primitiuæ Eccleſiæ.*
4. *Quodnam principale fuerit intentum Pij V.*
5. *Ordinem horarum transmutare an mortaliter peccet, cui incumbit chori diſpoſitio.*
6. *An actio mutandi officium pro officio & transmutandi horas in choro cum ex ſua inſtitutione ſit ordinata & ad Deum laudandum, & excitandum populum ad deuotionem, non poſſit non ſcandalum generare, & n. 7. & 8.*
9. *An ſi ſuperior & Capitulares mortaliter peccent mutando officium pro officio, aut transmutando horas in choro, non teneantur fructus reſtituere.*

SEcundum corollarium eſt, peccatum eſſe mortale ex genere ſuo ſaltem ratione ſcandali Officium Diuinum, vel ſemel ad libitum mutare in choro in quo publicè recitatur, eſt indubitatum apud ferè omnes vtriuſque ſententiæ auctores, id probant authoritas Concilij Toletani *IV. cap. 14.* ſupra adducta, cui adiungo decretum Concilij Salz Burgenſi celebrati *anno 1386. tempore Vrbani VI. in Palatio Pilgrini Archiepiſcopi, cap. 1.* ibi, *quia accepimus Clerici diuerſi diuerſi modi in horis Canonicis & Officiis Diuinis diuerſum pſallendi tenent modum contra Canonica ſtatuta: volentes ergo huic modo remedium apponere, opportunum diſtrictè præcipimus, vt † ab omnibus, & ſingulis Clericis ſæcularibus in pſallendo, idem modus, & ordo in Diuinis Officiis & horis Canonicis obſeruetur, ita quod vnuſquiſque in hoc Cathedrali ſuæ Eccleſiæ ſiue fuerit Regularibus ſuæ ſæcularis rationabiliter conformetur.* Ecce vbi modum & ordinem præcipit Concilium in pſallendo publicè omnes tenere, & quamuis ſit Prouinciale, eſt tamen grauis authoritatis, eſt enim † ſatis conformis hæc determinatio vſui primitiuæ Eccleſiæ vt videre eſt apud Binnium *in nota ad Canon. 15. Conc. Laod. ſub Syluestro Papa*, & Bar. *ad ann. Chriſti 60.* & hoc † fuit intentum principale Pij V,

1 (margin, line "Ecundum corollarium"); 2 (margin, "pimus, vt"); 3 (margin, "ritatis, eſt enim"); 4 (margin, "60. & hoc")

quod ſcilicet eſſet pulchra vnitas & pulchritudo vna, vt omnes communitates in vnione officij diuini conuenirent à qua ſine grauiſſima cauſa diuertere eſt euertere publicam recitandi formulam & ordinem Eccleſiaſticum, vt egregiè Diuus Thomas, *quodlib.* 3. *articulo* 29. dicit, *abſurdum eſſe officium mutare*, quod ego intelligo in choro.

5 Similiter † & ordinem ipſum horarum tranſmutare Vaſquez *opuſculo citato*, *cap.* 4. *num.* 64. cum Soto, Angelo, Armilla, & Syluestro, tenet mortaliter peccare illum cui incumbit chori diſpoſitio; quod videtur ex conſuetudine introductum, quæ cum ſit in materia graui publica, obligat ad mortale, id etiam præcipitur, *in Clementin.* 1. *de celebrat. Miſſarum*, *& cap. Presbyter extra eodem*, vbi Barboſa *num.* 7. ibi *horis competentibus*, &c. *& cap. dolentes eodem*; & quidem hoc magni faciunt Prælati ti-

6 moratæ conſcientiæ, nam † actio mutandi officium pro officio & tranſmutandi horas in choro cum ex ſua inſtitutione ſit ordinata & ad Deum laudandum, & excitandum populum ad deuotionem, non poteſt non ſcandalum generare officium diei mutare & horas tranſponere canendo veſperas, prius quam primam, quare ſi eſt aliqua grauis cauſa excuſans ſatius erit horas ſuo

7 ordine & de officio diei ſupplere, aut curſim dicere, quàm mutare aut tranſmutare officium, & horas: iudico tamen minus ſcandaloſum ſi officium ſemel & iterum mutetur pro alio officio, quam quod in choro horæ tranſmutentur, indecens enim

8 valdè eſt, & indecorum, quod manè dicatur publicè in choro completorium & veſpere dicatur prima, neque huius tranſmutationis apparet ratio, quæ conueniens ſit:

9 exiſtimo tamen, quod † ſi ſuperior & Capitulares mortaliter peccent mutando officium pro officio, aut tranſmutando horas in choro; non tamen tenentur reſtituere, aut fructus aut diſtributiones quotidianas, quia ſatisfaciunt obligationi ſubſtantiali penſo horarum.

SVBRESOLVT. III.

Moniales extra chorum poſſunt liberius mutare officium.

SVMMARIVM.

1. *An Moniales licet ſub mortali teneantur recitare officium diuinum poſſint maiori cum libertate mutare extra chorum officium longius in breuius.*
2. *An obligentur Moniales ex conſuetudine, cui videtur ſatisfieri quocumque officio ex Breuiario Romano.*
3. *An Lectores, Confeſſores, Prædicatores poſſint mutare Officium in breuius.*
4. *Clementis VII. priuilegium.*

COrollarium tertium † Moniales quamuis ſub mortali tenentur recitare Officium Diuinum extra chorum, vt conſultus ab Eminentiſſimo Cardinali de Borja reſpondi & probaui, *tom.* 2. de congrua ſuſtentatione Eccleſiaſticorum omnium in ſpeciali digreſſione de hac materia, (ſecluſo priuilegio vt dixi, *tom.* 2. *Morali digreſſione de viuæ vocis oraculis*) poſſe maiore cum libertate mutare extra chorum officium longius in breuius, in illis enim eſt rationabilis cauſa, obligantur enim † ex conſuetudine cui videtur ſatisfieri quocumque officio ex Breuiario Romano; præcipuè cum ordinariè malè & cum ſumma difficultate latine legant & ſic habent rationabilem cauſam huius mutationis officiorum, ſimiliter lectores, Prædicatores, Confeſſores aſſiduis confeſſionibus, lectionibus Theologiæ vel Sacrorum canonum vacantes dum ſtudent ad ſuum munus bene exequendum, & ſcriptores Regulares, poſſe propria auctoritate mutare officium pro officio breuiori, ratio eſt quia omnibus iſtis conceſſum eſt priuilegium vt ſatisfaciant diuino officio dicentes ſeptem pſalmos aſſignandos à Priore cũ ſeptem Pater noſter, & bis Symbolum Apoſtolorum vt habetur in Comp. Diui Hieronymi in Hiſpania *verbo hora Canonica* & Clemens VII. conceſſit Patribus Teatinis ſancti Syluestri in vrbe, & referunt Diana, Portel, Manuel Rodriguez; quare ratio quæ mouit Pontificem ad tam magnum priuilegium concedendum ſufficiens eſt, vt quilibet iſtorum propria authoritate mutet, in breuius officium diuinum, ſi non vult vti priuilegio. 1 2 3 4

SVBRESOLVT. IV.

Clerico Romano non licet, vel vna vice mutare officium ſuum in officium alterius Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1. *An non ſit licitum ſine peccato mortali Clerico Romano recitanti officium Romanum, vel vno die recitare Officium Ordinis Prædicatorum, aut Carmelitarum, &c.*
2. *Multorum DD. opiniones adducuntur.*
3. *Pij V. mens.*
4. *An teneatur quis fructus Beneficij reſtituere, niſi aliàs iuuet dicere Officium Cardinali, aut Epiſcopo eiuſdem ordinis,*

ordinis, ſi dicat officium ſui ordinis, & num.5.

6. *An ſi Monachus Carthuſianus, vel Ciſtercienſis mutet officium ſuum extra chorum peccet mortaliter.*

7. *An in Choro nequeat officium Romanum dici, niſi adſit conſenſus maioris partis Capituli.*

8. *An Clerici ſæculares in ſacris & Beneficiati Archiepiſcopatus Mediol. in quo recitatur officium Ambroſianum exiſtentes in ſua diœceſi teneantur tale officium recitare, & num.9.*

10. *An non ſit mortale officium pro officio mutare, remiſſiuè.*

11. *Leſſij, Barboſæ & aliorum ſententia afferuntur.*

1 COrollarium quartum, non eſſe licitum
ſine peccato mortali Clerico Romano
qui recitat officium Romanum, vel vno die
recitare officium Ordinis Prædicatorum,
aut Carmelitarum, ita Filluceius *tract.* 23.
cap.7. quæſt. 1. Azor 1. *part. lib.*10. *cap.*11.
*quæſt.*1. Valentia 2.2. *diſput.*6. *quæſt.* 1. *part.*10.
Vaſquez *cap.*4. *citat. art.*2. §.2. *dub.*2. *n.*57.
Carolus Manci. *de horis cap.*29. *num.*31. Bartholomæus à S. Fauſto *quæſt.*112. *circa finem.*
& alij contra Dianam *part.*1. *tract.*12. *Reſo-*
2 *lutio.*10. † Ioannem de la Cruz, Nauarrum,
& Reginaldum, quos *ibi citat.* & Raphaëlem
de la Torre *controuerſ.*8. *cit. num.* 1: ſed prorſus neſcio quomodo hoc poſſit defendi cum
probabilitate poſt conſtitutionem Pij V. appoſitam in breuiario, in qua expreſsè habetur quod qui adſtrictus eſt ad recitandum
iuxta Breuiarium Romanum, ita tenetur vti
illo, quod ſi alio vtatur non ſatisfaciat, ita
3 enim habetur. † *Ad dicendum & pſallendum
poſthac in perpetuum horas ipſas diurnas &
nocturnas ex huius Breuiarij præſcripto & ratione omnino teneri neminémque ex his quibus
hoc dicendi & pſallendi munus neceſſario impoſitum eſt, niſi hac ſola forma ſatisfacere
poſſe.* Hæc ibi, quare ſicut qui non recitat
vno die non ſatisfacit & mortaliter peccat,
ita qui recitat officium Ordinis Prædicatorum, mutat enim ſubſtantiam officij Romani, & extra illam diuagatur.

4 Vnde exiſtimo quod † teneatur fructus
beneficij reſtituere, niſi alias iuuet dicere
officium Cardinali aut Epiſcopo eiuſdem
ordinis, ſi dicat officium ſui ordinis, ita Henriquez *in ſumma lib.*7. *de indulg. num.*4. Barho. à S. Fauſto *lib.*1. *quæſt.*121. qui male addit hoc verum eſſe, ſi qui recitat non poteſt
5 commode ſine ſocio recitare; nam ſi poteſt
non eſt verum ſed ego puto quod commodè ſine ſocio recitare; nam ſi poteſt non
eſt verum, ſed ego puto quod commodius,
decentius & magis conformè eſt recitare
cum ſocio, vt alternatim dicantur pſalmi
& reſpondeatur ad *Dominus vobiſcum*, quare qui habet priuilegium recitandi officium breuius alicuius Religionis, ſocius qui
illum iuuat ſatisfacit penſo horarum & facit fructus ſuos.

Si vero † Monachus Cartuſianus, vel 6
Ciſtercienſis mutet officium ſuum extra
chorum cum officio Breuiaris Romani aut
ordinis Prædicatorum, exiſtimo non peccare mortaliter cum Caieta. *in ſumma verbo hora num.* 2. Vaſquez *num.* 57. *citat.* quia hæc
conſuetudo ad ſummum obligat ad mortale in choro extra vero ſolum ad veniale, &
ſic etiam loquuntur auctores antiqui citati
pro noſtra ſententia §.2. Sylueſter, Armilla, Tabiena, Archidiaco. & alij, verum
eſt quod † in choro nequit officium etiam 7
Romanum dici niſi adſit conſenſus maioris partis Capituli, ita vt neque ſolus Epiſcopus, Abbas, aut Superior poſſit officium
à ducentis annis inueteratum mutare.

Vnde † Clerici ſeculares in ſacris, & Be- 8
neficiati Archiepiſcopatus Mediolanen. in
quo recitatur officium Ambroſianum exiſtentes in ſua Diœceſi tenentur tale officium recitare. Ita vterque Garzia Ioannes
lib. 3. *de beneſ. cap.* 1. vbi adducit *num.* 155.
declarationem Cardinalium in confirmationem huius ſententiæ. Hieronymus *in
ſumma tract.* 2. *difficult.* 4. *dada* 2. fallitur tamen dicẽs eſſe peccatum mortiferum, ſi aliter fiat, nam iuxta dicta § 2. & 3. ſolum eſt
ex genere ſuo veniale (niſi adſit præceptum aut lex ſuperioris ſicut teſte Bonaci- 9
na, *de horis canonicis diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 1.
*num.*5. eſt in Archiepiſcopatu Mediolanen,
impoſita à S Cardinali Borromæo) cum autem circa hos exemptos nihil innouarit
Pius V. in ſua conſtitutione ipſorum obligationem reliquit diſpoſitioni iuris communis, ſecundum quod, vt vidimus † non 10
eſt mortale mutare officium pro officio; &
cum nõ ſit excluſio ſatisfactionis penſo horarum, vt eſt in Bulla Pij V. circa recitationem in Breuiario Romano à ſe edito, ſed
ſolum ſit quædam ſimplex ordinatio, vt
conſtat in *Concilio Agathenſ. cap.*30. *& cap.
conuenit de conſecratio. diſtinct.* 5. *cap. de his;
& cap. placuit.* 12. *diſtinct.* vel ſi eſt præceptum eſt reſpectu recitationis in choro;
colligitur, quod mutare officium vnius
Diœceſis pro alio alterius non eſt mortale.
Ita † Leſſius *lib.* 4. *capit.* 37. *numero* 74. 11
Barboſa *ad cap. Presbiter num.* 10. *de celebratione Miſſaram* & multi alij, quare
priuilegium, quod datur *clement.* 2. *de
Celebratione Miſſarum*, eſt ad hoc vt
omnino ſine peccato etiam veniali poſſint domeſtici & commenſales Cardinalium Breuiarium Romanum horas

Canonicas in Diœceſi in qua eſt aliud officium. Declaratio Cardinalium quam affert Poſtillator *ad Conſilium*. 15. Nauatri de Celebratio Miſſatum Authentica non eſt,

SVBRESOLVT. V.

Quid de Clerico Milanenſi ſi Romam vadat, & è contra.

SVMMARIVM.

1. *An Clericus Canonicus Milanenſis ſi vadat Romam aut extra Diœceſim ſuam Mediolanenſem, & è contra, & quot modis hoc poſsit contingere, & num. 2.*
3. *An Clericus Romanus non poſſit vti Breuiario Ambroſiano, ſi paucis diebus quam viginti, aut triginta Mediolani exiſtat.*
4. *An Peregrini teneantur legibus locorum per quæ tranſeunt, & de quibus legibus intelligatur.*
5. *Auctoris iudicium.*
6. *An Religioſus & Regularis vbicunque ſit teneatur ſe conformare conſtitutionibus ſui ordinis.*
7. *An Peregrini poſſint vti legibus & priuilegiis conceſſis illis locis per quæ tranſeunt.*
8. *An Clericus Romanus per tres aut duos dies exiſtens aduena Mediolani poſsit vti Breuiario Ambroſiano, ita vt ſatisfaciat penſo diuini officij.*
9. *An Conſuetudo ſi ſummi Pontificis authoritate, vel praſcriptione ſit roborata, potius obſeruari debat quàm ius commune.*
10. *An ſi quis vadat Mediolanum ſolis illis tribus diebus qui antecedunt Dominicam primam quadrageſima, poſsit in illis veſci carnibus, & n. 11.*
12. *An quando quis acquirit quaſi domicilium in aliquo loco, an tunc efficiatur ſubditus legiſlatoris.*
13. *Quæ mora ſufficiat in loco vt quis ſit obligatus legibus illius loci.*
14. *Aug. ſententia affertur.*
15. *Quid ius naturale exigat.*
16. *Quandonam Peregrinus non teneatur ad leges & præcepta loci per quem tranſit, & n. 17.*
18. *An ſcholares qui ſtudij cauſa vadunt Mediolano Romam, vel Romã ad diœceſim Mediolanenſem ſi ſint Beneficiati, teneantur legibus & præceptis illius.*
19. *An Clericus & Canonicus Romanus aduena Mediolani non teneatur legibus Romanis.*
20. *Iuriſdictio adhæret territorio ſicut nebula in tota palude.*
21. *Conſuetudo & lex an non obligat extra territorium iuriſdictionis Principis ferentis legem, & approbant is conſuetudinem, & n. 22.*
23. *Qui tranſitorie eſt in aliquo oppido licet ibi non ſit in facto eſſe, ſed imperfecto, tamen verè ibi eſt.*

COrollarium quintum, quod † Clericus 1
Canonicus Milanenſis, ſi vadit Romam
aut extra Diœceſem ſuam Mediolanenſem, aut è contra Canonicus Romanus vadit Mediolanum dupliciter vel tripliciter hoc poteſt contingere. Primò, ſi extra ſuum Epiſcopatum domicilium conſtituat, & ſic probabilius eſt quod tenetur recitare officium ibi approbatum, quia eo ipſo quod domicilium conſtituat tenetur legibus, quibus alij clerici illius Diœceſis, & in hoc conueniunt fere omnes, Trullenc. *vbi ſupra dub.*
14. *n.* 3. Bonac. *q.* 3. *cit. p.* 1. *n.* 7. Palao *num.* 5. & 2
alij, Secundò, ſi non conſtituat extra Diœceſim domicilium, ſed vadat cum animo redeundi; & hoc dupliciter, vel alicuius negotij ergo, aut recreationis non requirentis tempus aliquod determinatum, aut ſtudij, vel alterius rei cauſa, quæ exigit detractum tempus, vel quia lector eſt publicus, vel concionator, vel ſtudens ſtudiorum curricula, in primo ſenſu auctores citati di-
cunt, quod † Clericus Romanus non poteſt 3
vti Breuiario Ambroſiano, ſi paucos dies viginti aut triginta Mediolani exiſtat. Primò, quia qui tranſitoriè exiſtat alicubi non dicitur rigoroſe ibi eſſe, *leg. quæſitum. §. finali D. de legatis.* 2. & ibi Scribentes. Se-
cundò, quia etſi † peregrini teneantur legi- 4
bus locorum per quæ tranſeunt, intelligitur de forenſibus, & vniuerſalibus inter quas non tenet recitatio officij. Tertiò, quia dicere officium Ambroſianum eſt priuilegiũ, quod non conceditur niſi Domiciliariis.
Ego vero exiſtimo, quod † clericus Roma- 5
nus, ſi vadat Mediolanum, poteſt vti Breuiario Ambroſiano, etiamſi ibi per duos dies exiſtat; ſi vero exiſtat per maiorem anni partem, vel ad quatuor vel quinque menſes teneatur ſe conformare ad recitandum officium iuxta Ritum Mediolanenſis Diœceſis,
niſi ſit † Religioſus & Regularis, qui vbicũ- 6
que ſit tenetur ſe conformare conſtitutionibus ſui ordinis, hanc reſolutionem colligo ex duplici doctrina communi, qua confirmatur duplex prior pars, prima eſt quod licet aduenæ & peregrini, quando vadunt ad aliquem locum per modum tranſitus non teneantur legibus, & ſtatutis illius loci, vt eſt communis ſententia apud Sanchez *lib.* 3. *de Matrim. diſp.* 18. *num.* 16. *& in ſumm. lib.* 1.
cap. 12. *num.* 24. tamen bene † poſſunt vti 7
legibus, & priuilegiis conceſſis illis locis per quæ tranſeunt iuxta illos verſus, quos adducit Gloſſa *capite illa.* 12. *diſtinctio,* quod

Digitized by Google

quod deſumitur ex Auguſt. qui hoc docet ex ſententia Ambroſij.

Dum fueris Romæ Romano viuito more.
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

Et gloſſa ciuilis, *ad legem,& qui originem, verbo,debent. D. de muneribus & honor.*

Terra, ad quam pergis cape mores quos ibi cernis.

8 Ex quo fit quod † Clericus Romanus per tres dies vel duos exiſtens Aduena Mediolani poteſt vti Breuiario Ambroſiano, ita vt ſatisfaciat penſo Diuini Officij, & non teneatur reſtituere fructus, cuius ratio me quidem iudice perſpicua eſt; quia licèt conſtitutio Pij V. conſtituat ius commune obligans omnes Clericos Romanos, tamen lex iſta non obligat Mediolanen. Diœceſim, quæ ante ducentos annos illo officio vtebatur,quare non eſt derogata in conſtitutione Pij, ſed manſit in ſuo vigore, ſicut antea; quare non eſt tam priuilegium quam lex antiqua illius Archiepiſcopatus;in quo non obligat lex Pij V. de officio Romano recitando ex præſcripta conſuetudine approbata ab ipſomet Pontifice (conſuetudo nam-
9 que † ſi ſummi Pontificis authoritate vel præſcriptione ſit roborata, potius obſeruari debet, quam ius commune, vt tenent Gutierr. *lib.1. Canon. c.33.n.3.* Barb. *l. diuortio, p.2. n.54. D. ſoluto matrim.* Garz. *de benef. p.1.c.1. n.99.* Mant. *de tacitu conuentio. tom.1. lib.3. tit.8.n.1.*) ergo ibi exiſtentes, ſiue vt Domiciliarij, ſiue vt aduenæ peregrini poſſunt illam obſeruare.

10 Hinc eſt, quod † ſi quis vadat Mediolanum ſolis illis tribus diebus qui antecedunt Dominicam primam quadrageſimæ, poteſt in illis veſci carnibus; quia ius commune, quod incipiat *à feria 4. cinerum*, ieiunium quoad ad illos tres dies non eſt receptum, ſimiliter ſi quis in Sabbato tranſeat per locum vbi manducatur caro ſuina ferè per to-
11 tum animal, poteſt illam manducare, etiamſi in loco ſuo proprio non manducetur, & quidem ego non video rationem cur ſi Mediolanenſis vadat Romam pro paucis diebus, poſſit vti Breuiario Romano, etſi Clericus Romanus vadit per ſimile tempus non poſſit vti Breuiario Ambroſiano, quod Mediolani eſt ſub præcepto ſicut Romanum Romæ.

Secunda doctrina, ex qua colligitur ſecunda pars reſolutionis, eſt, quod quando
12 † acquirit quis quaſi Domicilium in aliquo loco, tunc quis efficitur ſubditus legiſlatoris & contrahit obligationem ad obſeruandas leges, & conſuetudines præſcriptas in illo loco, vt autem acquiratur hoc quaſi Domicilium requiritur, quod, quis ibi habitet pro maiori anni parte, vel ſi habet animum manendi ad quatuor, vel quinque menſes, vel ad longum tempus indeterminatum, vel donec finiatur negotiũ, quod expediri non valet breui tempore, ita Sanch. *vbi ſuprà, in ſumm. n.41.& diſp.18.n.9.* Leſſius *lib 4 c.15. n.49.* Nauarr. *de iubilæo notab.31.n.43. verbo Incolæ.* Suar. *tom.1. de Religio, li.2 de ſacr. dierum obſerua c.14.n.6.& lib.3. de legib. cap.33.* Salas *diſp.14. ſect.4.* Bonac. *q.1. punct.6.* His adiungo eos D. D. qui exiſtimant † eam 13
moram ſufficere in loco vt quis ſit obligatus legibus, & conſuetudinibus illius quæ ſufficiat & ſit proportionata ad adimplendam legem. Ita Couarr. *lib.4. variar. c.20.n.8.* Salas *n.41.& 49.* Nauarr. *in Manuali, cap.13. n.110.* Henriq. *lib.7.c.13.n.8.* Baſil. *de matrim. lib.5.c.7.à n.6.* vbi egregiè diſcurrit & probat ſecutus Vaſq. *tom.3. in 3. p. diſp.184.n.28.* probatque, *ex c. illa.12. diſt.* vbi † Aug. agit de 14
ieiunio Sabbati, quod tunc Romæ ſeruabatur, non tamen Mediolani, & ſic conſulit Ambroſ. quid agendum, & dicit quod Mediolani non ieiunetur, vnde idem Sanctus Doctor relatus, *c. qui contra, diſt.8.* probat hoc quia turpis eſt omnis pars vniuerſo ſuo non congruens; atqui peregrini & aduenæ partes ſunt illius loci in quo ſunt; ergo non ſolum ratione ſcandali, ſed quia ſe debent toti conformari, † ius enim naturale exigit hoc, 15
quam doctrinam ego veriſſimam ſemper iudicaui & in vniuerſitate Complutenſi, dum publicè legerem materiam de matrim. latiſſimè probaui anno 1634.

Exiſtimo tamen, quod † ille qui per 16
vnum, aut duos dies ſemper cum actuali animo, vel reuertendi ad propria, vel ad alium locum tranſeundi, cum non ſit pars in facto eſſe, ſed quaſi in fieri non tenetur ad leges,& præcepta loci, vnde ſi quis per diem ieiunij, aut feſti tranſeat per locum ibique illo die maneat, neque tenetur ieiunare nec audire Miſſam, ſi ſecludatur ſcandalum, & etiam non tenetur recitare officium Ambroſianum Mediolani, nec Romanum Ro- 17
mæ, quod ſi per plures ibi exiſtat iuxta principia poſita tenetur legibus, conſuetudinibus, præceptis, ligatur cenſuris ibi latis euntra aliquid facientes, quam obligationem habent à prima hora qua ingrediuntur ciuitatem cum animo permanendi per plures dies, quia ex illo animo efficitur pars in facto eſſe illius ciuitatis. Vnde † ſcholares qui 18
ſtudij cauſa vadunt Romam è Mediolano, vel à Roma ad Diœceſim Mediolanen. ſi ſint Beneficiati, vel in Sacris tenentur legibus, conſuetudinibus, præceptis illius,& ſic recitare officium proprium illius, alias non ſatisfaciunt præcepto, an verò teneantur reſtituere fructus dicam *infrà.*

Et quidem, quod † Clericus, & Canoni- 19
cus Romanus aduena Mediolani non teneatur legibus Romanis quantum ad reci-

Dd 4 tationem

rationem officij Romani, mihi videtur manifeſtum in iure, *c.vt animarum,verſ.ſtatuto Epiſc.de conſt.in 6.* vbi reddit rationem cur exiſtens extra territorium non poſſit ligari ſentent.lata contra furantes,*quia impunè non paretur extra territor.ius dicenti*,ibi gloſſ.ver-
20 bo,*impunè*,†etenim *iuriſdict.adhæret territorio ſicut nebula in tota palude*, vt dicunt Gregor. Lop. *leg.1.gloſſa finali.tit.4.p.3.* Pariſius *conſ.23.n.21.vol.4.*& alij quos citat & ſequitur Barb. *in collect.ad præfatum c.n.*10. & ſic
21 Menchaca *controu.freq.c.3.n.19.*† conſuetudo & lex non obligat extra territorium iuriſdictionis Principis,ferentis legem, & approbantis conſuetudinem, cur ergo quantum ad officij diuini recitationem lex Pij V.non ſe extendat ad territorium Mediolanenſe Clericus Romanus in illo exiſtens non ligatur illa, ſed omnino ſolutus eſt, & poteſt ſtatim ac eſt in illo vti officio Ambroſiano; niſi forſan, quia in illius lectione & modo recitandi, non ſit verſatus velit vti
22 Romano quo ſemper eſt vſus, & videtur durum obligare, quod ille qui per paucos dies vadit Mediolanum teneatur, ad diſcere modum recitandi officium Ambroſianum.

Fundamenta oppoſitæ ſententiæ nullius ſunt roboris.

23 Ad primùm reſpondetur,†quod qui tranſitoriè eſt in aliquo oppido licèt non ſit ibi in facto eſſe, ſed imperfecto tamen verè iſtic eſt, quod ſufficit ad noſtrum intentum.

Ad ſecundùm reſpondetur, quod nullo iure probatur quod aſſumitur vt vidimus.

Ad tertiùm reſpondetur,quod dicere officium Ambroſianum eſt conſuetudo præſcripta præcepta obſeruari ibi & confirmata à Sede Apoſtolica, vnde iuxta dicta obligat.

SVBRESOLVT. VI.

Quot peccata committat Clericus ordinatus, & Beneficiarius non recitans?

SVMMARIVM.

1. *Quot peccata committat is quis tenetur recitare Officium Diuinum.*
2. *An omiſſio Sextæ, aut Nonæ, aut Tertiæ ſit peccatum mortale.*
3. *An materia grauis ſit vna ex horis Canonicis Breuiarij Romani.*
4. *Pius V. expreſsè imponit obligationem reſtituendi ei qui omiſit horarum ſingulas.*
5. *Caramuelis opinio adducitur.*
6. *Quæ omiſſio non ſit mortalis.*
7. *Hieronymi Garzia & aliorum opiniones afferuntur.*
8. *An obligatio recitandi Officium Diuinum oriatur ex præcepto Eccleſiaſtico.*
9. *Quando Clericus duplici mortali maculetur.*
10. *Beneficiarius non recitans officium non facit fructus ſuos, remiſſiuè.*
11. *An Beneficium detur propter officium.*
12. *An Clericus ordinatus ad titulum Patrimonij ſolum peccet mortaliter contra Religionem, & n.13.*

COrollarium ſextum † quot peccata 1
committat ille, qui tenetur recitare officium diuinum, & qui ordinatus in Sacris, & qui habet beneficium; ſed antequam, hoc reſoluam ex dictis, aduerto contra Caramuelem *diſp.118. in ſanctam Regul. n.1462.* vbi dicit quod recitatio quindecim ſalutationum Angelicarum non eſt materia cuius omiſſio ſit peccatum mortale, & ſi-
militer † omiſſio Sextæ, aut Nonæ, aut 2
Tertiæ non eſt peccatum mortale ac per conſequens Beneficiarius non tenetur reſtituere partem fructuum correſpondentium; ſed hæc ſententia in praxi admittenda non eſt; etenim in moralibus prudentium æſtimatio multo plus, quam Metaphyſica ratio eſt regula quantitatis materiæ ſufficientis ad mortale, quæ ſit grauis, vel non grauis, obligans ad mortale, vel veniale, atqui ferè omnes Claſſici qui hucuſque ſcripſere, di-
cunt † materiam grauem eſſe vnam ex ho- 3
ris Canonicis Breuiarij Romani, ita vt eius omiſſio ſit culpa lethalis, ita præter Valentiam, Toletum, Graffim, Azorium, Sylueſtrum,Tabienam,Seruarium, Leſſium, & Tuſcum, addo Dianam *p.6. tractu 6.reſol.6.* vbi 25. quinque Auctores grauiſſimos tam antiquos, quam modernos adducit, quibus ego addo Suar. *loco citato,ſuprà c.25.num.16.* Miroll.*tom.1.diſp.2.c.4.d.7.diffic.*3.Monetam *de diſtrib p.2.q.3.n.33.*Malder.2.2.*tractat.*10. *c.2.dub.3.Magnum candidum diſquiſ.25. art. 27.dub.3.Concl.7.* Molfeſ. *tract.5.c.5.n.7.*Filluc.*tract.5.c.5.n.7.*Layman *lib.4.tract.1.c.4. n.5.*Caceres *relect.7.de Caſuum reſeru.*Bonac. *diſp.1.q.5.punct.1.*Trull.*in decalogum lib.citato,dub.*17.Villalob.*tract.24.diffic.*11.Baueum *in floribus,verbo hora 5.n.2.* licèt referat opinionem Marchini, & non impugnet,Raph. de la Torre 2.2.*controu.9.de horis diſp.9.*& innumeri alij quos videre non vacat locus,ſed quod magis ita videtur declaraſsè Pius V. *in extrauag. Pius, edita anno* 1578. expreſsè
imponit † obligationem reſtituendi ei qui 4
omiſſit horarum ſingulas, atque ita dubio procul, peccatum eſt mortale, quamlibet omittere.

Quare exiſtimo,quod opinio Caramuel. quam ſequitur Marchin. *de Sacram.Ordinis, tract.2.p.6.diff.3.n.5.* & videtur approbare

Baſſeus

Baſſeus *vbi ſuprà* & Soto *lib.* 10. *de iuſtit. quæſt.*5.*art.*7.*verſic. ſubtegitur* dicit, *quod for-*
7 *te hoc ſit mortale*, † hæc inquam opinio ex audacia intellectus,etſi habeat aliquam probabilitatem ſpeculatiuam, tamen practicè omnino eſt improbabilis, quia non eſt probabile practicè,quod ſit obligatio ſub mortali reſtituẽdi ſextam partem fructuum pro. omiſſione ſingularum horarum, & quod
8 † non ſit mortalis talis omiſſio,partitio enim illa officij diuini in octo partes entitatiuas ad libitum ſumitur, & in materia morali non placitum, ſed prudentum reſponſum, & æſtimatio pro regula eſt habenda.

Hoc prælibato ne opinio iſta Caramuelis vires reſumat, accedens ad corollarium; aliqui exiſtimant vnum dumtaxat committere
9 peccatum. † Ita Hieronymus Garzia *tract.*1. *difficult.*5. *dub.*3.*num.*18. Barboſa *ad cap. Presbyter num.*13. *de celebratio. miſſ.* Diana *p.* 1. *tract.* 12. *Reſolutio* 5. Caſtro Palao *tom.*2. *diſp.*2.*punct.*5. *num.*3. & alij quos iſti
10 citant,ratio eorum eſt,quia † obligatio recitandi officium diuinum oritur ex præcepto Eccleſiaſtico quod ſolum conſtituit vnam bonitatem Religionis, cui opponitur omiſſio recitandi, ſiue obligatio oriatur ex conſuetudine Religioſorum ſiue ex ordine ſacro, ſiue ex beneficio.

Sed falluntur iſti auctores (ni ego fallor) quare affirmandum eſt quod † clericus in ſacris habens beneficium duplici mortali maculatur,vna contra Religionem, & altera contra iuſtitiam, ita Bonacina *vbi ſupra quæſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 4. pro qua citat Squillantem, & ſequitur Layma *vbi ſupra cap.*4. *num.* 5. Sanchez *lib.*9. *de matrim. diſput.* 15. *num.* 6. *in fine* Suatez *tom.*2. *de Religione lib.* 4. *cap.* 13. & me quidem iudice negari nequit poſt Bullam Pij V. *ſuprà* relatam; vbi dicit, quod † Beneficiarius non recitans officium non facit fructus ſuos, & teneatur ad reſtitutionem; vnde manifeſtum eſt, quod Beneficiarius non. recitans peccat contra iuſtitiam ex vi beneficij, quod datur ſub eo onere vt recitet, quare
11 tranſgreditur pactum initum, quum † Beneficium detur propter officium, quamuis enim iure naturæ non teneatur recitare ſeptem horas canonicas inſtitutas; ab Eccleſia, ſed aliquas alias orationes, tamen ſuppoſito, quod Eccleſia Beneficiariis orationes determinauit, quod eſſent ſeptem horæ canonicæ, has tenentur ex iuſtitia recitare, & eas omitens peccat contra iuſtitiam, ſicut quamuis ex lege humana aſſignetur pretium rerum venalium, tamen qui illud tranſgreditur peccat contra iuſtitiam, & tenetur reſtituere; vnde fit quod
12 † Clericus ordinatus ad titulum patrimonij ſolum peccat mortaliter contra Religionem & Beneficiarius vltra peccat contra iuſtitiam, ſi ordinatus in ſacris ſit; quod ſi non ſit ordinatus, ſit tamen Beneficiarius, peccat, & contra Religionem quia non dat 13
cultum Deo ſibi præceptum ex vi beneficij, & peccat contra iuſtitiam, quia Beneficium datur propter officium diuinum recitandum, vnde in iſto eſt vnum peccatum mortale cum circunſtantia, quæ mutat ſpeciem, in materia Religionis, ſicut adulterium eſt ſpecies luxuriæ cum circunſtantiâ in iuſtitiæ.

SVBRESOLVT. VII.

Quo idiomate teneatur quis recitare Diuinum Officium.

SVMMARIVM.

1. *An ſi quis recitet officium diuinum lingua Hebræa, aut Græca non peccet mortaliter, nec teneatur fructus reſtituere.*
2. *Bonacinæ & Palao ſenſus.*
3. *An de Lingua vulgari Gallica, Itala, Hiſpanica & ſimilibus ſit difficultas.*
4. *An Sacram Scripturam impreſſam lingua vulgari legere grauiſſimo præcepto eſt prohibitum.*
5. *Quandonam non ſatisfiat præcepto de Horarum recitatione.*
6. *An ſi quis memoria retinens officium diuinum lingua vulgari ipſum pronunciet non peccabit mortaliter, nec contra præceptum Inquiſitionis.*

COrollarium ſeptimum, quod † ſi quis 1
recitet officium diuinum lingua Hebræa,aut Græca non peccat mortaliter,nec tenetur reſtituere fructus conueniunt in hoc omnes,quia linguæ iſtæ ſunt Doctrinales, & in quibus ſcriptum eſt vtrúmque teſtamentum, ex quo compactum eſt Breuiarium Romanum maiori ex parte, quare, ſi quis bene caleat vtramque linguam in qualibet vel in vtraque recitando ſatisfacit horarum canonicarum penſo; legatur † Bona- 2
cina *vbi ſupra quæſt.*3.*p.*1. *num.*15. Palao *p.*2. *nu.* 14. dixi ſi bene præfatas linguas calleat, & legat, quia alias venialiter peccabit ex mala pronuntiatione cum poſſit lingua latina bene proferre.

De lingua † vulgari Itala, Hiſpanica, aut 3
Gallica, & ſimilibus eſt difficultas, & quidem vbi permittitur Biblia lingua vulgari vt in Gallia, & Flandria, ſi eſt Breuiarium, aut officium B. M. V. in eadem lingua ſatisfaciet quis abſque aliquo peccato etiam veniale, quia non videtur maior ratio vnius quam alterius ſi vero non ſit permiſſa Biblia lingua vulgari nec Breuiarium, aut officium

4 ficium Beatæ Virginis, vt in noſtra Hiſpania quæ conformatur Sacro Concilio Tridentino, dubio procul mortaliter peccauit, qui lingua vulgari recitauerit, per Breuiarium lingua vulgari impreſſum, quia † Sacram Scripturam impreſſam lingua vulgari legere grauiſſimo præcepto eſt prohibitum, obligans, ſi materia grauis ſit ad mortale.

5 Sed,† an ſatisfaciat præcepto de horarum recitatione, Suarez *tom. 2. de Religione de horis lib. 4. cap. 7. num. 8.* videtur inclinari, quod non ſatisfaciat, & eſt probabile, ſed probabilius eſt, quod ſatisfaciat præcepto, etſi ſit Beneficiarius non tenetur reſtituere; quia idioma non pertinet ad ſubſtantiam urationis publicæ ſi dicatur totum, quod Breuiarium diſponit, & ſic pertinet ad acci-

6 dentalem circumſtantiam, † ſi quis tamen memoria retinens officium diuinum lingua vulgari ipſum pronunciet, non peccauit mortaliter,neque contra præceptum Inquiſitionis, quæ ſolùm prohibet legere,aut imprimere Sacram Scripturam lingua vulgari, non vero ipſam pronuntiare, etiamſi ſit in magna quantitate.

SVBRESOLVT. VIII.

An poſſit quis vnica recitatione ſatisfacere duplici penſo hodierno, & craſtino?

SVMMARIVM.

1. *An nullus poſſit ſatisfacere duplici penſo recitationis officij vnica dumtaxat recitatione.*
2. *Caramuelis ſententia, & n. 3. 6. & 7.*
4. *An vnica recitatione Matutinarum & Laudum ſatisfiat duplici obligationi hodiernæ & ſequentis diei, & n. 5.*
8. *An obligatio officij diuini ſit alligata diei, & illi determinata.*
9. *An ſicut dies non penetrantur, ita non poſſint penetrari obligationes ſatisfaciendi debitis aſſignatis illis diebus.*
10. *An præceptum de recitando mane implicet quod penetretur cum præcepto de recitando hodie.*
11. *An pro ratione omiſſionis teneatur fructus reſtituere Beneficiarius.*

1 COrollarium octauum, quod † nullus poteſt ſatisfacere duplici penſo recitationis officij vnica dumtaxat recitatione, verbi gratia quis diſtulit recitare matutinum, & laudes hodiernas vſque ad veſperum, hoc eſt vſque ad quatuor horas poſt meridiem, & tunc recitat intendens ſatisfacere obligationi hodiernæ, & etiam obligationi diei ſequentis, cuntrarium huic corollario ſumma audacia tutatus eſt Caramuel *diſp. 114. in S. Regulam à n. 1421. vſque ad 1427.* † nullum pro ſe citans auctorem claſſicum, quod in re tanti momenti an caream temeritate iudicent Prudentiores, ipſe vero ſic probat. Primò, quia Petrus poteſt duobus præceptis non diſtinctis ſatisfacere vnica actione, vt ſi die Dominico concurrat feſtum S. Petri vnico ſacro audito ſatisfit duplici præcepto de audienda miſſa, & pro Dominica, & pro feſto S. Petri, & idem eſt in multis aliis caſibus.

Secundò, quia etſi ſit præceptum Eccle- 5
ſiæ, vt quotannis fiat vna peccatorum confeſſio, *cap. omnes de pænitenti. & remiſſ.* tamen vnica confeſſione ſatisfacit obligationi duplicis anni, ſi enim quis vno anno non confiteatur, manet obligatio confitendi etiam elapſo anno, ſi tamen confiteatur anno ſequenti vnica Confeſſione facta ſatisfacit obligationi anni præteriti, & præſentis, vt inquit, defenſum eſt publicè *Louanij 3. Iunij 1641.* ſub eximio Domino Guillelmo ab Angelis, ergo pari modo † vnica recitatione 4
Matutinarum, & Laudum ſatisfaciet duplici obligationi hodiernæ, & ſequentis diei, cumque. iuxta huius Auctoris ſententiam liberum ſit vnicuique, vt ſine mortali poſſit dicere ſemper breuiſſimum Breuiarij cum recitatione Matutin. & Laud. Reſurrectionis facta poſt ſolis occaſum ſatisfaciet duplici obligationi, neque ſi Beneficiatus, eſt tenebitur aliquid reſtituere hoc eſt fulmen, quod adoleſcens defenſor Caramuelis iniecit in Medicum, qui illi aduerſabatur opinioni.

Verum enim vero, id fulmen non eſt 5
quod montes ac maria percutiat, ſed *fulgur ex pelui*, & adoleſcens iſte propugnator frumenti trituram è puris paleis fecit operam ſterilem & infrugiferam ſumens, ſterilis quidem ſatis, & infrugifera eſt, vtpote contra omnes DD. & rectam Theologiam practicam, quæ mores inſtruit, & dirigit, etenim., etſi quando duo præcepta non diſtincta in eodem die concurrunt & penetrantur vnica actione compleantur, vt in exemplis adductis à Caramuele, quia præce- 6
ptum feſti Sancti Petri non eſt adſcriptum & determinatum pro eodem die, ſed in quocunque adueniat obligat, quod ſi concurrat cum præcepto de die Dominica pro eodem reputatur, quantum ad ſatisfactionem, & idem eſt de præcepto annuæ confeſſionis omiſſæ ad ſequentem annum, ſi enim vtriuſque anni peccata commiſſa ſubiiciat quis clauibus vtraque obligatio vtriuſ- 7
que anni penetratur, & ſatisfacit vtrique obligationi ſi fateatur omiſſionem confeſſionis, & hic eſt ſenſus germanus illius theſis propugnatæ Louanij.

Aſt † obligatio officij diuini eſt alligata 8
diei,

diei, & illi determinata, adeo quod non poſſim ego ſolutione anticipata officium diei ſequentis hodie perſoluere, vnde ſingulis diebus ſingula officia ſanctiſſima determinata ab Eccleſia in omni Breuiario ab initio ipſius inſtitutionis, vnde ex vi huius, penſo duplicis diei non poſſunt ſatisfacere,
9 † ſicut enim nec dies penetrantur, ita non poſſunt penetrari obligationes ſatisfaciendi debitis aſſignatis illis diebus. Quæuis enim anticipata ſolutione ex Eccleſiæ permiſſione, & indulgentia & iuxta Eccleſiaſticarum feſtiuitatum inceptionem à veſpera vſque ad veſperam, poſſit quis ad ſolis occaſum hodiernum dicere matutinum & laudes diei ſequentis, tamen ſi eius intentio ad ſatisfactionem diei ſequentis referatur, non ſatisfacit hodiernæ obligationi quæ alligata
10 eſt huic diei, vnde † præceptum de recitando mane implicat, quod penetretur cum præcepto de recitando hodie, nam illud incipit à media nocte, etſi vt dixi ex Eccleſiaſtica conſuetudine anticipata ſolutione illi fiat ſatis, vnde ſolutio obligationis hodiernæ omittitur, & penſum hodiernum inſolutum manet.

Totum hoc manifeſtius cernitur in Beneficiariis, qui ex iuſtitia tenentur quotidie officium dicere integrum ſecundum ſub-
11 ſtantiam, ita vt † pro ratione omiſſionis illius teneatur reſtituere fructus iuxta determinationem Pij V. at quando eſt duplex debitum ex iuſtitia non penetratur, & ſit ſatis vnica ſolutione, vt eſt perſpicuum, quare ſententia Caramuelis & ſui adoleſcentis, etſi perſpicacis ingenij practicè improbabilem iudico, ſunt enim ad illam comprobandam argumenta fictilia, vt conſtat ex dictis.

SVBRESOLVT. IX.

Neceſſum eſt, quod voce ſenſibili, quis diuinum dicat officium.

SVMMARIVM.

1. *An vt Beneficiarius aut Clericus in Sacris ſecularis teneatur dicere officium voce ſenſibili, vt ſatisfaciat præcepto.*
2. *Clemens primus poſuit in executione in Eccleſia vt publicè officium conſtaret ex ſeptem horis.*
3. *Cum Eccleſia militaris ſit corpus myſticum, viſibile, & ſenſibile, oratio eius quæ fit per miniſtros neceſſario eſt vocabilis & ſenſibilis.*
4. *An ex priuilegio quale habent regulares poſſit ſatisfieri penſo horarum ipſas mentaliter dicendo, & n. 5.*
6. *Etſi Beneficiarius mortaliter peccet contra legem Eccleſiæ an ſatisfaciat legis naturalis obligationi, quam habet ex vi beneficij.*
7. *Authoris mens, & n. 12.*
8. *Quæ ſenſibilitas pertineat ad ſubſtantiam præcepti.*
9. *Quanta debeat eſſe recitationis officij ſenſibilitas.*
10. *Hieronymi Garziæ ſententia, necnon Caramuelis, & n. 11.*
13. *An oratio miniſtri publici debeat eſſe vocalis.*
14. *Concilij Baſileenſis mens, & S. Thomæ, & n. 15.*
16. *Quæ vocis prolatio requiratur ad ſatisfaciendum præcepto de recitatione officij.*
17. *Caietanus & multi alij quid ſentiant.*
18. *An non quæcumque reſpiratio facta ſit vox actu ſignificans.*
19. *An obligatio recitationis officij ſolum reſpiciat lectionem horarum, non auditionem, ex Caramuele, & n. 20.*

COrollarium nonum, quod vt Benefi- 1
ciarius, aut Clericus in ſacris ſæcularis (ſecluſo priuilegio) tenetur dicere officium voce ſenſibili vt ſatisfaciat præcepto, eſt communis & indubitata ſententia cum D.Tho. 2.2. *quæſt.* 83. *artic.* 12. vbi expoſitores, & Canoniſtæ *ad cap. Presbyter, & cap. dolentes de Celebratio. Miſſarum*, vbi Barboſa cateruam colligit Theologorum Moralium, & Summiſtarum, *verbo horæ*. & † à Sancto 2
Clemente qui primus poſuit in executione in Eccleſia, vt publicè officium conſtaret ex ſeptem horis, vt videre eſt *lib.* 8. *conſt. c.* 25. *vſque ad Innocentium X.* qui hodie clauium tenet regimen omnium fidelium, ſic obſeruat traditio. Legantur Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de horis cap.* 26. Miranda *in Manuali quæſt.* 37. *art.* 1. & Azor 1. *p lib.* 10. *c.* 4. Palao *tom.* 2. *diſp.* 2. *punct.* 1. cum enim † Ec- 3
cleſia militans ſit caput myſticum viſibile, & ſenſibile, oratio eius quæ fit per miniſtros neceſſario eſt vocalis & ſenſibilis, vt oratio conueniat perſonæ oranti.

Dixi *ſecluſo priuilegio*, quia, vt dixi *tom.* 1. *Moral. tract.* 3. *Reſolut.* 9. *à num* 40. † ex pri- 4
uilegio quale habent Regulares poteſt ſatisfieri penſo horarum ipſas mentaliter dicendo, vnde ſi Regularis, (vel ſecularis ſi ſimile habeat priuilegium) mentaliter dicat officium non tenetur reſtituere fructus, ſi habeat Beneficium etiamſi Epiſcopatus ſit. Si tamen ſæcularis Beneficiarius non habeat priuilegium, & vt deuotius, & attentius priuatim recitet mentaliter ſine aliqua pronuntiatione ſenſibili, peccabit vtique mortaliter, quia non eſt vera deuotio, prout oportet, quoniam adeſt legis obligantis 5
tranſgreſſio, niſi quis ducatur ignorantia inuincibili

inuincibili putans non eſſe peccatum & ſatisfacere mentali recitatione.

6 Si tamen † etſi mortaliter peccet contra legem Eccleſiæ, an ſatisfaciat legis naturalis obligationi, quam habet ex vi beneficij? dubiæ quæſtionis eſt, quam apud nullum inueni diſcuſſam, imo nec tactam; alicui poſſet videri non teneri ad reſtitutionem, ſiquidem Deum orauit, & eas preces fudit quas Eccleſia præcipit, & ſi non eo modo quo præcipit, ſcilicet ſenſibiliter, vt enim Deus exaudiat non indiget voce ſen-
7 ſibili, ſed † exiſtimo teneri ad reſtitutionem niſi ignorantia excuſet, quia beneficium datur propter officium inſtitutum ab Eccleſia, quæ cum ſit viſibilis onus quod imponit ſenſibile eſt non mentale purum, & ita qui ſenſibiliter non recitat ex iure communi non ſatisfacit oneri, quod Eccleſia imponit, & ſic reſtituere tenetur,
8 ſenſibilitas enim † hæc ad ſubſtantiam pertinet præcepti, quamuis enim Deus, vt nos exaudiat voce ſenſibili non indigeat; tamen Eccleſia cum ſit ſenſibilis, vt in orationibus communicet, vocem ſenſibilem tam extra, quam intra chorum inſtituit, vt latius probaui, *tom. 5. in degreſſione de chori antiquitate, vtilitate, & fructibus.*

9 Sed † quanta debeat eſſe huius recitationis ſenſibilitas, quidam dicunt requiri, vt poſſit audiri vox à circunſtantibus, quidam ſufficere, quod audiatur à ipſo recitante, quidam aiunt ſat eſſe, quod labia moueantur taliter, quod poſſit dici quod non recitat mentaliter; ita Caramuel, *vbi ſupr. diſp.* 108. *art.* 2. *à n.* 1380. Bonac. *q.* 3. *punct.* 1. §. 1. *n.* 23. Trullenc *in decalog. lib.* 1. *cap* 7. *dub.* 11. *num.* 9. Hieron. Garcia *vbi ſupr. diffic.* 6. *du-*
10 *da* 2. *n.* 5. ibi † *ni tan poco es en rigor neceſſario que ſe oyga à ſi meſmo, baſta que mueba l à lengua y labios para la pronunciacion ſecreta, y que inque que reca vocal mente y diſtinta mente pero no baſta menos y a ſi explicandoſe. Diana part. 6. tract. 7. reſol. 10. que eſto es verdad reſpecto de los eſcrupuloſos, ſed non videtur pro omnibus admittenda, quia vox debet eſſe audibilis; ergo ſaltem ab ipſo orante lo qual ſe ha de entender no en rigor ſino para mayor abundancia que para eſcuſar baſta lo que hemos dicho.* Hactenus ille, & quidem quod non requiratur, quod ſit audibilis etiam ab ipſo recitante probat Caramuel, *quia vox nihil aliud eſt, quam reſpiratio facta*
11 *certo modo, per labia & linguam, & atqui non poſſunt labia, & lingua moueri quin frangatur reſpiratio, ergo neque moueri poterunt, quam ſit vox quomodocunque; ergo articulentur, eſt vox, ergo & pronunciatio audibilis, ac proinde precepto ſatisfaciens*; hæc ſunt Ca-
12 ramuelis verba an benè articulata alij iudicent, ego enim etſi hanc ſententiam probabilem reputem propter authoritatem eorum, qui ipſam tuentur ſequi quæ poſſit & conſiliari per media extrinſeca formato dictamine.

Cæterum ductus per media intrinſeca eam iudico falſam. Exiſtimo enim † vt ora- 13
tio ſit vocalis Miniſtri publici Eccleſiæ debeat ſaltim ab ipſo orante audiri diſtinctè, itavt vox diſtinctè reſonet rem ſignificatam, mittatque ſpeciem ſoni ſignificantis ad auditum alias non eſt vox actu, ſed ſolum habitu, & cum ſit actu oratio vocalis miniſtri publici actu debet vox ſignificari, neque ſufficit, quod in gutture & inter dentes formentur dictiones, vt ait † Concilium 14
Baſileenſ. *ſeſſ.* 21. quamuis enim qui inter dentes linguæ motione in gutture formet voces non dicat mentaliter officium, tamen non dicit vocaliter, vt Miniſter publicus Eccleſiæ, qui taliter debet vocaliter orare, vt oratione ſenſibili ædificetur Eccleſia, ſaltem in aliquo eius miniſtro, vt † cit. D. Th. 15
2. 2. *q.* 83. *art.* 3. ſi autem vox actu non mittit ſpeciem ſenſus auditus ad cognoſcendam rem ſignificatam nullus ædificatur, aut excitatur deuotio ex vi orationis vocalis.

Deinde, quia † ea vocis prolatio requiri- 16
tur ad ſatisfaciendum præcepto de recitatione officij, quæ requiritur ad incurrendas cenſuras latas contra verba blaſphemiæ, & contra hæreticos proferentes hæreſim externam, at ſi quis ita loquatur inter dentes labia, & linguam mouendo (qnod neque à ſe ipſo audiatur neque ex natura talis pronunciationis poſſit audiri) verba Blaſphemiæ aut hæreſim, non incurrit cenſuras latas ipſo iure, quia de eo quod non mittit ſenſibilem ſpeciem rei ſignificatæ, nullus poteſt iudicare, neque cadit ſub iuriſdictione Eccleſiæ, vt de facto tulit cenſuras
ergo, &c. Ita † D. Caiet. 1. 2. *quaſt.* 83. *art.* 12. 17
Barthol. à S. Fauſto *lib.* 2. *de horis quaſt.* 159. Valentia *diſp.* 6. *q.* 1. *punct.* 10. Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 5. Reginald. *lib.* 18. *num.* 174. & alij; intelligitur tamen ſententia ſeclußis impedimentis ſurditatis rumoris, &c.

Quare ruit fundamentum Caramuelis,
reſpondetur enim quod † non quæcumque 18
reſpiratio facta eſt vox actu ſignificans niſi ita ſit facta, quod mittat ſpeciem auditui ſignificatæ rei, quare idem ſignificat actu vox intra dentes formata, ac vox non ſignificatiua, quamuis iſta ex ſua inſtitutione nō ſignificet illa vero ex ſua inſtitutione poſſit ſignificare, ſi enim † obligatio recitationis 19
officij ſolum reſpicit lectionem horarum, non auditionem, vt vult Caramuel, *n.* 1380. ergo ſi quis habeat coram ſe Breuiarium, & legat verba in illo ſcripta, oculis lineas tráſcurrens ſatisfacit, vel iſte ſine pronunciatione

tione expreſſa verè legit & ſic ſatisfacit præcepto, quod ſolum dicit lectionem veram, aut verè legit & ſic non ſatisfacit verè, quod nullus dixit, dicere autem quod om-
10 nis vox eſt audibilis, verum dicit quantum ad ſonum cauſatum ex motu labiorum, & linguæ, non eſt tamen omnis audibilis quãtum ad ſignificationem actu imprimentem ſpeciem auditui, quod requiritur ad orationem vocalem Miniſtri publici.

SVBRESOLVT. X.

Quis ſi ex officio ſuo maiorem partem diei eſt occupatus; & teneatur ad recitandum officium?

SVMMARIVM.

1. *An qui ex officio ſibi iniuncto ſingulis diebus duodecim horis integris occupatur non tenetur legere officium diuinum, ex Caramuele & n.2.& 12.*
3. *Dies politicus quis dicatur.*
4. *Suarez ſententia adducitur, n.5. & 28.*
6. *An ſicut Pontifex nequit inducere horarum lectionem in damnum ſalutis priuatæ, ita neque in damnum ſalutis publicæ.*
7. *Pontifex in quibus caſibus noluerit præcipere officij Canonici lectionem, & n.8.*
9. *An præceptum de recitandis horis non ſtrictius obliget, quàm præceptum de ieiunio.*
10. *An quis non teneatur dimittere officium laborioſum, vt ieiunet.*
11. *Aliquorum DD. ſenſus adducuntur.*
13. *Vnde Eccleſiaſticus rigor in recitandis horis Canonicis diſſoluatur.*
14. *An ſi vna vel altera vice ob occupationem honeſtam etſi non neceſſariam poſſit omitti officij diuini recitatio.*
15. *An Confeſſarij poſſint excuſari ab officij diuini recitatione, & n.16.*
17. *An occupatio quæ excuſat à recitatione debeat eſſe repentina.*
18. *Caramuelis ſententia refellitur, & n.19.*
20. *An ſtudium ſit honeſta occupatio.*
21. *Quod ſtudium non ſit ſufficiens motiuum honeſtum de officij diuini recitatione.*
22. *Variorum Authorum ſententia afferuntur, & Authoris mens & n.23.*
24. *Quodnam principium ſit œconomicum non excuſatoriũ ab obligationibus legis diuinæ.*
25. *Quomodo abſque detrimento Reipub. aut proximi poſſit quis etiam ſoluere horarum Canonicarum penſum.*
26. *In quibus caſibus admittenda benigna Papæ intentio, & n.27.*
29. *An horæ Canonicæ intermittendæ dum adeſt viſitatio diuina & mentis exceſſus, & n.30.31.& 32.*
33. *Quæ phantaſia ſit contra praxim omnium fidelium.*
34. *Raſbrochrij ſenſus, & n.35.36.& 37.*
38. *Authoris iudicium, necnon Eſchuini & n.39.& n.40.*
41. *An intentio benigna ſummi Pontificis de facto non extendatur ad occaſionem repentinam.*
42. *An qui non poteſt recitare matutinum cum laudibus à reliquis horis canonicis excuſatus maneat.*
43. *An Beneficiarij teneantur reſtituere fructus quos non faciant ſuos iuxta ratam omiſſionis horarum ſuarum canonicarum.*
44. *An ſi quis potens recitare partem officij nõ recitat ex iuſtitia teneatur reſtituere.*
45. *Quod præceptum obliget ad omnes horas.*
46. *An qui non poteſt recitare totum pſalteriũ teneatur ex vi voti recitare quod poteſt.*
47. *An non recitans diuinum officium ſi Beneficiarius ſit pro rata omiſſionis teneatur reſtituere ratam fructuum.*
48. *In præcepto ieiunij, & recitandi horas quæ diſparitas intercedat.*
49. *An horarum Canonicarum penſum ſi eo modo quo diſponit Eccleſia, ſoluatur faciliſſimo negotio adimpleatur, & n.50.*

DEcimum corollarium ſit propter doctrinam quandam Caramuelis, qui raro non exoticè & peregrinè loquitur. Hic *diſp.*116.*n.* 1438. hanc ponit propoſitionem
† *qui ex officio ſibi iniuncto ſingulis diebus, duo-* 1
decim horis integris occupatur non tenetur legere officium diuinum; vnde cum Pater Franciſcus Suarez ſæpè dixerit R. P. Ludouico Bernardo (quem ego ſum Salmantica veneratus ob inſignem eruditionem) ſe ferè omnibus diebus ſtudere octodecim horis excuſabatur à lectione
horarũ. † addit Caramuel de eodem ſapiẽ- 2
tiſſimo viro. *Forte ſingulis diebus legebat officium de reſurrectione, quod viri occupatiſſimi laudabiliter faciunt.*

Probat Epiſcopus Miſcenſis ſuam propoſitionem ex quodam principio politico œconomico, *quia nunquam vidi ſeruos, aut mancipia (inquit) operari pluſquam horis duo-*
decim, vnde & † diem politicum non viginti 3
quatuor, ſed duodecim æquinoctialibus horis cõſtare aſſerui, illi enim, qui famulos vltra duodecim horas quotidie occupant Tyranni potius, quam Domini cenſendi ſunt; & poſtquam duodecim alias horas diſtribuit ad ſomnum, prandium, cœnam & honeſtam recreationem, amicorum conuictum, & litterarum cũ abſentibus ſcripturam, aut notam. Concludit: *igitur, qui tot miſeriis laboras rigidus & temerarius eris ſi diem politicum vltra duodecim horas extenderis, concedete tuo officio horis duodecim, duodecim aliis ſatisfaciens naturæ, fortunæ, & amicorum legitimæ neceſſitati.* Ex quo principio infert propoſitionem inductam.

4 Quam probat primò ex doctrina Suar.
tom.2.de relig.lib 4.de horis Canon.c.25.† vbi
ait doctiſſimus Pater, quod non tenetur re-
citare officium *ſi velit ſcholaris* publicam
actionem litterariam per integrum diem
habere,& recitare nõ poſſit,neque tenetur
actionem dimittere etiã ſine peccato,poſſit;
ergo ſi Petrus habet officium publicum in
cuius exercitium expendit duodecim ho-
ras diei poteſt omittere abſque peccato le-
ctionem horarum, & non tenetur dimitte-
re officium,aut dignitatem vnde concludit
5 ſi occupatio ſit publica(puta ſi Petrus ſit aut
Concilij Præſes,aut Regni gubernator, aut
pauperum Prouiſor, aut Magiſter ægroto-
rum)&c. non poteſt Petrus præponere pri-
uata publicis, neque cenſendus eſt iuſſiſſe
Pontifex,vt communibus particularia præ-
ponat,ſeruire debet Reip.& patriæ,quandò
& quantum poteſt, neque ei officium le-
gendum alicui debet eſſe impedimento.

6 Secundo probat hoc eſſe Pontificis intẽ-
tum,quia † ſicut Pontifex nequit inducere
horarum lectionem in damnum ſalutis pri-
uatæ,ſic neque in damnum ſalutis publicæ;
ergo ſicut Petrus non tenetur obedire Ec-
cleſiaſticæ legi cum ſalutis graui detrimen-
to,ita nec Reipublicæ.

7 Tertiò,quia † Pontifex noluit præcipere
officij Canonici lectionem in propoſitis ca-
ſibus,quod probo(ait)euidenter ſumma eſ-
ſet imprudentia velle,quod Suarius nõ ſcri-
beret doctiſſima illa volumina, quæ illuſtrãt
Eccleſiam militantẽ; imperitia eſſet malle,
quod Petrus horas legeret,quã audiret con-
feſſiones, rigor iniquus eſſet Paulum ita le-
ctione impedire, vt ægro grauiter periclitãti
8 opitulari non poſſet,tyrannis, titulo recita-
tionis præcipere Ioanni,ne faueat & ſeruiat
Reip.aſſiſtentia indigenti, atqui Eccleſiæ &
Pontifici eſt iniurius, qui ita ius Canonicũ
explicat,vt Legiſlatores ſint rigidi tyrãni,&
imprudentes;ergo dicendum eſt noluiſſe in
talibus caſibus ad horarum recitationẽ obli-
gare, nempe cum ex officio ſuo aliquis ha-
bet occupationes ita graues, vt non conſi-
ſtant cum horarum lectione.

9 Quartò,quia non † videtur ſtrictius obli-
gare præceptum de recitandis horis, quam
præceptũ de ieiunio,atqui quando labor eſt
nimius, & durat per duodecim horas non
obligat præceptũ ieiunij;ergo ſimiliter quã-
do labor in officio exercendo iuuãdi proxi-
mũ, vel Rempub. eſt nimius, & durat per
totidem horas non obligabit præceptum de
recitando quotidie officio,& ſicut quis quã-
10 uis alias habeat vnde viuere,† non tenetur
dimittere officiũ laborioſum,vt ieiunet, vt
latè probat Paſqualigus *in praxi ieiunij de-
ciſ.220.*ita neque dimittere officium incõ-
patibile cum recitatione horarũ,vt recitet,
neque tenetur petere diſpenſationem,& in
vtroque malè dixit † Suar.*vbi ſup.c.27.n.33.* 11
adducit Caramuel in huius placiti ſui verè
ad placitũ Anton.Perez *in c.50.Reg.S. Bene-
dicti n.1.*& Baſſ. *verbo hora 6 n.4.* ſed vterq;
addit moderationes,quæ probabilẽ reddunt
ſententiam,nam abſolutè prolatam, vt Ca-
ramuel in praxi improbabilem iudico.

Igitur aſſero propoſitionem illam Cara-
muelis,† *qui ex officio ſibi iniuncto ſingulis die-* 12
*bus duodecim horis integris occupatur non te-
netur dicere officiũ diuinum*, ſic abſolutè pro-
latam graui inuri cenſura digniſſimam iudi-
co;cũ deducatur ex principio, quod magnã
amplitudinem operandi contra leges Eccle-
ſiaſticas probet;&in re grauiſſima ad mo-
res pertinẽte nimis friuolo & frigidis ratio-
nibus niteati, exiſtimo enim in rebus mora-
libus pertinentibus ad diſciplinam Eccleſia-
ſticam valde pernicioſum, & ſine graui au-
ctore inducere principia practica ex quibus
relaxetur & habenæ dilatentur, & ſic † Ec- 13
cleſiaſticus rigor in recitandis horis Canoni-
cis frigeſcit & diſſoluitur. Aduocati enim,
Conſiliarij Regum,Præſides Conſiliorum,ſi
beneficiati & in ſacris ſint & multi alij ferè
toto anno excuſabuntur,ab officij diuini le-
ctione,cum nullus ferè iſtorũ ſit,qui duode-
decim horas diei non inſũmat in ſtudio re-
quiſito ad negotia & lites & expeditiones
cauſarum, hoc autem eſt contra piam Ca-
tholicorum obſeruantiam.

Secundò,quia etſi † vna vel altera vice ob 14
occupationẽ honeſtã,etſi non neceſſariam,
poſſit omitti officij diuini recitatio,vt aiunt
Suarez,Baſſeus,& Ant.Perez citati,quia illa
occupatio diuerti nequit in aliud tempus,&
occupatus manet feſſus ex illius exercitio;
vnde videtur rationi cõſonum, vt abſtineat
à recitatione ex benigna Eccleſiæ intentio-
ne,quæ non præſumitur cũ tanto grauami-
ne obligare,&ſic † poſſunt excuſari Confeſ- 15
ſarij,qui aliquibus diebus inſudant ſub pre-
lo Confeſſionarij,& Prædicatores, qui toto
corpore ſudant in ſuggeſtu & indigent ma-
gno ſtudio diebus illis, quibus hanc hone-
ſtã occupationẽ exerceant,etiãſi duodecim
horas non laborent,vnde non tenebũtur re-
ſtituere,ſi tamen officiũ ex vi ſuæ occupa-
tionis, & exercitij ſit incõpoſſibile cum re-
citatione horarum illud non poteſt ſuſcipe-
re, qui obligatus exiſtit ad illarum lectio-
nem ſiue ex Ordine ſacro, ſiue ex Benefi-
cio,niſi aliqua grauis neceſſitas publica aut 16
priuata, à qua niſi iſte habeat officiũ poteſt
liberare Remp. aut proximum,vt benè no-
tant Baſſeus *vbi ſupra*, Suarez *cap. 28. nu-
mero 32.* Bonac.*q.6.punct.2.n.3.* Filluc.*tract.
23.cap.9.q.9.& 10.*Reginald. *lib. 18. n. 187.*
Toletus *lib.2.ſum.cap.14.n.3.& 4.*Nauarrus
*de orat.c.11.n.30.*Azor.*1.p.lib.10.c.13.q.15.*vbi
pruden

prudentiſſimam, & ſanam doctrinam tradit ex principiis moralibus communiter receptis non exoticis & peregrinis. Ludouicus à S. Ioanne *in 4. quæſtio. vnica de oratio. art. 11 dub. 6.* Sanchez *in conſ. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 52.* Caſtro Palao *tom. 2. diſp. 2. p. 6.* Trullenc. *lib. 1. in decalog. cap. 7. dub. 28.* Bartholomeus à S. Fauſto *de horis lib. 2. q. 247.*

17 vbi bene dicit quod † occupatio quæ excuſat à recitatione officij debet eſſe repētina, ita vt moraliter prouidere non poſſit, nam ſi prouideatur, & eſt tempus opportunum tenetur præuenire officium, vt eſt communis & prudentum ſententia.

18 Secundò, argumētor† contra Caramuelē, quia moraliter eſt impoſſibile & caſus omnino metaphyſicus quod quis omnibus diebus ratione officij publici in Rep. vel exercitij charitatis in proximum ſit occupatus duodecim horis diei, ita vt non poſſit vnam ab occupationibus iſtis ſubripere vt Deo vācet, preces canonicas fundendo, & ſacrum celebrando, niſi enim ex hac ſubre-

19 ptione magnum Reip. damnum, aut ſibi aut proximo euenturum, quis agnoſcat, prius debet Deo vacare & ſatisfacere fundendo preces debitas ſuarum actionum directionem ad finem honeſtum faciendo, vel ſi occupationes publicæ duodecim horas diei exigunt, ex aliis duodecim tempus accipiat ſufficiens ſaltim ad breuiſſimum Breuiarij Romani officium recitandum, & ſic prouideat bona non ſolum coram hominibus ſed etiam coram Deo, cui primo penſum ſoluere debemus, vt circa proximos bene poſſimus miniſterium exercere.

20 Si vero † occupatio iſta honeſta, ſit ſtudium, quia quis ſumme occupatus eſt in libris pro Eccleſiæ vtilitate cudendis, in conſultationibus caſuum quotidianis; quæ exigunt plures reuoluere libros, & ſimilia, exiſtimo quod pro vno vel altero die eſt ſufficiens excuſatio, at ſi diuturna ſit; exi-

21 ſtimo † ſtudium hoc ſufficiens non eſſe motiuum honeſtum, vt quis abſque peccato mortali poſſit omittere ad multum tempus officij recitationem, etiamſi inſumat plus quam duodecim horas diei, à quibus tenetur ſub mortali ſegregare tempus, ad fundendas preces horarum cano-

22 nicarum, ita Valentia † *vbi ſupra.* Azor. *lib. 10. cap. 13. quæſt. 7.* Bonacina *quæſt. 6. punct. 1. num. 8.* Nauarr. *de oratio. cap. 11. num. 32.* vbi refert dictum gloſſæ ad prag. ſanctio. *cap. qualit hor. colum. 7. Maledictum ſtudium propter quod relinquitur officium diuinum.* Vnde ſine fundamento affirmat Caramuel P. Franciſcum Suarez ob illam continuam aſſiſtentiam ad ſtudia omiſiſſe recitationem officij, aut officium de reſurrectione perlegiſſe; ego nihil horum † exiſtimo probabile, de viro obſeruantiſſimo, & valde pio, erga diſciplinam Eccleſiaſticam vt eius opera ſatis abunde demonſtrant, quare recitationem officij ante omnia peragebat, & ſic ita benedictum fuit eius ſtudium benedictione cæleſti, vt tot fructus in Eccleſia faceret ſicut vident etiam hæretici. 23

Ad fundamenta oppoſita reſpondetur, ad primum dico † principium illud œconomicum eſt, non excuſatorium ab obligationibus legis diuinæ, vel humanæ, quæ recipiunt diem naturalem, & Eccleſiaſticum; neque enim quod quis duodecim horis inſudat labori ſi occaſio eſt audiendi ſacrum die feſtiuo excuſatur à præcepto ob laborem, qui iam tranſiit, ſi feſſus omnino non manſit. 24

Ad ſecundum reſpondetur, quod iam ex dictis conſtat † quomodo abſque detrimento Reipub. aut proximi, poſſit quis etiam ſoluere horarum canonicarum penſum. 25

Ad tertium reſpondetur, quod pari modo conſtat, qua ratione & † in quibus caſibus admittenda eſt illa benigna Papæ intentio nolentis obligare vltra vires, quando ſubeſt honeſta cauſa neceſſaria, quæ in aliud tempus referri nequit, dixi honeſta quæ ſi turpis, non excuſat, ſi tamen turpitudo cauſa fuit, quod quis debilitatem grauem contrahat, ita vt recitare non poſſit excuſatur ab officio & fructuum reſtitutione, dixi neceſſaria, nam ſi voluntaria, etiamſi ſecundū ſe honeſtiſſima ſit qualis eſt diuina contemplatio ſi iſta incompatibilis eſt cum ſolutione penſi horarum canonicarum, iſta præpoſita illa poſtponenda & omittenda eſt. 26 27

Quare falluntur myſtici qui contrarium dicunt, † vt bene Suarez, *vbi ſuprà capit. 28. numer. 33.* quamuis enim vir ille egregius ſanctitate, & Myſtica Theologiæ inſignis Ioannes Taulerus ordinis Prædicatorum dicat † *intermittendas eſſe dum adeſt viſitatio diuina, & mentis exceſſus*; aliaque ſimilia, quæ refert Maximilianus Sandens *lib. illo eruditiſſ. de Theologia Myſticu. comment.* 5. de auctoribus huius ſcientiæ tamen verum ſenſum habere poſſunt neque ſuſpicionem peruerſi dogmatis neceſſario iniiciunt, vt idem Sandeus dicit ſecus Bloſij iudicium, in *apologia ſatis pia, & erudita contra Ekium pro Taulero.* Etenim hæc doctrina ſanam habet intelligentiam, & catholicum ſenſum primò, quod† non dicit eſſe omittendas horas canonicas ſed *intermittendas*, differēdas 28 29 30

ſcilicet ad aliud tempus poſt viſitationem diuinam, & mentis exceſſum tranſactum, *intermiſſo* enim opponitur *Omiterre* iuxta illud Ciceronis, *etſi ego id tempus intermiſeram potius, quam omiſeram.* Vnde intermitterere horas Canonicas idem eſt, quod differre illas, quia apud linguæ latinæ bonos Auctores ſæpius ſignificat intermittere idem quod differre. Cæſar *lib.4.de bello Gallico ex eo quod obſides dare intermiſerant* id eſt, *diſtulerant*. Quando enim adeſt ſpecialis diuina viſitatio, & inſpiratio qua rapitur, quaſi violenter anima ad contemplationem ſufficiens cauſa honeſta eſt, vt quis horas Canonicas poſt ponat. Secundò di-
31 cit † intermittendas horas Canonicas, quando eſt mentis exceſſus id eſt quando homo ita rapitur, vt ecſtaſim patiatur in qua liber non eſt ad operandum ſenſibus externis, mouendum linguam & labia.

32 Curſim hoc dixerim † propter quoſdam nimis affectantes orationem mentalem, & contemplationem à qua longiſſimè abſunt, dum fideles retrahunt ab oratione vocali, ita, quod neque Roſarium Beatæ Virginis ſenſibiliter recitent, imo eo veniunt dementiæ, vt ſuadeant ne globulos ipſos ſecum portent; quod quam temerarium ſit documentum tota Eccleſia proclamat, tot Religioſorum cœtus, qui huic deuotioni inſiſtunt, publicant, prædicant in plateis, docent in ſuggeſtu, & tot miracula & reuelationes authenticæ confirmarunt, tot Summorum Pontificum decreta ſtabilierunt, tot Iubilea, & Indulgentiæ auxerunt, eſt
33 etiam phantaſia hæc contra praxim omnium fidelium, eſt ſcandola, & de hæreſi ſuſpecta Illuminatorum & otioſorum de qua latè, Rusbrochrius *lib. 2. de ornatu animæ à cap.76.* cuius aliqua verba de primo horum hæreticorum ſtatu placuit adducere, vt videant iſti ficti mentalizantes, quanto animarum periculo circumagant, circumeant domos, doctrinam vanam dogmatizantes, & dum quietem animæ prædicant, inquietudine diabolica aguntur.

Planè igitur falluntur (ait † Rusbrochrius)
34 *quicumque ſe ipſos intentione proſequentes in naturali quiete molliter ſubſidunt, ſiquidem quies huiuſmodi in deſidioſo quodam conſiſtit otio, quo penitùs ipſi vacent ad quod tum natura tum conſuetudine procliues, ac propenſi ſunt. Quo ſanè in otio, quies magna & delectabilis ſentitur, quæ tamen ſecundum ſe ipſam peccatum nullum eſt, verum ſi quis piam eam ſectari, eique ſe dedere velit abſque ſtudio, & actibus virtutum, idemque ipſe in ſpiritualem ruit ſuperbiam, hoc eſt complacentiam ſui ipſius, quod vitium vix vnquam benè curatur.*

35 Et *cap.77.* † *cum ſuperbia morbo laborent neque tacti neque illuminati diuinitus ſunt, hærent igitur atque ſubſidunt in ſe ipſis, prorſúſque ſecundum appetentiam ad ſaporem, & guſtum internum, & ſpiritualia natura commoda captanda propenſi ſunt, quæ luxuria ſpiritualis rectè dici poteſt, eo quod inordinata quadam naturalis amoris propenſio eſt ſemper ad ſe ipſum reflexit & ſuum commodum in rebus omnibus aptantis & expetentis.*

Et *cap. 78.* egregiè ad propoſitum, horum mentalizantium ſuperbiam & genium explicat, dicens † *exiſtimant ſubleuatos ſe* 36
eſſe ſupra omnem Eccleſia cultum & exercitium. & infrà *putant planè ſe expeditos ac otioſos eſſe & tranſcendiſſe omnia, iamque obtinuiſſe ea quorum cauſa cultus & exercitia instituta ſunt,* & infrà *licèt foris quandam ſola ſimulatione præ ſe ferant euidentiam nulli tamen intus neque actione neque voluntate,* 37
quacumque enim Sancta actitat & obſeruat Eccleſia ab iis omnibus omnino vacant. & infrà *tanta eorum calliditas & verſutia eſt, vt difficile poſſint ratione ſuperari.* Hactenus expertiſſimus vir.

Hanc digreſiunculam feci non ſine motiuo rationabili, faxit Deus, vt in re
non ſit. † Vidi enim homines Religioſos 38
parui pendentes orationes vocales, quas fideles fundunt, vt otium inane introducant, vtinam tale otium ſit de quo veri myſtici mira dicunt, & eſt valde vtile animabus: de quo latè Rubrochius, *vbi ſuprà cap. 80.* Maximilianus Sandeus, ſed hoc non conſequuntur, ſed ſolummodo in quadam ſimulata exterioritate cum omni commodo naturæ vacent ſplendidè, & lautè edentes, & bibentes, abſtinentiam ſpernentes & ex leuiſſima cauſa illam omittentes pœnitentias corporales paruipendent, &c. his aptati poteſt non incongruè, quod Eſchuines *in oratio. ad Ecteſiphontem pronunciauit*
capite hos prædones, qui ſemper in ore habent 39
Rempublicam, nauigant enim in mari verborum, vt hoc prætextu Reſpub. mala accerſant. Sic iſti, ſemper in ore nihil aliud inuenies niſi mentalem orationem, contemplationem, ſed nauigant in mari verborum & cum menſ eorum longè ſit ab hoc exercitio naufragant ipſi, & naufragium alios pati do-
cent, induunt enim iſti veſtem ex lana li- 40
noque contextam cum intus ſubtilitatem malitia operit, & ſimplicitatem foris innocentiæ oſtendit, vt ait Greg. *l.8.Moral.c.31.* & hac de digreſſione, faxit Deus, vt nullum comprehendat.

Ad tertium reſpondetur, ſicut ad ſecun-
dum, intentio enim † benigna Pontificis de 41
facto non extenditur ad occaſionem repentinam, & ad aliquam particularem, quæ ex accidenti

accidenti totum ferme diem occupat, vel
ex qua ita defeſſus quis maneat vt mora-
liter ſit valde difficile recitare officium diui-
41 num integrum, quod ſi non poſſit † matu-
tinum laudibus à reliquis horis canonicis
excuſatus manet, vt tenent Thomas San-
chez *vbi ſupra dub.*47. & *in ſumm. lib.*1. *c.*19.
num. 9. Ioannes Sanchez *ſelect.* 15. *num.* 2.
Palao *punct.*6. *n* 8. *&* 9. Trull. *l.*1. *in decalog.*
*c.*7. *dub.*27. *num* 5. Molpheſ. *in ſumm. tract.* 5.
*cap.*3. *n.*27. Dian. *p.*1. *tr.*12. *Reſol.* 19. *&* 30. *&*
*p.*4. *tr.*4. *Reſol.* 222. & multi alij quos iſti ci-
tant. Garzia *in ſumm. tract.* 2. *difficult.* 7. *dud.*
2. *num.* 14. ibi *meior es aſentar con los aucto-*
res citados, que el que eſt a excuſado de May-
eines y laudes puede tuta conſcientia deinr todo
el de mas officio.

Sed eſt contra hanc ſententiam argu-
mentum, quod licet vera ſit reſpectu eo-
rum qui non habent beneficium Eccleſia-
43 ſticum, tamen † cum Beneficiarij tenean-
tur reſtituere fructus, quos non faciunt ſuos
iuxta ratam omiſſionis horarum canoni-
carum, ſi quis poteſt recitare horas mino-
res, etiam ſi non poſſit matutinum, & lau-
des tenentur ex iuſtitia illas recitare, cuius
virtutis obligatio maior eſt quam ſolius Re-
ligionis, cumque diuinum officiom ſit di-
uiſibile, & iuxta illius partibilitatem parti-
44 ta ſit & obligatio reſtitutionis, † ſi quis po-
tens recitare partem officij non recitat ex
iuſtitia tenetur reſtituere reſpondetur pri-
mò, quod propter argumentum eſt valde
probabilis ſaltem in Beneficiatis ſententia
contrariâ, quod tenearur quis recitare ad
quod poteſt, dummodo ſit hora aliqua per-
fecta, ita Suarez *lib.*4. *de horis canon. cup.*28.
*n.*27. Candidus *vbi ſupra art.*27. *dub.*1. Gar-
zia *de benef. p.*3. *cap.*1. *n.*226. Villalobos *tract.*
24. *difficult.* 16 Bonacina *quæſt.*6. *punct.*2. *n.*7.
Bartholomeus à S. Fauſto *lib.*2. *de horis q.*228.
45 ita enim † præceptum hoc obligat ad omnes
horas quod obliget ſub mortali ad partes
ſingulas, quæ ſunt materia grauis, ſicut
votum de recitando pſalterio omnes pſal-
mos, qui ſunt illius partes comprehendit,
46 quare † qui non poteſt recitare totum pſal-
terium teneturex vi voti recitare, quod po-
teſt ſimiliter qui debet centum quotidie
dandum ſi non poteſt totum tenetur dare
quod poteſt, & qui non poteſt totam qua-
drageſimam ieiunare, tenetur dies quos
poteſt vt omnibus eſt in confeſſo.

Sed quamuis hæc ſententia, vt dixi val-
de ſit probabilis & ſecura tamen, quia ni-
mis eſt ſcrupuloſa infirmis altera probabi-
lior eſt, & etiam in praxi ſecura, quare re-
ſpondetur ſecundò ad argumentum, & eſt
valdè notanda ſolutio. Fatemur enim,
47 quod † non recitans diuinum officium ſi
Beneficiarius ſit pro rata omiſſionis tenetur

reſtituere ratam fructuum; tamen hæc obli-
gatio iuſticiæ ad reſtituendos fructus funda-
tur in obligatione Religionis recitandi of-
ficium, quare ſi hæc obligatio non ſubſiſtit
& illa euaneſcit, cumque probabile valde ſit
quod, qui non poteſt recitare matutinum, &
laudes non tenetur recitare reliquas horas
conſequitur quod non teneatur reſtituere.

Ad quartum reſpondetur, † eſſe diſparem 48
rationem in vtroque præcepto ieiunij, & re-
citandi horas, quod illud cum obliget ad
vnicam omiſſionem requirit vigorem na-
turæ, & quod ſpiritus vitales & animales
non conſumantur laborando, & ſudando in
labore. Vnde qui ex maiori parte diem con-
ſumit laborans in operibus nimium diffici-
libus excuſatur à ieiunio vt latè & diffusè
per omnes artes & officia diſcurrens oſten-
dit Paſqualigus. Cæterum † horarum Ca- 49
nonicarum penſum, ſi eo modo, quo diſpo-
nit Eccleſia ſoluatur facillimo negotio ad-
impletur, etiamſi adſint aliæ occupationes,
vt vidimus; nunquid Pater Suarez, qui tot
tomos dedit & ipſo antiquior S. Thom. Al-
bertus Magnus Alfonſus Toſtatus, Diony-
ſius Cartuſianus, & Laurentius Surius, Car-
dinalis Baronius qui tot ſcriptis, qui tot vo-
luminibus Eccleſiam Dei illuſtrarunt & de-
fendebant ab officio diuino abſtinebant,
imo in oratione, tam vocali, quam mentali
à Domino impetrarunt quod intellectu, &
ſtudio non addiſcerunt; quare licet duode-
cim horas in illo conſumpſerint iudicabant,
ſe à penſo officij diuini non eſſe liberos, 50
quidni? cum non teneantur duodecim ho-
ras ſtudio vacare, & teneantur horas Cano-
nicas legere obligabantur ad non ſtuden-
dum, vt præcepto ſatisfacerent.

SVBRESOLVT. XI.

Coadiutor non tenetur extra chorum recitare officium ex vi coadiutoria.

SVMMARIVM.

1. *Canonicus conditor ex vi coadiutoria non tenetur ad recitandum diuinum officium extru chorum.*
2. *An coadiutores viuente coadiuto non ſint verè & propriè Canonici.*
3. *An ſolum coadiutus teneatur horas canonicas legere.*
4. *Pij V. ſenſus.*

VNdecimum Corollatium ſit, Canoni- 1
cum coadiutorem ex vi coadiutoriæ
non teneri ad recitandum diuinum officium
extra chorum eſt communis ſententia, quæ
tenent Caſtro Palao *vbi ſupra* Bartholomeus
à S. Fauſto *lib.* 2. *de horis quæſt.* 24. & ſic de-

clarauit Paulus V. ad petitionem Eccleſiæ cathedralis Conimb. *anno 1606. motu pro-*
2 *prio* ad id expedito; dicens † coadiutores viuente coadiuto non eſſe verè & propriè Canonicos, etiamſi habeāt futuram ſucceſſionem, ſed ſolùm ſunt Canonici in ſpecie, licèt vulgò abſolutè Canonici nuncupentur, vnde Beneficium ſolum eſt in adiuto
3 non in coadiutore, & ſic † ſolum tenetur coadiutus horas Canonicas legere, cum ex vnico beneficio in vno dumtaxat exiſtente, vnica dumtaxat ſit obligatio recitandi, ſi vero habeat penſionem ſupra illud tenebitur recitare horas Beatæ Virginis, ſi non recitat Canonicas in choro, ſi vero dentur fructus aliqui, per modum ſtipendij ad nihil tenetur, quia non dantur per modum pen-
4 ſionis de qua † loquitur Pius V. *in ſuo motu proprio*, legatur Suarez, *vbi ſupra lib. 4. c. 22. num. 19.* dixi extra chorum, quia in choro tenetur recitare, & canere eo modo quo tenetur adiutus, in cuius locum quantum ad hoc ſubſtituitur.

RESOLVT. VIII.

De attentione ſimpliciter requiſita, vt Canonicus recitans diuinum officium lucretur fructus.

GRAVISSIMA eſt huius Reſolutionis materia, & non ſolum quæſtio de nomine, vt quidam ipſam non callentes autumarunt, ſed ſit valde neceſſaria, ex ea enim pendet deciſio de valore ad impetrandum à Deo beneficia per orationes, obſecrationes, & deprecationes quas Sanctiſſima Mater Eccleſia fundit per vocalem orationem, quare examinanda eſt pro dignitate.

§. I.

Aliqua certiora apud omnes prælibantur.

SVMMARIVM.

1. *An officij diuini lectio & horarum canonicarum recitatio ſit actio externa voluntaria.*
2. *An oratio vocalis ſit externa cum Deo locutio.*
3. *An oratio ſit actus religionis.*
4. *DD. ſenſus adducitur.*
5. *Aliud eſt voluntatem eſſe qua quis vult fundere Deo orationem vocalem per officium diuinum ab Eccleſia inſtitutum & præceptum, aliud voluntatem qua vult ſatisfacere eidem præcepto, & numero 6.*
7. *Aliud eſt attentio ad orationem vocalem aliud intentio orandi vocaliter.*
8. *Quæ attentio dicatur triplex.*
9. *Quæ attentio virtualis ſit, & n. 10.*
11. *D. Thom. ſententia, & num. 12. 13. & 14. & 17. & 33. necnon D. Auguſtini & n. 15. & 16.*
18. *Euagatio ex propoſito ſemper eſt cum mortali ex Caiet. & n. 19.*
20. *Triplex eſt attentio quæ orationi vocali poteſt adhiberi ex S. Thom. & numero 21. & 22.*
23. *Qua ratione poſſit Eccleſia iudicium facere de actibus internis.*
24. *Authoris & Medinæ ſenſus & n. 25. & 26. & 45. & 56.*
27. *An vitium ponderis propter quod quis à promotione repellitur, ad exterius opus dilabatur, & 28.*
29. *Ratio difficultatis & n. 30. & 31.*
32. *Quid directè cadat ſub præcepto legis.*
34. *An Eccleſia non poſſit cum ſtrepitu iudicij interiora cordis iudicare.*
35. *An votum ſit actus cordis omnino interior.*
36. *An Pontifex dum diſpenſat in votis non exerceat actum iuriſdictionis, & numero 37.*
38. *An Pontifex ſibi reſeruet diſpenſare aliqua vota, circa quæ nullus alius poteſt validè diſpenſare.*
39. *Dicaſtilli ſententia affertur.*
40. *An Deus poſſit conferre Eccleſiæ directam iuriſdictionem in actus mere internos.*
41. *An leges de actibus purè internis per ſe ſumptis non ſint neceſſariæ.*
42. *An Chriſtus potuerit impendere Eccleſiæ ſua iuriſdictionem in actus merè & purè internos, & n. 43. & 44.*
46. *Salas ſententia adducitur, n. 58. & 59.*
47. *Eccleſia ex vi cuius prouidentiæ & poteſtatis ſibi conceſſa à Chriſto Domino poſſit præcipere aliquem actum internum.*
48. *Multorum DD. opiniones afferuntur, n. 49. 51. 52. & 53.*
50. *An quod non eſt omnino occultum exterius ſit mentale.*
54. *An excommunicetur quicumque Clericus qui communicauerit ſcienter & ſponte cum excommunicatis à Papa.*
55. *Nauarri mens, necnon Cæſaris Carenæ.*
60. *An poſſit princeps Eccleſiaſticus vel ſæcularis præcipere vt actus externi & ex animo fiant, n. 61. 62. 63. & 64.*

PRimum apud auctores vtriuſque ſententiæ conuenit; officij diuini lectio- 1
nem, & horarum canonicarum recitationem, cum ſit actio externa voluntaria, qua

eum

cum Deo loquimur orantes, & depreean-
tes debere imperari à voluntate, qua Deo
colloqui vocibus externis volumus; ſine
hac enim voluntate legere, officium diui-
num idem eſt ac legere officium non vt
oremus voce ad Deum, & ipſum verbis ex-
ternis inclamemus, vt miſereatur noſtri; ſed
ac ſi Hiſtoriam aut librum ad ſciendum le-
2 geremus: oratio enim † etiam vocalis eſt
externa cum Deo locutio voluntaria, vnde
ex ſua natura exigit, quod volens, quis lo-
quatur vocibus, quibus oratur perſona ex-
cellens cuius dependentiam profitemur,
dum ipſam oramus vocibus ſi oratio voca-
lis ſit, vel mentali verbo ſi mentalis fuerit
oratio, in hoc principio, quod poſuit D. Th.
2. 2. q. 83. ar. 3. conuenire debent omnes Ca-
3 tholici, cum † oratio ſit actus Religionis,
qua virtute homo Deo reuerentiam exhi-
bet, in quantum ei ſe ſubiicit, & profitetur
orando, ſe eo indigere ſicut Authore ſuo-
rum bonorum, & virtus hæc ſit in volun-
tate ordinans actus aliarum potentiarum
ad Dei reuerentiam; vnde vt lectio & vo-
calis oratio ſit verus actus Religionis, ſaltẽ
virtuali voluntate debet ordinari ad Dei
4 reuerentiam, & cultum, vnde † conueniunt
omnes Doctores, quod ille, qui recitat of-
ficium diuinum, non debet facere aliquid
exterius, quod ſit incompoſſibile cum hac
voluntate colloquendi cum Deo, & ipſum
vocaliter orandi.

5 Secundum eſt † aliud eſſe voluntatem,
qua quis vult fundere Deo orationem vo-
calem per officium diuinum ab Eccleſia in-
ſtitutum & præceptum, aliud voluntatem,
qua vult ſatisfacere eidem præcepto, po-
teſt enim illa ſine iſta ſubſiſtere, prior vo-
luntas ad externam locutionem & oratio-
nem vocalem tanquam per accidens ordi-
6 natur, voluntas tamen ſatisfaciendi, vel non
ſatisfaciendi illo actu externo ipſi præcepto
conſumatur interius, nec ad exterius opus
diffunditur; vnde notat Suarez *tom. 2. de re-
lig. lib. 4. cap. 16. num.* 6. ad ſatisfaciendum
præcepto horarum non requiritur expreſ-
ſa, vel actualis vel virtualis intentio ſatisfa-
ciendi, ſed iterum recitandi, vt *inferius*, §. 6.
7 dicam contra Caramuelem; vnde † aliud
etiam eſt attentio ad orationem vocalem,
aliud intentio orandi vocaliter hæc in om-
nium ſententia neceſſaria eſt, vt vidimus,
& pertinet ad voluntatem orandi voce; de
attentione, quæ ad intellectum attinet, vt
dicit D. Th. 2. 2. *quæſt.* 173. *art.* 3. in corpore,
eſt difficultas, an iſta ſit neceſſaria ſimplici-
ter ad ſatisfaciendum penſo horarum Ca-
nonicarum.

8 Hæc autem † attentio, cui opponitur di-
ſtractio, triplex eſt, actualis, quando quis
actu attendit, ad aliquid ex tribus *infra* ad-
ducendis, alia eſt habitualis, quando, quis
habet habitum expeditum ad attenden-
dum, tertia eſt † virtualis media inter duas, 9
quando, quis facit actum attentionis, &
proſequitur amplecti media, ad finem atten-
tionis conſequendum, & tamen naturaliter
diuertitur à fine intento, cuius intentio vir-
tualiter manet in mediis, quæ ad illius con-
ſecutionem eriguntur, v. g. quis habet in-
tentionem attendendi aliquo ex tribus mo-
dis modo afferendis, accipit Breuiarium ad
officium recitandum incipit recitare, ſed
naturaliter diuertitur intellectus abſtractus
& illectus ab obiectis ſenſibilibus, etiamſi ſit 10
cum peccato veniali circa delectabilia; ma-
net iſta attentio, & intentio virtualis reci-
tandi, prout oportet ad ſatisfaciendum præ-
cepto de penſo horarum.

Quod explicuit D. Thom. † *in 4. diſt.* 15. 11
quæſt. 4. *art.* 2. *q.* 4. cuius verba refero, vt
opportune importune arguãtur, qui atten-
tionem in oratione vocali non requirunt;
*Attentio actualis requiritur ad orationem ali-
quomodo, vel ad euitandum tranſgreſſionem,
quæ eſt in illa oratione, quæ eſt in præcepto,
vel ad meritum in illa, quæ non eſt in præcepto,
ſed non omnibus modis ſicut enim dictum eſt
aliquis actus, manet per eſſentiam, & virtu-* 12
*tem quandoque, ſed quicunque tranſit actu &
manet virtute, ſicut in exemplo de proiectione
lapidis patuit, & ſic manere actum in virtute,
eſt quidam medius modus inter ipſum eſſe &
in habitu, & in actu, quia quod in habitu eſt
neque virtute, neque per eſſentiam actus eſt,
ſecundum hoc ergo dico, quod attentio in ora-
tione manere debet ſemper ſecundum virtu-
tem, ſed non requiritur, quod ſemper maneat
ſecundum eſſentiam actus, manet tamen ſecun-* 13
*dum virtutem, quum aliquis ad orationem ac-
cedit cum intentione aliquid impetrandi, vel
Deo debitum obſequium reddendi, etiamſi in
proſecutione orationis mens ad alia rapiatur,
niſi tanta fiat euagatio, quod omnino depereat
vis primæ intentionis, ſicut in lapide virtus
motionis prima continuè debilitatur, vt cum
lapis impulſus quieſcat, vel contrario motu mo-* 14
ueatur niſi iterum impellatur, vt ait Auguſt.
lib. de orando Deum cap. 9. & in ſolutione ad
ſecũdum eum abieciſſe authoritatem Hu-
gonis *lib quo ſtudio orandus ſit Deus* dicentis 15
*ſi cum orationem fundimus aliud quodlibet à
corde verſamus à culpa libere non ſumus. Re-
ſpondetur ad ſecundum dicendum, quod verbum
Hugonis intelligendum eſt, quod quum aliquis
ex propoſito mentem ad alia diſtrahit in orãdo
(tunc enim ſine culpa non eſt & præcipuè ſi in
aliis ſe occupet ſpontè, quæ mentem diſtrahunt
ſicut ſunt exteriora opera) etſi ad contrarium* 16
*mens euagetur etiam culpa mortalis erit. Si
autem ſanè hoc quod percipiamus mens ad alia
euagetur vel culpa caret, vel paruiſſima culpa*

eſt niſi præcedens cogitatio ex qua contingit
euagatio talis in culpa eſſe dicatur.
Quam doctrinam loquens de oratione
vocali confirmat 2.2.*quæſt.*83. *art.*13. *in cor-*
17 *pore*,vnde *ad tertium*, dicit,*quod ſi quis ex pro-*
poſito in oratione mente euagatur hoc peccatum
eſt, & impedit orationis effectum , quod egre-
giè explicat ibi D.Caiet.§.*in ſolut.ad tertium*
18 *verſ. Hæc igitur* dicens, † *euagatio ex propoſi-*
tio ſemper eſt cum peccato mortali quidem cum
ex contemptu, vel quum ex induſtria in oratio-
ne , quæ eſt ſub præcepto quis in notabili parte
euagatur perinde namque eſt , ac ſi illam omit-
teret. Hæc Eminentiſſ. Card. quam doctri-
nam vtriuſque Thomæ antecedenter ad
explicationem mei dictaminis adduxi, tum
vt illud indicem, nam quis me ſeparabit à
doctrina vtriuſque certè nec mors nec vita;
19 tum vt agnoſcitur ante Durandum omnes
antiquos in eadem ſententia perſtitiſſe niſi
moderni Durandi doctrinam amplexati an-
tiquitatem turbaſſent.
Pergit vlterius S. Doctor & attentionem
iſtam quam in vniuerſum neceſſariam &
dicit, & ducit, trimembrem facit,*art.*13.*cit.*
20 *ſciendum* (ait) quod † *triplex eſt attentio qua*
orationi vocali poteſt adhiberi , vna quidem
qua attenditur ad verba,ne aliquis in eis erret,
ſecunda qua attenditur ad ſenſum verborum,
tertia qua attenditur ad finem orationis ſcili-
21 *cet ad Deum & ad rem pro qua oratur quæ qui-*
dem eſt maximè neceſſaria, & hanc etiam poſ-
ſunt habere idiotæ. Hæc ibi Angelic. Doctor
quibus, *in* 4. *vbi ſuprà , quæſt.* 5. in corpore
iungit harum attentionum graduationem
dicens, *& quæcumque harum attentionum ad-*
ſit non eſt reputanda inattenta oratio , vnde
etiam illi qui non intelligunt orationis verba,
22 *ad orationem attenti eſſe poſſunt. Sed tamen*
vltima attentio eſt laudabilior quam ſecunda
& ſecuada quam prima ; & quia anima poteſt
vehementer attenta eſſe ad diuerſa , ideo pri-
ma attentio poteſt nocere vt minor ſit orationis
fructus ſi ſecundam euacuet , & ſecunda ſi
tertiam omnino tollat , ſed non contrario. Ha-
ctenus ibi.
23 Secundùm prælibandum eſt , † qua ra-
tione poſſit Eccleſia iudicium facere de
actibus internis illos præcipere aut prohi-
bere,& punire pœnis externis,non eſt ani-
mus in præſenti rem à primordiis diſputa-
re,eſſet enim extrauagans diſputatio;quam
ſi quis ad vnguem examinatam videre cu-
pit,legat Thomam Sanch. *in ſumm.li.*1.*c.*13.
Vaſq. *tom.*4.*in* 3.*p.q.*9. *art.*1.*dub* 4. Dicaſtill.
*tom.*1.*in* 3.*p.tract.*5.*diſp.*5.*dub.*7.*&* 8. Molin.
*tom.*6.*de iuſt.tract.*5.*diſp.*58. D.Th. 1.2.*q.*100.
*art.*9. vbi Caiet. Medina, Martin. & alij Tho-
miſtæ, Bonac. *de legibus in communi,q.*1.*punct*
6.*à n.*7. Suar. *de legibus lib.*4.*c.*12. Salas *ead.*
*diſp.*9.*ſect.*1.*à n.*1. Caſtro Palao *to.*1. *tract.*3.
*diſp.*1.*punct.*6. Azor *tom.*1. *lib.*7.*c.*10. Igitur
libamen huius grauiſſimæ difficultatis ſo-
lum propino ad deciſionem propoſitæ reſo-
lutionis.
Aſſero ergo , † Eccleſiam non poſſe præ- 24
cipere ex vi præſentis prouidentiæ , & iu-
riſdictionis illi à Chriſto datæ , actus mere
internos qui ſcilicet interius conſumantur,
neque ad ſui complementum exterius diſ-
funduntur vt amorem Dei odium ipſius,&
ſimilia , hæc aſſertio eſt indubitata , ita vt
exiſtimem nullum illi opponi auctorem,
nam † Medina, *C. de oratione*, *q.* 15. non lo- 25
quitur de actibus purè internis , ſed de in-
ternis , qui ſi efficaces ſunt in externum
prodeunt , & dum *in* 2. *p. illius quæſtionis*,
agit de actibus purè internis non loquitur
reſolutoriè,ſed dicit. *His tamen non obſtanti-*
bus poſſet probabiliter contrarium teneri , &
adductis argumentis ad id confirmandum
concludit quæſtionem dicens. *Sed de his ha-*
ctenus quæ tamen gratia veritatis inquirendæ
dicta eſſe intelligantur,*gloſſa* etiam, *ad c.cogi-*
tationis de pænitenti, *diſtinct.* 1. de voluntate
quam punit lex actu externo aliquomodo
expreſſa,vt de ponderoſo, dicit † *qui repel-* 26
litur à promotione,ponderoſus autem vt con-
ſtat, *ex c. hinc etenim* 49. *diſt.*§. *ponderoſus eſt*
qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens
pondus turpitudinis geſtat in corde ; vnde vi-
tium ponderis, *eſt cum humor viſcerum ad*
virilia labitur quæ profecto cum moleſtia dede-
coris intumeſcunt,vnde manifeſtum eſt quod
† vitium ponderis propter quod quis à pro- 27
motione repellitur ad exterius opus dilabi-
tur,ſimiliter, gloſſa *in Clem.*1. *de hæreticis*,§.
verum, el ſegundo, verbo,eo ipſo incurrunt,ma-
nifeſtè loquitur de hæretico occulto non
de mentali, vt legenti conſtabit , non ergo
ex vi iutiſdictionis , † quam Chriſtus con- 28
ceſſit Eccleſiæ ſuæ iſta eam valet exercete
in actus humanos purè internos , quamuis
poſſit illos punire , ſi ab operante fateantur
commiſſi.
Sic enim † ſi quis ex ſuſpicione de hæreſi 29
ſit notatus & ductus ad Tribunal ſancti Of-
ficij & ab Inquiſitoribus interrogatus,fatea-
tur ſe poſtquam fuit Baptizatus, ſine aliquo
actu externo receſſiſſe à fide Chriſti in cu-
ius negatione etiam modo perſiſtit,iſte talis
punitur ab Eccleſia quia ſuam hæreſim iu-
ridicè confeſſus eſt ; rurſus quum actus ex-
terni non inducunt certam probationem
ſed habent aliqualem indifferentiam , tor-
quentur rei in S.Tribunali ad inquirendum 30
de intentione qua actus illi ſunt imperati,
etſi fuit intentio hæretica quamuis actus
illi ex ſe hæreſim internam non manifeſtent
tamen iuridicè punitur etſi miſericorditer,
quia iam cognoſcitur actus illos externos
fuiſſe de facto infectos contagio hæreſeos,
quæ

Digitized by Google

quæ in illos de facto influxit, vt reus confitetur, ſi tamen interius omnino conſumitur, itavt ad exteriora non dilabatur etſi
31 conſtituat hominem hæreticum, tamen de quo non loquuntur Concilia, dum in hæreticos anathema proiiciunt & fulminant, quia de hæretico purè mentali non iudicat Eccleſia, cuius rationem demonſtratiuam tradit D.Thom. 1. 2. *q.* 100. *art.* 9. quam ad hanc formam deduco; de ratione legis eſt
32 vis coactiua, vnde † directè illud cadit ſub præcepto legis ad quod lex cogit, vnde ſine ſine vi coactiua lex humana, nedum diuina vires ſuas exerit in ſubditos; vnde nullus poteſt lege præcipere, quod non poteſt punire, neque poteſt punire, quod non poteſt cognoſcere, aut iudicare, Eccleſia autem extra Sacramentum Pœnitentiæ, nequit iudicare, aut cognoſcere actus internos; ergo neque poteſt eos præcipere, au t vitare, conſequentiam probat. S.Doctor
33 † quia ex iudicio lex punit, homo autem, qui eſt Legiſlator humanæ legis non habet iudicare niſi de exterioribus actibus, quia homines vident ea, quæ apparent.

Id autem quod ex Metina *in fine quæſtio.*
34 *citatæ* dici quit, videlicet quod licet † Eccleſia non poſſit cum ſtrepitu iudicij interiora cordis iudicare, cum in foro fori probari non poſſint in quo ſenſu intelligitur commune proloquium *Eccleſia non iudicat de occultis, cap. tua nos, & cap. ſicut tuis, de ſimonia*, at tamen in foro poli, & conſcientiæ, & ſine ſtrepitu iudicij pœnam imponere pro peccato cordis non videtur irratio-
35 nabile, ſicut enim, etſi † votum ſit actus cordis omnino interior, & de quo iudicat intuitiuè Dominus; tamen Eccleſia iuxta poteſtatem circa illud exercet, vel diſpenſando, vel commutando: ita poterit ſibi reſeruare peccata omnino interiora & circa illa exercere vim coactiuam in foro conſcientiæ, itavt nullus niſi Pontifex ab illis poſſit abſoluere; ſicut ſibi reſeruauit & ſuæ poteſtati diſpenſare in votis caſtitatis, & Religionis, &c.

Hæc inquam ſolutio, aliquibus non placet, dicit enim ex aliis Dicaſtillus *num.* 105.
36 quod † Pontifex dum diſpenſat in præfatis votis non exercet actum iuriſdictionis prohibendo, aut præcipiendo, ſed vice Dei, & nomine ipſius remittendo verbum promiſſionis & condonando illud, quaſi ius, quod Deus cui facta fuit promiſſio, quam
37 acquiſierat, ſimiliter Pater & Prælatus Regularis irritat vota filiorum, & ſubditorum non per actum propriæ iuriſdictionis; ſed vel patriæ-poteſtatis, vel poteſtatis, quam acquirit in voluntatem ſubditi.

Verum hæc non euacuant vires præfatæ
38 ſolutionis. Primò, quia † Pontifex ſibi reſeruat diſpenſare aliqua vota circa quæ nullus alius poteſt valdè diſpenſare, & illorum auferre obligationem, quæ reſeruatio actus iuriſdictionis eſt; ergo pari modo poterit ſibi reſeruare abſolutionem interioris hæreſis, aut odij Dei, itavt nullus alius poſſit de illa cognoſcere. Secundò, quia ſi humana poteſtas, ſiue patria, ſiue dominatiua poteſt actum ſuum exercere circa actus merè internos cur circa eoſdem non poterit in foro conſcientiæ exercere iuriſdictionem.

Quare mihi non probatur ſententia † 39
eiuſdem Dicaſtilli *num.* 85. dicentis Eccleſiam non ſolum de facto, ſed neque de poſſibile poſſe præcipere actum virtutis ex motiuo virtutis v. g. auditionem miſſæ ex motiuo Religionis; hoc enim mihi non probatur, & cum Molina *tom. 6. de iuſtit. tractat.* 5. *diſput.* 58. *num.* 2. Sanch. *tom.* 1. *ſum. lib.* 1. *cap.* 13. contrarium verius exiſtimo, vt probabo *infra*; vnde Valentia *tom.* 3. *diſput.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 7. dicit, quod † Deus 40
poſſit conferre Eccleſiæ directam iuriſdictionem in actus merè internos, tamen de facto non fuit illi collata, quia vt benè Salas, *vbi ſupr. num.* 4. & 27. quia conuenit homines puros habere facultatem, valdè limitatam ferendi leges, & obligandi per illas, vnde non poſſunt communiter præcipere ea quæ valdè ſunt difficilia neque obligare cum periculo vitæ, neque leges imponere niſi neceſſarias, vel ſatis vtiles Reipubl. leges autem † de actibus purè inter- 41
nis per ſe ſumptis non ſunt neceſſariæ, nec eſſent ſimpliciter vtiles Reip. ſed noxiæ, quod ſecus eſt de poteſtate diſpenſandi, & commutandi vota merè interna & reſeruandi ſibi diſpenſationem, & commutationem, quam concedere Pontifici valdè expediens fuit pro bono & prudenti animarum ſibi ſubditarum recto Regimine, & in fauorem Religionis, & virtutis.

Et quidem † potuiſſe Chriſtum impen- 42
dere Eccleſiæ ſuæ iuriſdictionem in actus merè, & purè internos, itavt poſſit illos ſub cenſuris prohibere & in foro externo, etſi non cum ſtrepitu iudicij punire, mihi indubitatum eſt, cum ipſe vt homo ſit iudex conſtitutus à Deo viuorum, & mortuorum poteſt iuriſdictionem committere ſummo Paſtori, vt de actibus purè internis 43
(non prout latent interius) iudicet obligans ſub excommunicatione ipſo facto vt eos ſibi manifeſtè extra confeſſum, & illos etiam ſibi reſeruare, & prohibere ſub excommunicatione ipſo iure incurrenda à qua nullus niſi ipſe reſeruans poſſit abſoluere, quæ excommunicatio effectus omnes 44
internos cauſabit, quamuis nullus teneatur ſe prodere ſic excommunicatus non erit ſeparatus

44 paratus à communicatione,& conuictu humano ; non enim video rationem cur ſi
Chriſtus voluerit non poſſet communicare
Papæ iuriſdictionem vt prohibeat ſub excommunicationis pœna & amiſſionis Dominij omnium bonorum,quæ habet quis ne
habeat hæreſim mentalem,vt homines magis terrerent ab huiuſmodi contagio ; & ſic
45 † ego intelligo locutos plures ex auctoribus
quos larga manu refert Salas *nu.1.ſect.1.cit.*
qui vel loquuntur de poteſtate quæ Eccleſiæ potuit ex Chriſto communicari, non
46 quæ de facto eſt ; vel ſi loquuntur de poteſtate quæ de facto eſt communicata, non
tractant de actibus purè internis, & intrà
ſpecum interioris hominis habitibus, ſed
actibus internis aliquo modo ſignificatis
exterius, vel qualificantibus actus externos, vt iam explico.

47 Aſſero ſecundò, † Eccleſia ex vi præſentis prouidentiæ & poteſtatis ſibi conceſſæ à
Chriſto Domino poteſt præcipere aliquem
actum internum, quatenus requiritur non
quidem ad ſubſtantiam Phyſicam, & naturalem actus externi ; ſed ad valorem moralem ipſius, quatenus homines illud exigunt
vel actus externus valet apud Deum, ad
ipſum colendum, & venerandum, hæc vt
dixi dubio procul eſt mens Authorum quos
Salas citat pro prima ſententia, quorum
plures hoc voluerunt & non aliud ; *vt ſuprà*
vidimus de gloſſis decreti, & Clement. ita
cenſiſſe conſtabit ſi legantur Pigius *lib. 6.
Eccleſiaſ. hierar.c.16.* Roſilla *verbo abſolutio,
n.28.* Repertorium Inquiſit. *verbo hæreticus,*
48 Cornel.*tract.de hæreticis,n.134.* Rojas *de hæret.1.p.n.246.& 2.p.aſſertio.37.num.319.* vbi
loquitur de hæretico omnino occulto, &
quamuis priori loco,*n.150.in fine*, etiam dicat de hæretico mentali, tamen hic ſumit
mentale prout idem eſt quod occulto, tamen ſigno quod nullus vidit ſignificata hæreſi,vnde *num.246.1.p.*concluſionem ponit,
quod hæreticus omnino occultus eſt excommunicatus ; ad quod probandum plurimos authores citat, eſtque veriſſimum id
quod omnes ferè Theologi tam antiqui,
quam moderni fatentur, neque diſſentiunt
49 in hoc puncto Theologi à Canoniſtis quod
non aduertit Rojas, Theologi enim loquuntur de hæretico purè mentali, dum dicunt
non incurrere excommunicationem, non
de hæretico occulto exteriori tamen ; Roxas vero vtpotè Iuriſta non aduertens ad
terminos Theologicos confundit omnino
occultum & mentale, quod valdè differre,
50 norum eſt, quamuis enim † id quod eſt
mentale ſit omnino occultum, tamen non
quod eſt omnino occultum exterius eſt
mentale, quare tam auctores quos adducit
Roxas, quam quos refert Salas loquuntur
de hæreticis occultis,non mentalibus ; vel ſi
loquuntur de actibus interioribus quos Eccleſia prohibet, ſermocinantur de illis actibus quatenus tribuunt qualificant actum externum,
illique tribuunt moralem valorem, externum,quem exigere poteſt Eccleſia.

Quare aſſertionem noſtram ſecundam
tenent Caiet. *opuſc.de poteſtat. Papæ c.17. &
2.2.q.11 art.3.& in ſumm.verbo hæreticus n.3.*
Sotus *de iuſti.q.5 art.5.Concl.5.*Valent.*tom.3.
diſp.3.q.3. punct.2.* Sayrus *in theſauro, tom.2.
lib.3.c.6.n.vlt.* Azor *tom.1. lib.5.c.10. quaſt.2.*
Aragon *2.2.q.11. art.3.*Bannez *art.4. dub.2.*
Gutierr. *lib.1. Canon.c.13.n.18.* Petrus Nau.
de reſtit.lib.2.c.3.n.223.& lib.3.c.2.num.191.
Couarr.*in reſol.c. Alma p.1.§.11.* & ad regulam *peccatum,p.2.num.7.* Bellarm. *de Eccleſia
Milit.cap.10.& lib.4.de Pontif.c.20.* Suar. *de
legibus, lib.4.c.12.& 3.p.tom.5.diſp.4.ſect.2.
n.1.*Bandel. *lib.5.de legibus,diſp.25.*Caſt.Pal.
*tom.1.tract.3.diſputat.1.punct.6.num.3.*Bonacina *diſp.1.de legibus, quaſt.1.punct.5.num.8.
& 9.*

Id enim probant quamplurimi iuris Canonici expoſitores quos † ad longum refert 51
Salas *vbi ſuprà,Clem.1. de hæreticis,§.verum,
Epiſcopi & §. verum, c. communiter de electio.*
vbi ſub pœna excommunic. & ſuſpenſionis
mandatur Epiſcopo & Inquiſitoribus, vt
fidei officium exerceant Inquiſitionis ſine
odio, ira, amore, timore, aut quocumque
humano affectu,& *c.vnico de Schiſmaticis,§.
omnem perſonam,* excommunicantur qui Iacobum & Petrum à columna pro Cardina- 52
libus habuerit aut tenuerit ſcienter & deliberatè,*& Clem.1.§ verò,de ſtatu Monach.*excommunicatur Benedictinus,qui ſine licen- 53
tia Præpoſiti animo accuſandi illum ad curiam Regiam ſe confert,quam non incurrit
ſi bono animo vadit & ibi perſeueret, vt
bene Bonac. *de cenſuris in particulari, diſp.2.
q.8.punct.9.n 4.* Barb. *alleg.50.n.2220.& in
collect.ad præfatum,§.quia verò, & Clem.3. de
ſententia excommun.*vbi †excommunicatur, 54
quicumque Clericus qui communicauerit
ſcienter & ſpontè cum excommunicatis à
Papa, quare hæc eſt communis opinio Canoniſtarum, & cum gloſſa ſingulari,*ad Clement.1.de hæreticis*,ita tenent Cardinalis,Ancharra.Imola, & eam affirmat eſſe ſingularem Abbas *in proœmio decretal.n.6.*Felin.*cap.
finali.de hæreticis,& in c.ſi verò,el.1.de ſententia excomm.& cap.1.n.7.de præſumptio*,dicens
† eſſe communem Nauarrus *de pœnitentia.* 55
diſtinct.5.c.7.n.22. & manifeſtè videtur definita hæc ſententia,vt ait Caſtro Palao *cap.
dolentes de celebratio. Miſſæ*, quod *infrà* expendam.

Et meo iudicio † manifeſtè probatur pri- 56
mò ex vſu S.Officij Inquiſitionis,in quo eſt
conſuetudo, quod quum quis dixit verba
hæreticalia,

hæreticalia, aut fecit factum hæreticale, vt qui abutitur Sacramentis, in ſortilegiis, ſi iſte talis neget factum, verbumve dixiſſe, aut feciſſe intenrione, aut animo hæretico, torquetur pro inrenrione declaranda, qui vſus vt pius & Catholicus inualuit apud Sanctiſſimum Tribunal, de quo latè Cæſar.
57 Carena *p.2. tract.1.§.21.* quare qui hoc negaret licere temerarius dubio procul eſſet, ergo Eccleſia poteſt iudicium ferre de actu interno, iuncto actu externo non neceſſario, & per ſe directè, ſed indirectè vt coniungitur intentio hæretica cum facto illo abuſus Sacramentorum in ſortilegiis, vel in verbo blaſphemiæ hæreticalis; alias ſi hoc non poſſet illicita eſſet tortura pro eruenda intentione, à qua dimanauit factum, vel dictum illud, atgumenrum iſtud apud me magni eſt ponderis.

Vnde egregiè Ioannes Salas *vbi ſuprà, n.*
58 *24.* † ſic fatur noſtram confirmans ſententiam loquendo latè, *de intentione prout dicit volitionem alicuius obiecti, ſiue propter ſe amati, ſiue propter aliud, quamuis non ſit neceſſaria ad actum externum ſecundum ſe poteſt cadere ſub præcepto, ſi in toto eſt neceſſaria ad valorem humanorum actuum in ratione contractuum, vel Sacramentorum, vel cæremoniarum, aut huiuſmodi rerum in quibus conſiſtit exterior communicatio hominum inter ſe & cum Deo, in quibus euentibus intentio latè dicta eſt de ſubſtantia actuum externorum, non ſecundum ſe, ſed vt ſunt contractus, Sacramenta, cæremoniæ, vel cultus Dei*. Hæc ille, quæ *infrà* exemplis tam in ciuilibus, quam in Canonicis legibus
59 declarat. Vnde concludit † primò, quod dum Eccleſia prohibet rebaprizationem ſub irregularitate, adhibens omnia exteriora ſine intenrione baptizandi non incurrit irregularitatem, quia non conferr quantum in ſe eſt ſecundum Baptiſmum.

Secundò ad propoſitum noſtrum præ-
60 ſentis reſolutionis, *poteſt enim † Princeps Eccleſiaſticus, vel ſæcularis præcipere, vt actus externi ſerio, & ex animo fiant, ſic quia proferre verba quæ ſunt in Breuiario, verbi gratia, non habent rationem orationis & cultus diuini, niſi certo animo proferantur nimirum exhibendi cultum Deo, vel petendi aliquid ab eo, ſiue hic cultus, & petitio propter propriam bonitatem expetatur ſiue non; ideo humana poteſtas quæ*
61 *verum cultum Dei, & veram orationem, & actum externum Religionis cum neceſſariis ad rationem actus imperati Religionis præcipere poteſt; poterit præcipere vt verbis apponatur prædicta intentio, & hæc latè eſt deuotio, quoniam eſt bonitas obiectiua Religionis ſufficiens, vt religioſè amare poſſit, & iſte modus deuotionis implicitè præcipitur, eo ipſo quod præcipiatur oratio, Miſſa, ſuſceptio vel adminiſtratio*
62 *Sacramenti, vel ſacrificij, quia eſt de eius ratione, attentio autem aliqua, vel actualis, vel quantum eſt ex parte ſubiecti eſt de ratione diuini cultus, quia de eius ratione eſt aſſiſtere Miſſæ, vel proferre verba orationis non tanquam pſitacus, vel dormiens, ſed modo humano nimirum attendendo ad ſenſum verborum, vel* 63
ad id quod petitur, vel tractatur, vel ad Deum aliqua ratione. Alij verò actus interni ſine quibus cultus Dei, & communicatio externa cum Deo, & hominibus ſeria, vtilis & valida eſſe poteſt nec per ſe aut coniuncta actibus externis ſubduntur humanæ iuriſdictioni, neque id expediret, quia ex natura ſua ſunt longè occultiores, quam hi de quibus proximè loquebamur qui 64
multis modis ſe produnt, vt notat Suarez *vbi ſuprà, n. 27. & ideò ſæpè puniri poſſunt*. Hæc ibi quæ ſi rectè expendantur euaneſcunt ea quæ adducunr Vaſquez, quem citat & imitatur Dicaſtill. *vbi ſuprà*, quare hæc ſufficiat pro libamine.

§. II.

Non requiri attentionem internam ad ſatisfaciendum penſo horarum Canonicarum, multi recentiores exiſtimant?

SVMMARIVM.

1. *Internam attentionem ad ſatisfaciendum penſo horarum Canonicarum non requiri, qui ſentiant.*
2. *Præceptum de recitando Officio Diuino ſolum expoſcere & contentum eſſe cum attentione externa, qui teneant? & numer. 3.*
4. *Quæ attentio requiratur, quæ ſit neceſſaria ad rectam pronuntiationem.*
5. *Propter quid attentio intrinſeca mentis ſit neceſſaria.*
6. *An forma Sacramenti extremæ vnctionis ſit deprecatoria.*
7. *Quid ſit orare, & n.8.*
9. *An poſſit eſſe vera locutio cum Deo ſine attentione interna.*
10. *An ſicut oratio vocalis eſt ſignum orationis internæ ita adoratio externa ſit ſignum internæ ſummiſſionis ad Deum.*
11. *An diſtractio inuoluntaria ſit contra ſubſtantiam orationis.*

QVod placitum ſequuntur † Ægidius Coninch. *3.p.q.83.art.6.à n.191.vſque ad 301.* Cardinalis de Lugo *de Euchar. diſp. 22.n.27.* Hurtado Complut. *diſp.5.de ſacrificio Miſſæ diff.3.* Præpoſit. *n.225.* Dicaſt. *diſp.5. à num.83.* qui *n.95.* aliquos ex antiquis pro ſe adducit, ſequitur Caramuel *diſp.108.in S. Regulam.* Henrriq. *lib.9.de Miſſa, c.25.num.5.* Valer. *verbo hora, differentia 1.* & probabilem reputant, Diana *1.p. tract.12.reſol.2. in fine*, ibi, *ego ſine metu probabilem eſſe affirmo, & 4.p. tract.*

Digitized by Google

*tract.*4. *Reſolut.*107. Machado *l.*2.*p.*3.*tract.*2. *documento* 5. Layman: *lib.*4. *tract.*1. *cap.*5.*n.* 10. Victorellus *in notis ad Summam Toleti lib.* 2. *cap.*13. *num.*6. vbi ſe citat idem dixiſſe, *verbo hora* §.11. Leſſius *lib.*2. *cap.* 37. *nu.*63.
2 hi omnes aſſerunt † præceptum de recitando officio diuino; ſolum expoſcere & contentum eſſe cum attentione externa, id eſt, quæ externè non facit actionem incompoſſibilem cum attentione, vt dum pecunias numerat, ludit aleis, confabulatur, aut quodlibet aliud, quod requirit, vt bene fiat attentio, hic eſt diſtractus extrinſecè, atque adeo iſte ſolus non habet attentionem extrinſecam requiſitam, ſi tamen interius diſtrahatur voluntatie, etiam ad inhoneſta, quamuis in hoc peccet ſatisfacit tamen officio diuino, cuius præceptum non ſolum non exigit attentionem internam, ve-
3 rum nequit Eccleſia illam præcipere, quod probant primò, quia Eccleſia non poteſt præcipere quod non poteſt iudicare, at non poteſt iudicare quod non poteſt cognoſcere, aſt Eccleſia viſibilis actus internos nequit agnoſcere, ergo.

4 Secundò probatur, quia † ea attentio requiritur quæ eſt neceſſaria ad rectam pronuntiationem, & vt omnia, quis proferat, quæ ſunt diſpoſita in Breuiario quo vtitur, at vt omnia proferantur non requiritur attentio interior, ſed exterior ſufficit. Ergo & interior non præcipitur imo (addit ſatis liberè Caramuel) ſi per impoſſibile interior præciperetur non teneremur obedire, quia legiſlator excederet limites ſuæ iuriſdictionis quæ non extenditur ad actus internos.

Tertiò, ſi propter aliquam rationem
5 † attentio intrinſeca mentis eſt neceſſaria, eſſet quia talis attentio, eſt de ſubſtantia orationis, ita quod iſta ſubſtantialiter non ſubſiſteret ſine illa, atqui hoc eſt falſum. Ergo talis attentio neceſſaria non eſt ſimpliciter: minorem multis probat Cardin. de Lugo *vbi ſuprà à n.*30. *vſque ad finem diſp.*1.
6 quia † forma Sacramenti Extremæ-vnctionis eſt deprecatoria, & ita vbi non eſt oratio, & deprecatio non eſt huius Sacramenti ſubſtantia, atque ita ſi ſacerdos qui acceſſit cum intentione conferendi hoc Sacramentum ſi voluntariè diuerteretur dum profert formam non deprecaretur, neque oraret & ſic non ſubſiſteret Sacramentum, conſequens autem concedi nequit: eſt enim contra doctrinam generalem in materia de Sacramentis ad quorum valorem ſolum exigitur prolatio formæ ſuper debitam materiam à Miniſtro habente poteſtatem cum intentione faciendi, quod facit Eccleſia, quod totum hic reperitur etiamſi non adſit attentio intrinſeca.

7 Secundò, quia † orare eſt loqui cum illo quem oramus, repræſentando illi noſtram indigentiam, atqui ſine attentione interna, imo cum voluntaria diſtractione mentis poſſum verè, & ſubſtantialiter loqui; poſſum enim loqui & orare Regem illi memoriter recitando orationem etiamſi diſtractus ſim voluntariè ad alia, quæ erit vera oratio externa ſi habeam intentionem orandi, & loquendi, explicando Regi meam indigentiam.

Tertiò, quia dum Miniſter aliorum ſa- 8
cramentorum, ea adminiſtrat, verè & propriè loquitur dum dicit, verbi gratia *ego te abſoluo*, etiamſi voluntariè diſtrahatur, dum verba profert ſi tamen habeat intentionem perficiendi ſacramentum; ſimiliter ſacerdos ſi habeat intentionem conſecrandi, & proferat verba voluntarie diſtractus ad alia obiecta, ergo † poteſt eſſe vera locu- 9
tio cum Deo ſine attentione interna, idem eſt dum quis habens intentionem emittendi vota ſolemnia, & legat profeſſionis formam, quam ſcriptam defert, etiamſi dum legit voluntarie diſtrahatur ad alia obiecta quo non obſtante diſtractione, profeſſio valida eſt, & vera, & propria locutio cum Deo.

Quartò, quia † ſicut oratio vocalis eſt 10
ſignum orationis internæ, ita adoratio externa eſt ſignum internæ ſummiſſionis ad Deum, & tamen quis etiamſi diſtrahatur ad alia obiecta poteſt proſequi externam adorationem, vt genuflexionem &c. Ergo & confirmatur, quia † ſi diſtra- 11
ctio voluntaria eſt contra ſubſtantiam orationis etiam inuoluntaria, quia cum iſta non ſtat attentio requiſita, ſicut ſomnus, ſiue voluntarius, ſiue inuoluntarius obſtat ſubſtantiæ orationis vocalis.

§. III.

Requiri attentionem internam, verior ſententia docet.

SVMMARIVM.

1. *Qua ex tribus attentionibus requiratur.*
2. *An ſint cenſuræ contra non habentes attentionem.*
3. *An quoties vocalis oratio continuatur detur aliqualis attentio interna.*
4. *An ſi mens ad contrarium diuagetur erit culpa mortalis & n.*5.
6. *Quid ad inceptionem officij requiratur.*
7. *D.Caietani ſententia.*
8. *Authoris & multorum aliorum iudicium, & n.*9. *& 11.*
10. *Quid veniat notandum.*
12. *Quis actus debeat eſſe externus.*
13. *An ille qui recitat officium ex obligatione præcepti neceſſario habeat attentionem*

nem internam ſaltem virtualem ad id quod recitat.

14. *Qua intentio ſine attentione ad orationem concipi nequeat & n.15.& 16.*

17. *Qua diſtractio aut diuerſio interior licet voluntaria deſtruat attentionem virtualem requiſitam ad orationem.*

18. *Quandonam mens euagetur in contrarium intentioni orandi.*

19. *An actus externus non ſit incompoſſibilis cum intentione orandi.*

20. *Ratio difficultatis & n.21.& 24.*

22. *D. Ioannis Chryſoſtomi mens adducitur.*

23. *Dum laudes Deo deferimus & orationem vocalem fundimus, non tantum voce, ſed corde fundendum, ex SS. Patribus.*

25. *An homo teneatur vocaliter orare & exteriorem oblationem facere.*

26. *In qua intentione imbibita ſit attentio neceſſario requiſita.*

27. *Innocentij III. decretum & n.28.*

29. *Quid illa verba* quantum eis Deus dederit, *ſignificent & n.30.*

31. *Quid praeceptum attentionis exigat & numero 32.*

33. *Nauarri ſententia affertur & n.34. necnon Tabiena.*

His tamen nullo modo obſtantibus quæ videntur excogitata ad conſcientia, Eccleſiaſticorum laxandas verior, ſecurior,
1 & probabilior ſententia docet † requiri aliquam ex tribus attentionibus virtualem, vel actualem, ex his quæ ſupra ex D. Thoma inductæ ſunt, ita tenent Peſantius 2.2. *quaſt.62. art.1. dub.3.* Aragon *quæſt.83. artic.13.* Siluius *ibi concl.4.* Raphael. de la Torre. *ibi contron. 9. de horis diſp. 4.* Malderus *tract. 10. cap. 2. dub. 2.* Vaſquez 1.2. *tom. 1. diſp.160. num.30. & 31.* (licet ex alio principio de quo *infrà*) Lorca *diſput. 16. memb. 2. §. hac omnia ſectio.2. de legibus* Greg. Martinez *tom. 3. q.96. art.3. dub.5. concl. 3.* Montezinos *diſp.26. q. vnica difficult.3. n.31. verſic. nam oratio* Salas *de legibus vbi ſupra.* Suarez *de Relig. tom.2. tract.4. cap. 26. & lib. 4. de legibus cap.13. num. 12. & num.13.* dicit,
2 quod † ſint cenſuræ contra non habentes hanc attentionem, etiamſi ſit interna illas incurrit, qui non recitat attentione interna. Doctores qui ſpeciales tractatus edidere de horis Canonicis Carrolus Mancinus *cap.86. num.16.* Moneta *p.2. quaſt.2. num.2.* Bartholomæus à Sancto Fauſto *lib.2. quaſt.142.* Nauarrus *de oratio. cap.13. à n.18.* Squillante *de obligat. Clerici p.1. dub. 20. à n.36.* Ragutius *de officio Canonicorum in choro q.19. à num. 2.* Scriptores Theologiæ moralis. Azor. *part.1. lib.10. cap.16. quaſt.2.* Lopez *inſtructo. tom.2. cap.103.* Molfeſ. *tom.1. tractat. 4. cap. 2. n.8.* Homobonus *de examine Eccleſ. p.1. tract. 4. cap. 5. q.40.* Bellochius *de caſuum reſeru. p.2. q.15.* Conrad. *p.1. q.244.* Beza *in reſponſio. caſu 33. p.2.* Comitolus *lib. 1. q. 63.* Trullenc. *lib.1. in decag. cap.7. dub.17. n.4.* Palao *diſp.2. cit. tom.2. punct.3.* Bonacina *de horis diſp.4. quæſt.3. punct.1. §.2. n.12.* Thomas Sanchez *in opere Morali lib.1. cap. num.14. & l.7. conſil. cap.2. dub.28.* Miranda *in Manuali tom.1. quæſt. 37. artic.11.* Hieronymus Rodriguez *Reſ.l.25. num.18.* Auunculus ſuus *in Summ. tom 1. cap.143. & quaſt.41. Regularium art.8.* Vega *tom.2. cap.128. caſu 20.* Ledeſma *to.2. tract.9. cap.4. concl.20.* Villalobos *to.1. tr.24. diff.15. num.6.* Ioannes Sanchez *ſelect. 15. à num. 2.* Lezana *tom.1. cap.12. num. 11.* Candidus *diſquiſ.25. dub.3.* Interpretes D. Thomæ 3. *p. quaſt.83. art.6.* vbi Nugno *dub. 2. concluſ.6.* & tandem Cardinalis de Lugo *vbi ſuprà num.41. concludit* dicens. *Fatemur ergo*
† quoties vocalis oratio continuatur dari aliqua- 3
lem attentionem internam, ſed haec eſt aliquando adeo tenuis, vt merito nolint eam aduerſarij aliqui vocari attentionem, quando exigunt attentionem, ex obligatione intelligunt de attentione magis formali & explicita. eandem ſententiam tenent Marchinus *de ordine tract.2. p.6. diff.2.* Fernandez *in examine Theolog. morali.3. p. cap.13. §.6. num.2.* Sayrus *de cenſuris lib.3. c.4. n.23.* Summiſtæ etiam idem docent *verbo hora.* Armilla *num. 19.* vbi ſatis bene iuxta principia vtriuſque Tho. diſcurrit Samuel Lumbli. *num.6.* Tabiena *quaſt. 29.* vbi egregiè difficultatem enucleat Syluester *num.13. quaſt.11. & num.14.* miror enim auctores contrarij ipſum pro ſe adducere, cum manifeſte ſequatur ſententiam D. Tho. cuius formalia verba adducit, ex quarto, & ea approbat, ibi † *ſi mens ad contra-* 4
rium diuagetur erit culpa mortalis, qua intellige & limita (Sylueſter ait) *quoad orationem qua eſt in praecepto num.14. ponit primam concluſionem, quantum ad intentionem, vel attentionem quilibet ad officium obligatus tenetur in principio officij, ita quod officium ab intellectu & non ab imaginatione proficiſcatur, intra officium vero tenetur ita ad ſe redire ſi fuerit mente vagatus, quod non totaliter pereat dicta intentio ſecundum D. Tho. id eſt frequenter, non tenetur autem quouis praecepto eſſe attentus (intellige actuali at-* 5
tentione) ſed ſine culpa mortali poteſt euagari etiam à propoſito, dummodo ſciat quid faciat ſic ſcilicet quod ſtet prima intentio vel virtus eius, quæ eſt doctrina Paludani. *in 4. diſtinct. 15. quaſt. 5. art. 2. concluſ. 4.* quam ſequitur etiam D. Antoninus 3. *part. tit. 13. cap.4. §. 8.* vterque enim † requirunt ad inceptionem officij attentio-

nem internam , & quod hæc maneat ſal-
tem virtute , quam non diſtruat diſtractio
voluntaria , quod egregiè explicat D.
Caiet. *infrà* adducendus Baſſeus *verbo hora.*
4. num.6. Ledeſma *2.p.4. quæſt. 16. art.6.*
dub.3. & 4. Sotus *lib.10. de iustit. quæſt.5. ar-*
tic.5. concluſ.6. & 7. Caſtro de lege pœnali.
lib.2.cap.15.concluſ.1. Reginaldus *lib.19. cap.*
2. quæſt. 1. & multi alij quos iſti citant &
non vacat videre.

Coronæ tam Illuſtrium Doctorum finem
7 imponat † Eminentiſſimus R.Cardin.Caiet.
2.2.quæſt.83. art.13.§.in ſolutione ad tertium.
enucleans hanc ſententiam mirificè loqui-
tur cuius verba *ſap.* §.1. dedi, & ex illa mo-
do deducam admirabilem doctrinam qua
extricatur veritas , quæ ab aliquibus Recen-
tioribus intricata fuit, confuſa & male intel-
lecta , Canoniſtæ etiam noſtram ferè omnes
ſequuntur ſententiam cum Gloſſa *ad caput*
dolentes de celebratione Miſſarum verbo ſtu-
dioſè. hos refert Barboſa *in collectancis ad il-*
lud caput n.1. & Nicolaus Garzia *part.3.cap.*
1. num.182. Fillucius *tract.23.cap.6. quæſt.3.*
& c.8. quæſt.2. videat ergo Dicaſtillus quo-
modo parui pendeat cenſuram Magiſtri ſui
Patris Ludouici Turriani , qui in cenſuris
Theologicis *centuria.1. dub. 28. cenſet con-*
trariam opinionem eſſe pernicioſam , & impro-
8 *babilem* : de qua cenſura † ego non Iudico,
iudicent alij , ſolum aduerto ferè nullum ex
Antiquis Scriptoribus dixiſſe ſine aliqua at-
tentione interna ſaltem virtuali , poſſe ali-
quem ſatisfacere penſo horarum, imo dum
9 aliqui dicunt non requiri attentionem in-
ternam loquuntur de actuali attentione, vt
explicat Tabiena , *vbi ſuprà verſic. prima*
concluſio.

10 Quod , vt rectius intelligatur † notanda
eſt egregia doctrina quam colligo ex vtro-
que Thom. *locis iam citatis*, quod ſi quis
non habeat intentionem orandi dum reci-
tat officium diuinum , ſed vel legendi , vel
addiſcendi pſalmos, & cætera, quæ in officio
continentur non verè ſatisfacit præcepto, id
in quo conueninnt Auctores citati , & pro-
bat Eminentiſſimus Lugo ſicut ſi quis non
habeat intentionem conferendi Sacramen-
tum actualem , vel virtualem nullo modo
ipſum confert , etſi proferat verba ſupra
materiam debitam , quod eſt certum in Ec-
cleſia Dei, ita niſi quis habeat intentionem
orandi , & ferendi Deo cultum , quamuis
proferret, verba inſtituta ab Eccleſia ad orã-
dum Deum ; nun orat , nec colit ipſum , ita
omnes citati pro noſtra ſententia & etiam
11 adducti pro contraria, expreſsè † D. Thom.
Syluester, Paludanus, Caiet. & alij : ratio eſt
euidens , quia oratio externa & vocalis ha-
bet bonitatem obiectiuam Religionis , &
cultus in Deum , hæc autem bonitas cum
ſit moralis attingi nequit niſi actu volun-
tatis non quidem actu meritorio , aut ex
omni circumſtantia bono moraliter, poteſt
enim quis ob inanem gloriam habere vo-
luntatem, & intentionem dicendi officium,
ſed † actus iſte debet eſſe internus, vocalem 12
orationem intendens illa Deum orare; alias,
vt optimè Syluester , mouebitur quis ad
orandum non ab intellectu , ſed ab imagi-
natione ſicut pſitacus , aut ebrius , & a-
mens.

Ex qua doctrina quæ indubitata eſt ma-
nifeſte deducitur , quod † ille , qui recitat 13
officium ex obligatione præcepti neceſſario
habet attentionem internam ſaltem vir-
tualem ad id quod recitat , ſaltem ad ver-
ba ſine errore proferenda , vt cultus Deo
deferatur , & ad ipſum orandum, ratio eſt,
quia debet habere intentionem orandi vo-
caliter , atqui † iſta intentio ſine attentione 14
ad orationem , concipi nequit , vnde in-
tentio illa virtualiter continet attentionem
intrinſecam ad conceptus verborum , vel
eorum rectam pronuntiationem , ex qua
conſtat oratio vocalis , & ad Deum , quem
intendo orare illi meam indigentiam pro-
ponendo & explicando , non ſecus ac
amor Dei ſuper omnia virtualiter continet 15
contritionem , quæ eſt dolor de peccatis
propter Deum ſummè dilectum , ſicut
enim non poteſt quis amare Deum ſuper
omnia apretiatiuè , quin in illo amore vir-
tualiter contineatur dolor de peccatis,
quatenus ſunt offenſa Dei ; ita eo ipſo,
quod , quis habeat intentionem orandi ha-
bet ad minus attentionem virtualem ad
orationem vocalem , & ad Deum , qui ora-
tur , nec illa intentio conſiſtere aliter po-
teſt , & hoc eſt quod dicebat S. D. *in 4.* 16
quod attentio manere debet in oratione ſe-
cundum virtutem , manet tamen ſecun-
dum virtutem quum aliquis ad orationem
accedit , cum intentione aliquid impetran-
di , vel Deo debitum obſequium redden-
di.

Ex quo fit quod ſola illa † diſtractio aut 17
diuerſio interior , etiamſi ſit voluntaria,
& ex propoſito quæ eſt de obiecto oppoſi-
to obiecto orationis quam quis intendit fa-
cere opponitur , & deſtruit attentionem
virtualem requiſitam ad orationem, vt di-
cit Sanctus Doctor *in illa ſolutione ad 2.* ibi,
ſi ad contrarium mens euagetur culpa mor-
talis eſt , mens autem tunc † euagatur in 18
contrarium intentioni orandi ; vel quan-
do imperat actus externos appoſitos & in-
compoſſibiles cum obiecto intentionis orã-
di , & attentionis ; vel quando interius ſe
diuertit ad contemplationem ſcientiarum
ſpeculatiuarum

ſpeculatiuarum; vel alicuius rationis politicæ, aut negotiorum, aut litium in his quæ multum perſeueret, diſcurrendo, cum his enim cogitationibus internis, ſicut non compatitur intentio orandi mentaliter, ita neque intentio interior circa obiecta præfata.

19 Si tamen † actus externus non eſt incompoſſibilis cum intentione orandi, vt deambulatio, manus & faciei lauatio, non euertit attentionem virtualem, etiamſi talis actus voluntarius & ex propoſito fiat; ſimiliter ſi diuerſio interior etiam vltro facta ſit non eſt incompoſſibilis ad alia negotia, ſi intenta eſt, & profunda dubio procul rapit animum, vt ad nihil aliud attendat, quare deſtruit intentionem orandi, & verba proferuntur tanquam ab ebrio aut amente, nec
20 eſt eadem ratio † vt malè excogitarunt Cardinalis de Lugo, & Coninch. quando diſtractio eſt in voluntaria, etiam in cauſa reſpectu recitationis, quaſi intentio fuerit voluntaria & moralis ſolum illam deſtruit actus voluntarius & moralis, non vero phyſica diſtractio mentis; vt eſt indubitatum apud omnes in materia de peccatis.

21 Ex his extricata apparet iam communis, certaque ſententia quam me quidem iudice & patres docuerunt, & Sacri Canones. D. Ioannes Chryſoſtomus *homi. 29. ad populum Antiochenſ.* vbi agens de attentione, & intentione neceſſaria ad recitandas diuinas laudes; ſine qua nemo excuſatur ſic dicit,
22 † *quæ enim excuſatio aut venia dabitur nobis ſi cum amicis loquentes adſumus animo mentemque adhibemus, cum Deo vero loquentes animo in rebus indignis peregrinamur? poſſetque tum fœda ac turpis eſſe peregrinatio illa mentis, vt duplicis ſceleris ſui lethalis culpæ labem haberet, vnam v. c. cogitati optatique ſtupri vel homicidy, alteram inſignis iniuriæ, qua diuinæ preces, pſalmi, Sacraque Scripturæ verba, tunc afficiuntur.* Hæc ibi, vbi Sanctus Doctor non ſolum è ſuggeſtu, ſed è Cathedra loquitur.

Hæc eſt communis. SS.PP. ſententia apud quos hæc propoſitio, vt indubitata conſti-
23 tuitur; quod † *dum laudes Deo deferimus & orationem vocalem fundimus, non tantum voce, ſed corde fundendam,* ita Aug. *enarrat. in pſal.* 39. Hieronym. relatus, *in c. cantantes 92. diſt.* S. Bonauent. *de perfectione ſpirituali.* D. Greg. *citatus à Tabiena,* & D. Thom. Hugo Victor. *lib. de modo orandi.* Laurent. Iuſtinian. & alij. Vnde Dominus Iſaiæ 29. *n.* 8. conqueritur de populo ſuo, dicens, *populus iſte ore ſuo & labiis ſuis glorificauit me, cor autem eius longè eſt à me.*

24 Ratio huius propoſitionis, † ex ipſo naturæ lumine clareſcit, cum enim oratio vocalis ſicut ſacrificium, & oblatio ſit actus externus Religionis, quem homo tenetur Deo offerre in cultum externum; iſte ſine interna intentione illum dandi Deo ſubſiſtere nequit, vt enim ait D. Thom. 2. 2. *q.* 83. & 84. † Homo tenetur vocaliter orare, & 25
exteriorem oblationem facere, & non intereſt vt interius hæc faciat, quia conſtat ex anima & corpore. Vnde per actiones corporeas debet etiam illi deferre cultum, & adorationem; actio autem corporis niſi conformetur actioni mentis ab illaque imperetur, eſt actio humana, & cultus & oratio æquiuoce, ſicut cadauer æquiuoce eſt homo, debet ergo † oratio ab intentione 26
orandi imperari in qua intentione, inhibita eſt attentio neceſſario requiſita; explicatur, niſi quis habeat intentionem deferendi latriam Deo per genuflexionem, quamuis toto die genuflexus exiſtat, non erit adoratio talis genuflexio, ſed ſicut, ſi aſina genuflecteretur, illa autem intentio implicat quod ſit ſine attentione diuinæ excellentiæ cui defertur latria.

Ex hoc patet iam clarus & genuinus ſenſus, *text. in c. dolentes, de celebratio. Miſſarum,* † vbi Innocentius III. motus ex eo quod 27
Clerici in choro intendebant collocutionibus Laïcorum, dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt aures intentas non porrigunt ad diuina propter quæ ſubdit, *diſtrictè præcipientes in virtute Sanctæ obedientiæ, vt Diuinum Officium nocturnum pariterque diurnum, quantumuis Deus dederit, ſtudioſè celebrent pariter & deuotè* Hæc ibi, vbi gloſſa, *ſtudioſè quantum ad officium oris id eſt, ſine ſyncopa deuotè quantum ad officium cordis.*

In quo textu quamuis Pontifex expreſsè 28
loquatur de his qui dicunt Diuinum Officium in choro, tamen dubio procul ratione ſua comprehendit etiam, qui extra chorum penſo horarum ſatisfaciunt, vt ſcilicèt canentes in choro id faciant ad quod tenentur, qui extra chorum recitant, *vt ſtudioſè,* id eſt, *ſine ſyncopa,* verba proferat, *& deuotè,* id eſt, *cum attentione cordis,* ad recitationem quam facit, & hoc ſignificant illa verba † *quantum eis Deus dederit*; id eſt, at- 29
tentione quam Deus largiri vult, ita vt non voluntariè diſtrahatur, non ſolum exterius intendens collocutionibus & effundens auditum ad indebitos ſermones, cum quibus non compatitur intentio orandi, ſed etiam interius attendendo, per intentionem orandi ad rem impetrandam, vel ad Deo debitum obſequim, & cultum reddendo, quis enim orare intendit, quod cum oratio ſit petitio decentium à Deo non attendat, vel ad Deum, vel ad rem decentem, quam à Deo petit certè quidem hoc eſt proſus intelligibile.

Ex quo ſit facillimum eſſe præcepto attentionis ſatisfacere in perſoluendo Diuino
31 Officio,nam † nihil aliud præceptum attentionis exigit, niſi quod quis animo vacandi Deo horas inchoet,&in contrarium animus iſte non mutetur dum exſoluit Diuinum Officium. Mutare autem in contrarium impoſſibile eſt ex inaduertentia, quando non voluntariè ab officio vagatur mens, & ideo ſi quis aduertat hæc, vel illa ſe cogitare, quæ ſunt extranea à meditatione ſua, ſed non aduertit,quod ab Officio Diuino diſtrahatur, ac per hoc animus vacandi Deo à
32 principio officij habitus non eſt mutatus in contrarium,quia numquam iſte habuit animum recedendi à vacando Deo in Diuino Officio,quod tunc recitat; oportet enim receſſum humanum à termino à quo fieri per ſe,hoc eſt ex intentione,quæ ſunt verba Caietan. *in ſumm.verbo hora*, §.8. videant ergo quomodo ad vitandos ſcrupulos contrariæ ſententiæ pauci Auctores conſcientias relaxant.

Addo ex Nauarr. *ad c.quando,de conſecra-*
33 *tio.diſt.*1.*& c.*13.*eod.n.*15.*& ad c.inter verba.* 11.*q.*3.*num.*309. quod cum dicere Diuinum Officium ſit actus virtutis Religionis, quæ non ſubſiſtit ſine electione, quia eſt actus humanus deliberatus, debet procedere ex intentione hanc habet homo, dum accipit Breuiarium animo ſoluendi penſum horarum, ſi enim tunc interrogaretur, ad quid
34 illud accipit, & quare *Pater noſter* dicit, reſponderet, quod ad perſoluendum Diuinum Officium, ſicut cum Sacerdos parat Calicem veſtibus Sacris indutus interrogaretur qua propter illud faceret? reſponderet quod ad dicendam Miſſam Sacrumque faciendum. Vnde egregiè dicit Tabiena
35 *n.*32.*q.*31.† quod ex eo quod quis eſt aſſuetus dicere officium faciliter,& quaſi inſenſibiliter facit talem deliberationem, ſicut artifex quando incipit aliquod artificium non indiget magna deliberatione, ſicut pulſans organum, & iſta attentio ſufficit, quæ non eſt grauis.

§. IV.

Triplex modus probabilis defendendi communem ſententiam?

HÆc ſententia quæ vt vidimus omnino communis eſt,& fuit ab omni ferè antiquitate defenſa,& ferè ab omnibus ſapiētibus ventilata, vt notat Tabiena *vbi ſuprà*, triplici modo tutatur, & quilibet eorum ſatis probabilis eſt & refert Tabiena, *vbi ſuprà, tres iſtæ viæ tutæ ſunt per quas quiſque ſine offenſione incedere valet.*

SVB §. I.

Modus defendendi Vaſquez extricatur.

SVMMARIVM.

1. *An non attendere ſed ſe voluntariè diſtrahere in oratione,quæ non eſt ſub præcepto non ſit peccatum mortale.*
2. *An Eccleſia nequeat prohibere neque actum internum ſecundum ſe nec prout coniunctum actui externo, & numero* 3.
4. *An ratione actus interni coniuncti externo incurratur pœna lata ab Eccleſia.*
5. *An tam integritas confeſſionis quàm dolor de peccatis cadant ſub præceptum diuinum de confeſſione, & n.*6.
7. *An præceptum vocaliter orandi non ſit humanum ſolum impoſitum Clericis in Sacris & Beneficiariis, & n.* 8.
9. *An attentio interior ita præcipiatur,vt non ſatisfiat præcepto ſine illa.*
10. *An recitare horas Canonicas ſit non ſolum de iure humano ſed etiam diuino.*

PRimus modus eſt quem ſequitur P. Gabriel Vaſq. *opuſculo de beneficiis, c.*4. §.1. *artic.*3. *à dubitat.*1.*vſque,ad* 3. incluſiuè, in quibus

Aſſerit primum quod non attendere, ſed 1
ſe voluntariè diſtrahere in oratione, quæ non eſt ſub præcepto non eſt peccatum mortale, ſed veniale, quia (inquit) non fit Deo grauis irreuerentia, ſi quis voce tenus proferat orationem, quando alias non tenebatur orare; vt propter hoc ipſum dignum exiſtimemus morte ſpirituali, vnde hæc ſententia eſt conſulenda cum oppoſita Metinæ, *Codice de oratione, quæſt.*14. *rigida ſit & ſcrupulis plena*, ita habet, *dubitat.* 1. *numer.*73.

Aſſerit ſecundùm, *dub.*2. quod † Eccleſia 2
nequit prohibere neque actum internum ſecundum ſe, nec provt coniunctum actui externo, quod iterum repetit, *dub.*3. contra Caiet. *tom.*2.*opuſcul.quæſt.de confeſſ.quæſito* 2. *& in ſumm. verbo excommunicatio, cap.*3. qui cum communi aſſerit Eccleſiam poſſe præcipere actum internum, qui connexus eſt cum actu externo ex diuina inſtitutione, aut requiritur ad valorem actus externi, quam ſententiam latè impugnat eruditus Pater, ſed eius fundamina diſſipata ſunt, §.1. *in* 4. *libamine*, quare hic ſolum proponam argumentum me quidem iudicè manifeſtum ad hominem contra ipſum, qui
*n.*91.*&* 92. benè aſſerit,quod quando actus 3
exterior, vt plurimum ſignificet actum internum & malum animum, licèt hoc non ſit ex natura rei, tamen Eccleſia ducta præſumptione probabili iudicat,de illo actu externo,

terno, prout ſubeſt interno, & non alias & ſic excommunicat Inquiſitores, qui ex odio vel amore procedunt in officio ſuo, qui affectus ſi adſint incurritur excommunicatio, ſecus verò ſi non exiſtant, vnde eſt manifeſtum quòd † ratione actus interni con-
4 iuncti externo incurritur pœna lata ab Eccleſia, quæ iudicat de interno iuncto externo, ergo poteſt Eccleſia fundata in ipſius rei natura ex qua habetur, quod exterior actus vtpote humanus, & deliberatus, quod oratio exterior dirigatur ab attentione interiori, cum multo maior connexio ſit inter orationem vocalem, & attentionem internam, quam inter odium, vel amorem & exercitium officij Inquiſitorum: quare ſicut Eccleſia ducta coniectura iuridica præcipit Inquiſitoribus, ne odio, vel amore exequantur ſuum officium, ita poteſt præcipere quod recitans Officium Diuinum habeat attentionem internam, quam illud ex natura rei exigitur.

Vnde fit, quod non ſolum determinando ius diuinum, ſed præcepto ſpeciali ſuo Eccleſia præcipit omnibus fidelibus vtriuſque ſexus veram & integram confeſſio-
5 nem, verumque dolorem, etenim † tam integritas confeſſionis, quam dolor de peccatis cadunt ſub præceptum diuinum de confeſſione, quare cum Eccleſia præcepto ſuo ſpeciali mandet quotannis confiteri, conſequenter mandat actus internos, qui neceſſarij ſunt ad veram confeſſionem, quia iſti ſunt connexi ex diuina inſtitutione cum ſubiectione externa ad claues Eccleſiæ,
6 vnde ſi quis ſine dolore neceſſario ad valorem Sacramenti, aut ſine integritate præcepta confiteatur, non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, & verè incurrit pœnas latas contra non confitentes, ſicut Inquiſitor incurrit, ſi ex odio, aut amore procedat in ſuo officio; quare defectus doloris interni connexi ex inſtitutione diuina cum actu externo ſubiiciendi peccata clauibus poteſt Eccleſia punire excommunicatione, de hoc latiùs dixi in materia de Sacramento Pœnitentiæ, *tr.* 7. *de confeſſ. dub.* 5.

Dicit tertium, *à n.* 96. & ſatis probabili-
7 ter ad propoſitum noſtrum, *quod † præceptum vocaliter orandi non eſt humanum ſolum impoſitum Clericis in Sacris, & Beneficiariis, ſed eſt diuinum, modificatum tamen ab Eccleſia ad certum genus orationis, quoniam perſonæ prædictæ tenentur ratione ſui ſtatus ad aliquod*
8 *Officium Diuinum, aut cultum exhibendum ratione ordinis, vel Beneficij, Eccleſia autem limitauit, & modificauit indeterminatam hanc obligationem ad genus hoc orationis vocalis officium recitandi: vnde ſecundum ſubſtantiam diuinum naturale præceptum eſt, ideo non ex Eccleſiæ præcepto, ſed diuino naturali præcipitur attentio interior*, & ita, *in cap. dolentes vbi hæc limitatur obligatio, † attentio etiam interior* 9
ita præcipitur, vt non ſatisfaciat præcepto ſine illa quia diuinum eſt. Vnde non tantum conſequenter in cap. dolentes, præcipitur attentio ſed etiam directè; ſicut præceptum Eccleſiæ de annua confeſſione ad recipiendum verum Sacramentum dolore ſufficienti obligat, non quia humanum eſt, ſed quia eſt ſecundum ſubſtantiam diuinum licèt modificatum ab humano. Hactenus ille, & ſatis vt dixi probabili iudicio & prudenti dictamine, quod non obſcurè innuunt D.D. illi, qui dicunt, quod † recitare 10
horas Canonicas eſſe non ſolum de iure humano, ſed etiam diuino, iſtius quidem quantum ad ſubſtantiam in quo includitur attentio intrinſeca; Eccleſiæ vero quantum determinationem obligationis: ita Tabiena *vbi ſuprà, q.* 30. & alij ex antiquis.

SVB §. II.

Modus dicendi Paludani enucleatur?

SVMMARIVM.

1. *An ad orationem poſſit requiri duplex attentio, & n.* 2.
3. *An ſi euagatio ſit ſolum ſecundum actum interiorem licèt ſit grauis ſit peccatum; & n.* 4.
5. *An in illa oratione quæ cadit ſub præcepto diuino euagatio deliberatiua, ſine exteriori occupatione ſit peccatum mortale.*
6. *An dare aliquid miniſtris Eccleſiæ ſit de iure diuino & morali.*
7. *Vtrum ad horas Canonicas teneantur Beneficiati iure diuino & humano.*
8. *Vt oratio acquietatiua ſit quid requiratur.*
9. *Obligatus ad horas Canonicas tenetur ex præcepto diuino attendere.*
10. *An ſi miniſter Eccleſiæ dum recitat Officium Diuinum cogitet aliud ſit tranſgreſſor, & n.* 11.

Secundus modus explicandi communem ſententiam eſt Paludani *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſtio* 5. *articulo ſecundo, Concluſio quarto.* Vbi dicit primùm quod † ad orationem 1
ſicut ad quodlibet opus bonum poteſt requiri duplex attētio, vno ex modo vt oratio intentione procedat, alio modo vt attentio continuè cōmitetur orationem. Primò modo requiritur attentio ad orationem tam publicam, quam priuatam, non ſolum quidem propter meritum, ſed etiam ad vitandum peccatum, quando oratio dicitur ex 2
præcepto, quia præceptum datur hominibus ideo oportet quod non procedat ex ſola imaginatione quæ communis eſt nobis, & brutis ſed ex deliberatione quæ requirit attentionem, non tamen requiritur, quod attentio

tentio actualiter comitetur totam orationem. Requiritur tamen quod urans ſcienter non diſtrahat mentem ab intentione, hoc autem non poteſt eſſe ſine culpa mortali,
3 aut veniali, ſi enim euagatio ſit ſolum ſecundum actum interiorem, licèt ſit temeraria, & grauis ex quo eſt à propoſito fortè, tamen non eſſet peccatum ſaltem graue, niſi eſſet contemptus, quia Eccleſia non habet iudicare de actibus interioribus, mere.
4 Propter hoc non poteſt eam prohibere ex præcepto propter quod, ſi miniſter Eccleſiæ dicendu horas cogitet aliud non videtur tranſgreſſor Eccleſiæ, quantum eſt ex natura facti.
5 Dicit ſecundum, quod † in illa oratione quæ cadit ſub præcepto diuino euagatio deliberatiua, ſine exteriore occupatione eſt peccatum mortale, ſicut enim ſe habet occupatio exterior ad orationem præcepti humani, ſic interior ad orationem præcepti diuini, quia Deus poteſt præcipere *actum interiorem*.
6 Dicit tertium, quod ſicut dicitur † dare aliquid Miniſtris Eccleſiæ eſt de iure diuino, & morale ſed determinare quantum, erat iudiciale, & nunc per Eccleſiam detractum eſt illud idem ſcilicet *decima*, & ideò nunc decima eſt de iure diuino, ita & cum homo ſit obligatus ad orandum; & aliquomodo iſtud tempus, & modus videntur determinata per Eccleſiam in Ordinatis, &
7 Beneficiatis & Religioſis, vnde † ad horas Canonicas tenentur iure diuino, & humano, & propter hoc tenentur attendere corde, præcepto diuino, etſi non humano, quia hoc importat oratio, *quæ aſcenſus mentis in Deum eſt*.
8 Dicit quartum, ad hoc vt † oratio acquietatiua ſit, requiritur quod eius attentio ſit intenta, & quod ſponte non euagetur mens, quia ſi ſponte & deliberatiuè euagauerit in illis, quæ tunc dicit, non videtur acquietare, ſed tenetur reducere cum oratio ſit actus mentis non oris, & ſic non eſt oratio, ſi non eſt attentio. Hæc vir ſapientiſſimus & in re morali verſatiſſimus, quæ ferè ad verbum adduxi & videant auctores contrarij, qua fronte pro ſe adducant Paludanum,
9 cum expreſsè dicat, quod † obligatus ad horas Canonicas tenetur ex præcepto diuino attendere; & ſic peccat mortaliter, quare Paludanus & Vaſquez eiuſdem ſunt ſen-
10 tentiæ, vnde ſolum dicit quod † ſi miniſter Eccleſiæ, dum recitat Officium Diuinum cogitet aliud non eſt tranſgreſſor, quantum eſt ex natura facti, ſi ſcilicet factum non euertit intentionem orandi, quam debet habere; ſi tamen ſpontè & deliberatè euagauerit, ita vt actum deliberatum intentionis orandi deſtruat, ita vt neque virtualiter maneat, *tenetur redicere*, cum oratio etiam vocalis ſit magis actus mentis, quam oris ſine attentione, ergo virtualiter imbibita in intentione orandi, oratio etiam vocalis non ſubſiſtit, nec quietat conſcientiam, ita vt non teneatur repetere.

SVB §. III.

Tertius modus magis communis enodatur?

SVMMARIVM.

1. *An Eccleſia poſſit & de facto præcipiat actus internos quatenus iuncti ſunt actibus externis.*
2. *An qui ſine attentione dicit horas Canonicas peccet contra ius poſitiuum Canonum.*

Tertius modus explicandi communem ſententiam magis receptus eſt apud
1 D. D. quod ſcilicèt † poteſt Eccleſia & de facto præcipit actus internos quatenus iuncti ſunt actibus externis, & iſti ab illis promanant, & ita præcipit orationem vocalem horarum, quatenus verè & propriè & non æquiuoce eſt oratio, vnde conſequenter præcipit attentionem internam ſaltem virtualem; quem modum ſatis ſuperque enucleaui, *in ſuperioribus*, præcipuè, §. 1. *in 4. li-*
2 *bamine*, vnde † qui ſine attentione dicit horas Canonicas peccat contra ius poſitiuum Canonum, *in c. dolentes, de celebratione Miſſarum*, ſicut Inquiſitor qui ex odio, vel amore, exequitur ſuum miniſterium, mortaliter peccat, & eſt excommunicatus.

§. V.

Occurritur fundamentis oppoſitis?

SVMMARIVM.

1. *Eccleſia de actibus merè internis & prout ſeiuncti ab externis ex natura illorum non iudicat, remiſſiuè.*
2. *Attentio ad verba quatenus ſunt inſtituta ad cultum Dei eſt ſufficiens, remiſſiuè.*
3. *Ratio difficultatis enodatur, & n. 4.*
5. *An cum Eccleſia præcipit orationem vocalem quæ ſit vera oratio reſpectu Dei, præcipiat attentionem internam.*
6. *An niſi verba proferantur cum intentione debita vim obligandi exerceant.*
7. *Quæ intentio virtualis ſit etiam virtualis attentio.*
8. *An idem ſit de adoratione externa, ſicut de oratione vocali.*

Svmma facilitate oppoſita fundamenta corruunt, adeo vt mirer auctores non infimæ notæ illis niſi ad opinionem introducendam

cendam quam nullus antiquorum dixit, etſi dixit ſtatim fuit ab aliis grauioribus interceptus, ne zizania creſcerent, vt triticum veritatis ſuffocarent.

Igitur ad primùm reſpondetur, quod
1 † Eccleſia de actibus merè internis, & prout ſeiuncti ab externis ex natura illorum non iudicat, vt vidimus.

2 Ad ſecundùm reſpondetur, † attentio ad verba quatenus ſunt inſtituta ad cultum Dei eſt ſufficiens, vt vidimus ex D. Thoma, & hæc eſt quæ præcipitur, etiamſi ſit actus interior, quatenus coniungitur exteriori, pronuntiationi ipſorum, & hanc poteſt præcipere Eccleſia, vt vidimus.

Ad tertiùm reſpondetur, concedo maiorem, & nego minorem. Ad primam probationem reſpondetur, † implicare in termi-
3 nis Cardinal. ſi enim Miniſter illius Sacramenti habet intentionem faciendi, quod facit Eccleſia habet virtualem attentionem ad orationem, & deprecationem quæ eſt de eſſentia Sacramenti, quæ attentio non tranſit niſi mutetur intentio.

4 Ad ſecundam reſpondetur etiam implicare in dictis, quia eo ipſo, quod petendo alicui explicem meam indigentiam, cum hic ſit actus deliberatus implicat, quod nō attēdam ad id quod peto, & ad dependentiam, quam habeo ab illo, cui auxiliū in neceſſitate peto, vel ſaltē ad verba, quibus peto, quia etiā à Rege peto cum intentiōne petendi, & orandi, quamuis memoriter recitē orationē, Rex tamen ipſe non iudicat de attentione, ſed de vocali externa oratione. Deus autem qui oratur, & orationis attentionem conſiderat, reſpectu illius non eſt vera oratio, etiam vocalis ſine attentione intrinſeca,
5 quare † cum Eccleſia præcipiat orationem vocalem quæ ſit vera oratio reſpectu Dei præcipit attentionem internam, quæ eſt de ſubſtantia orationis vocalis factæ ad Deum.

Ad tertiam reſpondetur, vnico verbo ad omnia exempla *ibi* adducta dico, quod imò potiùs noſtram & antiquorum ſententiam
6 probant, quia † niſi verba proferantur cum intentione debita faciendi, quod facit Eccleſia, & emittendi tria vota ſubſtantialia Religionis, ita vt ad minùs hæc interſit virtualis, nec vota ſubſiſtunt, aut vim obligandi exercent, nec Sacramenta ſunt valida,
7 iſta autem † intentio virtualis eſt etiam virtualis attentio, tum ad locutionem, tum ad eum cui loquendum eſt, nec aliter poteſt concipi locutio humana, ſi autem euagatio mentis, quæ tunc fit ex propoſito non faciat euaneſcere intentionem præfatam ſemper manet eius virtus, vt ſit humana locutio.

8 Ad quartam reſpondetur, quod idem eſt de adoratione externa ſicut de oratione vocali dictum eſt, imò vt vidimus illa obiectio euertit ſententiam contrariam, confirmatio etiam huius probationis nullius momenti eſt, vt etiam monſtrauimus, cum enim attentio ſit voluntaria, quæ moraliter virtualiter manet non diſtrahitur, niſi per diſtractionem voluntariam.

§. VI.

Subreſolutiones valdè vtiles ad praxim in diuerſis materiis.

Ex prælibato, & conſolidato fundamento, & principio plures deducendæ ſunt doctrinæ, non iniucundæ legentibus.

SVBRESOLVT. I.

Poteſt Eccleſia præcipere, quod annua confeſſio validè fiat.

SVMMARIVM.

1. *An Eccleſia non poſſit præcipere quotannis fiat confeſſio Sacramentalis.*
2. *An præceptum Eccleſiæ annuæ confeſſionis ſit modificatio præcepti diuini.*
3. *Dicaſtilli mens, n. 17. & 18.*
4. *An ſi Eccleſia ferat excommunicationem contra non adimplentes ſuum præceptum, incurratur excommunicatio, & numero 5.*
6. *Quid poſſit Eccleſia contra non adimplentem præceptum de annua confeſſione, & num. 7.*
8. *An non poſſit Eccleſia excommunicare illum qui ob defectum doloris facit nullam & inualidam confeſſionem.*
9. *Vaſquez refellitur, & n. 21.*
10. *Ratio difficultatis enodatur, & n. 11.*
12. *An præceptum annuæ confeſſionis ſit Eccleſiaſticum & humanum, & n. 13.*
14. *Suarez iudicium affertur.*
15. *Præceptum de annua confeſſione an ſit determinatio iuris diuini ad tempus in quo debet impleri, & n. 16.*
19. *An poteſtas Eccleſiæ non ſe extendat ad præcipiendum annuam confeſſionem de peccato omnino interno.*
20. *Temeraria Margarita ſententia iudicatur.*

Primum eſt contra Gabrielem Vaſquez qui *tract. de benef. §. 1. art. cit. dub. 3. n. 94.* dicit, † quod Eccleſia non poteſt præcipere, 1 quod quotannis fiat confeſſio Sacramentalis & valida & integra, vnde ille qui ſine dolore requiſito; vel cum mendacio dimidiat confeſſionem; quia dolor eſt actus internus

de quo non iudicat; vnde ille qui ob defectum doloris voluntarium facit nullam cõfeſſionem non incurrit excommunicationem poſitam contra non confitentes, etſi non adimpleat præceptum annalis Confeſſionis, etſi ſit præceptum Eccleſiæ, vt probat *tom.4 in 3.p.quæſt.92.art.3.dub.5.num.5.*

2 quia præceptum Eccleſiæ annuæ Confeſſionis eſt modificatio præcepti diuini, quod obligat ad faciendum verum Sacramentum cum effectu, vnde Eccleſia modificans præceptum hoc diuinum extenditur directè ad actus merè internos & qui illos non ſubiicit clauibus, aut non confitetur integrè omnia peccata, aut non habet requiſitum dolorem, nec præcepto Eccleſiæ, nec diuino ſatisfacit ex quo principio colligit, quod cũ in ſua ſententia non detur ſacramentum informe, per iſtud nullo modo ſatisfacit præcepto annuæ Confeſſionis.

Hæc doctiſſimi viri doctrina, quam to-
3 tis neruis defendit † Dicaſtillus *tract. 8. de pœnitentia diſputat. 7. dub. 5. numer. 92.* moder anda eſt iuxta noſtra principia, vt veritatem contineat, aſſero enim quod Eccleſia poteſt ſuo præcepto annuæ confeſſionis præcipere, quod quis verè confiteatur, quoad integritatem & quoad dolorem, quia vtrumque etſi internum quid, eſt annexum ex diuina inſtitutione actibus externis, & ſic poteſt illud præcipere ſua lege, quia de actibus internis prout coniuncti ſunt externis iudicat, vt vidimus §. 1. *libamine* 4. vnde qui non habet dolorem requiſitum non ſatisfacit præcepto annuæ confeſſionis, quod verè Eccleſiaſticum eſt.

4 Dico amplius, quod † ſi Eccleſia ferat excommunicationem contra non adimplentes ſuum præceptum; hæc non adimpletio ſi fiat ex defectu, & omiſſione doloris, aut integritatis, quia tacet aliquod peccatum purè internum non incurritur excommunicatio, quia defectus, & nullitas confeſſionis eſt purè interna & non coniungitur per ſe alicui actui externo, ſicut *ſupra* dicebamus de omiſſione attentionis internæ, quæ non poteſt puniri ab Eccleſia. Dico amplius contra Vaſquez ſi Eccleſia,
5 vt modificans præceptum diuinum de annua confeſſione extenditur ad actus internos; ergo prout modificat præceptum diuinum poteſt ferre pœnam contra non implentes præceptum diuinum, quod ipſa modificat, eo modo quo tenentur fideles illud adimplere, in mea autem ſententia Eccleſia non extenditur ad actum internum, niſi quatenus coniungitur actui externo etiam ſi modificet præceptum diuinum, quia iſta modificatio eſt purè humana & ab illa dimanat, vt ab vnica & adæquata cauſa, quod confeſſio ſit annualis.

Dices, quid ergo † poteſt Eccleſia in illum 6
qui ob defectum doloris non adimplet præceptum ſuũ de annua confeſſione, ſi enim poteſt præcipere, quod confeſſio ſit valida, poteſt punire ſi non ſit valida, atqui non poteſt punire, quia non poteſt cognoſcere defectum doloris, qui omnino interiòr eſt, vt vidimus, reſpondetur, & eſt valdè notanda ſolutio, quod cum Eccleſia, vt à prima radice accipiat iuriſdictionem in actum internum ab actu externo cui coniungitur, & ſi poſſit præcipere confeſſionem validam, 7
& per conſequens omnes actus internos, qui ad illam ſunt neceſſarij, tamen non poteſt cognoſcere, an ſit valida, niſi incipiat ab actu externo in quo ſit aliquis exterior defectus, qui indicet defectum internum; ſi autem actus exterior nullum defectum patiatur requiſitum ad eius exiſtentiam non poteſt Eccleſia iudicare de actus omiſſione omnino interna, & † non poteſt excommu- 8
nicare illum, qui ob defectum doloris facit nullam, & inualidam confeſſionem, quia pœna iſta fertur in iudicio, iudicium autem Eccleſiæ incipit ab actu externo in internũ.

Ex quo fit contra † eundem Vaſquez 9
art. 3. dub. 5. cit. quod ſi quis faciat nullam confeſſionem ex defectu integritatis, quia non confitetur aliquod peccatum exterius, vt fornicationem & furtum, iſte talis incurrit in excommunicationem contra non facientes annuam Confeſſionem validam integram. Ratio eſt † quia Eccleſia reſpectu 10
peccati externi habet iuriſdictionem, & poteſt præcipere, quod illud quotannis ſubiiciat clauibus, & quamuis ſit occultum, hoc eſt per accidens, vt conſtat de hæreſi occulta quam reſeruat, & prohibet ſub pœna excommunicationis, quamuis enim defectus integritatis ſit interior, tamen actus, qui tacetur & non ſubiicitur clauibus exterior eſt, ita benè Dicaſtill. *n.* 85. *in fine.*

Fit ſecundo, quod iudicium ferendum 11
ſit de illa ſententia, quam docuit Margarita Confeſſorum *verbo confeſſio pag.* 40. quod ſi quis habeat ſolum peccatum mortale omnino interius, non tenetur præcepto annuæ confeſſionis; quia præceptum Eccleſiæ ad tales actus extendi nequit, Pater Ioannes Dicaſtillus, *vbi ſupra à num.* 85. dicit hanc ſententiam Margaretæ, aut eſſe probabilem aut veram, quod probat hoc diſcurſu. † Præ- 12
ceptum annuæ confeſſionis eſt Eccleſiaſticum & humanum, quamuis valdè conforme diuino, ſed præceptum humanum non ſe extendit ad peccata interna cordis; ergo in annua confeſſione non ſe extendit ad confitenda peccata cordis, ſecundum quod eſt humanum, & Eccleſiaſticum maior eſt certa, minor expreſsè docetur à pluribus & grauibus Doctoribus, & eſt certum ſi actus
ſit

ſit omnino interior & conſequentia eſt le-
13 gitimè deducta à maiori & minori. O mira introducendæ nouitatis libido? Obſecro à te R.P. Cancellari, quæ neceſſitas eſt in Eccleſia, vt opinio omnino antiquata, & ab omnibus relicta defendatur, vt probabilis, aut vera, nam quomodo probabilis? quæ nullum habet Auctorem claſſicum, niſi librum cuius Auctoris nomen ignoratur, quomodo vera, quæ ab omnibus derelinquitur & nullo fundamento firmo nititur, ſed multis ſolutionibus euaneſcit, quæ vtilitas ad mores inſtruendos, imo vero magna eſt relaxatio, quare prudenter, & ſanè dixit ſa-
14 pientiſſimus Suarez † *tom.4. in 3. part. diſp. 36. ſect. 2. num. 2. hanc ſententiam eſſe plus quam temerariam*; nec à temeritate poterit eximi cum ſit in re grauiſſima contra omnes Theologos & Canoniſtas, qui expreſsè de ea tractarunt & inſudant in explicando, quomodo iſte teneatur præcepto annuæ confeſſionis de peccato merè interno; alij
15 dicunt, quod † præceptum de annua confeſſione eſt determinatio iuris diuini ad tempus in quo debet impleri. Vnde ex tali determinatione reſultat obligatio iuris diuini, quod extenditur ad peccata purè interna,
16 alij dicunt, quod † cum Sacramentum confeſſionis ſit ſignum ſenſibile etiam prout eius materia remota, eſt peccatum omnino internum, Eccleſia poteſt illud præcipere ad quod dubio procul tenebitur quis etiamſi ſolùm habeat actus omnino internos peccaminoſos.
17 Sed fundamenta Dicaſtilli, † quod litteris curſiuis poſuit, quare exultans de victoria, quod *opinionem omnino temerariam* ne plus dicam, defenſarit reſpondetur nullius eſſe momenti alias probaret maximè iuxta ſua principia, quod Eccleſia nō poſſet præcipere confeſſionem annualem, aut, quod quis offerat verum ſacrificium altaris, quia licet vtrumque ſit ſenſibile, tamen vtrumque requirit actum internum. Vnde ſi non poteſt obligare ad confeſſionem actus peccati merè interni, nec ad confeſſionem, & ſacrificium poterit obligare, *cap. omnes vtriuſque ſexus.* & Concilium Trident. *ſeſſ. 14. cap. 5.* vbi loqui de præcepto annuæ confeſſionis, prout eſt diſtinctum à diuino, omnes Catholici confitentur, vt ipſemet Dicaſtillus,
18 dicit † *num. 59.* quamuis enim ſit probabile, quod ſi confeſſio eſt inualida ex defectu actus interni non poſſit puniri, qui talem inualidam facit confeſſionem. Vnde ſimiliter non excommunicari ab Eccleſia qui non confitetur peccata merè interna, tamen ſi habet peccata huiuſmodi non facit omnino confeſſionem, dubio procul excommunicatus euadit, vnde falſa omnino eſt propoſitio
19 minor, quod † poteſtas Eccleſiæ non ſe extendit ad præcipiendam annuam confeſſionem de peccato omnino interno, quod eſt materia confeſſionis, quamuis non extendatur ad peccatum ipſum omnino internum prout ſecluditur à confeſſione. Vnde diſcurſus ille Dicaſtilli omnino euaneſcit cum enim in maiori tractet de annua confeſſione hanc non ſubſumit in minori, & ſic conſequentia nulla & euanida eſt, manet ergo † temeraria & improbabilis ſententia Mar- 20
garitæ, quæ ante porcos non ante fideles & Catholicos proiici debet; an vero defenſio Dicaſtilli aliquam mereatur notam, alij iudicent.

Ex dictis ſit tertio † contra Vaſquez *vbi* 21
ſuprà, quod cum vt latè monſtraui *tract. vlt. Reſolut. 100. in tom. Morali.* ſit verum Sacramentum, & validum pœnitentiæ informe, ad quod explicandum plures Thomiſtarum modos, & omnes probabiles adduxi; quod ſi quis faciat Sacramentum hoc informe ſatisfacit præcepto de confeſſione, ſicut ſi quis baptizetur ponendo obicem gratiæ ſatisfacit præcepto de baptiſmo.

SABRESOLVT. II.

Quomodo poſſit Eccleſia hæreticum internum excommunicare?

SVMMARIVM.

1. *Quemnam poſſit Eccleſia excommunicare.*
2. *Sylueſtri ſententia & n. 3. necnon Armillæ, & n. 4.*
5. *An hæreticus ſiue ſua natura occultus, ſiue omnino & totaliter occultus, ſiue per accidens ſit excommunicatus.*
6. *Quid occultum per ſe & occultum per accidens ex Simancas & n. 7.*
8. *Ratio difficultatis & n. 9.*
10. *Baldi ſententia.*
11. *Ad comitandam hæreſim quid requiratur.*
12. *An Eccleſia ſub excommunicationis pœnâ probet actum internum.*
13. *An Eccleſia fundetur in præſumptione.*
14. *Quæ præſumptio rationabilis non ſit n. 15*
16. *Quodnam ſit principium totius iuſtificationis.*
17. *An vbicunque datur malitia moralis actus exterioris poſſit Eccleſia circa illam exercere ſuam iuriſdictionem, & numero 18.*
19. *Quis ſit hæreticus mentalis & n. 20.*
21. *Thomæ Sanchez doctrina, necnon Auctoris iudicium & numero 22. 26. & 27. 28. 33. 35. & 44.*
23. *Effectus ex natura ſua ſignificat ſuam cauſam.*

24. An

24. An Eccleſia poſſit reſeruare peccata omnino interna.
25. Suarez ment.
29. Ratio difficultatis & n.30.
31. An Prælatus Eccleſiaſticus reſeruet peccata purè interna.
32. Quid alienum ſit à prudenti Eccleſiæ gubernatione.
34. Quis vere hæreticus exterior dicatur.
36. Quis poſsit à Confeſſario quocumque abſolui.
37. Quæ hæreſis habeat propriam rationem pœnæ.
38. Quam excommunicationem poſsint ſoli Inquiſitores abſoluere.
39. Metinæ ſenſus adducitur, necnon Iulij Clari & n.40.& multorum aliorum & n.41. 42.& 45.
43. Quis punibilis dicatur ab Inquiſitoribus.
46. Difficultas enodatur.
47. Quænam poſſint eſſe ſine hæreſi interna & n.48.
49. Couarr. & aliorum ſententia afferuntur & 50.
51. Quemnam Confeſſor teneatur denunciare.
52. An hæreticum non externum teneatur denunciare confeſſor.
53. Exemplum affertur & n.54.& 55.
56. An quotieſcumque aliquis hæreticus mentalis ſuam hæreſim propalat exterius, dicatur externus hæreticus.
57. An ſignificatio hæreſis ſit bona cum habeat pro fine bonum animæ.
58. Rotæ ſententia & n.59.
60. Eccleſia in tribunali contentioſo ſolum damnat aut abſoluit ſecundum actus externos.

1 SEcundùm Cotollatium eſt, quod † Eccleſia poteſt excommunicare illum qui animo hæretico, & concipiens internam hæreſim; manu tangens frontem, dicit ita eſt, vt concipio nihil aliud exprimens eſt contra Vaſquez opuſc. de Benef. dub.3. citat.n.9. Cotollatium tamen tenent Dom. Caietanus in Summ. verbo excommunicatio. cap.3. num.2. vbi ſic. Cæterùm in loco iſto videre facile poteſt ſub Eccleſiæ iudicio cadere actus interioris odij vel amoris non abſoluti, vt occulti ſunt, ſed vt ad extra procedunt, vt ſcilicet ſint rationes exterioris commiſſionis excommunicantur ſiquidem hic inquiſitores, qui ex odio vel amore, procedere omittunt &c. Hæc ibi.

2 Quam ſententiam etiam tenet Syluester verbo excommunicatio.7.num.4. ibi clement.1. de ſtatu Mona. prohibet acceſſum ad curiam Principum animo offendendi, vbi non prohibetur animus offendendi ſecundum ſe, ſed prout colligatur tali acceſſui ita quod talem acceſſum prohibet ſub tali pœna, non cuilibet ſed ha-
3 benti animum nocendi, quem tamen animum non prohibet, vnde accedens taliter ſtatim incidit, quia cogitatio procedit in opus, & ita dico in propoſito quod ſi hæreticus procedat in opus etiam occultiſſimum, ſcribendo vel aliud faciendo quantumcumque occultè ſtatim incidit. Hæc ibi pro quibus allegat plures.

Idem tenet Armilla verbo hæreſis num. 1. 4
ibi. Licet quis ſit tantum mente hæreticus, non eſt excommunicatus, quia Eccleſia non iudicat actum mentis nudum, ſed ſi adiungatur aliquis actus exterior etiamſi ſibi tantum loquatur incidit, quod ſequuntur Nauarr. in ſum. latina cap. 11. num. 17. Adrianus quodlibet. 8. art. 1. litera H. & Pigius Campenſis lib. 6. Eccleſiaſt. Hierarc. cap. 16.

Huius ſententiæ proculdubio fuit Doctiſſimus Ioannes de Roxas in tractatu illo elaboratiſſimo de hæreticis p. 1. num. 267. vbi hanc ponit ex dictis in ſuperioribus numeris veriſſimam concluſionem. † Hæreticum ſiue 5
natura ſua occultum, ſiue omnino & totaliter occultum, ſiue per accidens eſſe excommunicatum, & impugnat Simancas cap. 42. catholic.
inſtit. qui diſtinguit † inter occultum per ſe, & 6
occultum per accidens, concludens, quod quacumque occultatione ſit occultum crimen hæreſis incurritur excommunicatio; in cuius confirmationem adducit cap. 6. inſtructionis primæ Inquiſit. Hiſpalenſis vbi diſponitur, quod quam crimen hæreſis ita eſt occultum, quod nullus illud ſcit, nec ſcire poteſt, ſed ſolus pœnitens, non ſolemnis, ſed ſecreta abiuratio & reconci-
liatio ab Inquiſitoribus fiat. hæc ibi ſi ergo (ait 7
Roxas) iſte talis eſt abſoluendus & reconciliandus ſecreta abiuratione, & reconciliatione, ſequitur, quod erat excommunicatus, quantumuis omnino, & totaliter occultus, & mentalis eſſet hæreticus cum prædicta inſtructio dicat ſi crimen fuerit tale, quod nullus ſciat neque ſcire poteſt, omnem igitur potentiam ſciendi remouet niſi per ſolam pœnitentis confeſſionem. Hactenus ibi, quæ
Doctrina etſi veriſſima ſit † tamen ſane eſt 8
intellligenda, non enim vult, quod ſi quis omnino mentaliter ſit hæreticus ſine eo quod hæreſis mentis in aliquem actum externum prorumpat, incurrat excommunicationem, hoc enim nec ſomniauit Doctiſſimus vir; ſed dixit hæreticum menta-
lem cenſuram incurrere ſi hæreſis mentis 9
in aliquem actum externum deueniat, quo ipſi illum exercenti ſufficiens nota ſit illius erroris, quem in mente deliberatè concepit, etiamſi nullus alius qui illum actum videret talem errorem agnoſceret, & hic dicitur mentalis hæreticus, vt modo explicabo.

Hinc intelligenda venit doctrina † Baldi, 10
leg. ſi quis C. de Epiſ. & cleric. num.9. qui perſeuerant in moroſa cogitatione, & deliberatione mentis puniantur in foro pœnitentiali, non in foro

foro iudiciali, quod profectò fallit in crimine hæreſis, quia illud delictum cõmittitur intra ſe ipſum in mente, nec opus eſt actu exteriori; hæc Bartol. cuius doctrinam ſequuntur innumeri quos citat Roxas *num.* 238: dixit enim
11 optimè Baldus, quod † ad cõmittendam hæreſim non requiritur actus exterior cum mente conſumatur, tamen ſi intra mentem maneat incluſa, & non diffundatur ad actum exteriorem qualemcunque, qui ab hæreſi interna imperetur, nullatenus forum iudiciale Eccleſiæ ad illam extenditur, extenditur tamen ſi aliquem actum exteriorem imperet, ſiue ſit factum, aut verbum, aut cæremonia, aut geſtus corporis, quamuis hic geſtus verbum, aut factum ex ſua impoſitione, aut natura hæreſim internam non ſignificet; & ſic dubio procul manet excommunicatus.

Huius corollarij (cui aduerſantur Recentiores aliqui) quia non benè callent iura antiqua, duplex mihi ſe offert fundamentum ſatis efficax: primum deducitur ex doctrina tradita §. 1. *in* 4. *libamine*, quæ abſque dubio
12 eſt ferè omnium Antiquorum, quia † Eccleſia de facto ſub excommunicationis pœna probet actum internum, vt coniunctum actui externo, etſi iſte non ſignificet ex ſua impoſitione, & natura actum internum, ſed quia ex voluntate operantis vterque actus coniungitur, vt conſtat *Clem.* 1. *de hæreticis & Clem.* 1. *de ſtatu Monach.* ergo idem poſſet facere Eccleſia excommunicandò illum, qui fecerit quemcunque actum externum imperatum ab interna hæreſi.

Id autem quod reſpondet Vaſquez *n.* 92.
13 quod † Eccleſia fundatur in præſumptione probabili, quod ſententia lata ab Inquiſitore dimanet ex amore, aut odio, & friuolum omnino eſt nec euertit fundamentum poſitum. Primò, quia gratis omnino dicitur, quod Eccleſia fundetur in præſumptione; de qua ne verbum eſt in iſtis Clement. ſed eſt diſpoſitio modi, quo in exercitio ſui officij Inquiſitores debent procedere. Secun-
14 dò, quia non videtur rationabilis præſumptio, quod Inquiſitor feratur odio, vel amore omittens, cum inquirere deberet, aut procedens vbi non deberet; quare hoc non mouet Eccleſiam, ſed vt procedatur in tam altiſſimo officio ſecundum, & quomodo oportet; & ſic eodem modo poteſt diſpo-
15 nere de actu externo imperato, ab interna hæreſi. Tertiò, quia Eccleſia dum excommunicat eum, qui actum externum imperat ab interiori hæreſi maxima cum probabilitate, & ratione procedit puniens actum externum infectum malitia hæreſis, vt ſcilicet fideles retrahantur à vitio ita pernicioſo, quod totam vitam ſpiritualem euertit, cum
16 † *principium totius iuſtificationis* ſit fides diuina, qua ſublata totum ædificium ſpirituale corruit, cum *ſine fide impoſſibile ſit placere Deo.*

Secundum fundamentum ſit, quia † vbi- 17
cumque datur malitia moralis actus exterioris, & ſenſibilis poteſt Eccleſia circa illam, ſuã exercere iuriſdictionem, quæ verſatur circa actus externos, primo, & per ſe, atque externus quicunque ille ſit, ſi imperatur ab interno huius malitiam participat externe; ergo ſubiacet Eccleſiæ viſibili, ſicut Inquiſitor, qui ex amore, vel odio omittit inquirere, cum deberet, aut procedit cum nõ deberet commiſſio, aut omiſſio iſta, quia par- 18
ticipat moralitatem ab actibus internis ſubiicitur Eccleſiæ, & Inquiſitor excommunicatur; non enim ſubiacet excommunicationi, quia Eccleſia præſumit, ſed quia re ipſa actus externi habent malitiam moralem ab interiori emendicatam; quamuis actus externus ſecundum ſe non habent malitiam obiectiuam, niſi prout ſubeſt interno; ergo idem dicendum de actu externo imperato ab interna hæreſi, & qui talem actum facit externum infectum à malitia mentali duntaxat appellant Roxas, & cæteri Canoniſtæ † hæreticum mentalem, 19
quod valdè notandum ad ipſorum rectam intelligentiam, & eſt omnino legendus doctiſſimus Ioannes Tabiena *verbo excommunicatio* 5. *caſu* 4. *num.* 5. *quæſt.* 5. *à verſiculo Angelica vero*, & *verſic. de Roſella tamen, ait non eſt multum curandum, quia communiter videtur contradicere his quæ dicuntur per Angelicam, fortè vt ſapiens videatur, probabiliter enim dicitur, quod quidam dicunt contra ſuos, vt ſapientes videantur, quod tamen fieri non debet, ſed veritas eſt quærenda*, † notentur 20
hæc verba à Scriptoribus eiuſdem communitatis, qui prægrandes tomos efficiunt conſumentes tempus & faſtidium generantes lectoribus in impugnationibus dictorum eorum, qui ex eadem communitate prius ſcripſere; ſine vtilitate Reipub. & rei litterariæ.

Iuxta doctrinam traditam in ſuperioribus corrigendæ ſunt & moderandæ illationes, quas † multiplices infert doctiſſimus 21
Thomas Sanchez *in ſum. lib.* 2. *cap* 8. qui *n.* 7. dicit *ſignum externum tale debere, eſſe & ita internam hæreſim, manifeſtare vt ſi aliquis adeſſet peſſet illam percipere*, quod principium falſum exiſtimo, vt vidimus, ſufficit enim † quod ipſi facienti ſignum externum 22
ex circunſtantiis præſentibus prolatum hæreſim internam manifeſtet, vt vidimus, & eo ipſo quod proferens imperat actum externum ab interno ſibi ſignificat actu externo, prout iuncto interno actum internum, cum † effectus ex natura ſua ſignifi- 23
cet ſuam cauſam, à qua de facto habet eſſe,

etſi

etſi ab alia poſſet præuenire,& ſic eſt in præ-
ſenti actus externus, quicumque ille ſit im-
peratur ab actu interno de facto & ab illo
cauſatur. Ergo facienti actum externum ſig-
nificat ex natura rei actum internum,quod
argumentum manifeſtè probat ſaltem,quod
Eccleſia poteſt excommunicare eum qui
facit hunc actum externum imperatum ab
interna hæreſi, & ſi de facto non fuerit.

Quod confirmo dupliciter primò, quia
24 indubitatum eſt quod † Eccleſia poteſt re-
ſeruare peccata omnino interna, ita vt nul-
lus poſſit validè ab eis abſoluere, vt tenet
idemmet Sanch. *nu.*4. ſecutus D. Caiet. 2.2.
*quæſt.*11.*art.*4.*in fine*,& communem certam-
que ſententiam (videat obſecro Pater Di-
caſtillus, quomodo qui habet ſolum pecca-
tum interius mortale,ſit liber ab annuæ con-
feſſionis præcepto,) ergo poteſt ſub excom-
municationis pœna prohibere quemcum-
que actum externum imperatum ab inter-
na hæreſi; certè ſi loquamur de poſſe non
video quid poſſit ad hoc reſponderi? Secun-
dò quia vt idem Sanchez ait *n.* 16. ſecutus
25 † Suar. *tom.*5.*in* 3.*p.diſp.*4.*ſect.*3.*nu.*17. quod
ille qui in explicanda ſua hæreſi vtitur ver-
bis æquiuocis aut amphibologicis, vt poſſit
ſubterfugere, eſt verus hæreticus exterior,
& tamen ex vi verborum non colligitur
hæreſis interior, quia verba poſſunt habere
verum ſenſum,& tamen quia imperatur ab
hæreſi interna, quam proferenti ſignificat
determinate hæreſim, hæreticus eſt exte-
rior.

26 His perpenſis † mihi indubitatum eſt,Ec-
cleſiam poſſe ſub excommunicatione ipſo
facto incurrenda, quemcumque actum ex-
ternum imperatum ab interna hæreſi prout
illi coniunctum, & ab illa cauſatum reſer-
uare, & prohibere, hoc ni fallor manifeſtè
probant,ea, quæ adduximus in fundamen-
tis noſtris idque docuerunt plures ex anti-
quis & forſan ſecuta eſt, *inſtructio Hiſpalen.
cap.*6.

27 Exiſtimo tamen † ſecundò de facto Ec-
cleſia non ſubiicit excommunicationi, &
aliis pœnis hæreticorum, eos qui quolibet
ſigno externo imperato ab interna hæreſi,
ſed ſolos illos qui ita hæreſim internam ex-
plicant ſigno exteriori, verbo, facto,aut nu-
tu, cæremoniave quod ſi aliquis adeſſet
præſens ex vi illius ſigni veniret in cogni-
28 tionem erroris intellectus,& hæreſis,quam-
uis hæc ſigna ita occultè fiant, vt nullus vi-
deat niſi illa faciens, & hic eſt germanus
ſenſus inſtructionis Hiſpalenſis; & commu-
nior ſententia inter omnes ferè. R.R. ratio
29 † quæ me mouet hæc eſt,quia licèt Eccleſia
poteſtate ſua poſſit ſubiicere cenſuris,& aliis
pœnis quemcumque actum externum im-
peratum ab interna hæreſi; tamen cum hoc
ſit nimis rigidum,ſit pœnale, & ſic reſtrin-
gendum; non eſt iudicandum id de facto
feciſſe, niſi id exprimat ſicut expreſſit, *in
Clem. multorum de hæreticis*, omiſſionem aut
commiſſionem in Inquiſitoribus imperatam
ab odio,vel amore,*& in Clem.*1.*de ſtatu Mo-* 30
nacho. acceſſum ad curiam animo accuſandi
ſuperiores imperatum, quod non fecit ali-
quando de actu externo ſolum imperato ab
interna hæreſi, ſi alias illam ex natura ſua
verbum aut factum non ſignificat.

Secundò quia licèt vt dixi ſit indubita-
tum † poſſe Prælatum Eccleſiaſticum re- 31
ſeruare peccata purè interna,*exiſtimo tamen*
(ait Sanch. *vbi ſuprà,n.*4.& ego aio) *quamuis
peccatum hæreſis, aut alia quæcumque enormiſ-
ſima à quouis Prælato reſeruentur nullo modo
cenſeri reſeruari peccata merè interna, niſi in-
dubitatis, atque expreſſiſſimis verbis peccata
huiuſmodi interna in reſeruatione comprehen-
di, quia cum † alienum valdè ſit à prudenti, &* 32
*ſuaui Eccleſiæ gubernatione peccata interna re-
ſeruari,prout omnes fatentur, ea reſeruatio præ-
ſumenda non eſt,niſi expreſſis verbis declaretur,
ſed ſic non declarata eſt pie interpretanda de
peccatis in actum externum prodeuntibus, ſunt
enim peccata interna tum frequentiſſima, tum
occultiſſima, quare ea reſeruare, ſine vrgentiſſi-
ma cauſa abſurdum eſſet.* Hæc ferè ille quæ
ad noſtrum propoſitum valdè ſunt affinia,
etſi enim mihi indubitatum ſit, ita vt con-
trarium † non exiſtimem probabile quod 33
Eccleſia poteſt ſubiicere pœnis hæretico-
rum ſpiritualibus actus externos imperatos
ab hæreſi interna, quamuis illam ex natura
ſua non ſignificent: quis enim dubitare
quit, quod Eccleſia lege ſua poteſt prohi-
bere huiuſmodi actus externos, imperatos
ab internis, & illis coniunctos? ſunt enim
mali ex imperio malo & ſunt extrinſeci,at-
que ita poteſt illos ſubiicere pœnis hæreti-
corum, nam verè † eſt hæreticus exterior 34
ratione actus externi imperati ab hæreſi, &
alias eſt prohibitus lege Eccleſiaſtica,vt ſup-
pono, poſſe prohiberi ſicut prohibetur Mo-
nachis acceſſus ad curiam ex intentione
nocendi, etſi inquam hoc mihi indubita-
tum ſit, tamen ita de facto feciſſe Eccleſiam
non iudico, quia hoc deberet indubitatiuè,
& expreſſiſſimis verbis declarare,quod non
fecit, vt dicebamus de reſeruatione actus
merè interni.

Et iuxta has duas meas aſſertiones mo-
derandæ & limitandæ ſunt illationes 18.
quas ex ſuo principio morali deducit † Pa- 35
ter Th.Sanch. *cap. illo* 8. vnde fit quod hæ-
reticus mentalis, etiam qui imperat actum
externum qui ex natura ſua non ſignificat
actum internum, ſed ſolum habet malitiam
ab actu interno, vt dum quis cogitans &
affirmans interius, quod Chriſtus non ſit
Deus,

Deus, exterius profert verba dicendo *ita*
36 *eſt per vitam meam.* iſte † inquam poteſt à quocumque confeſſario approbato abſolui, vt tenet communis ſententia, quamuis ſit reſeruata hæreſis interna, vt multi dicunt eſſe reſeruatam in Bulla cœnæ non poterit abſolui (niſi virtute Bullæ) ab alio, quam à
37 Summo Pontifice; hæc autem † hæreſis internæ & mentalis reſeruatio non habet veram, & propriam rationem pœnæ, ſed eſt negatio, vel ademptio iuriſdictionis abſoluendi in foro interiori, dixi niſi virtute Bullæ cruciatæ, quia licet hoc ampliſſimum priuilegium Hiſpanis conceſſum, non extendatur ad hæreſim externam, quæ ex natura ſignificat internam, & eſt hodie reſeruata ratione excommunicationis, vt ait Suarez *tom. 5. in 3. p. diſp. 21. ſect. 2. num. 2.*
38 vnde † ſoli DD. Inquiſiteres poſſunt ab illa abſoluere, tamen hæreſis omnino interna & quæ imperat actum externum, non ſignificantum ex natura ſua internum etiamſi eſſet reſeruata ſine excommunicatione, poſſet tamen abſolui virtute Bullæ, quia non eſt reſeruata Inquiſitoribus, nec à Tribunali Sancti officij.

Ex dictis inferre licet quid dicendum ad illud argumentum quod magni fecit Meti-
39 na *quæſt. 15. de oratio. tract. 6.* † vt probet Eccleſiam de facto iudicare actibus purè internis, ſic arguit. *Si quis de hæreſi notatus aut accuſatus de ſuſpicione cum tamen vt ſuppono nec dictu nec factis vnquam hæreticauit, talis interrogatus à Iudice an credat Chriſtum eſſe Deum ſi ingenue fateatur ſe poſtquam fuit baptizatus, mente receſſiſſe à fide Chriſti, & ſe in errore cordis hactenus præſtitiſſe & adhuc præſtare, & hoc eſt verum & vera confeſſio & talis abſque dubio punietur ab inquiſitoribus, etſi dicat ſe non habere voluntatem redeundi ad fidem iudicio omnium iuſtiſſime comburetur, vnde manifeſtum eſt illum puniri pro ſolo peccato cordis, quia exterius nunquam dicto vel facto hæreticauit & in confeſſione, quam interrogatus facit veritatem, dicit & non hæreticat imo oppoſitum diceret mentiretur, nec valet, ſi dicas quod voce pronunciat hæreſim, & ſic propter hæreſim vocalem punitur, quia confitendo interrogatus aut coactus, quod mente tenet veritatem confitetur, & non peccat exterius peccato hæreſis. Secundò, quia iſte confitendo ſe credere Chriſtum non eſſe Deum non confitetur voce Chriſtum non eſſe Deum, ſed ſolum credere Chriſtum non eſſe Deũ qua confeſſio vera eſt, quia iſte credit non tamen affirmat ex vi huius confeſſionis vocalis Chriſtum non eſſe Deum, ſicut teſtis qui deponit de credulitate, non affirmat rem ſic eſſe, quia deponit quod credit rem ſic eſſe.* Hæc ferè ille.

In alio extremo Iulius Clarus *in practica* 40
tom. 2. lib. 5. §. hæreſis num 10. Si aliquis imputatus & conuictus de hæreſi, puta quod dixerit, ſeu tenuerit aliquid hæreticum, & contra fidem S. Eccleſ. & paratus eſt abiurare hæreſim & fateri illam opinionem eſſe hæreticam, & erroneam nolit tamẽ confiteri quod ita dixerit, ſed dicat ſe ſemper crediidiſſe & credit illud quod credit & tenet Sancta Eccleſia, talis non admittitur ad abiurationẽ niſi fateatur ſe ita dixiſſe prout conuictum eſt, etſi perſeueret in negando eſt igne cremandus tanquam impœnitens, ita decıſum fuit per Dominos de Rota deciſ. 875. quam deciſionem ego didici à Reuerendiſſimo Veda Epiſcopo Albenſi, viro Clariſſimo & mihi Amiciſſimo, & poſtea reperi in Rebuffo in pract. benef. folio. 459. num. 20. quidem tenet propterea que atteſtatur ſe vidiſſe ſeruari contra quemdam aſtutum hæreticum, & hanc ſententiam receptam eſſe affirmat Simancas de hæreticis cap. 47. à n. 36. mihi hæc opinio ſemper eſt rigoroſa, non enim video quomodo iſte poſſit dici hæreticus cum non ſit pertinax in errore, vt eleganter conſiderat Boerius deciſſ. 341. num. 4. Me tamen remitto determinationi Sanctæ Eccleſiæ. Hæc Iulius Clarus; ex quibus manifeſtè colligitur quod Eccleſia ſolum ponit in iudicio actus externos hæreticos, qui tales ſunt legitime probati, & ſic qui petit miſericordiam debet illos confiteri factos eſſe vel dictos, & illos abiurare.

Non eſt facile hunc modum extricare ad argumentum Metinæ reſpondet Vaſquez
† *de Beneficiis, vbi ſuprà num.* 81. quod vt do- 41
cet Simancas *de Catholic. inſtit. tit. 42.* iſte talis nullo modo punietur etiamſi pertinaciſſimum animum ſuum confiteatur ſe habere, & idem videtur dicendum, etiamſi confiteatur, & oſtendat ſe corde illum errorem habiturum, quia confeſſio illa non eſt hæreſis, nec poteſt puniri, vt bene (ait) docuit Medina, ſed hac ſolutione non contentus aliam adhibet quam dicit meliorem,
quod ob hanc confeſſionem puniatur, quia 42
licet confiteri præterita peccata, & errores non ſit punibile, tamen confiteri, aut manifeſtare propoſitum prauum perſeuerandi in errore eſt exterius peccatum & etiam licet formaliter non ſit hæreſis, poteſt puniri, quia eſt propoſitum errandi, quod eſt peccatum & punitione dignum.

Sed prima ſolutio non eſt vera, quia † iſte 43
talis punibilis abſque dubio ab Inquiſitoribus, ſecunda etiam ſolutio non videtur ſubſiſtere quia ſi illud propoſitum, non eſt formaliter hæreſis, ergo qui illud habet non poteſt puniri, vt hæreticus, nec relaxari brachio ſæculari, ſi nolit diſſentire hæreſi internæ quam confitetur.

44 Cæterum ego aliter reſpondendum puto, aut enim iſte de quo loquimur fatetur ſe habuiſſe credulitatem quod Chriſtus non eſſet Deus, ſed reſipuiſſe & modo credere, quod credit S. Mater Eccleſia, & iſte in nullo poteſt puniri, nec indiget reconciliatione extrinſeca, quia ſolum habent hæreſim internam, nullo ſigno externo mediato, vel immediato ſignificatam, quod ſecus eſſet ſi aliquo ſigno eam pronunciaſſet, tunc enim & abiuratione, & recuncilitiatione indiget,
45 vt ab excommunicatione abſoluatur, † aut iſte (& eſt caſus quem ponit Metina) & credidit & credit de facto, quod Chriſtus non ſit homo Deus, & ſic fatetur proponens & dicens ſe ita crediturum interius, quamuis exterius nullum faciat huius credulitatis ſignum verbo, aut facto, & hic eſt formaliter hæreticus externus.
46 Quod eſt manifeſtum, quia † iſte ore confitetur ſe habere propoſitum non recedendi à tali hæreſi interna, quod propoſitum habet formalem malitiam hæreſis, quam reſpitit tanquam obiectum, ergo ſignum externum ſignificans hoc propoſitum hæreticum, eſt formaliter, maiorem enim habet connexionem propoſitum hoc cum hæreſi interna quam hæreſis interna cum vocibus & ſignis externis, ſiquidem
47 † iſta poſſunt eſſe ſine hæreſi interna at propoſitum perſeuerandi in hæreſi implicat, quod ſit ſine illa, vnde fit, quod iſte punitur, quia hæreticus formalis externus, cum eo ipſo, quod confitetur ſe credere modo Chriſtum nō eſſe Deum fatetur propoſitum hæreticale, quod eſt formaliter virtualiter hæreſis, & ſignum, quod ſignificat hoc propoſitum ſignificat hæreticum mediatè, ratione cuius ſubditur pœnis omnibus hæ-
48 reticorum; cum aſſerens propoſitum neceſſatio aſſerat hæreſim, quæ aſſertio extrinſeca eſt ſignificans extrinſecè hæreſim internam, & ſic non eſt eadem ratio de teſte, qui deponit de credulitate ſua, quam habet circa interrogationem, iſte enim deponit ſolum ita ſibi videri non vero, an res ita ſit: atqui confitetur ſe credere interius actu Chriſtum non eſſe Deum profitetur exterius hæreſim internam, quæ cum conſumetur interius, & exteriori ſigno actu eſſe manifeſtetur, ſubiicit hominem iudicio Eccleſiæ, & pœnis hæreticorum.

Ex quo fit, vt egregiè adnotauit Couarr.
49 † *Reg. peccatum 2. p. num. 7.* Azor *tom. 1. lib. 8. cap. 10. quæſt. 5.* & cum ipſis Thomas Sanchez *num. 19.* quod non cenſetur hæreticus externus, ille qui in Sacramento pœnitentiæ exterius confitetur ſuam hæreſim, quia
50 hic actus optimus eſt, & extra iudicium humanum, qui aiunt ſecus eſſe ſi iſte confiteatur cum animu non deſerendi hæreſim, & corrigi paratus, aliàs hic confitens hæreſim externam etiam confeſſori ſine animo ſe corrigendi & hæreſim deſerendi hæreticus eſt exterius, quia talis actus non eſt bonus, nec confeſſio, ſed ſimulata, vnde non obligat ſigillum.

Dixi ſine animo deſerendi hæreſim, & ex hoc confeſſio eſt ſimulata, ita vt † confeſſor teneatur ipſum denuntiare, cum non ligetur ſigillo cōfeſſionis niſi accedat ad cōfeſſorem illi propalando ſuum contra fidem errorem, vt ab eo petat conſilium ſalutare, tunc enim † cum non ſit hæreticus externus non tenetur denuntiare confeſſor, ſi vero aliquis manifeſtet hæreſim internam conuerſus ad fidem, & credens quæcumque tenet Eccleſia quamuis alias confeſſio ſit inualida, vel ex defectu doloris, aut propoſiti derelinquendi concubinam, non eſt hæreticus externus, nec vt talis denunciandus, ſi vero quis, (quod dico propter caſum de quo conſultus fui his diebus,) accedat ad ſacerdotem, & aperiat illi in confeſſione ſeditionem popularem dicitque illi, quod chartā offerat gubernatori, in qua proponitur, quod ſi non auferūtur impoſitiones populus reuelabitur, ſi talis eſt vnus ex ſeditioſis & non habet propoſitum ſe quietandi iſte non facit confeſſiunem, ſed eam ſimular, vnde talis confeſſor tenetur illum reuelare ſicut de hæreticu dicebam, imò ſi ſint indicia ſufficientia, quod iſte confeſſor agnuuit talem pœnitentem, non habere propoſitum ſe quietandi poteſt à iudice competenti quæſtionari, vt illum manifeſtet, ad quod tenebitur ſub mortali, ſi tamen pœnitens habuit propoſitum ſe quietandi, ſed popularem tumultum propalat ad præcauendum, non poteſt confeſſor perſonam reuelare, quia ligatur ſigillo confeſſionis, ſed quid præſumptione agendum? hoc Prudentium arbitrio relinquo qui ex variis circumſtantiis colligent, & prudenter præſument. 51 52 53 54 55

56 Ex quo etiam fit, quod quotieſcumque, aliquis hæreticus mentalis hæreſim ſuam propalat, exterius, amico, confeſſori, Inquiſitori, aut homini Docto, vt vel conſilium animæ ſuæ proficuum, accipiat vel vt ab illo doctore edoctus acquieſcat veritati, etſi non propter auctoritatem Eccleſiæ, ſed quia conuincitur à Doctore, iſte talis in omnibus his caſibus, non eſt hæreticus externus, quia ſignificatio hæreſis eſt bona eum habeat pro fine bonum animæ ſuæ, in exteriori apparentia petendi conſilium, niſi quis dicat expreſſè ſe Eccleſiæ authoritate nolle niti, ſed doctoris à quo vult edoceri, & ſic intelligendi ſunt 57

Bannez

Bannez 2.2.*q*.11.*art*.4.*dub*.2. *ad* 5.*contra*.2. *conc*. Petrus de Ledeſma *in Summa t*.2.*tract*.1. *c*.6.*poſt*.10. *conc. diffic*.4. ſi enim hæc inobedientia Eccleſiæ exterius non exprimatur, exterior conſiliatio bona eſt exterius, & ſic non manifeſtat hæreſim, eam exterius aſſerendo.

58 Ad ſecundam nodiplicam reſpondetur
veriſſimam eſſe † ſententiam Rotæ à qua nullus diſcedere poteſt, ſi rectè iudicat & ſecundum allegata & probata ſecundum quæ ille pertinax eſt, cum enim conuictus ſit hæreticus, in foro externo fateri obligabitur etiam ſub mortis pœna, vt abiuret, eſt enim in hoc foro negatiuus, quia bene ſtat, quod dicat illam aſſertionem eſſe hæreticam, & paratus ſit ex animo illam abiurare; & nihilominus illam tenuiſſe & ſic ſi conuictus eſt obligari poteſt, vt fateatur eam dixiſſe, & tanquam dictam à ſe retractare, & ſi non vult, tradendus eſt curiæ ſeculari, vt com-
59 buratur, tanquam pertinax negatiuus, ita docet inſtructio prima Hiſpalenſis facta *anno* 1484.*cap*.14. quam ſequitur Matritenſis *anno* 1561.*cap*.43. quod latè & eruditè probat Roxas *p* 2.*de Haret.aſſert*.20. cui remitto Lectorem, priùs enim reatum ſuum iuridicè probatum debet fateri aliquis, vt paratus ſit abiurare, non enim eſt venia dignus, vt abſoluatur, qui peccatà commiſſa pertinaciter negat comiſiſſe, Eccleſia enim
60 † in Tribunali contentioſo damnat, aut abſoluit ſecundum actus externos & hoc benè probat argumentum.

SVBRESOLVT. III.

An præter attentionem internam requiratur intentio ſatisfaciendi præcepto?

SVMMARIVM.

1. *Vtrum præter internam attentionem intentio formalis, vel virtualis ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ requiratur.*
2. *Hanc attentionem requiri qui negent.*
3. *Quam voluntatem, aut intentionem requirant Dicaſtillus & Lugo.*
4. *Eiuſdem Dicaſtilli ſenſus adducitur.*
5. *Quid requiratur, vt quiſpiam peccet contra præceptum, ex Caramuele.*
6. *An actiones merè extrinſecæ non ſint humanitus ex intentione.*
7. *Exemplum affertur.*
8. *An in præceptis negatiuis, quis per puram omiſſionẽ actus liberat, ſatisfaciat, etiamſi non habeat intentionem ſatisfaciendi, & num*.9.
10. *Quæ voluntas non ſatisfaciendi ſit inefficax, & non obſtet ſatisfactioni præcepti.*
11. *An aliqualis intentio ſaltem virtualis ſatisfaciendi præcepto requiratur.*
12. *Fagundez ſententia. & n*.13. *Necnon Nauarri & multorum aliorum, & n*.14.15.
16. *Difficultas enodatur.*
17. *An ſi quis inaduertenter non attendat ad ſatisfactionem præcepti Eccleſiæ vel diuini, ſatisfaciat præcepto, & non teneatur iterum facere hos actus.*
18. *Debita quo ordine exonerentur. & n*.19.
20. *An ſi quis habeat votum recitandi roſarium, & non aduertens obligationem illud recitet, ſatisfaciat voto. & n*.21.
22. *An obligatio ratione beneficij ſit ſub pœna reſtitutionis fructuum, n*.23. *&* 24.
25. *Authoris iudicium. & n*.26.
27. *An ſolum lex imponat obligationem faciendi actus.*
28. *An qui per primam recitationem expreſsè non vult ſatisfacere obligationi, iſtam proroget.*
27. *Iuriſperitorum axioma adducitur. & n*.30.
31. *An ille qui intra tempus præcepti differt illius ſatisfactionem, proroget obligationẽ.*
32. *An ad peccatum non requiratur, niſi quod ſit contra legem.*
33. *An actio exterior ſit ſatisfactoria obligationi præcepti, & n*.34.
35. *An præceptis negatiuis ſatisfaciamus per ſolam externam omiſſionem actus.*
36. *Quæ cenſura non liget.*
37. *Quæ voluntas non ſatisfaciendi per primum recitationem ſit efficax.*
38. *An præceptum non obliget quoad modum virtutis, ſed quoad ſubſtantiam operis.*
39. *Duæ illationes à authore afferuntur, & nu*. 40. *&* 41.
42. *An Eccleſia poſſit præcipere actus internos prout coniuncti ſunt actibus externis.*
43. *An qui recitat officium non animo recitandi, ſed legendi vt addiſcat non ſatisfaciat, & n*.44.
45. *An qui volens ſubſtantialem honeſtatem actus externi, illam ordinat ad finem prauum ſatisfaciat præcepto.*

COrollarium tertium & grauiſſimũ qui- 1
dem & valdè inter DD. Theologiæ moralis exagitatum, & controuerſum ex cuius deciſione plura valdè ad praxim vtilia deducentur, an ſcilicet, vt quis ſatisfaciat præcepto Eccleſiaſtico de recitatione horarum; requiratur præter attentionem internam quam neceſſariam diximus, intentio formalis, vel virtualis ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ, & idem eſt de præcepto audiendi ſacrum, ad quod tenemur ex lege.
Recentiores communiter negant † requiri 2
hanc attentionem, imo affirmant, quod ſi quis expreſſe dicat ſe cum vna prima recitatione nolle ſatisfacere, ſed eam facere ex deuotione ita quod per aliam ſatisfaciet

præcepto recitandi horas, aut audiendi ſacrum, nihilominus prima ſatisfacit præcepro velit, nolit, eo ipſo quod poſuit actũ externum præceptũ. Ita tenẽt grauiſſimi huius temporis ſcriptores. Sanch. *lib. 1. ſummæ cap. 13. n. 9. & 13.* Suar. *de horis lib. 6. cap. 26. à n. 8. t. 2. de Relig. & de leg. lib. 3. cap. 29. n. 12. & 15.* & alibi Vaſq. 1. 2. q. 100. *in comm. art. 9. n. 5. & de beneſ. cap. 4. §. 1. dub. 17. n. 114.* Lugo. *de Euchar. diſp. 22. n. 24.* Dicaſtill. *tract. 5. diſp. 5. dubit. 5.* Coninch. 3. *p. q. 83. art. 6. dub. vnico.* Leſſius. *de iuſt lib. 2. cap. 37. dub. 10.* Palaò *tom. 2. tract. 7. diſp. 2. punct. 3. n. 10.* Molin. *de iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 58.* Bonac. *diſp. 4. de Euchar. q. vltim. punct. 11. n. 19.* Trullench. *lib. 1. in Decal. dub. 17. n. 19.* Filluc. *tract. 5. cap. 7. n. 211. tr. 23. tom. 1. cap. 8. num. 251.* Caramuel *diſp. 13. in ſanctam regulam* Molpheſ. *in ſum. tract. 5. cap. 2. n. 40.* Diana. *p. 1. tract. 12. Reſolut. 37. & p. 3. tr. 6. Reſol. 66. & 67.* vbi plures citat Hieronymus Garz. *in ſumma tr. 4. difficult. 8 à n. 7.* Ioannes Garz. *de beneſ. p. 3. c. 1. n. 198.* Ioannes Angelus Boſſius *var. p. 3. tit. 1. §. 61. n. 2285.* Breſſenis *lib. 6. de conſcientia c. 13. n. 156.* Portel. *in dubiis Regul. verbo horæ n. 5. & 6.* vndè
3 Dicaſtillus *n. 65.* & Lugo *n. 24.* † nullam aliam voluntatem aut intentionem requirunt quã faciendi actum, qui præcipitur etiamſi habeat expreſſam intentionem non implendi præceptum illo actu. Horum omnium præ-
4 cipuum fundamentum ſic proponit † Dicaſtillus ex Vaſq. *Quia vt nullus ſibi præceptum imponit, ita etiam nullus facere poteſt vt præcepti obligatio perſeueret, aut prorogetur, ſi ipſe alias facit quod præcipitur quum dum quis audit vnam miſſam dicit intra ſe aliam audiam vt præceptum impleam, non iniicit ſibi nec iniicere poteſt præceptum, aut obligationem illius, vlterius prorogare quod idem eſt; quod ſi denuo voto ſic faciendi ſe adſtringeret id non eſſet prorogare obligationem legis, aut præcepti, ſed nouam obligationem voti ſibi imponere.* Hæc ille.

Secundò, arguit Caramuel, vt quiſpiam
5 † peccet contra præceptum non requiritur, quod habeat intentionem peccandi, ſed ſufficit quod rẽ vetitam faciat, quam cognoſcit eſſe interdictam, imo etiam ſi proteſtetur ſe non habere intentionem peccandi & nihilominus actum illum mandet executioni, peccat citra controuerſiam, ergo ſimiliter ſi reuera actus ſit præceptus dummodo facias ſatisfacies præcepto, licet habeas intentionẽ
6 non ſatisfaciendi tunc, quia † actiones mere extrinſecæ non ſunt humanitus ex intentione, ſed ex ſe ipſis iudicandæ, ſicut enim ignẽ ſtupæ applicans cum intentione non comburendi, comburit, ſi quis vero non mutat voluntatem nõ ſatisfaciendi præcepto mortaliter peccat, quia voluntas illa tranſacto tempore impletionis, ſi perſeueret mala eſt, ſiquidem de dolo malo, quod eſt non adimplere præceptum.

Et *n. 1417.* quod ſi † dentur duo dies quo- 7
rum officia ſimilia ſunt, aut parum diſſimilia vt v. g. ſint ambo Confeſſoris, Pontificis, aut Martyris vnius, quæ in omnibus conueniunt, præterquam in lectionibus ſecundi nocturni tum aliquis vſque ad quintã horam poſt meridiem (iuxta Horologia Hiſpana) differat dicere officium, & priuſquam dicat officium hodiernum vult dicere matutinũm, & laudes diei ſequentis; quibus dictis, dicit integrum officium hodiernum in quo caſu dicit (ô exoticum ingenium!) quod per primam recitationem ſatisfacit obligationi diei præſentis, & per ſecundam obligationi diei ſequentis, vt ſic omnino excludat intentionem ſatisfaciendi præcepto eſſe requiſitum.

Tertiò, quia † in præceptis negatiuis, quis 8
per puram omiſſionem, actus liberat, ſatiſfacit etiamſi non habeat intentionem ſatiſfaciendi, ergo in præceptis affirmatiuis ſi fiat opus præceptum ſatisfit; etiam ſine intẽtione virtuali ſatiſfaciendi: confirmatur 1. quia ſi eſſet cenſura impoſita contra non 9
recitantes, vel non audiendi ſacrum diebus præcepti; ſi quis illud audiret, aut recitaret ſine intentione ſatiſfaciendi, imo cum intentione non ſatiſfaciendi nullus dicet quod incurreret cenſuram: confirmatur ſecundò, quia † voluntas illa non ſatiſfaciendi eſt in- 10
efficax & non obſtat ſatiſfactioni præcepti, quod obligat quoad ſubſtantiam non quoad modum, legiſlator enim ſolum præcipit ſubſtantiam actus non modum, ſi enim quis audiret ſacrum ob prauum finem vanæ gloriæ, vel videndi ibi fœminam cuius ardet deſiderio, dubio procul ſatisfaciet præcepto audiendi ſacrum, vt eſt communis ſententia apud Dicaſtillum *vbi ſupra à n. 78.*

Sed quamuis hæc ſententia valde ſit, probabilis, tamen à primis meis lectionibus ſemper illi diſſenſi, exiſtimans † requiri aliqua- 11
lem intentionem ſaltem virtualem ſatiſfaciendi præcepto, dum exequor actum externum quem lex præcipit, ſic tenent Rodriguez *tom. 1. ſum. cap. 144. num. 2.* Henriquez *lib. 9. de Miſſa cap. 25. num. 6. in fine* Azor *to. 1. lib. 7. cap. 2. quæſt. 6. & lib. 10. c. 8. q. 7. & cap. 12. quæſt. 8.* Palacios *in 4. diſt. 15. diſp. 10.* Ledeſma *2. p. 4. quæſt. 16. art. 6. 2. p. dub. 3.* Paez. *cap. Miſſas n. 101. de conſecr. diſt. 1.* Angles *in 4 de oratio quæſt. 5. differentia. 4.* Petr. Ledeſma *in ſumma de Euchar. cap. 27. poſt. 10. concluſ. & tom. 2. tract. 9. cap. 4.* Bandellus *tomo 1. lib. 5. diſp. 25. n. 19.* dicens, *quod contrarium non ſolum eſt minus tutum, ſed etiam minus probabile* † Fagund. *in 1. Eccleſiæ præcepto. lib. 2. c. 7.* 12
poſtquam tres retulit ſententias & omnes dicat probabiles, tamen noſtram eligens ſic fatur n.

27.

27. & quia habet plures Doctores & grauiores rationes, & quia eſt re vera tutior ac ſecurior, & opinio Sancij videtur laxior aliquantulum, quamuis ſit conſcientiis fauorabilior, ex ea ta-
13 *men facilis occaſio oriri poteſt aliqualis relaxationis, in obſeruantia Eccleſiaſticorum præceptorum, & quod maius eſt alicuius contemptus; & ideo opus eſt huic oſtio claniculum addere, ne occaſio ſit perditionis animarum.* Hactenus ibi, quare Nauarrus *c. quando* (qui eſt tractatus de oratione) *de conſecrat. diſt. 1. c. 13. n. 15.*
14 27. 28. *& c. 16. num. 73. & 74.* † cuius viri authoritas tantum in hoc puncto valet, vt præponderet omnibus Recentioribus etſi Sapientiſſimis adductis, pro contraria ſententiæ, noſtram etiam amplexantur Bartholomæus à S. Fauſto *lib. 2. de horis quæſt. 151. & 152.* Marchinus *de ordine, tract. 3. part. 3. cap. 17. num. 10.* Greg. Martinez *1. 2. quæſt. 96. art. 3. dub. 2. concl. 1.* Magiſter Raphaël de la Torre *2. 2. tom. 1. controuer. 9. de horis n. 8.* & eſt inter Thomiſtas certa ſententia quam ſequitur Nugno Cabezudo, *tom. 1. in p. 3. q. 83. art. 6. dub. 2. poſt. 6. concl. §. dubium aliud curioſum*, vbi in cõcluſione ſic fatur contra Sua-
15 rez. † *hæc ſententia prorſus mihi ridicula videtur, quia dum ille audit Miſſam* (*cum expreſſa intentione non ſatisfaciendi tunc præcepto*) *non adimplet præceptum, poſtea vero ridiculum eſt dicere, quod ipſum adimpleat, ſi quidem non audit Miſſam. Ergo numquam adimplet præceptum.* Hæc ille.

Vt huius ſententiæ fundamina ſolidiora conſpiciantur appareatque eius maior ſecuritas &. probabilitas maior, notandum
16 punctum huius difficultatis in eo ſitum † an ſi quis habeat expreſſam voluntatem & intentionem per hanc numero recitationem officij diuini, aut per auditionem Miſſæ non ſatisfaciendi præcepto horarum & audiendi ſacrum, ſed illam audire attente & deuote exterius, vt aſſiſtat coram Amaſia vel alio fine prauo, aut honeſto, & dicat horas vel ex vana gloria, vt videatur ab aliis, excludens omnino ſatisfactionem præcepti, an inquam iſte talis ſatisfactum habeat præ-
17 ceptum Eccleſiæ? vnde fit quod † ſi quis inaduertenter non attendat ad ſatisfactionem præcepti Eccleſiæ vel diuini, vel ex inaduertentia naturali vel ex ignorantia recitet attente officium, aut audit ſacrum, ſatisfacit præcepto & non tenetur iterum facere hos actus, ita tenent auctores vtriuſque ſententiæ, & conſtat clare ex *leg. cum ex pluribus. 103. D. de ſolutio.* vbi Micianus Iuriſconſultus dicit, *cum ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſoluit, Iulianus elegantiſſime putat, ex ea cauſa eum ſoluiſſe videri debere, ex qua tunc cum ſoluebat compelli poterat ad ſolutionem. & leg. cum ex pluribus 97. D. eodem* Papinianus huius legis dat elegantem ratio-
nem dicens. *Veteres ideo definierunt, quod veriſimile videretur, diligentem debitorem ad monitum ita negotium ſuum geſtum fuiſſe.* &
Gotthifredus *ibi Littera D.* notat † *debita hoc* 18
ordine exonerari, primo loco debitum ſub infamia, deinde ſub pœna, tertio ſub pignore debitũ inde proprium & mox antiquius. Ratio huius doctrinæ quam lumine naturæ acquiſie-
runt Iuriſconſulti præfati eſt, quia ſemper 19
præſumitur præſumptione rationabili, quod per actus quos exercet exterius velit ſatisfacere obligationibus (quando non conſtat de intentione expreſſa contraria) quas habet exercendi actus illos, hanc autem intentionem generalem non derogat obliuio, aut incõſiderãtia alicuius obligationis ſpecialis, & ſic quamuis quis non aduertat dum recitat teneri & obligari ad recitandum, ſatisfacit obligationi ex voluntate illa generali.

Quod non ſolum tenet verum in hac materia de qua loquimur, ſed etiam in votis, & in obligationibus iuſtitiæ, ſi enim
† quis habet votũ recitandi roſarium, & nõ 20
aduertens obligationem illud recitet, ſi non habet voluntatem expreſſam non ſatisfaciendi per hanc numero recitationem, dubio procul ſatisfacit voto; ſi tamen habeat votum dicendi officium diuinum, ſimiliter & obligationem ex beneficio, & vtrius ob-
ligationis immemor vnicam dumtaxat per- 21
ficiat recitationem potiori ſatisfaciet ſcilicet beneficij, quia iuxta doctrinam Gothifredi, prius debetur ſatisfieri *quod ſub pœna*, &
cum † obligatio ratione beneficij ſit ſub pœ- 22
na reſtitutionis fructuum hanc obligationem prius diligens debitor ſatisfacit, ſimiliter etiam hæc doctrina tenet in obligationibus iuſtitiæ, quidquid dicant Sanchez *n. 11.* & Sal. *de legib. diſp. 6 ſect. 2. n. 35.* ſi enim quis det pro eleemoſyna ignorans, aut non aduertens teneri ex bonis incertis, quæ iniu-
ſte retinet, totidem dare; ſi poſtea aduertat, 23
non tenetur ſed illis primis ſatisfacit, idem iudicium eſto, ſi quis donet centum ignorans quod Donatario ex iuſtitia illa debet dum enim dono, ignorans maius debitum ex iuſtitia illa donatio habet conditionem implicitam, niſi ex alio titulo priori illa debeam;
quia diligens debitor ſi admonitus fuiſſet; 24
ita negotium ſuum geſturus fuiſſet, ſi tamen quis ita donet aut det eleemoſynam, quod habeat expreſſam intentionem donandi; etiam ſi alias deberet ex iuſtitia iſtius obligatio ſemper ſubſiſtit, & non euaneſcit ex priori donatione.

Ex his ſumitur † ni fallor efficaciſſimum 25
fulcimen noſtræ veræ ſententiæ, quia ſi quis aduertens legem obligare ad actum externum fauendum, & quod eſt tempus illi ſatisfaciendi per alium actum diſtinctum numero ab iſto, quem modo facit, ſi expreſsè non

vult per iſtum ſatisfacere euidens eſt, quod
non ſatisfacit, quia lex poſitiuè non dicit,
quod per primum actum quem quis facit
intra tempus, intra quod poteſt per diuer-
ſos actus ſe eximere ab obligatione legis,
26 quod inquam per primum actum quis ſa-
tisfaciat, ita vt non ſit in voluntate ope-
rantis dilatare ſatisfactionem intra tempus
detractum à lege per alium actum, nec enim
hoc præcipit lex, quod primus actus illicitus
intra præfatum tempus ſit ſatisfactorius
27 obligationi, ſolum enim † lex imponit obli-
gationem faciendi actus, ex quo euidenter
deducitur; quod poteſt quis ſi ſit tempus
requiſitum & ſufficiens ad adimplendum
præceptum poſt primam recitationem per
iſtam non ſatisfacere obligationi præcepti,
aut legis. Vnde falsò omnino Vaſquez, Di-
caſtillus, & alij ferè omnes primæ ſententiæ
28 autumant, quod qui † per primam recita-
tionem expreſsè non vult ſatisfacere obli-
gationi iſtam prorogat ſicut neque aufert
obligationem, ſed differt ſatisfacere illi,
quod vtique poteſt intra tempus intra quod
currit obligatio.

In hac doctrina fundatut axioma Iuris-
29 peritorum, quod † *actus agentium non ope-
rantur vltra intentionem eorum leg. non omnis.
leg. ſi quis nec cauſam*, vbi Bart. *D. ſi certum
petat*. & egregiè vt aſſolet explicat Couarr.
lib.2. variar. cap.4. num.5. ſequuntur etiam
Antonius Gomez *tom.2. variar. cap.2.n.10.
& cap.7. n.4*. Rota, *deciſ. 555. num 4. apud
Farin. p.1. recentio*. & plures quos citat & ſe-
quitur, Barboſa *de axiomatibus iuris Axiom.*
30 12. *à num.7. & axiom.*128. vnde ſicut li-
berum eſt alieni ſolnere, & eximere ſe ab
obligatione tradendi centum quæ debet
ex iuſtitia, & non ſoluere modo, ſed dona-
re illa centum differens in aliud tempus ſo-
lutionem, ex iuſtitia ſi aliàs ex donatione
non fiat impotens, ad ſatisfaciendum ex iu-
ſtitia, ita liberum eſt mihi me ſoluere ab
obligatione recitandi horas non quidem ab-
ſolutè, ſed per hanc numero recitationem,
differens in aliam horam temporis præcepti
ſatisfactionem obligationis præcepti; certè
quidem ita me tenet hoc fundamentum, vt
voluntariam exiſtimem contrariam ſenten-
tiam & ſine fundamine ſolido.

Ad ea tamen quæ in illius fauorem addu-
ximus facilis eſt ſolutio, ad primum reſpon-
31 detur falſum ſupponere, quod † ille qui intra
tempus præcepti differt illius ſatisfactionem
ad quam non tenetur ſtatim faciendam,
quod voluntariè proroget obligationem
non quidem prorogat niſi ſatisfactionem, &
ſic ex intentione implendi præceptum ſal-
tem virtualiter illud implet.

32 Ad ſecundum reſpondetur, quod † ad
peccatum non requiritur, niſi, quod ſit
contra legem, vnde non eſt neceſſaria in-
tentio peccandi at cum præceptum actum
poſſimus ex diuerſa intentione facere re-
quiritur intentio ſaltem virtualis ſatisfa-
ciendi obligationi illius, bonum enim in-
tegra cauſa malum autem ex quocumque
defectu, vnde quod † actio exterior ſit ſa- 33
tisfactoria obligationi præcepti ex intentio-
ne agentis determinatur, id autem quod
dicit Caramuel quod ita independens ab
intentione agentis liberi, eſt impletio præ-
cepti poſito actu externo ſicut eſt combu-
ſtio ſtupæ applicato igne, quis vnquam hoc
dixit vel ex Theologis, vel ex Iuriſtis illud 34
etiam quod addit de recitatione officiorum
omnino ridiculum eſt, ſi officium ſequen-
tis diei eſt S. Laurentij, & hodiernum eſt
alicuius alterius Martyris Patroni quomo-
do per primam recitationem Sancti Lau-
rentij ſatisfacit recitationi de Patrono? non
ergo excludi poteſt intentio, ab impletio-
ne præcepti.

Ad tertium reſpondetur, eſſe omnino
diuerſam rationem, nam † præceptis nega- 35
tiuis ſatisfacimus per ſolam externam omiſ-
ſionem actus furti aut omiſſionis, nec hoc
dependet à noſtra voluntate, etiamſi veli-
mus non ſatisfacere, nam obligatio præce-
pti negatiui ſolum eſt de non tranſgredien-
do poſita autem omiſſione cum hoc præ-
ceptum ſemper & pro ſemper neceſſario
non tranſgreditur, at vero cum præce-
ptum poſitiuum, non obliget pro ſemper
illius ſatisfactio neceſſario pendet à vo-
luntate illi ſatisfaciendi per actum poſi-
tiuum.

Ad quartum, quod eſt confirmatio pri-
mò reſpondetur, quod cenſura illa non li-
garet, quia iam poſuit actum externum 36
audiendi ſacrum quod ſi cenſura impona-
tur contra non implentes præceptum ſi non
poneret niſi primam auditionem dubio
procul iuxta dicta incurreret cenſuram.

Ad quintum, quod eſt ſecunda confir-
matio reſpondetur, quod † illa voluntas
non ſatisfaciendi per primam recitationem
eſt efficax quantum ad hoc quod homo 37
non ſe ſoluat ab obligatione ſatisfaciendi
præcepto, non tamen eſt efficax ad proro-
gandam obligationem; verum eſt, quod
† præceptum non obligat quoad modum
virtutis, ſed quoad ſubſtantiam operis 38
præcepti, quatenus attingitur ex intentio-
ne ſatisfaciendi, qui eſt modus, intrinſe-
cus ipſi ſubſtantiæ actus vt ſatisfactioni ob-
ligationis quam inducit præceptum, vnde
cum quod actus fiat ex recto fine, & non
ex vana gloria, aut alio inhoneſto ſit mo-
dus accidentalis actui externo conſequitur,
quod per iſtum imperatum à malo fine ſa-
tiſfit obligationi præcepti.

Ex-

Ex Reſolutione huius corollarij temperandæ & limitandæ ſunt illationes, quas faciunt Sanchez & alij auctores oppoſitæ
39 ſententiæ ſolum † ego duo infero. Primum, quod Beneficiarius, qui attentè & deuotè attentione intrinſeca dixit officium diuinum, cum intentione expreſſa non ſatisfaciendi per hanc recitationem ſed per aliam ſi iſtam non recitet per primam lucrabitur fructus, quos facit ſuos, neque tenetur illos reſtituere; quia etſi mortaliter peccet contra præceptum de recitando cuius obligationi non ſatisfacit, non tamen facit contra Bullam Pij V. mandantis reſtituere fructus pro rata omiſſionis officij iſte autem cum iam dixerit totum officium non habet omiſſionem, quam punit Pius.

40 Infero ſecundò id quod valdè notandum velim contra Dicaſtillum, & alios; ille enim *tract. & diſp. citat. à n.* 83. contra Thomam Sanch. *vbi ſuprà*, & Molin. *tom.* 6. *tract.* 5. *diſput.* 58. ſentit quod Eccleſia non poteſt præcipere auditionem Sacri aut Officij Diuini recitationem, vt fiant vt ſunt actus externi Religionis & propter eorum honeſtatem atque ita qualitercumque fiant actus externi; & ex quocumque fine appoſito per voluntatem ſatisfacere huiuſmodi præceptis;
41 vnde ſi quis recitet horas, aut audiat Sacrũ excludendo interius honeſtatem Religionis; ſed actus illos exercet cauſa curioſitatis, vel ex motiuo addiſcendi, & ſi quis nullo modo intendens Miſſæ aſſiſtere, ſed caſu coram ipſo ibi exiſtenti in altiſſima contemplatione, ſine tamen ſigno externo inuoluntariæ, aut voluntariæ aſſiſtentiæ, celebretur Miſſa; ſatisfacit præcepto audiendi Sacrum, hæc inquam doctrina nullatenus eſt
42 admittenda, quia † Eccleſia poteſt præcipere actus internos prout coniuncti ſunt actibus externis, & quatenus neceſſarij ſunt vt actus externi habeant honeſtatem ſubſtantialem virtutis præceptæ, vt expreſſè D. Th. 1. 2. *quæſt.* 100. *art.* 9. *&* 10. quem ferè omnes ſequuntur, & ſic poteſt præcipere actum internum qui neceſſarius eſt vt recitatio officij habeat ſubſtantialem bonitatem orationis, & aſſiſtentiam ad Miſſam vt audiens ſimul ſit offerens Sacrificium cum Sacer-
43 dote; vnde † qui recitat officium non animo recitandi, ſed legendi vt addiſcat (ſecundum omnes, vt ait Suar. *lib.* 4. *de legib. c.* 13. *num.* 7.) non ſatisfacit qui exiſtens in Eccleſia non habens animum aſſiſtendi Sacro & illud offerendi Deo, vel quia eſt in altiſſima
44 contemplatione, & celebratur coram ipſo; vel quia vadit ad templum, ad expectandum amicum & ſine intentione audiendi Sacrum coram ipſo fit Miſſa, & qui omnino coactus, & inuitus ducitur ad Eccleſiam vt audiat Miſſam, ipſe tamen non habet voluntatem aliquam audiendi, & offerendi omnes iſti & ſimiles non ſatisfaciunt præceptis, quia nolunt honeſtatem ſubſtantialem actus externi præcepti, ſed meram habent materialitatem illius, verum eſt quod † qui 45
volens ſubſtantialem honeſtatem actus externi, illam ordinat ad finem prauum ſatisfacit præcepto vt vidimus & tenet expreſsè D. Thom. *vbi ſuprà*, &c.

SVBRESOLVT. IV.

An præcepta Eccleſiæ differant ſpeciè?

SVMMARIVM.

1. *An præcepta purè Eccleſiaſtica non differant in ſpeciè honeſtatis.*
2. *An tranſgreſſio ſpecialis præcepti habeat ſpecialem ſpecificam malitiam.*
3. *Quænam præcepta diuina poſitiua & humana ſolum obligent ſub ratione præcepti impoſiti.*
4. *An ſummus Pontifex & quilibet alius Legiſlator humanus, imo & Deus nullam aliam rectitudinem reſpiciant, niſi ſolius obedientiæ.*
5. *An ſi quis frangeret ieiunium intemperatè comedens dupliti ſe inquinaret malitia, & n.*6
7. *Quomodo ſe habeat Pontifex in ſuis legibus.*
8. *An ſi Religioſus violet præceptum in materia graui, non ſit neceſſe explicare in confeſſione, quale præceptum ſit tranſgreſſus, & n.*9.
10. *An non omnia peccata ſint paria in malitia ſpecifica.*
11. *Caſtro fallitur.*
12. *D. Thomæ ſententia adducitur, & numer.*13.
14. *An omnia peccata opponantur virtuti obedientiæ, & n.*15.
16. *An Legiſlator humanus poſſit conſtituere ſub ſpeciali reſpectu materiam præcepti in materia alicuius præcepti.*
17. *DD. ſenſus affertur.*
18. *An lex & præceptum debeat eſſe de materia honeſta.*
19. *An qui frangit ieiunium non habeat inobedientiæ ſpecialis malitiam ſed generalis.*
20. *An præcepta humana & diuina poſitiua nullam aliam honeſtatem reſpiciant niſi obedientiæ.*
21. *An dupliciter peccet contra virtutem temperantiæ qui frangit ieiunium.*
22. *Quod præceptum non conſtituat materiam abſtinentiæ.*
23. *An ſi quis fecit votum de abſtinendo à carnibus*

nibus non ſatisfatiat dicendo tranſgreſſus ſum votum in materia graui.

EX dictis deciditur quoddam dubium de quo conſultus fui *an. præterito* 1649. ab Illuſtriſſimo D.D.meo D.Franciſc.Guerra Epiſcopo Gaditano,hodie pro meritis Epiſcopus Placentinus,&Orator Philipp.IV. ad Sanctiſſimum, quod ipſi propoſuit quidam Religioſus,vt ſubſcriberet approbando opinionem nouam, & numquam in Eccleſia auditam. Aſſerebat igitur Præfatus
1 Theologus quod † præcepta purè Eccleſiaſtica non differunt in ſpeciè honeſtatis,ſed omnia ſolum inducere honeſtatem obedientiæ, & non alterius virtutis ſpecialis, vnde qui frangit præceptum Eccleſiæ non tenetur in confeſſione aperire,quale præceptum fuerit violatum, nec in qua materia; ſi quidem ſpeciale præceptum non addit ſpecialem bonitatem ſpecificam,& ſic illius
2 tranſgreſſio non habet † ſpecialem ſpecificam malitiam, idem quod de præceptis Eccleſiæ, affirmat de præceptis diuinis poſitiuis tam in veteri, quam in nouo teſtamento,quod ſpeciè non differant illorum tranſgreſſiones, nec teneantur aperire in confeſſione quale fuerit præceptum tranſgreſſum,quod negat de præceptis decalogi,quia iſta ſunt prohibita, quia mala & ante omnem prohibitionem opponuntur ſpecialibus virtutibus, cætera autem diuina poſitiua, & humana ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ſæcularia ſolum ponunt actum in materia obedientiæ,quæ vna eſt virtus ſpecifica,& peccata contra ipſum ſunt eiuſdem ſpeciei atomæ.

Huius nouitatis fundamenta ad hæc reduco (nolo enim quærulum de me eſſe eius
3 inuentorem) Primò, quia † hæc præcepta diuina poſitiua & humana ſolum obligant, ſub ratione præcepti impoſiti, ſunt enim eorum materiæ malæ, quia prohibitæ, ſi enim auferas prohibitionem nullomodo ſunt malæ, atque ita cum ratio formalis obedientiæ ſit præceptum actuum, quibus omnia hæc præcepta obſeruantur eiuſdem ſpeciei ſunt cum ſit vna ſpecifica ratio, & per conſequens peccata illis oppoſita omnia habebunt vnam ſpecificam malitiam
4 oppoſitã honeſtati obedientiæ,vnde † ſummus Pontifex, & quilibet alius Legiſlator humanus,imò & Legiſlator omnium ſupremus Deus ipſe nullam aliam rectitudinem reſpiciunt niſi ſolius obedientiæ.

Secundò quia ſi dum Pontifex præcipit ieiunium intenderet honeſtatem temperantiæ, & non ſolius obedientiæ non poſſet quis in violatione ieiunij præcepti duplex
5 peccatum cõmittere; nam ſi † quis frangeret ieiunium, intemperatè comedens, duplici ſe inquinat malitia, vna quia contra præceptum Eccleſiæ, & alia, quia intemperatè comedit,ſi autem temperatè comedens frangeret ieiunium,vna dumtaxat inficeretur malitia contra obedientiam Legiſlatoris, nam ſi eſſet contra temperantiam; minimè contra eandem eſſet nouum peccatum intemperatè manducando ieiunium frangere, ſed ad ſummum idem peccatum intrà eandem ſpeciem augeret, vt eſt omnibus in confeſſo, atque ita quod primò intendit, Eccleſia in ieiunio eſt, non honeſtas temperantiæ, ſed honeſtas obedientiæ. 6

Tertiò quia † ita ſe habet Pontifex in ſuis legibus, & præceptis ferendis reſpectu omnium fidelium,ac ſe habet Prælatus Regularis reſpectu ſuorum ſubditorum, vterque enim verus eſt ſuperior habens poteſtatem ad præcipiendum,atque † ſi Religioſus violet præceptum in materia graui non eſt neceſſe explicare in confeſsione quale præceptum ſit tranſgreſſus,ſed ſatisfacit ſi dicat ſe fregiſſe obedientiæ votum, verbi gratia, ſi violet ieiunium in peruigilio Fundatoris quod eſt indictum ſub obedientia formali, praxis eſt tam Confeſſorum quam Pœnitentium quod ſatisfaciat quis aperiendo in confeſsione tranſgreſsionem voti obedientiæ. Huius enim honeſtatem ſolum reſpicit præceptum humanum,imò & diuinum poſitiuum. 7 8

Hæc ſunt fundamina quæ inuentor ille obtulit Illuſtriſsimo Præſuli, qui excandeſcens zelo veritatis cõntra hanc nouitatem ad me miſit, vt meum ſenſum aperirem quod libenter feci; ſunt enim hæc ſcripta, *ſutorio atramento*, de quo Horatius notans huiuſmodi ſapienter dixit. 9

Sed veluti trita,notam, labemque remittunt
Atramenta ferè ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.

Quid enim aliud facit huius nouitatis artifex,*quam ſplendida facta Legiſlatorum,carmine fœdo linire aquam veræ doctrinæ infuſcans ſucco nigra loliginis*, *aut ſepiarum.*

Igitur huius imaginationis falſitas ex multis principijs in vtraque Theologia morali & Scholaſtica certis deprehenditur. Primùm,ſit † quod non omnia peccata ſunt paria in malitia ſpecifica, vt eſt certa fides Catholica contra Stoicos, quorum errorem Paradoxum dixit Aug. *epiſt.* 19. *ad Hieronym.* & contra ipſum latè diſputat Ariſtot. *lib.* 4. *Ethi.cap.*5. *& lib.*1. *Rheto. cap.*13. *&* 14. D. Hieron. *lib.* 2. *contra Iouinianum*, qui eundem errorem eſt ſecutus, vt conſtat ex Caſtro *de hæreſib.verbo peccatum hæreſ.*8. quamnis † fallatur Caſtro dicens Hieronymium non impugnaſſe hunc errorem in Iouiniano impugnauit vtique, *lib.*2. *citato circa medium*, & D. Auguſt. *epiſt. citat.* laudat ipſum 10 11

Hiero

Hieronymum quod præfatum errorem impugnarit,ex Sacris Scripturis, legatur Val. 1. 2. *diſp*.6. *q*.3.*p*.2. contra quem errorem latè
12 diſputat D. Thom. † *in diſputatis*,*q*.2.*de peccatu art*. 9. *&* 1.2. *quæſt*.7 5. *art*. 2. *& in* 2.*diſtinct*.42. (vbi omnes Scholaſtici) *q*.2.*art*. 5. ex quo principio in fide indubitato corruit imaginatio præfata nam ſi vera eſt omnia peccata contra leges humanas, & diuinas poſitiuas quibus prohibentur aliqui actus qui ſunt mali, quia probibiti eſſent paria conſquentia eſt euidens, quia omnia priuant vna honeſtate ſcilicèt obedientiæ, quæ eſt vna in ſpecie infima, conſequens autem ſine ingenti temeritate ſuſtineri nequit nam non teneretur quis explicare in confeſſione quod celebrarit coram nominatim excommunicatis, quod acceſſit ad Sacram ſynaxim non ieiunus,quod percuſſerit Cle-
13 ricũ,quod non adimpleuit annuam confeſſionem, quod ſit furatus rem de loco Sacro, quod occiderit hominem in Eccleſia; ſed ſufficit dicere ſe fregiſſe in his præceptum obedientiæ, quantum attinet ad ſacrilegium,in his duobus vltimis, quod quam temerariè dicatur quis niſi oculis obcæcatis catharactis nouitis,non videat?

Amplius in præceptis diuinis abſurditas iſta claret, quia omnia peccata contra ipſa æqualia eſſent (quod ego de hæreſi ſuſpe-
14 ctum puto) quia † omnia ſolum opponuntur virtuti obedientiæ, vnde non teneretur quis explicare in confeſſione ſe celebraſſe non præmiſſa confeſſione cum habet copiam Confeſſoris; ſe dimidiaſſe confeſſionem, aut ex propoſito non habuiſſe dolorem de peccatis, & propoſitum emendæ,
15 non conſecraſſe in materia quam Chriſtus aſſignauit; non perfeciſſe ſacrificium, ſed in vna tantum ſpecie panis, aut vini conſecraſſe:non inquam teneretur hæc explicare in confeſſione, ſed quod peccauit contra præceptum diuinum poſitiuum.

Secundum principium, quod euaneſcere
16 facit huiuſmodi figmentum eſt, quod † Legiſlator humanus poteſt conſtituere ſub ſpeciali reſpectu materiam ſui præcepti in materia alicuius virtutis, quæ licèt antè legem non obligaret ſub mortali poſt legem obligat non ſolum, quia tranſgreſſor non obedit, ſed quia in illa materia tranſgreditur rationis regulas præſtitutas in tali materia à Legiſlatore.Hoc principium indubitatum eſt apud omnes morales Theologos tam in materia de legibus, quam de ieiunio, quam de ſacrilegio & ſimilibus, & conſtat ex D.Th.1.2.*q*.96.*art*.3.& ibi omnes expoſitores. Legantur Pater Suarez *de legibus*, *lib*.3.*cap*.12. *& lib*.4.*cap*.11. Salas *de legibus*, *diſp*.9.Bonac.*de legibus*,*diſp*.1.*quæſt*.2. ex quo
17 principio vtpotè indubitato colligũt † DD. eſſe ſacrilegium occidere hominem in loco Sacro, furari rem Sacram de loco Sacro, ſumere Eucharistiam poſt cibum; & ſimilia quæ non haberent hanc ſpeciem malitiæ niſi eſſent prohibita ab Eccleſia; ſimiliter eſt ſacrilegium dimidiare confeſſionem, aut celebrare ſine præuia confeſſione habita copia confeſſoris, quam ſpeciem peccati non haberent hi actus niſi ex vi horum præceptorum eſſent conſtituti intra materiam virtutis Religionis contra cuius honeſtatem operationes iſtæ exercentur.

Ratio à priori huius veritatis eſt, quia lex & præceptum debet eſſe de materia honeſta, vt eſt etiam indubitatum. Lex enim 18
primò intendit facere bonos homines vt inde facilius faciat bonos ciues vnde ſuppoſita lege; materia illa honeſta quæ antè legem, & præceptum erat libera, & poterat homo circa illam non operari ſine peccato, iam actus circa illã omiſſio eſt peccatum in illa materia circa quod eſt præceptum, quia iſtud facit, quod materia illa in ordine ad finem illius virtutis ſit neceſſaria, id eſt, actus externi circa illius virtutis materiam ſunt præcepti, & obligatorij, quia ex lege & præcepto habent ſpecialem ordinem ad rationem, ſicut ieiunium illius omiſſio peccatum eſt contra etiam etſi comedantur carnes eſt commiſſio contra eandem virtutem, quamuis tam commiſſio quam omiſſio vt peccaminoſæ ſint præſupponat præceptum, quo abſtinentia à cibis tali die, tempore, & hora ordinatur ad finem abſtinentiæ virtutis,quem ordinem cauſat præceptum Eccleſiæ, vnde † qui frangit ieiu- 19
nium non habet malitiam inobedientiæ ſpecialis, ſed generalis quæ tranſcendit omne peccatum ſicut & ingratitudo generalis,habet tamen ſpecialem malitiam contra virtutem abſtinentiæ ex cuius honeſtate præceptum eſt ieiunium.

Fundamina imaginariæ cogitationis nullo molimine euertuntur.

Ad primum reſpondetur omnino falſum eſſe quod † præcepta humana & diuina po- 20
ſitiua nullam aliam honeſtatem reſpiciant niſi obedientiæ imo & honeſtatem aliarum virtutum in qua fundatur præceptum; hoc enim nequit eſſe niſi materia præcepta ſit honeſta.

Ad ſecundum reſpondetur † dupliciter 21
peccat contra virtutem temperantiæ, frangendo ieiunium contra temperantiã, quam præcipit ius humanum, & ſic mortaliter quia in materia graui vt aſſerunt omnes, & contra temperantiam ex iure naturæ quod præcipit ne immoderatè manducemus, aut bibamus hæc autem malitia erit mortalis ſi exceſſus fuerit valdè notabilis, aut venialis ſi exceſſus paruus fuerit eſt enim duplex peccatum,

peccatum, quia ex duplici præcepto diuerſi ordinis cauſatur duplex reſpectus diuerſus ad honeſtatem temperantiæ ex quo cunſurgit duplex peccatum contra ipſam.

Ad tertium reſpondetur, quod quuũ ſuperior regularis alicui perſonæ in particulari aliquid mandat in virtute Sanctæ obedientiæ formali præcepto, etiamſi ſit ieiunium quod dat in pœnam alicuius delicti ſat eſt quod dicat in confeſſione ſe operaſſe, contra formale præceptum obedientiæ, quia

22 † hoc præceptum non conſtituit materiam abſtinentiæ intra limites cum ſpeciali, reſpectu ad ſuum finem, ſi tamen præceptum de ieiunando in aliquo peruigilio feratur per modum legis, & ſtatuti tunc habet ſpecialem ordinem intra limites temperantiæ, vnde non ſatisfacit dicendo in confeſſione quod tranſgreſſus ſit votum obedientiæ, ſed præceptum de ieiunando quod ſi alicubi ſit contraria praxis omnino abolenda eſt, vt

23 improbabilis, & pernicioſa, ſicut enim † ſi quis fecit votum de abſtinendo à carnibus non ſatisfacit dicendo, tranſgreſſus ſum votum in materia graui, ſed tenetur exprimere in qua materia, ita qui tranſgreditur præcepta & legem ſuperioris tenetur dicere, quod fuerit præceptum, & in cuius virtutis materia.

SVBRESOLVT. V.

An Canonicus in choro non cantans ſatisfaciat obligationi.

SVMMARIVM.

1. *An Canonicus & Portionarius ſatisfaciant intereſſentes choro non cantantes, & numero 2.*
3. *An ex conſuetudine ſtatuto & fundatione Eccleſiæ poſſit fieri, quod Canonici lucrentur diſtributiones quotidianas quamuis non recitent.*
4. *Quod ſtatutum, conſuetudo aut fundatio nullam contineat turpitudinam, & numero 5.*
6. *An teneantur Canonici de iure communi pſallere ad minus in choro.*
7. *An ſi Canonicus qui ex conſuetudine, ſtatuto, aut fundatione choro aſſiſtit attentione & deuotione debita ſatisfaciat obligationi recitandi officium.*
8. *An iure natura non requiratur quod quis recitet officium ad ſatisfaciendum beneficio per ſe ipſum.*
9. *Maiores in choro non debent cantare, ſed meditari qua ab inferioribus cantantur, ex Caiet.*
10. *Conſuetudine & priuilegio poteſt introduci non ſolum quod Canonicus ſatisfaciat ſua obligationi ſi choro aſſiſtat priuatim recitans, ſed etiam ſi abſens à choro alium ſubſtituat, ex Palao.*
11. *Quod priuilegium dicendi officium mentaliter conceſſum ſit Regularibus.*
12. *Qua conſuetudine non poſſit Epiſcopus cogere Canonicos ad pſallendum in choro.*
13. *An intereſſentia ſolùm ſit ſufficiens ad lucrandas diſtributiones ſine cantu.*
14. *An Canonicus ex vi Canonicatus non teneatur ad aliud quam ad aſſiſtentiam religioſam in choro, & n. 15. & 16.*
17. *An neceſſaria ſit attentio intrinſeca ad ſatisfaciendum obligationi præcepti Eccleſiæ de recitandis horis, n. 18 & 19.*
20. *Dicaſtilli mens adducitur, & n. 23.*
21. *An poſſit quis ſimul implere duo præcepta.*
22 *Ratio difficultatis enodatur.*
24. *Cardinalis de Lugo & aliorum iudicium, & n. 25.*
26. *An poſſit quis attendere ſufficienter ad tres miſſas, remiſſiuè.*
27. *An diuerſa ſit ratio de conſultatione Patris ſpiritualis, & Theologi.*

COrollarium quartum ſit † an Canonicus & Portionarius ſatisfaciant intereſſentes choro non cantantes, aut voce ſum miſſa recitantes, hoc corollarium duplicem habet ſenſum primò, an ſatisfaciant quantum ad lucrandas diſtributiones quotidianas. Secundum, an ſatisfaciant præcepto de recitatione horarum, ita vt non teneantur reſtituere fructus iuxta conſtitutionem Pij V. hunc ſecundum ſenſum, non vidi ab aliquo ex propoſito diſputatum, & eſt conſideratione dignus vt videbimus, corollarium in primo intellectu tactum fuit à me *ſuprà*, dum de reſidentia Canonicorum inſtituebatur ſermo & *tom. 5. in digreſſ. de choro. ſect. 10.* Tamen modo examinandum eſt, tùm ad placandas conſcientias ſcrupuloſas tum ad cohibendas, relaxatas. 1 2

Igitur certum ſit, quod † ex conſuetudine, ſtatuto, & fundatione Eccleſiæ poteſt fieri quod Canonici lucrentur diſtributiones quotidianas, quamuis nec recitent in choro, nec canant, ſed hoc præſtent per Capellanos, & alios inferiores Clericos, & ipſi canonici ſolum choro aſſiſtant, ita Suarez *tom. 2. de Religione lib. 4. de horis ca. 12. à n. 11.* Bonacc. *diſp. 1. q. 3. p. 2. §. 1. num. 18.* Garzia *p. 3. c. 1. num. 518. & num. 522.* Azor *1. p. lib. 10. c. 11. quæſt. 5. & 6.* hoc enim ſtatutum, conſuetudo, aut fundatio, nullam continent turpitudinem, imo auget ſplendorem, decorem inducit, authoritatem Eccleſiæ extollit, ob miniſtrorum diuerſitatem, vt vni aſſiſtant ad authorizandum conuentum in choro 3 4

choro alij interſint ad canendum, & ſic eſt in vſu in ferè omnibus Hiſpaniæ Eccleſiis, vnde Bullam Pij V. quæ eſt in Bullario Cherubini 135. in qua huiuſmodi conſuetudi-
5 nem, fundationem, & ſtatutum Pontifex reiicit non eſſe quantum ad hanc partem admiſſam, vel loqui de Canonicis, qui non habent Capellanos deſtinatos, ad canẽdum, & recitandum, ita Bart. à S. Fauſto *lib. 3. de Horis, quæſt. 11, in fin.* Diana *part. 3. tract. 12. reſolut. 6. & p. 4. tract. 4 reſol. 149.* Candidus (vere Candidus) *tom. 1. diſquiſ. 18. artic. 26. dub. 2.* Baron. *tom. 2. tract. 11. quæſt. 17.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. vniu. lib. 3. cap. 18. n. 83.*
6 Sanchez *lib. 2. conſil. cap. 2. dub. 100.* ſed quod teneantur de iure communi pſallere ad minus in choro latè, & non inefficaciter probaui *loco cit.* videantur quæ *ibi* dixi.

Secundus ſenſus corollarij, an ſi Cano-
7 nicus qui ex conſuetudine, ſtatuto, aut fundatione, choro aſſiſtit attentione, & deuotione debita, & ſtudioſitate requiſita, nihil recitans aut canens, ſed deuotè & attentè audiat alios recitantes, aut canentes, quos ſubſtitutos habent ad hoc munus, an ſatisfaciat obligationi recitandi officium diuinum, & non teneatur reſtituere fructus (nam non teneri ad reſtituendas diſtributiones quotidianas iam determinauimus) & quidem quod ad id non teneantur iure naturæ mihi videtur certum; iuxta ea quæ di-
8 xi *corollar. 2. citat.* nam † iure naturæ non requiritur, quod quis recitet officium ad ſatisfaciendum beneficio per ſeipſum; tunc enim ſatisfacit iuri naturæ aſſiſtendo officio meditando ea, quæ ab aliis recitantur, vt dixit D. Caietan. *in ſumma verbo horæ, §. 15.*
9 † *Maiores* (inquit) *in choro non debent cantare, ſed meditari, quæ ab inferioribus cantantur.* & agit Cardinalis de obligatione ſatisfaciendi penſo horarum. Vnde Bonacina *diſput. 2. de Horis, quæſt. 1. punct. 5.* quem ſequitur Palao
10 *diſp. 3. cit. punct. 3.* dicit quod † conſuetudine, & priuilegio poteſt introduci non ſolum, quod Canonicus ſatisfaciat ſuæ obligationi ſi choro aſſiſtit priuatim recitans, ſed etiam ſi abſens à choro alium ſubſtituat, vt nomine ipſius aſſiſtat, & diſtributiones lucretur, quia hoc nullam turpitudinem continet, & poteſt multis ex cauſis honeſtari: ergo etiam poteſt conſuetudine aut priuilegio introduci quod Canonicus, & alij Præbendati canant, aut recitent per inferiores Clericos meditantes, quæ ab illis canuntur, aut recitantur.

11 Et quidem quod priuilegium hoc ſit licitum latè dixi *in meis reſolutio. moralibus, tom.... tract.... reſolut....* vbi hoc priuilegium dicendi officium mentaliter conceſſum eſſe Regularibus oſtendi, ita vt ſatisfaciant præcepto de recitando illud, ergo hoc non eſt contra ius naturæ, & ſic conſuetudinem poteſt introduci, quod Canonicus aſſiſtens choro inferiorum Clericorum canentium meditans quæ cantantur aut recitantur ſatisfaciat obligationi ratione beneficij, ita vt non teneatur reſtituere fructus & diſtributiones, † qua conſuetudine legi- 12
time introducta non poteſt Epiſcopus cogere Canonicos ad pſallendum in choro, nam Concilium Trident. *ſeſſ. 24. cap. 12.* loquitur in illis Eccleſiis quæ non habent conſuetudinem aut priuilegium, vnde idem ſacroſanctum Concilium ibidem dixit *diſtributiones vero qui ſtatis horis interſunt recipiant.* Nihil dicens de cantu ibi; quaſi † intereſſentia ſolum ſit ſufficiens ad lucrandas diſtributiones ſine cantu, aut recitatione, ſaltem ex conſuetudine, & priuilegio, ex quo ſumitur non inefficax ar- 13
gumentum ad probandum quod non teneatur Canonicus aſſiſtens choro deuotè & attentè etiam ſine recitatione, & cantu ad reſtitutionẽ fructuum quia aſſiſtentia in choro humano modo habita, ſufficit ad lucrandas diſtributiones, ergo & fructus non enim videtur in iure magis requiri ad vnum quam ad aliud.

Propter hæc non videbitur alicui improbabile, quod † Canonicus ex vi canonicatus 14
non tenetur ad aliud quam ad aſſiſtentiam religioſam in choro habendam ſuppoſita conſuetudine, & priuilegio, quod non teneantur ad canendum aut recitandum ibi, ſed hoc præſtent per alios Clericos inferiores, ipſi vero meditentur quæ ab inferiori- 15
bus dicuntur, nam vt vidimus *corollario 2. cit.* ex iure communi Canonici officium propter quod datur beneficium eſt pſallere in choro, atque ita ſi conſuetudo obtinuit quod hæc pſalmodia fiat per alios ad lucrandos fructus & ſatisfaciendum penſo horarum, nihil aliud requiritur ex vi canonicatus quam aſſiſtentia Religioſa in choro & audire quod alij dicunt.

Dixi *ex vi Canonicatus*, aut *Dignitatis*, 16
quia ſi habet alia beneficia, aut ordinem ſacrum ratione horum tenebitur ad recitandum officium diuinum, cuius penſum eſt annexum beneficio congruæ, & ſacris ordinibus. Similiter diebus quibus ex priuilegio non aſſiſtit choro tenetur priuatim recitare horas Canonicas.

Ex dictis ſequitur, quam † neceſſaria ſit 17
attentio intrinſeca ad ſatisfaciendum obligationi præcepti Eccleſiæ de recitandis horis, & audiendo ſacro; vnde multo magis erit neceſſaria attentio extrinſeca non faciendi aliquid extrinſecum, quod ſit incompoſſibile cum actione requiſita ad impletionem horum præceptorum; vnde fit quod ſi 18
quis profundo ſomno correptus in choro

nequeat

nequeat eam attentionem habere, quæ neceſſaria eſt ad humanam ibi aſſiſtentiam, faciat quantum in ſe eſt, vt vigilet, & attendat; ſed efficacia ſomni nequeat id perficere tenetur ſatisfacere recitando officium
19 diuinum priuatim, quia cum non habeat aſſiſtentiam requiſitam ad lucrandos fructus, & alias non ſit impeditus infirmitate, ſitque tempus ſatisfaciendi, tenetur recitare: legatur Marchin. *de ordine tract.2.p.6. cap.12.difficult.2.num.10.*

An verò, quis ſatisfacere præcepto audiendi ſacrum ſi ſimul peccata ſua fateatur
20 in Sacramento pœnitentiæ? Dicaſtill. † *vbi ſupr. à num.*110. ſolum requirens eam attentionem externam, quæ non ſit coniuncta cum actione externa, quæ impediat aliqualem attentionem internam, & non ſit compoſſibilis moraliter cum attentione ad res diuinas, affirmatiuè reſpondet: & ego iuxta doctrinam traditam in ſuperioribus idem exiſtimo; ſi enim quis habeat intentionem audiendi ſacrum, & offerendi ſacrificium ſimul cum Sacerdote, cum hac intentione eſt inhibita virtualis attentio interior ad ipſum ſacrificium, hæc autem virtualis attentio ad miſſam non euaneſcit, per aliam aut alias attentiones ad diuina, imo magis fouetur, & conſeruatur.

Vnde hodie eſt communis ſententia,
21 quod † poteſt quis ſimul implere duo præcepta & audire ſacrum, & ſimul recitare officium diuinum, aut officium B.V. ad quod tenetur ex voto, vel quia eſt iniunctum in pœnitentiam, aut voti commutationem, vt tenent Sanchez *lib.1.ſum. cap.14.num.11.* Dicaſtillus *num.*111. *&* 112. ex Caietano *in ſumm. verbo feſtorum violatio, num.6.* vbi quamuis in principio videatur dicere contrarium, tandem concludit: *Perſoluentem intra tempus Miſſæ præcepta alias quoque de præcepto orationis, peccare, ſed tunc tantum quando impedimentum præſtatur debitæ attentioni ad miſſam*, quam doctrinam repetit, *tom.2. opuſc. tract.4. quæſt. de valore orationum tempore miſſæ.* ſequuntur Nauatr. *in ſum. cap.21. num.8.* Tolet. *lib.1. cap.13. num.12.* Medina *in inſtruct. Sacerdotum, lib.1. cap.14. §.9.* Guagericus Hiſpanus *ad ſumm. Caietani loco cit. littera E.* Suarez *tom.3. in 3.p. diſp.*88. *ſect.2.* Bonac. *diſp.4. de Euch. q. vlt. punct.11.*

22 Ratio eſt † qui licet ſi requiritur attentio eorum, quæ leguntur à Sacerdote in Miſſa, non poſſet quis orationem debitam nedum voluntariam dicere vocaliter ſimul ad verba attendendo, & ſic non ſatisfaceret niſi illi præcepto ad cuius impletionem attenditur ad verba; at non requiritur vt quis ſatisfaciat præcepto Miſſæ, attentio ad verba ſed ſatis eſt quod interſit ſacrificio cum intentione ſatisfaciendi præcepto mente in Deum eleuata, & ſi non attendat ad verba & actiones ſacerdotis; illa autem mentis eleuatio ex intentione ſatisfaciendi imperata fieri poteſt per quamcumque orationem ſiue præceptam ſiue ſpontaneam: vnde ſatis probabiliter Dicaſtillus *num.*113. colligit, † quod poteſt quis ſimul audire plures 23
miſſas, vnam vt ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, alteram votu, & tertiam pœnitentiæ iniunctæ.

Ex qua doctrina colligitur reſolutio illationis, quod ſi quis habens intentionem ſatisfaciendi præcepto Miſſæ ſacrificio interſit poteſt ſimul confiteri ſua peccata, ſiue confeſſio ſit ex præcepto ſiue voluntaria: Huic reſolutioni ſe opponunt † Cardinalis 24
de Lugo *diſput.22. de Euchar. num.22.* Suarez *diſput. cit. ſect.6.* Azor *p.2. lib.7. quæſt.8.* Gordonus *tom.2. Theolog. Moral. lib.6. quæſt.7. c.2. §.3. num.16.* Bonac. *vbi ſupra, num.16.* licet prius contrarium docuerit, quia inquit Lugo, quod actio aliqua fiat in obſequium Dei non facit illam compatibilem, cum auditione ſacri, alioquin poſſet quis dum audit ſacrum conſulere patrem ſuum ſpiritualem, vel Theologum circa caſus ſuæ conſcientiæ 25
ſternere lectum infirmo, & ſimilia: igitur præter hoc quod eſt rationem exercere in obſequium Dei requiritur quod non excludat actionem ad miſſam, nec impediat cultum externum ſe oſtendendi aſſiſtentem ſacrificio & cooſſerentem cum Sacerdote.

Sed contrarium mihi videtur probabilius quod ſequitur Guagericus Hiſpanus *vbi ſupra verſic. an autem* moueor, quia vt vidimus † poteſt quis attendere ſufficienter ad 26
tres Miſſas, & offerre tria ſacrificia ſimul cum tribus Sacerdotibus; ergo poteſt attendere vni Sacerdoti ad Sacrificium, & alteri qui eſt loco Dei ad confitendum peccata ſua; deinde quia ſi quis in Miſſa cui adſiſtit ex intentione ſatisfaciendi præcepto non audiens ſacerdotem ſacrificantem peccata ſua Deo confiteretur ſatisfacere præcepto Miſſæ, ergo etiamſi illa dicat, & confiteatur ſacerdoti, qui eſt loco Dei abſoluentis peccata nomine ipſius: vnde † eſt diuerſa 27
ratio de conſultatione Patris ſpiritualis, & Theologi. Locutio enim cum iſtis diuertit ab attentione requiſita, quia qui cum iſtis loquitur non loquitur Deo immediate, at qui confitetur peccata ſacerdoti, qui tam in auditione ſacramentali quam in abſolutione à peccatis, eſt Dei proprium inſtrumentum: quare qui illi loquitur Deo loquitur, non ſecus ac qui dicit horas canonicas, vnde qui confitetur peccata ſua Sacerdoti ſemper conſeruat attentionem ad Deum, quæ ſufficiens ſit ad ſatisfaciendum præcepto Miſſæ, & vt quis dicatur cofferre ſimul cum Sacerdote.

SVBRESO

SVBRESOLVT. VI.

An Epiſcopus poſſit determinare tempus orationis præcepta?

SVMMARIVM.

1. *An Epiſcopi inconſulto Summo Paſtore poſſint lege ſua determinare ſuis ouibus tempus quo obligat oratio præcepta iure diuino.*
2. *An oratio ſit medium neceſſarium ad ſalutem.*
3. *An ſint aliqui caſus in quibus teneatur homo orare.*
4. *An Epiſcopus in ſua Diœceſi poſſit pro aliqua neceſſitate præcipere quod omnes qui capaces ſunt ieiunent.*
5. *An Epiſcopus ſit verè ſuperior habens iuriſdictionem ſpiritualem in ſuas oues.*
6. *Authoris mens.*
7. *Item D. Thomæ ſententia.*
8. *An nequeat Pontifex ſine vrgentiſſima cauſa non auferendo ab Epiſcopo oues aſſignatas, auferre iuriſdictionem & poteſtatem præcipiendi & leges ferendi.*
9. *Quibus mediis communicetur Epiſcopis iuriſdictio & poteſtas legiſlatiua.*
10. *Bartholomæi de Miranda ſententia, & n. 11.*
12. *An Epiſcopi præcepta generalia iuris diuini & poſitiui, quæ tempus ſuæ obligationis non determinant, non poſſint determinare niſi ex commiſſione ſummi paſtoris, & n. 13. & 14.*
15. *An nullus Epiſcopus authoritate propria poſſit aliquid immutare, circa præcepta diuina Sacramentorum.*
16. *Quæ determinatio non fuerit facta ab alio, quàm à ſummis Pontificibus.*
17. *An declaratio obligationis pertineat ad ipſum Legiſlatorem.*
18. *Leſſy & aliorum opiniones adducuntur, & num. 19.*

1 COrollarium quintum, & valdè vtile
ad praxim, an Epiſcopi inconſulto
Summo Paſtore poſſint lege ſua determinare
ſuis ouibus tempus quo obligat oratio
præcepta iure diuino, ita quod ſub
excommunicationis pœna poſſit præcipere
attentionem internam, quam diximus
neceſſariam eſſe ad orationem vocalem,
& quidem certum eſt, eſſe præceptum
2 diuinum orandi, eſt enim † oratio medium
neceſſarium ad ſalutem, quod ſub
præcepto diuino cadit. Legantur D. Th. 2. 2.
quæſt. 83. *art.* 4. *& in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 4.
art. 1. *quæſt.* 3. Vnde Matth. 7. *num.* 9. dicit
Chriſtus *petite, & accipietis.* quibus contineri
præceptum communis eſt PP. expoſitio,
cum autem hoc præceptum affirmatiuum
ſit, ſintque aliqui caſus (quos
enumerant S. Thom. *quæſt.* 3. *citata.* &
Suarez *lib.* 1. *de oratione cap.* 30. *in tom.* 2.
de Relig.) in quibus † tenetur homo ora- 3
re, præceptum autem affirmatiuum etſi
obliget ſemper, non tamen pro ſemper:
difficultas eſt, an Epiſcopus in ſua Diœceſi
poſſit orandi tempus determinare
ſicut Pontifex determinauit tempus adimplendi
confeſſionem, quam Chriſtus
Dominus ſuo diuino præcepto mandauit.

Et quidem certum debet eſſe † Epiſco- 4
pum in ſua Diœceſi poſſe pro aliqua neceſſitate
publica ſuperueniente, vel in tota Eccleſia,
vel in aliqua Prouincia, aut Regno,
vt tempore peſtis, belli, aut famis præcipere,
quod omnes qui capaces ſunt ieiunent,
confiteantur peccata ſua, communicent
proceſſionibus, & precationibus, ad Deum
fuſis pro miſericordia aſſiſtant, de hoc enim
nullus cordatus poteſt dubitare, ſunt enim
hæc omnia media honeſta ordinata, ad placandam
iram diuinam, & miſericordiam
implorandam, & Epiſcopus ſit verè ſupe- 5
rior habens Iuriſdictionem ſpiritualem in
ſuas oues, quibus poteſt præcipere, ea quæ
honeſta ſunt in ordine ad bonum commune
animarum, (niſi ex conſuetudine, aut
lege Pontificia ſit illi inhibitum) etſi neceſſarium
fuerit ſub excõmunicationis pœna
mandare, & quamuis hoc mandatum, &
præceptum ſit quædam determinatio præcepti
diuini de oratione, ſed non eſt per modum
ſtatuti, & legis perpetuæ, ſed ſolùm ratione
præſentis neceſſitatis ad implorandum
diuinum auxilium.

Ego quidem † exiſtimo, quod licèt Epiſ- 6
copus habeat veram poteſtatem legiſlatiuã
immediatè acceptam à Chriſto Domino à
quo Epiſcopalis ordo & Paſtoralis dignitas
dimanauit, vt poſſit leges ferre in ſua Diœceſi
ſine actuali conſultatione Papæ in his
omnibus in quibus nõ eſt inhibitus lege, aut
conſuetudine & hæc poteſtas ſit ſubordinata
poteſtati Romani Pontificis, tanquam
cauſa ſecunda primæ, videantur Suarez *l.* 4.
de leg. c. 4. *à n.* 5. Bellarm. *l.* 4. *de Pont. c.* 24. *t.* 1.
ſecutus † D. Thom. *in* 4. *diſt.* 20. *q. vnic. art.* 4. 7
quæſt. 3. & elegantiſſimè 4. *contra gentes c.* 76.
vbi ex profeſſo agit de Epiſcopali dignitate,
& quod in ea ſit Summus Epiſcopus à quo,
vt à primo viſibili fonte deriuatur omnis Iuriſdictio
in Epiſcopos alios quatenus iſtis
medio Pontifice Rom. Chriſtus Iuriſdictionem
& poteſtatem legiſlatiuuam committit,
Pontifex enim Diœceſes partitus eſt,
& Epiſcopos aſſumens in partem ſolicitudinis
oues eis commiſit, qua partitione poſita
ex vi inſtitutionis à Chriſto factæ ordinis
Epiſcopalis Epiſcopis communicatur

iure diuino iuriſdictio, & vis legiſlatiua pro bono regimine illarum ouium, iuxta illud *Actor. 10. num. 16. quis poſuit Spiritus Sanctus*
8 *Epiſcopos regere Eccleſiã Dei.* itaque † nequit Pontifex ſine vrgentiſſima cauſa non auferendo ab Epiſcopo Gaditano oues aſſignatas, auferre Iuriſdictionem, & poteſtatem præcipiendi & leges ferendi hoc enim implicat in terminis.

Quamuis enim à voluntate Summi Paſtoris & conſuetudine humana Eccleſiæ Epiſcopatuũ diuiſio, ſicut & Parrochiarum ſit facta tamen ea poſita immediatè à Chri-
9 ſto, vel ſi mauis † medio Pontifice Romano communicatur Epiſcopis Iuriſdictio, & poteſtas legiſlatiua ſicut poſita hac diuiſione oritur præceptum diuinum de perſonali reſidentia, quod pulchrè conſiderauit Doctiſſimus Bartholom. de Miranda Archiepiſcopus Toletanus, (etſi infelice ſorte) in opuſculo verè aureo, quod tempore Concilij Trid. in ipſa ciuitate Tridenti feliciſſimè elaborauit de perſonali reſidentia Epiſco-
10 porum, *cap. vlt.* ſic loquitur. † *Multa Sanctiſſima in Eccleſia quorum inſtitutio generalis facta eſt ex iure diuino, vel ex iure naturali earum tamen determinatio particularis fieri debet per iura humana, ſiue poſitiua v. g. obediendum eſſe Præpoſitis, ſiue Prælatis eſt præceptum à iure diuino, non eſſe res alienas, eſt præceptum à iure naturæ. Quod autem ego ſim Prælatus huius Reip. vel illius, item quòd hæc tunica ſit mea, vel alterius hoc faciunt iura humana, ad hunc modum Epiſcopos exercere per ſe officia*
11 *Sacerdotalia in Eccleſiis ſuis, ac proinde in eiſdem reſidere.* (Adde leges ferre, præcipere, Sacramenta adminiſtrare, prædicare verbũ Dei,) *eſt præceptum à iure diuino, & ab eodem præceptum. Quod autem ego ſim Epiſcopus Trident. vel Veronenſis hoc faciunt iura humana, &c.* hæc ibi, hæc in ſuperioribus *l. 1.* retuli, ſed non piget eadem iterato referre, quia doctrinam ſolidiſſimam continẽt, ex ea enim manifeſtè corruũt omnia, quæ congerit Suarez *vbi ſuprà contra Caſtrum lib. 1. de Iuſt. Hæret. punit. cap. 24.* quem ſatis eruditè ſecutus eſt Vaſq. *1. 2. diſp. 152. n. 28. & 3. p. t. 3. diſp. 240. à n. 41.* vbi id optimè probat contra Michaëlem de Medina *lib. 1. de Sacrorum hom. continent. cap. 16.*

Quamuis inquam hoc veriſſimum pu-
12 tem, tamen reputo probabilius † Epiſcopos præcepta generalia iuris diuini, & naturalis poſitiui quæ tempus ſuæ obligationis non determinant non poſſe determinare niſi ex commiſſione ſummi Pontificis & ipſo conſulto; hoc enim negotium eſt de grauioribus, & maioribus cauſis, quæ ſummo Paſtori ſunt reſeruatæ *cap. præceptis 12. diſtinct.*
13 *cap. nec licet 17. diſt. cap. maiores de Baptiſmo* Vigilius Papa *epiſt. ad Eutherum in fine* Pelagius I I. *epiſt. 1.* Concilium Sardicenſ. *c. 3. & 4.* quæ citantur ad marginem concilij Trident. *ſeſſ. 14. cap. 10. de reform.* & cõſtat ex toto titulo Decretalium *de Reliquiis vener. ſanct.*

Cuius rationem tradidere Calixtus. I. *epiſt. 1. ad Benedictum Epiſcopum* & Gregor. I V. & Innocent. I. *in epiſt. ad Decentium Epiſ-* 14
copum Eugubinum, quia *cum ſummus Pontifex ſit totius Eccleſiæ, & omnia membra caput ſequantur, nulli dubium eſt, quod Apoſtolica Romana Eccleſia mater eſt omnium Eccleſiarum, à cuius regulis nullatenus cõuenit deuiare, quidquid ergo contra huius diſciplinam actum fuerit ratum haberi nulla ratio permittit, & ſic omnis Sancta Religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad caput Eccleſiarum debet referri, & inde normam ſumere vnde ſumpſit exordium.*

Ex qua Doctrina manifeſtè deducitur, quod † nullus Epiſcopus authoritate propria 15
poteſt aliquid immutare circa præcepta diuina Sacramẽtorum, aut circa præcepta naturalia determinando temp us quando obligent, ſub mortali, cum enim Chriſtus id non determinarit determinandum reliquit eius Vicario in terra, tanquam ei, cui dixit *paſce oues meas*, & ſic determinauit præceptum diuinum cõfeſſionis, & communionis, vt quotannis fiat, quorum, etſi pro varietate temporum, & circunſtantiarum varia fuerint tempora deſignata, tamen hæc † determi- 16
natio non fuit facta ab alio, quam à ſummis Pontificibus, cum enim præcepta iſta vniuerſos Chriſticolas comprehendant tempus obligationis eorum ſi determinari conuenit ad caput omnium Eccleſiarum attinet non ad aliquem Diœceſanum Epiſcopum etiam reſpectu ſuæ Diœceſis, quia iure ipſo diuino ab eo ſunt inhibita huiuſmodi præcepta quaſi ad declarandum, quando in particulari obligent, declaratio enim † obliga- 17
tionis pertinet ad ipſum Legiſlatorẽ vel ad eius Vicarium, cui vices ſuas commiſit ad regulam viſibilem communitatis, & quod iſta liberum reliquit fidelibus, nequit Epiſcopus in ſua Diœceſi facere debitum, & præceptum v. g. etſi Eccleſia præceptum de oratione vocali habẽda detractauit, clericis in minoribus conſtitutis detractare idẽ præceptum ad dicendum officium B. V. aut ad aliam orationem vocalem fundendam, quãuis ſint Miniſtri Eccleſiæ quæ eſt domus orationis nequit Epiſcopus, vt notant † Leſ- 18
ſius *lib. 2. cap. 37. n. 46.* Soto *lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 3.* Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 4. de hor is. c. 16. à n. 14.* Valentia *2. 2. diſp. 6. quæſt. 2 punct. 10.* Azor. *p. 1. lib. 10. cap. 5. q. 2.* & alij quãuis Paludanus *in 4. diſt. 15. q. 5. art. 1. concluſ. 3.* di- 19
cat quod bene fecerat Epiſcopus aliquod eis ſpirituale iniungens, vnde nec infantem

debet

Digitized by Google

debet tonſurare, ſed maiorem, qui iam poſſet aliquid deuotè dicere, quod oon eſt improbabile, quia eo ipſo, quod diuino cultui adſcribuntur, & priuilegio clericali gaudent, ad aliquod plus tenentur quam laici.

SVBRESOLVT. VII.

An poßit Eeeleſia determinare tempus ad Baptiſmum.

SVMMARIVM.

1. *An Ecclesia poßit determinare tempus praeepti diuini de Baptiſmo ſuſeipiendo à Catheeumenis.*
2. *Authoris iudieium.*
3. *An Ecclesia poßit infidelibus determinare tempus vltra quod non poßint differre Baptiſmum.*
4. *Peccat ſi vltra tempus inſtitatum ab Eeeleſia differat aeeipere baptiſmum, ex S. Thom.*
5. *Multorum DD. opiniones afferantur.*
6. *Aliud eſt ſubſtantialis obligatio dimanans à praeepto diuino de ſuſcipiẽdo Baptiſmo, alud tempus in quo obligatio iſta exerit vires, & n. 7.*
8. *Antiquitus in Eccleſia nullus Præsbyter aut Epiſcopus poterant conferre Baptiſma niſi duobus annis temporibus, & numero 9. & 10.*
11. *Gelaſij Papæ ſententia, & 12.*
13. *Extra quod tempus miniſtri non teneantur aqua baptiſmali intingere Neophytos.*
14. *An praeeptum diuinum de Baptiſmo obliget, & n. 15. 16. & 17.*
18. *An Eccleſia Catheeumenos & eos qui ſua nomina dederunt vt baptizentur non poſſit excommunicare.*
19. *An differens Baptiſma vltra tempus peccet contra conſtitutionem Eecleſiæ.*
20. *An Eeeleſia non ſolùm poßit ſed de facto determinauit tempus in quo obliget præceptum diuinum de Baptiſmo.*
21. *D. Thomæ ſenſus, Neenon Ruperti, n. 22. 23.*
24. *An iudicium de idoneitate Catechiſmi reducatur ad prudentem & idoneum Sacerdotem.*

1 EX dictis infertur cõtrà Vaſquez 3. *p. diſp.* 150. *c.* 2. & 3. Suarez *t.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 31. *ſect.* 2. Dicaſtillum 3. *p. tract.* 2. *diſp.* 1. *dub.* 12. Eccleſiam poſſe determioare tempus præcepti diuini de Baptiſmo ſuſcipiendo à Cathecumenis, & petentibus ipſum & ſua nomina Eccleſiaſticæ matriculæ dantibus, quãuis non poſſit ipſum determinare reſpectu infidelium, non Cathecumenorum hoc mihi adeo manifeſtum eſt, in ſenſu meo explicando, vt omnino mirer homines valdè Doctos, & pios contrarium introduxiſſe. Itaque
aſſero, quod † Infideles purè, qui non ſunt 2
Cathecumeni, nec admiſſi ad gremium Eccleſiæ, neque initiatiuè cũ omnino ſint extra, & foras, & his qui foris ſunt omnino nihil ad nos fideles, neque vi coactiua, neque directiua, ſed obligantur præcepto Baptiſmi ſicut præcepto fidei, quam primum, hoc enim & nihil aliud probant ea argumenta quæ præfati DD. inducunt.

Poſtquam autem ad Eccleſiam venerunt Baptiſmum competentes, & tanquã cathecumeni ab illa in vtero ſuo recepti, vt pariat per Baptiſmum (vt ait Aug. *l.* 4. *de Symbolo ad Catheeumenos c.* 1. *tom.* 9.) & eos taoquam pia
mater Chriſto exhibeat † poteſt illis deter- 3
nare tempus, vltra quod non poſſint differre Baptiſmũ niſi ex cauſa vrgenti, quæ ſi ſubſit poſſunt etiã ante illud tempus baptizari, hæc eſt omnium antiquorũ ſentẽtia quã expreſſe docuit Sanctus Tho. 3. *p. q.* 68. *artic.* 3. ibi. † *Peccat ſi vltra tẽpus inſtitutũ ab Eecleſia dif-*
ferat aecipere Baptiſmũ, niſi ex cauſa neeeſſa- 4
ria & lieentia Prælatorũ Eceleſiæ, ſed tamen hoc peccatum cum alsis deleri per aceedentem cõtritionem, quæ ſupplet vicẽ Baptiſmi. Quibus verbis noſtræ ſententiæ fundamentum fecit quã
ſequuntur ibi D. Caiet. §. *ex iure autem.* quã- 5
uis dicat ſe non inueniſſe ius poſitiuũ, id determinans, tamen concedit id poſſe Eccleſiã determinare. † Sotus *in* 4. *diſt.* 5. *q. vnic. art.* 3. Ledeſma 1. *p.* 4. *q.* 9. *art.* 3. *dub.* 1. Tabiena *verbo Baptiſmus.* 5. *n.* 13. *q.* 12. *verſ. ſi vero* Sylueſter *verbo Baptiſmus.* 4. *n.* 9. *q.* 11.

Vt autẽ hæc mea veriſſimaque ſententia
cõprehendatur notandũ maxime eſt; † aliud 6
eſſe ſubſtantialem obligationẽ dimaoantem à præcepto diuino de ſuſcipiendo Baptiſmo aliud tẽpus in quo obligatio iſta exercet vires, ita vt tranſgreſſor ſpeciali culpa contra diuinum præceptum maculetur. Primum, eſt immutabile ab Eccleſia, & ſemper ſicut manet præceptũ diuinũ omnes cõprehẽdẽs, ita & obligatio ſubſtantialis ipſius. Secundũ, poteſt ab Eccleſia limitari aut coarctari nõ ſolũ propter Miniſtros, ſed etiã propter Cathecumenos, qui oomina ſua dedere & Ba-
ptiſmum petierunt ſicut de determinatione 7
præcepti dinini de confeſſione, quod determinatum ad annum, in gratiam Pœnitentiũ cũ diſcrimine tamen quia iſti poſſunt ad libitum intra annum confiteri toties quoties, quia eſt Sacramentum reiterabile, neque indigent ioſtructione ſpeciali, at Cathecumeni indigent diſciplioa, & inſtructione ad quam requirũt tempus detractum, quod eſt ab Eccleſia ſpacium octo menſium, vel minus iuxta capacitatem Cathecumeni, quod diſceroere pendet, ab Epiſcopo & Prælato, hoc prælibato ooſtrum aſſertum

8 Probatur primò,quia vt eſt indubitatum,
& ſemper fuit † antiquitus in Eccleſia nullus
Præsbyter,aur Epiſcopus poteranr conferre
Baptiſma niſi duobus anni temporibus,Sab-
bato Sancto & vigilia Pentecoſtes *c. non ra-
tione*,quod eſt Syricij Papæ *epiſt.1. ad Hymer.*
9 *Tarracon. c.duo tempora*,quod eſt Leonis I.*ep.
5. ad Epiſcopos Siciliæ* ●2. *de conſecr diſt.*4. &
conſtat ex multis Pontificũ, & Conciliorum
decretis, quæ congerit Vaſquez *à n.*15. quæ
conſuetudo,ita inualuir, vt in Gallia,vt ne-
que Infantes poſſent à parẽtibus deferri ad
aquam Bapriſmalem niſi præfatis tẽporibus,
niſi ex cauſis vrgenribus quæ etiam in adul-
10 tis currebant,quod præceptũ ita ſtrictè ob-
ſeruabatur , vt qui ante hæc tempora aqua
Baptiſmali intingeretur etiã cauſa infirmi-
tatis ad Præsbyterij ordinem promoueri ne-
quirẽt in tota Gallia & Grabatarij dicebãtur,
vt conſtat *ex Concil. Pariſ. ſub Ludouico & Lo-
thario l.1.c.*8. & citar ad hoc Conciliũ Næo-
ceſari *can.*12.quãuis quantũ ad infantes ex-
tra illa duo tẽpora poſſe baptizari conceſſe-
rit Syricius Papa *c.2.epiſt.cit.*perſeuerante in
vniuerſa Eccleſia determinatione facta,illius
duplicis diei,quoad Adultos Cathecumenos,
Vnde Gelaſius Papa *ep.6.ad Epiſcopos per Lu-*
11 *caniam,c.*12.ſic fatur.† *Baptizãdi ſibi quis quã
paſſim quocumque tempore nullam credat ineſſe
fiduciam præter Paſchale feſtũ,& Pẽtecoſtes ve-
nerabile Sacramentum,excepto grauiſſimi dum-
taxat lãguoris incurſu, in quo verẽ eſt ne morbi
creſcente periculo ſine remedio ſalutari fortaſſis*
12 *ægrotans exitio præuentus abſcedat.*ad neceſſi-
tatẽ ex morbo Syricius,*vbi ſuprà* & Leo Pa-
pa *ep.*18.*aliàs* 80. *ad Epiſcopos Campaniæ c.*1.
naufragium , hoſtilitatẽ,obſidionẽ, & alia.
13 Ex quibus ni fallor manifeſte deduco ar-
gumentum ad hominem contra Vaſquez &
ſequaces,quia † extra hæc tempora Miniſtri
nõ renẽtur aqua baptiſmali inringere Neo-
phytos,& alios petentes baptiſmum, neque
licite id præſtare poteranr,neque aliquis ha-
bere poterat fiduciã ſe extra tẽpus paſchale
& vigiliã Pẽtecoſtes poſſe intingi,ergo præ-
ceptũ baptiſmi nõ exercebat vires ſuas nec
obligatione premebat extra præfata tẽpora:
ergo Eccleſia determinauit tempus præce-
pti Baptiſmi ſicut & rempus præcepti de
confeſſione , & ſicur iſtud non cogit extra
rempus dererminatum , nec illud ſecunda
conſequentia clare deducirur ex prima &
iſta manifeſta eſt ex anti.
14 Fateor cum Dicaſtillo & Vaſquez,quod †
præceptum diuinum de Baptiſmo obligat,
quando commodè ſuſcipi poteſt , hæc autẽ
commoditas in gratiam etiam Cathecume-
norum determinatum eſt ab Eccleſia vſque
ad præfata tempora,vt ſic cõpetens inſtitu-
tio in doctrina fidei,& aliis pertinẽtibus, ad
religionem Chriſtianam. Vnde Auguſt. *vbi
ſuprà* egregiè dixit. *Omnia Sacramẽta quæ acta
sũt & agũtur in vobis*(Cathecumenis)*per mi-
niſteriũ ſeruorũ Dei,exorciſmis,orationibus, cã-
ticis,ſilcio,inclinatione ceruicũ,humilitate pe-
dũ,pauor ipſe omni ſecuritate appetẽdus,hæc om-
nia,vt dixi eſca ſunt,quæ vos reficiũt in vtero,vt
renati ex baptiſmo hilares vos mater exhibeat
Chriſto.*Igitur Sancta Mater Eccleſia,vt quis 1
ſit aptus & commodus ad renaſcendum Ba-
ptiſmo,hanc commoditatem iudicat nõ ha-
bere,qui cõpetenti tempote nõ ſunt in vte-
ro eius ſuſtentati in ſpiritualibus præfatis,
eiſque determinat tempus ad renaſcendum
in præfatis temporibus,ante quæ iuſta præ-
ſumptione ducta iudicat prudenter non eſſe
tempus commodum renaſcendi Baptiſma-
te,& quidem ſi ante præfata tẽpora obliga-
tio præcepti diuini exerceret vim ſuam obli-
gãdi, nõ eſſet recta animarũ gubernatio, ita 16
ſtrictè,prohibere,ne Miniſtri extra Sabbatũ
Sanctum , & vigiliam Pentecoſtes Baptiſmi
Sacramentum impertirenr (& hoc cum tãto
rigore & tot conciliaribus decretis & Põti-
ficiis diplomatibus, vt omnino inhibeant,ne
in Naralitiis Martyrum, vel in feſto Natalis 17
Domini, aut Epiphaniæ , quoquomodo ali-
qui baptizentur,cuius rationẽ ſatis elegan-
rem tradit S.Leo Papa *ep.4.c.*3.quia ad alios
dies alia feſta pertinent hæc ſemper ad hos
dies,qui eſt Reſurrectionis Domini,& Pẽte-
coſtes inſignis , occurrit quaſi dicat quod
collatio ſacri baptiſmatis propria eſt horum
dierum ex antiqua Eccleſiæ inſtitutione) ſi
Cathecumeni obligati ſunt,ad recipiendum
ante hos dies,
Secundò probatur quia licet † Eccleſia 18
Cathecumenos & eos qui ſua nomina dede-
runt vt baptizenrur non poſſit excõmunica-
re aut alia pœna ſpirituali cogere vt bapti-
zentur,vel ob aliud delictum puniri, neque
coarctẽtur legibus Eccleſiaſticis,quibus ligã-
tur fideles baptizati,tamẽ eo ipſo quod intra
collegiũ Cathecumenorum ſunr recepti ad
baptiſmũ recipiẽdũ, ipſos poteſt ſuo præce-
pto cogere vt baptizentur tempore aur de-
terminato , & non alias , quare † differens 19
baptiſma vltra hoc tempus peccat contra
condirionem Eccleſiæ, quæ in Catheeume-
nos iuriſdictionem inchoatam habet , ſicut
ipſi inchoati ſunt fideles,niſi enim illos poſ-
ſet ſuis mandatis cohibere non poſſet eos
recte gubernare , quare cum in vtero por-
tet vt bene , & commodè ipſos regeneret,
poteſt præcipere,vt tempore opportuno re-
naſcantur, quod ſecus eſt de aliis infideli-
bus , qui cum non ſinr in vtero Matris Ec-
cleſiæ, nullo præcepto poſſint conſtringi.
Manifeſtum enim relinquitur , quod † 20
Eccleſia non ſolùm poteſt , ſed de facto
determinauit tempus in quo obligat præ-
ceptum diuinum de baptiſmo ſed determi-
nauit

nauit tempus in quo obligat præceptum diuinum de confeſſione, vtrumque enim
21 præceptum etiam quantum ad temporis determinationem æquiparat, D.Tho. *in 4.diſt. 17. q.3.art.1.q.4.* ne vtriuſque obſeruantia vaga ſit relicta & differatur vſque ad mortis articulum, aut periculum. Vtrumque enim inſtitutum eſt ad reconciliandam amicitiam cum Deo, & cum baptiſmum ianua ſit omnium Sacramentorum ne in voluntatem cuiuſque refunderetur iudicium, quando eſſet opportunum tempus, quo obligaret præceptum Sanctiſſimi tunc temporis nullus obligabatur ad baptiſmum ante præfata tē-
22 pora, vt enim ait † Rup. *lib.4. de diuin. offic. c.18. cuncta penè Eccleſia proles, quam per annum verbo prædicationis nouam gignere poterat inſtanti ſolemnitate Paſchali hac die ſua nomina dabat (Hebdomada quarta quadrageſima, feria quarta qua dicebatur ſcrutiniorum, quia ſcrutabantur qui accedebant, neque radix amaritudinis ſubeſſet, vt in Simone Mago in hæreticis, & hæreſiarchis quamplurimo) & perſequentes dies vſque ad ipſam Paſcha ſolemnitatem audiens quiſque regulam fidei,*
23 *vnde & Cathecumenus dicitur (Cathecuminus, namque auditor interpretatur) lactatus & grandeſcent, tandem in plenitudine temporis poſtquā luna plena eſt, fide in ſolemnitate Sancti baptiſterij Symbolum reddent Chriſto commoriebatur & conſurgebat: at poſtquam Chriſtianitas creuerat & ſagena illa verbi Dei piſcibus impleta eſt viſum eſt Sancta Eccleſia paſſim indulgētia baptizandi conceſſa imo oblata cuncta antevenire pericula, &c.* & ſic hodie abrogata illa Eccleſiaſtica lege qua determinabatur tempus idoneum ad Baptiſmum, & conſequenter, quod obligarentur ad illum recipiendū;
24 † Iudicium de idoneitate Cathechiſmi reducitur ad prudentem, & expertum Sacerdotē eſſe Catechumenum idoneum, vt præceptū diuinum exercet vires ſuas & illud tranſgreditur, qui non baptizatur, & hæc, vt veritas edocta à S. Tho. enucleatur, ſufficiant.

SVBRESOLVT. VIII.

Explicatur Caput commiſſa de elect. in 6.

SVMMARIVM.

1. *Bonifacij VIII. ſenſus.*
2. *Qua fructuum amiſſio dependeat ab intentione non recipiendi Sacerdotium intra annum.*
3. *An Eccleſia poſſit punire actum internum & intentionem prout coniunctam actui externo.*
4. *Multorum DD. opiniones adducuntur, & num. 8.*
5. *Qua conditionalis voluntas ſatis ſit vt non incurrantur pœna à iure impoſita:*
6. *An ſi Parrochus in anno die pacifica poſſeſſionis incidat in infirmitatem, qua ineptus redditur ad officia obeunda Parrochialia, non teneatur infra annum Sacerdotem ordinari.*
7. *An ſi quis per dimidium anni ſanam habuerit intentionem ſuſcipiendi Sacerdotium huius medietatis fructus faciat ſuos.*
9. *Ratio difficultatis, & num.* 10.
11. *An ſolum puniatur omiſſio Sacerdotij intra annum.*
12. *Quorum fructuum priuatio fieri nequit iure purè humano.*
13. *An ex iure naturali & diuino qui Sacerdos non eſt, aut in ſpe proxima poſitus non mereatur ſtipendium.*
14. *P. Suarez & Salas doctrina aſſertur.*
15. *An ſi quis recipiat beneficium curatum ſine intentione promouendi ſe ad Sacerdotium iure naturæ adſit illi titulus ſufficiens ad percipiendos fructus, & num.* 16.
17. *An pœna non ponatur propter intentionem internam, & num.* 18.
19. *Quamnam intentionem iunctam negligentia, & omiſſioni puniat Eccleſia.*
20. *Difficultatis ſenſus, & num.* 21.

COrollariū ſextum eſt intelligentia ſingularis *ad cap. commiſſa 35. de elect. in 6.* vbi Bonifacius VIII. dicit † *ſi promoueri ad* 1
Sacerdotium non intendens Parrochialem receperis Eccleſiam, vt fructus ex ea per annum percipias, ipſam poſtmodum dimiſſurus (niſi voluntate mutata promotus fueris teneberis ad reſtitutionē fructuū, eorumdem cū eos receperis fraudulenter. quæ deciſio valdè prudēs eſt ad vitandas fraudes, eiúſque intelligētia clara colligitur ex dictis in ſuperioribus deciſionib. quamuis enim † hæc fructuū amiſſio depen- 2
deat ab intentione non recipiendi Sacerdotium intra annum, vt ſic percipias fructus fraudulenter nihilominus hanc intentionem, etſi internam, quia ad actum externū deductam punit Pont. per hoc, quod ſi non mutetur intentio, & de facto quis Sacerdos fiat quantū eſt ex ſua parte, fructus teneatur reſtituere, quos ſuos non facit abſolutè niſi intra annū ad Sacerdotiū promoueri curet. Vnde manifeſtū eſt, quod † Eccleſia poteſt 3
punire actū internū & intentionē prout cōuictam actui externo, vel eius omiſſioni externæ, dū enim conſertur beneficiū parrochiale eſt ſub ea conuētione, vt quis habeat intentionē ſaltē habitualē nō impeditā actu contrario ſuſcipiendi Sacerdotiū, vt optimè conſiderant Azor *p.1. lib.5. c.10. q.2. & p.2. lib.6. cap.8. quaſt.10.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. diſp.45. à num.2.* Gutierrez *Cano qq. lib.2. cap.5. num.50.* Squillante *de obligatione Cleric. p.1. à num.103.* Nauarr. *de oratio. cap.21. à n.24.* vnde vt quis dicatur non habere in-

tentionem ſe promouendi ad Sacerdotium
4 debet habere animum dubium, aut condi-
tionalem, niſi ſcilicet aliud beneficium ſibi
commodius, aut piuguius, aut alius modus
viuendi ſibi conuenientior, vt ſi contingat
adire maioratum, aut hæreditatem copio-
5 ſam; hæc inquam † conditionalis & anceps
voluntas ſatis eſt, vt non incurrat pœnas
impoſitas à iure. Ita Nauarrus *conſil.* 17. *de
Cleric. non reſident. & in Manuali cap.* 25. *n.*
118. atteſtans ita ſeruare conſuetudinem
Chriſtiani orbis, imo Garzia *p.* 3. *de benef.
cap.*4. *num.*9. dicit, quod Sacra Congreg. de-
6 clarauit, quod † ſi Parrochus in anno à die
pacificæ poſſeſſionis incidit in infirmita-
tem, qua ineptus redditur ad officia obeun-
da parrochialia, non tenetur ordinari infra
annum ſacerdotẽ, quod ego etiam intelligo
ſi infrà prædictũ tempus illi iniungant capi-
tales inimicitiæ, quæ in iure æquiparẽtur in-
firmitati cũ illi exſtantibus non habeat libe-
rum curæ exercitium, & huiuſmodi impe-
dimenra non euertunt etſi retardent inten-
tionem requiſitam à iure, quam punit Pon-
tifex pœna reſtitutionis fructuum totius an-
ni, perceptorum à tempore quo non habuit
præfatam intentionem.

Quod ſi quis per dimidium anni ſanam
7 habuerit intentionem ſuſcipiendi Sacerdo-
tium; poſtea ea mutata tempore mutatio-
nis, conueniunt omnes fructus prioris me-
dietatis facere ſuos, poſteriores vero dicunt
teneri reſtituere ante omnem ſententiam,
etiam declaratoriam fructus perceptos.
8 † Graffis *part.* 1. *Deciſ. lib.* 2. *cap.*97. *num.* 54.
Toletus *lib.* 4. *Sum. cap.* 18. *n.* 4. Gutierrez
vbi ſuprà num. 23. Garzia *num.* 55. cæterum
contrarium etiam in praxi eſt ſecurum. Ita
Nauarr. *vbi ſuprà num.* 118. *verſ.* 10. Leſſius
lib. 2. *de iuſtit. cap.* 34. *num.* 134. *ex dub.* 26.
9 *concl.* 5. ratio eſt perſpicua, quia licèt verum
eſſet, quod etiam in pœnalibus extenditur
lex, quando currit eadem omnino ratio, cæ-
terum hæc non currit in præſenti; nam qui
ab initio ſuſcepit beneficium Parrochiale
ſine intentione accipiendi Sacerdotium
fraudulenter ad beneficium irrepſit, & poſ-
ſeſſionem fraudulentam ex parte ſua reci-
pit, & ſic fefellit Eccleſiam, vnde iure opti-
mo nun accipit dominium reſpectu fru-
ctuum percipiendorum, quibus ipſo iure
priuatur, atqui bona & ſana intentione in-
tendens ad Sacerdotium promoueri poſſeſ-
ſionem accipit ſimul gaudet dominio abſo-
luto reſpectu fructuum, & ſic non eſt in
10 vtroque eadem omnino, ratio & ſic non eſt
extendenda lex iſta, quæ ſolum loquitur de
illo, qui ſine tali intentione ſuſcipit Parro-
chiam; nullum enim ius reperitur, quod ta-
le dominium auferat, imò etiamſi eſſet ea-
dem omnino ratio lex iſta pœnandis exten-
denda non eſſet, vt benè Nauarr. *l* 3. *conſil.
26. de præbendis.*

Addo, quod ad propoſitum eſt valdè no-
tandum, in præfato *cap. commiſſa.* † ſolum 11
puniri omiſſionem Sacerdotij intra annum,
quod ſi quis dum recipit beneficium Parro-
chiale cum intentione non reſidendi perſo-
nali reſidentia, ſed illud permutandi, vel re-
nunciandi, non tenetur ad fructuum reſti-
tutionem, quia ad hoc nullo iure adſtringi-
tur, dummodo interim per ſubſtitutum cu-
ram habeat animarum, quod intellige intra
annum, nam poſtea ſi vltra bimeſtre perſo-
naliter non reſideat tenetur fructus pro ra-
ta reſtituere, iuxta detracta à Trid. *ſeſſ.* 23.
*cap.*12. & à nobis in ſuperioribus enu-
cleata.

Valdè torſit viuax ingenium Patris Vaſ-
quez *deciſ. præfati capitis commiſſa.* contra
ſententiam quam ſemel concepit, quod Ec-
cleſia nequit iuriſdictionem exercere in
actus internos etiam coniunctos externis.
Vnde 1. 2. *diſp.* 160. *num.* 36. dicit, quod
† fructuum horum priuatio fieri nequit iure 12
pure humano, ſed fit iure ipſo naturali de-
clarato, & determinato per Eccleſiam, ſa-
cerdotium enim iure naturali, & diuino
annexum eſt beneficio Parrochiali cuius of-
ficium eſt adminiſtrare Sacramenta populo
& ſacrum facere, vt ait Trid. *ſeſſ.*22.*cap.*1.*de
reformatio.* quare † ex iure naturali & diui- 13
no qui ſacerdos non eſt, aut in ſpe proxi-
ma poſitus non meretur ſtipendium, vnde
qui accipiens beneficium curatum non ha-
bet intentionem ſuſcipiendi ſacerdotium,
incapax eſt percipiendi fructus, & ita tene-
tur eos reſtituere. Vnde Pontifex in præfa-
to capite non inducit nouum ius, ſed decla-
rat ius naturale & diuinum.

Verum enim verò hæc Vaſquez interpre-
tatio & intelligentia nullatenus ſuſtinenda
eſt, vtpote contra communem omnium Ca-
noniſtarum & Theologorum Moralium in-
tellectum, quam multis impugnant † P. Sua- 14
rez *lib.*4 *de leg.c.*13. *à n.*26. Salas *diſp.*9.*ſect.*
1.*à n.*15. dicentes non habere ſolidum fun-
damentum, ſi enim lex lata *in præfato cap.*
non poneret pœnam priuationis & omiſſio-
nis dominij fructuum non eſt fundamen-
tum, vt dicatur iure naturæ teneri illum, qui
non habet intentionem intra annum ſe or-
dinare ſacerdotem, ad fructuum reſtitutio-
nem, ita vt illorum non habent dominium,
quod hoc manifeſto diſcurſu conuincitur
eſſe falſum, quia etiam † ſi quis recipiat be- 15
neficium curatum ſine intentione promo-
uendi ſe ad Sacerdotium, iure naturæ adeſt
illi titulus ſufficiens ad percipiendos fru-
ctus ſine iniuſtitia, aut obligatione reſti-
tuendi illos, ergo ſecluſo iure poſitiuo hu-
mano non tenetur ad eos reſtituendos,

conſequentia

eſt euidens, & antecedens probatur manifeſtè, quia toto illo anno poteſt ſatisfacere officio partim per ſe, partim per alium in his quæ per ſe non poteſt cum autem ſit Dominus beneficij non eſt cur iure naturæ te-
16 neatur reſtituere fructus; quia illo anno etiã cum intẽtione Sacerdotij non poterat aliter inſeruire beneficio, etſi ſicut habeat intentionem aſcendendi ad Sacerdotium, non tamen habet intentionem ſeruiendi per ſe beneficium, quoad ordinem Sacerdotalem, ſed adminiſtrare Sacramenta per alium, & per alium ſacrificare, quamuis perſonaliter reſideat; ſi per alium faciat quod per ſe facere teneatur non ideo iure naturæ tenetur fructus reſtituere: ergo etiamſi non habeat intentionem aſcendendi ad Sacerdotium non tenebitur eodem iure, ſed ſolum ex Eccleſiaſtica lege.

Quare in præfato *cap. commiſſa* ponitur
17 † pœna non propter intentionem internam tantum ſecundum ſe non aſcendendi in Sacerdotium intra annum; ſed prout coniunctam omiſſioni externæ præfatæ, præſumit enim Eccleſia fraudulenter fructus percipere; eo ipſo quod, non adſit intentio aſcendendi ad Sacerdotium, & ſic cum fraude ad percipiendos fructus beneficium parrochiale accepiſſe, vnde Pontifex expoſtulat quod non ſit fraudulenta iſta intentio à primo cum recipitur beneficium vel ſaltem
18 quod non perſeueret, imperans non aſcenſum ad Sacerdotium vſque ad expletum annum ſi tamen à principio quis habuit intentionem non aſcendendi, & poſtea tempore habili ſaltem per extra tempora mutauit voluntatem & fit ſacerdos fructus totius anni percipit; quos percipere non poſſet ſi toto anno negligenter differret ordinari Sacerdotem imperatur præfata negligentia ex virtuali ſaltem intentione non aſcendendi
19 ad Sacerdotium, quam † intentionem iunctam præfatæ negligentiæ & omiſſioni punit Eccleſia non ſecus ac punit inquiſitorem qui odio, vel amore ducitur in negotio Sancti officij, *vt ſupra* vidimus *ex clement. 1. de hæreticis*, quare miror Sapientiſſimum Franciſcum Suarez, qui eum dicat Eccleſiam habere Iuriſdictionem in actus internos vt coniunctos externis hac doctrina non fuerit vſus in explicatione præfati *cap. commiſſa*.

20 Falluntur etiam qui dicunt Pontificem poſuiſſe hãc conditionem, vt quis accipiens beneficium curatum faciat fructus ſuos, ſi habuerit intentionem aſcendendi intra annum ad Sacerdotium; in hoc inquam falluntur; quia iuxta omnium Canoniſtarum ſenſum hæc fructuum priuatio eſt pœna propriè non autem eſſet talis ſi eſſet pactio con-
21 ditionalis. Secundò, quia Pontifex non dicit, ſi recipiat beneficium ſine attentione Sacerdotis intra annum; *ſed ſi promoueri ad Sacerdotium non intendens, vt fructus ex ea percipias parrochialem acceperis Eccleſiam*, &c. vbi non intentio Sacerdotij, vt fructus percipiantur punitur, vt fraudulenta in hoc quod talis non faciat fructus ſuos, & ſic nullatenus aſſentior quod ſit pactum conditionale; ſed pœna pro carentia voluntaria non accipiendi Sacerdotium, & ſic Eccleſia punit actum internum, vt coniunctum actui externo.

SVBRESOLVT. IX.

An aliquo caſu teneatur quis dicere mentaliter officium diuinum.

SVMMARIVM.

1. *An quis officium diuinum dicere teneatur mentaliter in aliquo caſu.*
2. *An præceptum Eccleſiæ ſit de oratione vocali.*
3. *An quis teneatur mentaliter recitare ſi non poſſit vocaliter.*
4. *Suarez ſententia affertur.*
5. *Clericus ex hoc ipſo quod ſit clericus in ſacris tenetur dicere horas canonicas, ex S. Thoma & n. 6. & 7.*
8. *An ſi quis ob infirmitatem non poſſit recitare totum officium, teneatur recitare partem.*
9. *Cuius præcepti obligatio habeat partes.*
10. *Nauarri mens adducitur.*
11. *An qui habet priuilegium dicendi officium diuinum mentaliter ſi non poſſit dicere officium diuinum vocaliter teneatur ipſum mentaliter dicere.*
12. *Multorum DD. ſenſus adducuntur & n. 13. & 14. necnon Authoris & n. 15.*
16. *An priuilegium datum in alicuius fauorem non debeat vergi in ipſius detrimentum.*
17. *Quis non ſatisfaciat Eccleſiæ præcepto de oratione vocali.*

COrollarium ſeptimum, quid ſit dicendum an † ſi aliquis lingua impeditus vocaliter dicere non valeat officium diuinum poſſit tamen mentaliter illud dicere, ſi Beneficiarius ſit teneatur ad mentaliter illud dicendum? communiter reſpondetur, negatiue ita Vaſq. *de benef.* §. 2. *cap.* 4. *dub.* 12. Bonac. *diſp.* 1. *de horis*, *quæſt.* 6. *punct.* 2. Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de horis. cap.* 23. *n.* 11. ratio eſt, quia † præceptum Eccleſiæ eſt de oratione vocali; vt conſtat *ex cap. dolentes, de celebr. Miſſarum*, & ex Concilio Baſil. *ſeſſ.* 21. vnde qui voce impeditur nequit vocaliter dicere horas Canonicas, ab illarum obligatione eſt exemptus. 1 2

3 Sed quod † teneatur mentaliter recitare
ſi nun poteſt vocaliter, citatur Paludanus
ſenſiſſe *in 4. diſt.12. quaſt.6. §.vlt.* ita Barth.
à S.Fauſto *lib.2. de horis, quaſt.*241. ſed male
quia ibi nihil dicit, ſicut nec *diſt.15.quaſt.5.*
vbi ex profeſſo agit de recitatione officij di-
uini, Nauarr. tamen *cap.11.num.6.de oratio.*
citat Girardum quendam *in tract. de aſſidui-
tate orationis,quaſt.*4. ita ſenſiſſe, quod non
4 eſt ita facile determinare, vt viſum eſt Sua-
rez *vbi ſupra*, ſi enim iure naturali diuino
Beneficiarius tenetur orare pro eo qui be-
neficium inſtituit,& pro omnibus fidelibus,
vt ſentiunt Vaſquez, & multi alij, quos in
ſuperioribus citauimus, & Suarez *lib.4. cit.
cap.16.* citat Abbatem, Turrecrematam,Za-
barellam, Laudenſem, Angelum, Roſellam,
Nauarrum, Sotum, & indicat ſatis Paludan.
vbi ſuprà, nec abhorret D.Thom. *quodlib.6.
art.8.* vbi hoc facit argumentum: *Ille qui re-
cipit bona temporalia alicuius tenetur ei in ſpi-
ritualibus compenſare, ſed iſte Clericus accipit
bona, quæ faciunt defunctorum, ergo*, &c. quod
5 admittit *in corp.artic.*dicens: *quod † Clericus
ex hoc ipſo quod ſit Clericus in ſacris tenetur
dicere horas Canonicas, videntur enim tales
ſpecialiter aſſumpti ad laudem diuinam*, iuxta
illud Iſa.41. *Omnem quod inuocat nomen meum
in laudem meam creaui illum.*

6 Vnde iuxta doctrinam D.Thom. † Cleri-
cus in ſacris, & Beneficiatus ex vi beneficij
& Clericatus iure ipſo naturæ diuino tene-
tur compenſare in ſpiritualibus bona tem-
poralia quæ accipit. Vnde cum ius naturæ
actus mere internos præcipiat ſi iſtis poteſt
recompenſare, quia ad orationem vocalem
eſt impoſſibilitatus: quia mutus factus ad
orationem omnino mentaliter tenebitur,
eorum quæ vocaliter dicenda erant ex de-
7 terminatione Eccleſiæ,qui enim iure natu-
ræ ad aliquid tenetur ſi ex impoſſibilitate
excuſatur in parte non excuſatur in totum,
quare ſententia Gerardi non eſt ita funda-
mine deſtituta vt viſum eſt Suarez; & cum
ſit valdè pia ſatis eſt probabilis,

Quæ vrgetur quia multi & graues Do-
8 ctores tenent,quod † ſi quis ob infirmitatem
non poteſt recitare totum officium tenetur
recitare partem, quam poteſt ita Nauarrus
de oratio.cap 11.*n.*15.Azor 1.*p.lib.*10.*cap.*15.
*q.*4. *&* 5. Philiarcus *de officio ſacerdotis lib.*1.
*cap.*10.Graffis *lib.*2.*deciſ.cap.*54.*n.*3.*&* 4.Ve-
ga *in ſum. tom.* 1.*cap.*128. *caſu.*1. Bartholo-
meus à S.Fauſto *lib.*2. *de horis q.* 227. & re-
nent omnes, quos ſupra dedi, qui dicunt
quod qui poteſt recitare maiorem tenetur
9 illam recitare, ratio eſt quia † obligatio hu-
ius præcepti habet partes, & ſic qui non
poteſt omnes ſoluere tenetur ad id quod
poteſt: ſicut qui debet mille ſi non poteſt
omnia tenetur ſoluere quod poteſt, cũ ergo
præceptũ de recitatione horarũ duplicem
obligationem contineat externam,& inter-
nam ſi ad primam quis ſoluendam factus
eſt impotens, tenetur ad ſecundam ſcilicet
mentaliter recitandam: vnde Nauar.*de ora-
tio, cap.*20.*n.*14. dicit † *ſuſtineri poſſe quod ſi* 10
*quis mentaliter dicat ea quæ in Miſſa, & Bre-
uiario dicuntur ſecreto ſatisfacere præcepto.*

Sed reſolutorie dico, primò † qui habet 11
priuilegium dicendi officium diuinum mẽ-
taliter (quale habere Regulares probaui,
*tom.*1. *Morali tract.*3.*Reſol.*9.) ſi non poteſt
dicere officium diuinum vocaliter tenetur
ipſum mentaliter dicere habens in proſpe-
ctu Breuiarium ſi officium nõ ſcit memori-
ter; (niſi ſit cœcus, & mutus) hoc mihi
perſuadeo ex hoc ſatis probabili fundamen-
to, quia etſi tempore interdicti non te-
neatur quis Miſſam audire, propter impe-
dimentum poſitum, tamen ille qui habet
priuilegium vt poſſit audire ſacrum tenetur
ad illud audiendum, vt tenent Sotus *in* 4.
*diſt.*3.*q.*2.*art.*1.*verſic. vnus autem* Viualdus *in
candelabro titulo de interdicto* §.8.*n.*13. Hen-
riquez *lib.*7.*cap.*13. *n.*3. Suarez *tit.*3.*in.*3.*p.
diſp.*88. *ſect.* 6. dicens contrarium non eſſe
practicè probabile, Dicaſtillus *tom.* 1. *in* 3.
*p.tract.*5.*diſp.*5.*dub.*10. § 3. Sanch. *in ſelectis
diſp.*15.Bonac.*diſp.*5.*de cenſuris punct.*4. *n.*19.
Tannerus *diſp.*5.*q.*6.*dub.*2.*n.*25. Nugnus 3.*p.
q.*83.*art.*3.*dub.*2.& vt notat Henriquez eſt
communis Iuriſtarum, & Theologorum, 12
Salmanticenſ. & Complutenſ. tenent fere
omnes Scriptores Bullæ cruciatæ *clauſ.* 4.
Trullench. Villalobos, Rodriguez, Acoſta,
Ioannes de la Cruz, Caſtro Palao *tom.* 5.
Ouiedo *diſp.* 12. & multi alij quos referunt
præfati contra paucos recentiores.

Et quidem ſi loquamur de Clericis &
Religioſis omnino certum eſt in quo conue-
niunt omnes, vt ait † Auila *de cenſuris.* 5.*p.* 13
*diſp.*4.*ſect.*2.*dub.*6.teneri ad audiendam Miſ-
ſam, quia *in cap.alma mater*, habent licen-
tiam audiendi officia diuina, quam licen-
tiam confert bulla cruciatæ, quia ſicut illi
tenẽtur omnibus fatentibus ita & habentes
hoc priuilegium, eſt enim accidentarium
quod licentia iſta conferatur à iure commu-
ni, vel ſpeciali priuilegio, cum ex vtroque
liber ſit æqualiter quiſque à vi & efficacia 14
interdicti, quod ſolum comprehendit non
licentiatos à Principe ſupremo, qui non
cenſetur comprehendere niſi non exem-
ptos ſuo fauore aut priuilegio.

Ex quo principio ſubſumo: † ergo, qui 15
propter impedimentum ſuperueniens non
poteſt vocaliter ſatisfacere obligationi di-
cendi officium diuinum vocaliter; ſi ex
priuilegio poteſt ſatisfacere dicendo men-
taliter ad hoc tenetur, & obligatur vti tali
priuilegio ſicut obligatur quis ad vtendum

cruciata, vt ſatisfaciat præcepto audiendi Miſſam: quamuis enim *in cap.ſi de terra,de*
16 *priuilegiis*, dicatur, quod † priuilegium datum in alicuius fauorem non debet vergi in ipſius detrimentum; vnde poteſt quis renunciare priuilegio: hoc non obſtat, quia hoc debet intelligi quum priuilegium non vergit in ſalutem animæ, & quando ſuppoſito priuilegio, & acceptato à priuilegiato actus ex aliqua lege redditur obligatorius, vt contingit in præſenti.

Dico ſecundò, qui non habet hoc priuilegium non tenetur ad recitandum officium
17 diuinum mentaliter. Ratio eſt quia † non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, de oratione vocali; tenetur tamen aliquam orationem mentalem fundere,quia ex iure naturæ tenetur recompenſare temporalia, quæ accepit ſpiritualibus, vt notat optimè Syluester *verbo Hora num*. 5. *quæſt*. 4. & ſupra docuit D. Thomas.

SVBRESOLVT. X.

An Summus Pontifex poſſit aliquem in Sacris conſtitutum eximere ab obligatione recitandi officium diuinum.

SVMMARIVM.

1. *An Pont. poſſit diſpenſare vt clericus in ſacris vel Beneficiatus non dicat officium diuinum.*
2. *An Pontifex poſſit omnino liberare Clericos ab omni omnino onere recitandi.*
3. *Multorum DD. ſenſus & n.15. & 44.*
4. *Quid veniat notandum.*
5. *An obligatio ex charitate ſit tanta vt ſit mortale peccatum actionem illam ex charitate faciendam omittere & n.6.*
7. *Quo priuilegio aliter poſſint vti Lectores, aliter Scriptores, aliter Confeſſarij, & n.8. & 9.*
10. *An Lectores, Confeſſarij poſſint in rigore loquendo præuenire tempus occupationibus ſuis & n.11. & 12. & 13.*
14. *An ſi quis priuilegiatus omittat recitare ea qua diſponit priuilegium mortaliter peccet.*
15. *An commutatio non auferat obligationem,*
16. *An Pſalmi ſint deſignandi à Superiore.*
17. *Caramuelis opinio.*
18. *An Clericus Romanus non ſatisfaciat niſi recitet in Breuiario à Pio V. diſpoſito, ex eodem.*
19. *Axioma affertur, & n.20. & 21.*
22. *An Pontifex poſſit ſimpliciter diſpenſare cum Beneficiato, vt nihil omnino recitet.*
23. *An ordinati Beneficiati & Religioſi ad horas canonicas teneantur iure diuino, & humano & n.24.*
26. *An Beneficiati teneantur ad horas canonicas non ſolum ex præcepto Eccleſiæ ſed etiam ex iuſtitia commutatiua.*
27. *Ratio difficultatis & n.28.*
29. *In quibus Papa non poſſit ſimpliciter diſpenſare.*
30. *Nauarri mens adducitur, necnon Suarez & n.31. & 36. & 46.*
32. *An nullum ſit ius diuinum aut naturale obligans Beneficiatos aut Clericos, in ſacris ad aliquam precem recitandam.*
33. *An Beneficiatus ex iure naturali teneatur ad aliquid recitandum.*
34. *An Papa poſſit Parrocho conferre Beneficium Parrochiale ſine omni onere recitandi aliquid.*
35. *Diui Thomæ ſenſus affertur.*
37. *An Papa poſſit diſpenſare in hoc quod quis dicat horas Canonicas, & num.38.*
39. *An quacunque determinatione facta ab Eccleſia ſua lege circa quantitatem orationis fundenda ab ordinatis in ſacris poſſit Pontifex in illa diſpenſare.*
40. *An Pontifex nequeat diſpenſare & auferre obligationem quam habent iure naturæ Beneficiati recitandi aliquid indeterminatum laudandi per aliquam deprecationem Deum, & num.41.*
42. *Authoris mens, necnon Euerardi, & n.43.*
45. *An ordinati in Sacris teneantur ad aliquam precem fundendam ſiue publicè ſiue priuatim.*
47. *An quamuis Pontifex poſſit diaconum aut ſubdiaconum abſoluere à penſo horarum, non poſſit omnino abſoluere à recitatione horarum, & num.48.*
49. *Dianæ ſententia adducitur.*
50. *Supra quod ius diuinum Pont. non habeat poteſtatem.*
51. *Ad fundamenta Suarez & ſequacium reſpondetur quatuor modis, & num.52. 53. 54. & 55.*

Corollarium octauum, an † Pontifex poſſit diſpenſare vt Clericus in Sacris, 1
vel Beneficiatus non dicat officium diuinum quod dupliciter poteſt controuerti. Primò, an Pontifex ex cauſa iuſta poſſit diſpenſare cum iſtis, ne dicant officium diuinum conſtans ex ſeptem horis canonicis ſubſtituendo illarum loco alias breuiores orationes. Secundò,†an poſſit omnino libe- 2
rare hos ab omni omnino onere recitandi aliquid,& quidem in primo ſenſu non ſolum poteſt Pontifex ſed de facto conceſſit diſpenſando priuilegium Regularibus, vt qui occupati ſunt in lectionibus S. Theologiæ,& canonum, & in cõtiuuis confeſſionibus aut libros in eiſdem materiis conſcribendo; ſatisfaciant obligationi diuini officij dicentes ſemel Credo, & ſepties Pater, & Aue

Aue cum ſeptem Pſalmis à Superiore deſignandis, quod Priuilegium conceſſit Clemens VII. Patrib. Teatinis & illud referunt
3 & approbant † Miranda *in Manuali tom. 1. quæſt.* 37. *artic.* 19. Hieronymus Rodriguez *reſol.* 24. *num.* 6. ex Auunculo *tom.* 1. *quæſt.* 41. *art.* 6. & compendio priuilegio D. Hieron. Hiſpan. congreg. *verbo hora* §. 7. Diana 3. *p. tract.* 11. *reſol.* 8. Caramuel. *diſp.* 107. *dub.* 1. (qui minus erudite *num.* 1369. dubitat de hoc priuilegio) Portel. *in dub. Regu. verbo hora, num.* 18. quod Priuilegium etſi eſſet primo conceſſum viuæ vocis oraculo, tamen iuxta à me dicta *tom.* 2. *Moral.* iam eſt priuilegium diplomate Pij V. confirmatum ibidem pluribus monſtraui.

4 Hic tamen † aliqua ſunt notanda circa hoc priuilegiũ diſpenſatorium iuſtiſſimam cauſam habuiſſe ſummum Paſtorem, vt illud in Regularibus ſic in charitatis officiis intentis concederet, vt ſcilicet præfatis miniſteriis liberius vacarent in vtilitatem publicam, tum Eccleſiæ, Religionis, & proximorum, voluit enim hoc leuamen iſtis operariis concedere, vt alliceret ad laborem, vt Eccleſia contra hæreticos defendatur; bonis moribus inſtruantur fideles, & bona, & ſalutari Doctrina & iugibus monitionibus imbuti ſacramenta ſalutaria frequentent, neque enim vt cauſa iſta iuſtificetur requiritur, vt bene aduertit P. Suar. *tom.* 2. *de Relig.*
5 *lib.* 4. *de Horis cap.* 29. *num.* 35. quod † obligatio ex charitate ſit tanta vt ſit mortale, aut graue peccatum actionem illam ex charitate faciendam, omittere; obligatio dicẽdi officium multoties ceſſat propter vitandum incommodum proprium, aut proximi, vel propter conſequendam vtilitatem propriã, aut proximi; maxime ſi ordinatur ad bonũ cõmune & animæ profectũ quæ ſufficientiſ-
6 ſima cauſa eſt, vt Pontifex non ſolum valide ſed licite, & honeſte hoc priuilegium partim diſpenſatorium, partim commutatorium concedat, & Religioſi ſic occupati tutè & ſecurè in praxi poſſint illo vti.

7 Secundò noto quod † aliter vti poſſunt Lectores, aliter, Scriptores, aliter Confeſſarij hoc priuilegio; nam reſpectu horum non æque conceditur priuilegium, ſed diſtributione accõmoda, nam Confeſſores ſolum poſſunt illo vti temporibus illis, in quibus maximus eſt concurſus Pœnitentium; in quorum confeſſionibus audiendis totum mane, & maxima pars veſperi intendunt, ſi-
8 ue in conſulendis & gubernandis. Lectores verò toto tempore, quo inſudant ſtudiis ad legendum, & arguendum, præſidendum, & alia exercitia litteraria quibus ex ſuis conſtitutionibus, vſu & conſuetudine attendunt,
9 vel intendunt. Scriptores vero toto tempore quod in conſcribendis, corrigendis, & diſponendis libris grauibus inſumunt, ſcribere enim libros typis mandandos ſi proprio ſudore conſcribuntur, & digeruntur ſummus labor eſt, & occupatio peſſima id eſt laborioſa vt ait Spiritus Sanctus. Vnde fit quod etſi hi omnes perfectius operentur ſi penſum officij diuini ſoluant ſic occupati; tamen ex vi huius priuilegij non obligantur niſi ad dicendum id quod priuilegium præſcribit.

Tertiò noto pro ſcrupuloſis, quod licet † 10
Lectores, Scriptores, & Confeſſarij poſſint in rigore loquendo præuenire tempus occupationibus ſuis, imo & teneantur ſecluſo priuilegio, vt bene notat Suarez, *vbi ſuprà, num.* 36. quando occupatio non eſt totius diei ſed magnæ eius partis, quia cum præceptum obliget pro toto die tenetur quis, poſtponere ſatisfactionem illius ſi in priori tempore fuit occupatio, vel præponere, quando impedimentum futurum præuidetur in poſteriori, diei tempore. Cæterum ex 11
vi huius ampli priuilegij, nec tenentur poſtponere nec anteponere; ſat enim eſt quod huiuſmodi occupationibus intenti, & quod recitent ea, quæ præſcribuntur, hoc enim eſt quod concedit priuilegium; quare etſi in rigore tempus ſuperſit vt commode poſſint officium integrum recitare, tamen non tenentur, quia in ſubſidium laboris ſuſcepti hæc conceditur gratia à Summo Pontifice, vt qui laborant duplici honore digni habeantur: verũ eſt quod huiuſmodi operarij ſi per aliquod anni tempus à ſtudiis vacent, 12
etiam recreationis cauſa tenentur dicere integrum officium; datur enim priuilegium propter actuale exercitium horum miniſteriorum. Si vero qui actu in illis miniſteriis ſe exercent habeant aliquod beneficium aut 13
penſionem, ſi recitent ea quæ priuilegium præſcribit non tenentur fructus reſtituere, cum ex diſpenſatione ſatisfaciant obligationi.

Quartò noto † ſi quis priuilegiatus ex 14
annumeratis omittat recitare ea quæ diſponit priuilegium mortaliter peccat, & ſi habeat beneficium tenetur reſtituere pro rata omiſſionis. Ratio eſt perſpicua quia præceptum recitandi totum officium obligans ſub mortali commutatum eſt in ea, quæ præſcribit priuilegium, quæ materia grauis eſt ſicut eſt voti, commutatio autem † non 15
aufert obligationem ſed commutat in leuiorem materiam, vt homines alias occupati facilius ſatisfaciant præcepto; ſi tamen quis vnum vel alterum Pſalmum, aut Pater noſter relinquat non exiſtimo peccare mortaliter, quia non eſt tota materia commutationis, ſi vero, quis etiam voluntate, propria ea quæ præſcribit priuilegium commutet ineuidenter melius aut prolixiorem

orationem, vt in Roſarium integrum vel duas illius partes, exiſtimo etiam non peccare iuxta communem Doctrinam in materia de votorum commutatione.

16 Quintò noto; quod licet in priuilegio dicatur, quod † Pſalmi ſunt deſignandi à Superiore hæc non eſt forma, vt quis poſſit ex annumeratis vti priuilegio; ſed ſolum eſt modus, quo diſponitur, vnde licitè poteſt, & validè quis vti illo, etiamſi à Superiore Pſalmi non deſignentur, ſed Lector aut Scriptor ſibi deſignet nec longiores, nec breuiores, nec neceſſarium eſt, quod ſint propriè Pſalmi Dauidici; ſufficit enim ſi ſint ex Canticis, qui vt Pſalmi canuntur, aut recitantur, & habent ſimile metrum.

Ex dictis infero falſo omnino Caramue-
17 lem & practicè improbabiliter dixiſſe † *vbi ſuprà, num.* 1366. ſæcularem Clericum & Religioſum, aut duos Religioſos diuerſorum Ordinum ſine venialis culpæ ſcrupulo, poſſe ſimul recitare iuxta Rubricas alterutrius Breuiarij, ita vt ſuæ obligationi ſatisfaciant, quod tenent, *vbi ſuprà, num.* 8. & Henriq. *lib. 7. de Indulgentiis, cap.* 30. *num.* 4. quem iſti non legerunt; loquitur enim ante tempus Pij V. ſic enim dicit vir omnigena Morali eruditione plenus (quem ſemper dum lego admiror copiam & reſolutionem) *id; quod Ius, aut priuilegium diſponit in vno ex correlatiuis extenditur ad aliud correlatiuum priuilegium eius, qui olim poterat Breuiario breui vti, aut nunc poteſt ante tempus recitare horas extenditur ad ſolium.* Vbi manifeſtè loquitur de Breuiario olim, ante tempus Pij V. qui in ſua
18 conſtitutione manifeſtè dicit † non ſatisfacere Clericum Romanum niſi recitet in Breuiario à ſe diſpoſito, quare dum quis hodie diſpenſatur, vt Breuiario breuiori recitet niſi expreſsè ſocius diſpenſetur iſte non ſatisfacit, vel niſi in diſpenſatione dicatur, quod cum ſocio recitet illud officium, ſine quibus verbis ſocius non ſatisfacit, etſi Beneficiarius ſit tenetur fructus reſtituere.

Illud autem axioma, quod diſpoſitum de
19 vno relatiuo intelligitur etiam determinatum de alio, intelligitur de correlatiuis quæ talia ſunt neceſſario; non vero de illis qui ad libitum aſſumuntur, & non ſunt neceſſaria
20 etiam ex politia, aut vrbanitate, & maximè quando agitur de adimplenda obligatione præciſa, quando enim correlatiua idem habent iudicium, eandem diſciplinam & de vno diſpoſitum trahitur ad aliud, eſt quum vnum nequit eſſe ſine alio & vno deſtructo deſtruitur aliud; vt tradunt Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 54. *num.* 1. *& lib.* 9 *diſp.* 19. *n.* 10. Tuſch. *tom.* 2. *litt. C. conſil.* 1041. Surdus *deciſ.* 218. *num.* 10. Marius Anton. *lib.* 1. *variar. reſolut.* 56. *num.* 5. *& lib.* 3. *reſolut.* 9 *n.* 2. quare
21 ad propoſitum ineptè trahitur axioma, quod intelligitur cùm in vtroque correlatiuo eadem ratio ſubſiſtit; vt egregiè probat Euerardus *in loco à correlatiuis, num.* 8. vnde leges decreuere ſponſam per oſculum acquirere medietatem iocalium propter ruborē, quem patitur oſculata, qui cum in ſponſo ceſſet in eo non habet locum hæc diſpoſitio; pari modo inpræſentiarum eſt diſcurrendum de ſocio in recitatione officij.

Maiorem difficultatem habet corolla- 22
rium, an † Pontifex poſſit ſimpliciter diſpenſare cum Beneficiato, vt nihil omnino recitet, ſed pura diſpenſatione ipſum liberum conſtituat à penſo Horarum; nihil illi iniungendo, vt recitet vel vnum Pater noſter. Negant Panormitanus *ad caput Presbyter. de celeb. Miſſarum,* Turrecrem. *cap. Eleutherius* 91. *diſt. quæſt.* 5. Angelus *verbo Hora, num.* 6. Roſella *num.* 13. Maior *in* 4. *diſtin.* 12. *quæſt.* 6. *ad* 1. Paludanus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 5.
artic. 2. *concluſ.* 4. dicens quod † ordinati Be- 23
neficiati, & Religioſi ad horas Canonicas tenentur iure diuino, & humano ſicut dare aliquid Miniſtris Eccleſiæ eſt de iure diuino & morale. Tabien. *verb. Horæ, num.* 16 *q.* 15. Expreſsè hoc tenet dicens, poſtquam adduxit ſententiam Panormitani negatiuam; & Ioannis de Lignan. affirmatiuam. Sic fatur: *Iſti tenentur dicere officium de iure diuino, fundato in iure naturali, nam quod Beneficiatus*
dicat officium eſt ſecundum iuſtitiam, de illo 24
autem qui non eſſet Beneficiatus eſſet difficile ſuſtinere quod Papa non poſſit, & ideo quantum ad iſtam partem tenerem cum illa opinione quæ dicit quod poteſt diſpenſare; quantum vero ad aliam partem videtur quod non poſſit diſpenſare in iure diuino fundato in iure naturali; videtur etiam de iure naturali quod aliquando teneatur laudare Deum, & ideo ſimpliciter videtur dicendum quod Papa non poteſt diſpenſare quod nunquam laudet Deum; vel quod non ſatisfaciat illis quibus tenetur ex iuſtitia naturali propter fructus receptos ex beneficio; vel quod non teneatur gratias aliquando referre Deo de beneficio ordinis ſacri à Deo recepto: Poteſt tamen diſpenſare quod non teneatur ad ſeptem horas ſic dicendas, quia hoc eſt à determinatione Eccleſiæ ſuper quæ habet plenariam poteſtatem & ſimilia, Hæc ibi idem docet Syl-
ueſter *verb. horæ, num.* 9. *quæſt.* 8. ibi: *Melius* 25
Laudenſis, & Ioannes de Lign. in dicta clem. 1. *aliter ſenſerunt, quod ſcilicet Papa hoc poteſt, licet non poſſit facere quin Clericus teneatur ad recompenſandum benefactoribus, ſi eſt Beneficiatus; vel ſaltem regratiandum Deo, per aliquid indeterminatum & voluntarium, quia hoc eſt de iure naturali.* idem tenet Armilla *verb. Horæ, n.* 11. & Raphaël de la Torre 2. 2. *q.* 83. *art.* 13. *controuerſ.* 6. *diſp.* 3. *num.* 3. *in fine,* lo-
quens de Beneficiatis dicit, quod † *tenentur* 25
ad horas canonicas non ſolum ex praecepto Eccleſia,

Digitized by Google

ſia, ſed etiam ex iuſtitia commutatiua, quod repetit *controuerſ.7.num.*14.& hæc fuit ſententia omnium fere antiquorum.

Huius ſententiæ manifeſte fuit D. Nauarrus Alpizqueta, *de horis canonicis cap. 7. n.2.&* 3. dicens ſic legiſſe Salmanticæ, explicans caput 1. *de celeb. Miſſ.* colligit ex *cap. fin.*92. *diſt.& cap. quod à te, & cap. diuerſis de*
27 *clericis coniugatis.* Ratio autem eſt † (inquit) *quia laici perſoluunt decimas aliosque redditus Clericis, vt ſuis ad Deum intercedant orationibus, & laudent eum pro eis qui per occupationes ſuas id facere nequeunt.* Quare motus dixit Vlricus per S. Antoninum 3. *p. tit.*13. *cap.*4.§.1.Candin.S.Sixti *n.* §.1.91.*diſt.art.*5. *& alios priuatos clericos teneri recitare horas pro communi plebe non ſolum præcepto Eccleſiæ, ſed etiam iuſtitia naturali, & cap.*11.*n.*19. dicit: *Omnes qui obligantur ad horas Canonicas*
28 *iure humano tenentur, iure diuino ad aliquas preces, ob quarum tamen omiſſionem, quia non ſunt determinatæ, quoad locum, neque quoad tempus, neque quantitatem, & modum, neminem auderem peccati ſaltem mortiferi damnare.* Quæ bene ſunt dicta, & clarè ex illis
29 colligitur † Papam non poſſe ſimpliciter in in hoc diſpenſare; & ſaltem debet onus imponere, quod quotidie aliquam orationem vocalem faciat diſpenſatus, aut ſi mauult mentalem, quamuis Pontifex raro hanc imponat fieri, quia cum ſit regula viſibilis ſenſibilem orationem diſponit.

Sed antequam vlterius progrediar non poſſum omittere verba grauiſſima eiuſdem Nauar. ibid. *cap.*22.*num.*39. contra quoſdam
30 mentalizantes; ſic enim fatur, †*addo.* 3. *Quod propter rumores à regione quadam Catholica delatos vereor, ne quidam mentali orationi (ſuadente Angelo magno) plus ſatis deferentes contemnant vocalem ſicut quidam hæretici omnia tribuentes interiori puritati, exteriora non ſolum ſacramentalia, ſed etiam Sacramenta eidem Auctori contemnunt, ſicut è contrario hæreſiarcha Vvbieleph. mentalem orationem contemnens, orationi vocali, hoc eſt, operi & actioni interiori omnia tribuenda eſſe docebat*, &c.

31 Sed Suarez † *lib.*4. *citat.cap.*28. *à num.*37. in ea eſt ſententia poſſe Pontificem etiam Beneficiatum omnino liberum, & exemplum facere ab obligatione recitandi non ſolum officium ſeptem horarum, ſed etiam quamcunque aliam precem, aut orationem. Vnde ſi infanti incapaci orandi beneficium confert, implicitè diſpenſat in omni prece, aut oratione, citat Syluestrum, Tabienam, Armillam, Nauarrum; ſed hi omnes vt vidimus contrarium tenēt, & ſolum dicunt poſſe Papam diſpenſare quantum ad id quod eſt ex præcepto Eccleſiæ, vt manifeſtè conſtabit legenti verba eorum quæ adduxi.

Probat ex oppoſito fundamento, quod 32
dicit *cap.*16.*à n.*4. quia † nullum eſt ius diuinum, aut naturale obligans Beneficiatos, aut Clericos in ſacris ad aliquam precem, aut orationem recitandam, ergo: Ius diuinum poſitiuum nullum tale ſcriptum inuenitur, neque ab Apoſtolis traditum; deinde non eſt naturale, aut connaturale ipſi ordini, quia ex nulla ratione poteſt colligi id efficaciter, ex vi caracteris ordinis ſacri. Deinde, quia nullo fundamine colligi quit,
quod † Beneficiatus ex iure naturali teneatur 33
ad aliquid quotidie recitandum; deinde cur non ſatisfaciet huic obligationi ſi mente tantum Deum laudaret, & oraret, vnde
colligit *cap.*18.*n.*39. quod † Papa poteſt Par- 34
rocho concedere beneficium parrochiale, ſine omni onere recitandi aliquid, ſed ſolum adminiſtrandi Sacramenta, maxime ſi per alios publicum officium in Eccleſia dicatur, ſimiliter poteſt concedere beneficium intuitu paupertatis, & ſtudij diſpenſando ſimpliciter in recitatione vocali alicuius orationis.

Verum enim vero omnia hæc futilia ſunt, 35
nec cogunt vt à ſententia antiquorum, † quā ſecutus eſt D. Th. *quodlib.*6.*art.*12.*ſupra citato*, diſcedámus, & ſic dico primò, raro aut nunquam Papa diſpenſauit cum Beneficiato adulto diſpenſatione ſimpliciter, vt omnino liber ſit ab obligatione recitandi aliquid pro benefactoribus, aut in laudem Dei; quamuis multi hanc diſpenſationem procurarint totis neruis, & viribus, ita
Nauarrus † *de horis cap.*11.*n.*18. dicens *ſatis* 36
iuſtum eſſe reſponſum quod audio ſæpiſſime à ſummis Pontificibus & recolo datum aliquando in ſacro Pœnitentiariæ prætorio petentibus diſpenſationem ſiue abſolutionem ab obligatione dicendi horas, impoſito eis aliquo onere in earum compēſationem (& allegantibus pro cauſa ſenectutem, debilitatem viſus, & capitis) quod ſi poſſ. dicere horas dicant, ſi non poſſunt, non dicant,
& *num.*31. poſtquam dixit certum eſſe † Pa- 37
pam poſſe diſpenſare in hoc quod quis dicat horas canonicas.... *Vix tamen* (inquit) *id facit. Nam & ipſe cum litteris operam nauarem Theologiæ eiuſmodi diſpenſationem procuraui, ſed non obtinui, & procurare deſij &c.* concludens, *id ipſum ſæpius conſului conſulentibus me ad obtinendas huiuſmodi diſpenſationes, & quamplurimis perſuaſi, omnibuſque perſuaſum eſſe percupio.* & Pater Magiſter Raphaël de la Torre *vbi ſupra controuer.*7.*n.*15. dicit. *Vidi ego quoſdam qui vtentes fauore Cardinalium conati ſunt propter munus docendi talem diſpenſationem obtinere, ſed non valuerunt*
& merito, quia vt teſtantur experti tempus, 38
quod teritur in horis dicendis nunquam illis impedimento ſtetit ad ſtudia proſequenda, ſed Deo diſponente magnum iuuamen attulit.

Dico

39 Dico ſecundò, † quacumque determi-
natione facta ab Eccleſia ſua lege, circa
quantitatem orationis fundendæ ab ordina-
tis in ſacris, & Beneficiatis, poteſt Pontifex
in illa diſpenſare, hoc eſt omnino certum &
indubitatum, quia Papa poteſt omne ius hu-
manum Canonicũ diſpenſare ſicut Legiſla-
tor vniuerſalis in vniuerſo mundo, *cap. pro-
poſuit de conceſſ. præbendæ.*

40 Dico tertio, † Pont. nequit diſpenſare, &
auferre obligationẽ, quam habẽt iure naturæ
Beneficiati recitandi aliquid indeterminatũ
laudandi per aliquam deprecationẽ Deum,
hæc eſt mens & ſententia omnium ferè an-
quorum apud quos indubitatum fuit, quod
Beneficiatus, qui à Beneficio ſuſtentatur te-
netur orare pro Inſtitutore, & fundatore Be-
neficij: hinc eſt, quod SS. PP. dicunt, quod Sa-
cerdotes & Beneficiarij qui ſuſtentantur ab
iis, quæ à populo offeruntur, pœnas dabunt
ſi pro eis preces non fundunt, *eſt que mors in*
41 *olla quia populi peccata ſunt, quæ comedunt, non
enim gratis fructus Eccleſiaſticos accipiunt*, ait
Bern. *ep. 2. ad Falconem.*

Idem optimè probant ea quæ adduximus
pro ea ſententia quam veriſſimam exiſtimo
42 † ſicut enim ius naturæ exigit, vt quis *alta-
ri ſeruit de altario viuat*, & quod *os vobis non
occludatur*, iure enim naturæ, *dignus eſt opera-
rius cibo ſuo*, ita & ille, quem altare & Bene-
ficium ſuſtentat, & cui trituranti non occlu-
ditur os, & cui merces tribuitur iure etiam
naturæ tenetur orare, & Deum laudare, ora-
tio enim & laus, tritura eſt, & opera iſtorum
Miniſtrorum correlatiuorum enim quando
in vtroque eſt eadẽ ratio, vt notat Euerard.
43 *vbi ſuprà*, eadem eſt diſciplina, & ſunt *ſimul
natura, & cognitione*, & quod de vno diſponi-
tur ad aliud neceſſario trahitur, ſiue diſpẽſa-
tio ſit iuris naturalis & diuini ſiue humani,
44 nec vnum poteſt eſſe ſine alio, vt latè Surd.
conſil. 150. *n.* 120. Farin. *in frag. crim. p.* 1. *à n.*
235. *litt. E.* Sanctar. *Var. p.* 1. *Reſol.* 31. *à n.* 31.
*Reg. enim Correlat. & Reg Par. leg. Iul. § ſi Pro-
curator. D. de act. empt. leg. filio §. Matri D. de
adimend. lege leg. ſi quis ſeruo. C. de furtis leg.* 1.
C. de tranſ. & aliis merces enim & mercena-
rius correlatiua ſunt ſeruire & ſuſtentari.

45 Dico quartò, idẽ eſt iudicium de ordinatis
in ſacris, etiãſi habeãt alia exercitia, vt Par-
rochus qui adminiſtrat Sacramẽta, Diaconus
& Subdiaconus, hi enim † omnes ex iure na-
turali tenentur ad aliquã precẽ fundendam,
ſiue publicè, ſiue priuatim, ita expreſsè Na-
46 uar. *de horis c.* 7. *n.* 2. † *Diaconos & Subdiaconos
nõ tã iure humano ſcripto quã lege naturali di-
uina determinatã per vniuerſalẽ conſuetudinẽ
ad eas obligari cœpiſſe. Nã, vt Salmãticæ c.* 1. *de
Celeb. Miſſ. illud prælegẽs docui, Clericus initia-
tus ſacris ob tantã honorẽ ſuſceptũ iure naturali
obligatur ad referẽdũ Deo maiores gratias, quã
laici, ſed tãtũ generaliter & indeterminatè nõ
definiẽdo, quæ, & quãtæ debeant eſſe illæ, ſed cõ-
ſuetudo immemorialis eſt eſſe faciendas per pro-
nuntiationem horarum Canonicarũ.* Hactenus
ibi, quam Doctr. ſecutus eſt Tabien. D. Ant.
S. Th. & alij citati, vnde quamuis † Pont. poſ- 47
ſit Diaconum & Subdiaconũ abſoluere à pẽ-
ſo ſeptem horarum, non tamen poteſt ab-
ſoluere omnino à recitatione, & gratiarum
actione ſpecialiori, ad quã iure naturæ tene-
tur Ordinatus in ſacris, quamuis enim Sub-
diaconatus ab initio non fuerit ordo ſacer,
tamen eo ipſo, quod ſacer factus eſt, obliga-
tionẽ naturalẽ recitandi ſubiit, ſicut Diaco-
nus & ſacerdos determinatã ab immemoriali
conſuetudine, quæ ſe extendit ad alios Cle-
ricos in minoribus, in quibus manet aliqua
maior obligatio quã in laicis, eo ipſo quod in 48
ſortẽ Domini & partẽ hæreditatis ipſius aſ-
ſumpti ſunt, cũ enim iure naturali teneamur
orare Deũ & illi gratias agere pro beneficiis
acceptis, qui ſpecialius Beneficiũ accipit ma-
iorẽ induit obligationẽ à qua cũ ſit naturalis
nulla poteſtas humana poteſt abſoluere.

Declarãtur tertia & quarta cõcluſio, quia
vt eſt communis certáque ſententia de qua
† Dian. *p.* 8. *tr.* 1. *Reſol.* 17. 18. quamuis validè 49
poſſit Pont. abrogare legem Eccleſiaſticã la-
tam *in cap. omnes vtriuſque ſexus de pœnit. &
remiſſionibus* de annua confeſſione qua de-
terminatũ eſt ius diuinũ de cõfeſſione pec-
catorũ, tamen non poteſt diſpenſare in iure
diuino, ita vt aliquis ſit omnino liber à con-
feſſione peccatorũ, quia † ſupra hoc ius diui- 50
nũ non habet poteſtatẽ ergo etſi poſſit diſ-
penſare in præcepto Eccleſiaſtico de recita-
tione horarum Canonicarum, non tamen in
præcepo naturali de orando & laudando
Deum, & illi pro beneficiis gratias agendo.

Ad fundamenta Suarez & Sequacium † 51
reſpõdetur ad primũ de infanti incapaci ad
orandum cui Pont. cõfert Beneficium, quod
ibi non diſpenſat Pont. cum illum non obli-
get præceptũ, vbi autẽ non eſt obligatio nõ
eſt obligationis diſpenſatio, ad ſecundũ reſ-
põdetur, quod iã conſtat ex dictis quomodo
ordini Sacro ſit annexũ ius naturale decorã-
do & gratias agẽdo Deo, ad tertium reſpon- 52
detur, quod ſicut quotidie Beneficiatus ſu-
ſtẽtatur à Beneficij fructibus deſtinatis à fun-
datore, ideo ſatis cõnaturale eſt, vt quotidie
aliquam orationẽ fundat pro benefactoribus
quamuis ſi non quotidie id faciat mortaliter
nõ peccet, neque teneatur reſtituere fructus,
quamuis poſtquam determinatio facta eſt 53
ab Eccleſia ad vtrumque teneatur, ſicut ſi
non eſſet præceptum Eccleſiæ de annua cõ-
feſſione, ſi quis quotannis non confiteretur,
nõ peccaret mortaliter ſicut peccat poſtquã
lex de annua confeſſione eſt lata, ad 4. reſ- 54
põdetur primò, quod forſan ſatisfaciet præ-
cepto naturali orando mẽtaliter ſimiliter &
gratias agendo, Deumque laudando men-

Digitized by Google

re pura, & ſimplici, ſicut & omnes fideles præcepto naturali orationis ſatisfaciat per
55 orationem mentalem quæ verè & propriè orario eſt. Secundò reſpendeo, quod cum hæc obligatio ſit Miniſtri Eccleſiæ viſibilis, orario ab illo facta ſenſibilis deber eſſe ex vi officij & miniſterij.

RESOLVTIO IX.

Qua ratione Canonici non intereſſentes choro, nec recitantes diuinum officium teneantur reſtituere fructus, an iure naturali, vel ſolum ex poſitiuo.

DE diſtributionibus quotidianis qua ratione teneantur reſtituere in ſuperioribus eſt determinatū; de aliis fructibus canonicatus aut alterius beneficij inquirimus in præſentiarū, an ſi nō recitē officiū diuinū iure naturali & diuino ad reſtitutionē illud omittentes, de hoc puro magna fuit concertatio inter Canoniſtas qui ſcripſerunt ante Cōcil. Lateranenſe inceptū à Iulio II. & continuatū & perfectum ſub Leon. X. Calderin. Iuriſconſultus inſignis & aliqui pauci partē affirmatiuā tuebantur exiſtimantes iure naturali teneri ad fructuum reſtitutionē, ſi horæ Canonicæ omittantur, ſed Abbas Panormitanus quē maior pars Doctor. ſequebatur partē negatiuam defendebāt. Scriptores eriā poſt præfatum Concil. Lateran. diuiſi ſunt, vel multiplici ſentētia partiti, quidā ſequntur ſententiā Calderini, quidam ſententiam Abbatis, quidā dicunt quod etſi nō teneatur non dicēs officium diuinum reſtituere omnes fructus beneficij, tenērur reſtituere partē correſpondentē penſo & oneri recitandi, & vltimo quidā dicunt, quod qui habent beneficium ſine cura ſi non recitet tenetur reſtituere omnes fructus beneficij, quod ſolum datur propter officium recitandum, ſi tamē ſit beneficiū cum cura qui habet alia onera tenetur iure naturæ reſtituere partem quæ correſpondet recitationi horarum.

§. I.

Duplex oppoſita ſententia.

SVMMARIVM.

1. *Variorum authorum ſenſus adducitur.*
2. *An Beneficiarius omittens horarum debitam recitationem peccet contra iuſtitiam commutatiuam, & n.* 3.
4. *Axioma affertur, n.* 5.
6. *Qua obligatio non ſit iuris naturalis.*
7. *Quam obligationem non inducat ius antiquū.*
8. *An etſi Beneficiarius non inſeruiat, dicendo officium, ſeruiat tamen Eccleſiæ in ordine Clericatus.*
9. *Authoris mens propalatur, n.* 10.
11. *Fructus dantur Clerico, vt aſſumptus in partem domini viuat de patrimonio Chriſti, & non cogatur mendicare.*
12. *An propter Diaconatus officium iure naturæ detur beneficium,*
13. *An Diaconi iure naturæ etiamſi non recitent horas Canonicas fructus faciant ſuos.*
14. *An omiſſio recitationis diuini officij iure naturæ ſit contra iuſtitiam.*
15. *Patris Suarez doctrina, n.* 16. *&* 17.
18. *Concilij Lateranenſis mens adducitur, n.* 19.
20. *An qui per ſex menſes priores non recitat poſitiuè excuſetur à reſtitutione.*
21. *An etſi Concilium non det licentiam non recitandi ſpatio ſex menſium nec releuet ab obligatione ſoluendi penſum horarum, manifeſtè releuet ab obligatione reſtituendi fructus, & n.* 22.

AVctores antiqui, † qui Calderini ſententiam ſequuntur ſunt Dominicus, 1
Bald. Iaſ. Dec. Ripa, Angel. Adrian. Gloſſ. *in pragmatica ſanctione tit. qualiter horæ Canonicæ ſint dicendæ.* Archidiaconus, Ancharanus, Geminianus, quos referunt Sanch. *t.* 1. *conſil. l.* 2. *c.* 2. *dub.* 81. *num.* 1. Azor *p.* 1. *l.* 10. *c.* 14. *q.* 1. Suar. *l.* 4. *de horis c.* 29. *n.* 7. ipſoſque ſequitur Soto *lib.* 10. *de Iuſtit. quæſt.* 5. *artic.* 6. qui inter Modernos Theologos primus fuit huius ſententiæ defenſor, Medin. *in Summæ. c.* 12. *§.* 11. Couarr. *l.* 3. *Variar. c.* 13. *n.* 10. Nauarr. *de reſtit. l.* 2. *c.* 2. *n.* 197. Aragon 2. 2. *q.* 83. *art.* 3. *f.* 867. Raph. de la Torre, ibi *contr.* 9. *n.* 20. Valentia *diſp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. *v. ſed quæri poteſt.* Vaſq. 1. 2. *diſp.* 168. *à n.* 33. *& opuſc. de Benef. c.* 4. *§.* 1. *art.* 1. *dub.* 7. Hieron. Garz. *in Summa tr.* 2. *diffic.* 8. *dub.* 1. *punct.* 1. *ān.* 2. Graff. *l.* 2. *deciſ. c.* 50. Durant. *l.* 3. *de ritibus c. vlt. n. vlt.* qui omnes in hoc conſenſerunt, quod Beneficiatus quicumque ſi non recitet tenetur iure naturæ reſtituere, quamuis aliqui de de aliquibus beneficiis dicant reſtituendos eſſe omnes, alij partem correſpondentem recitationi horarum.

Huius ſententiæ fundamina ad hoc vnum 2
reducuntur, quod latè proſequitur Suarez, quia omittēs Beneficiarius horarum debitā recitationē peccat contra iuſtitiā cōmutatiuā ex qua ex natura rei, & iuræ naturæ oritur obligatio reſtituendi, etenim † ſtipēdia- 3
rius iure naturæ tenetur facere id pro quo ſtipendiū accipit, vnde ſi nō facit & ſtipendium recipit fur eſt, & illud non facit ſuum ſic enim ſe habet Beneficiarius, recipit enim ſtipendium pro labore, hic autem labor eſt recitatio officij diuini iuxta axioma deſumptū *ex c. vlt. de reſcript. in* 6. † *beneficiū da-* 4
tur propter officium, quod axioma Concil. Later. *infra* adducendū intelligit de officio recitādi horas canonicas, & ſic ſi quis eas omittat ſtipendiū ex natura rei nō facit ſuū, & tenetur

nent reſtituere quod funda... canonicis, & præſtimonia habẽtibus, quibus ſolum dãtur fructus pro miniſterio, quo ſeruiũt Domino in tabernaculo fœderis, neque apparet aliud miniſteriũ propter quod iſtis dentur fructus, vt ſtipendia, niſi propter recitandum diuinum officium cuius penſum
5 vnum eſt ex præcipuis in Eccleſia inter ea propter quæ beneficia conceduntur ait Suarez *n.* 10. dicens hoc fortaſe non eſſe verum de officio pſallendi quod ſecundarium eſſe concedit Syluestro.

Secunda ſentẽtia quæ fuit fere omniũ Canoniſtarum teſte Syluestro aſſerentium hãc
6 † obligationem non eſſe iuris naturalis. Ita Syluest. *verb. Cleri.* 4. *n.* 16. *q.* 23. vbi ſic, *ita tenent Innocent. Ioann. Andr. Butrius c.* 1. *de celeb. Miſſ. Præpoſit.* 91. *diſt. c. Presbyt. Petr. de Palude Ancharan. Franc. Zabarell. Ioannes de Ligna, Cancell. Pariſ. Felin. Hieron. Zucchinus, & fere omnes.* Hactenus Syluest, quibus adde Driedon. *l.* 2. *de lib. Chriſt. c.* 4. Nauarr. *de horis c.* 21. *n.* 58. vbi egregie diſputat contra Sotum, & ponit argumentum, quod irrefragabile dicit & ſatis bene quidquid Suarez velit illud infringere, Roſell. *verb. Cleric.* 4. *n.* 33. Tabiena *n.* 13. *q.* 11. *verb. benefic.* 3. ibi Armilla *n.* 69. *& verb. cleric. n.* 27. vbi dicit quod hæc ſententia eſt verior & dictis Sancti Th. magis conformis ex modernis eam ſequuntur Sanch. *vbi ſup. n.* 2. Caſt. Palao *tom.* 2. *tr.* 7. *diſp.* 2. *p.* 7. *n.* 2. Trullench. *l.* 1. *in decal. l.* 1. *c.* 7. *dub.* 24. Bonac. *de hor. diſp.* 1. *q.* 5. *p.* 2. *n.* 9. Diana *p.* 2. *tr.* 12. *Reſol.* 9. Barthol. à S. Fauſt. *l.* 2. *de horis q.* 275. Azor *vbi ſup. c.* 13. *q.* 9. *& c.* 14. *q.* 1. Garz. *de benef. p.* 3. *c.* 1. *à n.* 8. Didac. Perez *de irreg. cap.* 1. *n.* 22. Petr. Greg. *de benef. c.* 6. *n.* 12. Marc. Anton. Cuch. *in inſtitut. l.* 5. *tit.* 7. *n.* 39. Sandoual. *de officio Eccleſiaſt. p.* 5. *c.* 5. Leſſius *lib.* 2. *c.* 34. *à n.* 178 qui omnes fere affirmant ante Concilium Lateranenſ. ſub Leone X. † nullum
7 extare ius antiquum Eccleſiaſticum, quod talem inducat obligationem, vnde ſolum peccabant contra obedientiam debitam, & contra Religionem, ad quam pertinet orandi præceptum.

Huius ſententiæ fundamina valde vrgentia ſunt. Primum, propoſuit Syluest. *vbi ſupra*
8 his verbis. *Quia † etſi iſte* (Beneficiarius) *non inſeruiat dicendo officium, tamen ſeruit Eccleſiæ vniuerſali in ordine clericatus, & infra quantum ad rationem quam Summa Angelica dicit inſolutum, dico verum eſſe ſed ego ſoluo & dico primo*
9 *† quod officium propter quod datur beneficium nõ eſt ſolum hora canonica, ſed miniſtratio Sacramentorum, conſiliorum, & verbi Dei & decantatio diuinorum tempore quo Populus confluit. Secundò, quando datum ob cauſum, eo non ſecuta poteſt repeti generat cauſa totalis, vel ſaltim*
10 *principalis dandi, ſecus ſi fuit partialis, aut ſe*... *non datur principaliter ſacerdoti vel Clerico vt pſallat, ſed vt celebret vel abſoluat & cætera ſaciat ordinis ſacerdotalis, & propterea beneficiũ non datur ſub cõditione ſed ſub modo, vnde modus non ſeruetur adhuc fructus ſunt beneficiati, &* ex quibus addo id quod dicit Panorm. *c. Presbyt. de celeb. miſſ.*
quod fructus dãtur clerico † vt aſſumptus in par- 11
tẽ Domini viuat de Patrimonio Chriſti, & nõ cogatur mendicare. c. Diac. 93. *diſt.* ex Hieron. *de ſeptem ordinib. Eccleſ. c.* 5. *quæ in ... eis eſt tom.* 9. *& in tota illa diſt.* inter varia officia quæ aſſignantur Diacono nõ fit mentio recitationis priuatæ officij diuini, ſed alia opera illi demãdantur propter quæ ſuſtentatur ex patrimonio Christi, legantur Andreas Caſtald. *in praxi cærem. l.* 1. *ſect.* ... *à c.* 5. Stephan. Durant. *l.* 2. *de ritib. c.* 23. Diaconi enim † officiũ & legere Euangeliũ in Eccleſia, gẽtibus prædicare, Sacerdoribus in ſacris deſeruire, & † pro- 12
pter hoc officiũ iure naturæ datur beneficiũ vt honoriſice diſpoſitus ſit ad huiuſmodi officia & non cogatur mendicare; ſimile dicẽdũ eſt de ſubdiacono & ſacerdote & de aliis in minoribus conſtitutis omnibus ordinibus initiati ſunt, iam miniſtri Eccleſiæ deſignati habentes ſua munia, & officia deſignata ratione ordinum, & ſunt in via ad eos recipiẽdos, vt tõſurati dũtaxat, vnde inſeruiũt vniuerſali Eccleſiæ eo ipſo quod eius miniſteriis
ſunt deputati, vnde † iure naturæ etiãſi non 13
recitẽt horas canonicas fructus faciunt ſuos & ſi diuites ſint, cũ habeant officia deſignata propter quæ ordinãtur, & ad quæ exercẽda poſſunt cogi ab Epiſcopo, quod ſi non cogantur eſt, quia non vrget neceſſitas propter multitudinem miniſtrorum.

Ex quibus ni fallor euidens deducitur ar-
gumentum in fauorem huius ſententiæ, quia 14
† ſi recitationis officij diuini omiſſio iure naturæ eſſet contra iuſtitiam, ita vt non faceret ſuos fructus ſaltim ex ea parte quæ reſpondet recitationi, qui non recitat, neceſſarium erat quod Beneficiati non haberẽt alia officia, alioſve titulos honeſtos percipiendi fructus, & illos ſuos faciendi; tunc enim recitatio officij eſſet conditio & non modus beneficij, aſt ſunt alij tituli & officia ergo recitationi officij priuatim dicendi iure naturæ nõ correſpõdet fructuũ retentio, neque eſt forma illos acquirendi ex natura rei inſtituta.

Quod vrgẽtiſſime patitur & confirmatur
ex doctrina P. Suar. *n.* 11. † quã in ſuperiori- 15
bus approbauimus, & probauimus; qui dicit quod hæc reſtitutio non eſt neceſſaria ex iure naturæ quod fiat in ſpecie fructuum temporalium, & materialium, ſed iure nec poſſe fieri in bonis ſpiritualibus quæ fuerũt
omiſſa, vt ſi quis omiſit per ſex menſes prio- 16
res, recitare officiũ ſi poſtea in ſequentibus ſex mẽſibus duplicet quotidie officium, aut

Digitized by Google

loco officij omiſſi [illegible] lentem, vel offerat ſacrificium [illegible] faciet quantum ad obligationem reſtituendi, quamuis peccauerit in omiſſione officij, ex hac doctrina argumẽtor, quia ſi nõ tenetur reſtituere, fructus materiales ex iure na-
17 turæ, quod enim teneatur ſpiritualibus bonis recompẽſare, quãuis poſſit nõ video ex quo iure teneatur, ſi enim, vt ipſe dicit fructus beneficij dãtur propter recitationem officij diuini tanquam propter cauſam per ſe iſta non exiſtente, manifeſtum eſt, quod illorum dominium non acquiritur, quod ſi acquiritur, recitatio officij nõ eſt cauſa, & conditio per ſe, ſed tantum modus.

18 Secundum argumentum eſt, quod dicit irrefragabile Nauarrus, quia † Concilium Lateranẽſe dicit, quod qui habet beneficiũ cũ cura, aut ſine cura ſi poſt ſex primos mẽſes à die receptionis beneficij nõ dicat officium diuinũ, teneatur reſtituere fructus quos non facit ſuos, quod cõfirmauit Pius V. *conſtit.* 13. 8. in Bullario, ergo non eſt obligatio ex iure naturæ deſcẽdẽs reſtituẽdi fructus propter omiſſionẽ recitãdi horas Canonicas, alias nõ obſtãte decreto Cõcilij, qui per primis ſex
19 mẽſes nõ recitat teneretur, vnde Concilium nouũ ius inducit, & imponit hoc onus per ſe recitãdi, poſt ſex mẽſes, vt Beneficiatus fructus faciat ſuos & præfatis ſex mẽſibus nulla obligatione tenetur recitandi ſub onere reſtituendi.

20 Ad hoc argumentũ reſpõdet Suar. *n.* 5. ex Dur. *de ritib. loc cit.* quod ex hoc Cõcilij decreto, nõ colligitur, quod † qui per ſex mẽſes priores non recitat poſitiuè excuſetur à reſtitutione, ſed ſolũ quod ex vi illius nõ tenetur reſtituere, ſi autem ex alio iure teneatur non releuat à reſtitutione, non tamen addit nouum rigorem, ſed relinquit illos priores ſex menſes in eo ſtatu in quo antea erãt, vnde nullam licentiam præbet, aut donat fructus illius temporis ſi alias erant ex iure naturæ obnoxij reſtitutioni.

Verum enim vero, vt verũ fatear miror hominẽ Doctiſſimũ hac ſolutione cõtineri,
21 vt à communi, & antiqua ſentẽtia diſcedat maximè quãdo non eſt aliquod vrgẽs argumẽtum, etſi enim † Conciliũ nõ det licentiã nõ recitandi ſpatio ſex menſium nec releuet ab obligatione ſoluẽdi penſum horarũ, tamẽ manifeſtè releuat ab obligatione reſtituẽdi fructus, nec aliã obligationẽ agnoſcit, à iure naturali dimanantẽ, ſi enim agnoſceret, non diceret, *quod ſi poſt ſex mẽſes, quã illud obtinuerit beneficiorũ ſuorũ fructus ſuos nõ faciat.* ergo intra illos ſex mẽſes ſuos facit & abſque iniuſtitia percipit, conſequẽtia eſt manifeſta,
22 quia *exceptio firmat Regulã in contrariũ*, ſi ergo excipit Conciliũ ſex menſes & poſt illos ſtatuit, quod omittens officiũ fructus non faciat ſuos ergo firmatur, quod intra ſex mẽſes [illegible] & ſic ceſſat trãſactis illis ſex mẽſibus, & quidẽ valdè vrget, quod in re valdè rigida cum loquatur Conciliũ pœnã magnam imponens vtamur Metaphyſicis diſtinctionibus, quæ res morales, valdè implicant, & confundunt.

§. II.

Auctoris iudicium propalatur.

SVMMARIVM.

1. *An non imponenda ſit obligatio iuſtitiæ, & onus cum expreſsè non ponatur in iure.*
2. *An Beneficium detur propter officium diuinum dicendum.*
3. *An ex iure naturæ præcisè ſumpto non peccet contra iuſtitiam Beneficiatus qui non recitat officium diuinum, n.* 4.
5. *An poſtquã Eccleſia Beneficiatis & ordinatis in ſacris determinauit officium & preces Canonicas quas recitare tenẽtur, obligatio orandi vocaliter eſt ſub mortali, n.* 6. 7.
8. *Pij V. ſenſus affertur.*
9. *Quid ſignificet, Ly* ſtatuimus.
10. *An Beneficiatus qui poſt acceptum Beneficium ſex menſibus non dicit officium diuinum teneatur iure naturæ & non ſolum iure Eccleſiaſtico reſtituere fructus Beneficij pro rata omiſſionis.*
11. *Quid Conciliũ in pœnã omiſſionis poſuerit.*
12. *An iure naturæ præciſo nõ teneatur quis dare decimas ad ſuſtentãdos miniſtros Eccleſiæ.*
13. *An ſecluſa lege Eccleſiaſtica auferente dominium fructuum à Beneficiato non recitãte non ſit obligatio iuſtitiæ reſtituendi.*
14. *Garziæ mens affertur.*

Fateor valdè eſſe difficile iudiciũ vtriuſque ſententiæ ferre cum quælibet nobiles habeat Patronos, & non ignobilia fundamenta, ſed dubio procul ſententia Panormitani verior, & ſolidior eſt, & magis cõformis iuri Canonico, neque enim † imponenda eſt 1
obligatio iuſtitiæ, & onus cum expreſsè non ponitur in iure, aut in contractu quando aliàs ſunt alij tituli, & officia propter quæ datur ſtipendium & beneficium, vnde ſolum Cõcilium Lateranenſe citatum fuit primum, quod ſtatuens nouum ius, explicuit axioma, quod † *beneficium datur propter officium diuinũ* 2
dicendum. tanquam propter onus principale, & primarium Beneficiari, antea hoc, onus non erat conditio neceſſaria ad percipiẽdos fructus, ſed ſolum modus poſitus, non enim in fundatione Beneficij, hoc onus fuit poſitum, etſi fuit poſitum erat dicendi illud in choro publicè, quando populus concurrebat, non vero recitandi illud priuatim, quod

quod intelligo ex iure naturæ,tamen ex iu-
re Eccleſiaſtico alia eſt ratio, vt mox dicam.
3 Dico primò,ſi loquamur † ex iure naturæ
præcisè ſumpto nō peccat contra iuſtitiam
Beneficiatus,qui nō recitat officium diuinū,
vnde facit fructus ſuos. Ita tenēt omnes DD.
ſecundæ ſententiæ, quamuis enim ex grati-
tudine pro beneficio recepto teneatur orare
pro benefactore, iure naturæ vt *ſuprà* vidi-
mus,ita vt,nec Pōt.poſſit ab hac obligatione
abſoluere,vt ex communi Antiquorum pro-
bauimus,tamen ſi non orat facit fructus be-
4 neficij ſuos,quia non peccat contra iuſtitiā,
ſed contra gratitudinem & oratio quam de-
bet fundere ex iure naturæ,ſic conſideratio
indeterminata eſt, vnde obligatio ex inde
exorta eſt ſolum ſub veniali non ſub mor-
tali, vt dicebat Nauarrus.
5 Poſtquam tamen †Eccleſia Beneficiatis,
& ordinatis in ſacris,determinauit officiū,&
preces. Canonicas, quas recitare tenentur
obligatio orandi vocaliter eſt ſub mortali,
quia cōtra obedientiā & religionē,quia per
ſeptē horarū recitationē voluit Eccleſia, vt
6 iſti Deo deferāt cultū,& obligatio quæ erat
ſub gratitudine cōtraxerit ad Religionē, nō
tamen ex vi huius præcepti induxit obliga-
tionē iuſtitiæ,quia hāc nunquā iure antiquo
indixit,aut declarauit,ſicut fecit Concilium
Lateranēſe, & quidē cum priuatio dominij
reſpectu fructuū Beneficiorū ſit magnū in-
commodum,ita vt quis teneatur ante omnē
ſententiā niſi hoc, vel iure naturali, & diui-
no,aut ſcripto,ita clarè diſponatur, vt nulla
poſſit ſubeſſe tergiuerſatio, aut explicatio
7 rationalis & probabilis nullo modo eſt indu-
cenda ad grauādas conſcientias,cūque tot &
tā graues Doctores Iuris Canonici & Theo-
logi hanc obligationē ex iuſtitia à iure na-
turæ præciſo ostā excludāt,dubio procul ra-
tionabilis eſt eorū explicatio,quare in praxi
admittenda,quā mihi videtur manifeſtè ad-
8 miſiſſe †Pium V. in præfata conſtitutio. *verſ.
item ille.* vbi loquens de illo, qui primis ſex
menſibus non dixit officiū,cum ſciat recita-
re,& non habeat impedimentū,ait, *qui primis
ſex menſibus officium non dixerit graue peccatū
intelligat ſe admiſiſſe*, & tamē nō dicit,quod
teneatur reſtituere ſicut dixit de eo qui non
dicit poſt ſex mēſes,atque ita induxit nouū
ius,nouamque obligationē, quæ antea non
9 erat. † Ly enim *ſtatuimus*,id ſignificat. Gloſſ.
in c. vt litigantium de offic. ordin. in 6. vbi Bar-
boſa, Felin. *in c. 2. de iudiciis n.* 10. Nauarr. *de
ſpoliis*, §. 8. *n.* 3.
Dico ſecundò, poſt decretū Concilij La-
teranenſis ſub Leone X. confirmatum à Pio
10 V. Beneficiatus,qui poſt acceptū beneficium
ſex menſibus, non dicit officiū diuinum te-
netur iure naturæ,& non ſolum ex iure Ec-
cleſiaſtico reſtituere fructus beneficij iuxta

ratā omiſſionis,ſi hoc volūt Auctores qui ſe-
quuntur Ioannē Calderinū,(quod valdè du-
bito) illis aſsētior. Probatur primò,quia †Cō- 11
cilium in pœnā omiſſionis poſuit, quod Be-
neficiatus non faciat fructus ſuos,ergo iure
naturæ tenetur reſtituere,conſequentia eſt
euidens, quia quamuis ex iure poſitiuo de-
pendeat,quod non dicens officium diuinum
non acquirat dominiū,tamen ſuppoſita hac
priuatione Dominij, retinens fructus habet
rem alienam inuito Domino,quam iure na-
turæ tenetur reſtituere.
Declaratur,quia ex iure humano depen-
det,quod perſonæ ſint inhabiles ad contra-
hendū,tamē ſuppoſita inhabilitate,iure na-
turæ contractus eſt inualidus, ſimiliter † iure 12
naturæ præciſo,non tenetur quis dare deci-
mas ad ſuſtentādos miniſtros Eccleſiæ, ſed
hoc pēdet ex iure poſitiuo,tamē iſto ſuppo-
ſito, ſi quis nō det decimas tenetur reſtitue-
re,ergo quāuis ex iure poſitiuo pendet,quod
quis non acquirat dominiū fructuū ſi non
dicat officiū,tamen illo ſuppoſito ex iure na-
turæ ante omnē ſentētiā tenetur reſtituere,
ſi omittat officiū ſiquidē ius Canonicū im-
poſuit onus dicendi officiū,tanquā primariū
onus, propter quod datur beneficium & ſic
declarauit axioma *beneficium datur propter
officium diuinum dicendum.*
Ex quo patet quā debile ſit fundamentū
primæ ſententiæ,ad quod reſpondet primò,
quod † ſecluſa lege Eccleſiaſtica auferente 13
dominiū fructuū à Beneficiato, non recitāte
non eſt obligatio iuſtitiæ reſtituēdi,quia nō
datur beneficiū propter priuatā recitationē
officij diuini,quæ ſolum eſt modus ad perci-
piēdos fructus,nō tamē cōditio,aut forma ſi-
cut eſt ex lege Eccleſiaſtica, ſic diſponente,
quæ nō fuit ante Lateranēſe, quod elegāter
explicat Garz. *vbi ſuprà à n.* 11. *&* 12. optimè
explicat aliud axioma † *datū ob causā, cauſa 14
nō ſecuta poteſt repeti*,quod nō procedit quā-
do datur ob cauſam perpetuā,& ſucceſſiuā.

§. III.

Afferuntur verba Concilij Lateranēſis & motus Pij V. vt varia inferantur Subreſolutiones.

SVMMARIVM.

1. *Decretum Concilij Lateranenſis.*
2. *Soti & Simancæ opiniones adducuntur, necnon multorū aliorū, n. 3. & Dominici Soto, n. 4.*
5. *Pij V. ſenſus, & conſtitutio.*
6. *An ſi quis per ſex mēſes recitauerit & poſtea incipiat nō recitare, quod trāſactis primis ſex mēſibus ab obtēto beneficio, ſiue recitet ſiue non, teneatur reſtituere fructus, n. 7.*

QVamuis, vt vidimus neruoſéque pro-
bauimus iure naturæ præciſa lege Ca-

nonica, non teneri ex natura rei ad fructus beneficij reſtitutionem, ſed iure naturæ ipſos faciat ſuos, quia tamen ſuppoſita Eccleſiaſtica lege reſtituere tenetur, quod eſt principium morale indubitatum, vt vidimus ex illo plura Corullaria ad praxim valdè vtilia deducenda ſunt. Prius tamen legem ipſam Eccleſiaſticam conciliarem confirmatam, & roboratam à Summo Eccleſiæ Legiſlatore in medium verbaliter, vt iacet proponam, vt clarius innoteſcant inferendæ Subreſolutiones.

Decretum Concilij Lateranenſis.

1 Concilium Oecumenicum Lateranenſe centum quatuordecim Epiſcoporum, inceptum à Iulio II. *anno* 1512. & concluſum ſub Leone X. *an.* 1517. *ſeſſ.* 9. *celebrata an.* 1514. *dies* 5. *menſ. May, in reformatione curiæ Italiorũ*, ſic dicit † *Statuimus quoque, & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimẽto ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis recitationis officij & temporis, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos, in fabricas huiuſmodi beneficiorũ, vel pauperũ eleemoſynas erogare teneatur, ſi verò vltra dictũ tẽpus in ſimili negligẽtia contumaciter permanſerit legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium: intelligatur autem officium omittere, quoad hoc, quod beneficio priuari poſſit qui per* 15. *dies illud bis ſaltem non dixerit, Deo tamen vltra præmiſſa de dicta omiſſione redditurus rationem, quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties ſit, quoties contra facere conuincantur.*

2 Circa quod decretum Conciliare ſactum Præſidente ſupremo Eccleſiæ viſibilis capite, antequam ad textum Bullæ Pij V. accedamus aduertendum primum Sotum *l.* 10. *de Iuſt. q.* 5. *art.* 3. §. *igitur.* Siman. *de Catholicis inſtitutionibus tit.* 9. *n.* 208. affirmare decretum hoc nondum planè vſu, & more receptum, & vix paucis eſſe notum, ſed hoc nullatenus dici poteſt poſt Bullam, & conſtitutionem Pij V. quam moribus eſſe receptam ferè vbique gentium docent, Sal. *de leg. diſp.* 15. *ſect.* 2. *n.* 27. Vaſq. *de benef. c.* 4. §. 1. *art.* 1. *dub.* 7. *&* 12. *diſp.* 168. *à n.* 29. Bauny *in Theol. Moral. tr.* 11. *q.* 8. dicens in quatuor Galliæ Prouinciis expreſsè receptum, quidquid dicat Auctor dãnatus Carol. Molin. *ad conſuetudines Pariſ. tit.* 1. §. 30. *n.* 35. & quod in tota Hiſpania ſit receptum poſt præfatam conſtitutionem nulli Auctori Hiſpano eſt dubium, vt videre eſt
3 apud Nauarr. † *de orat. c.* 7. *num.* 31. *& cap.* 31. *num.* 61. Sandou. *tr. de offic. diuin. p.* 5. *c.* 5. Azor *l.* 10. *c.* 14. *q.* 1. *&* 3. Bern. Diaz *in pract. c.* 54. Greg. Lopez *leg.* 34. *tit.* 6. *p.* 1. *verb. en la Igleſia*, quos ſequitur Nicol. Garz. *p.* 3. *de benef. c.* 1. *num.* 2. *&* 3. Hier. Garz. *tr.* 2. *diſ.* 4. *duda* 1. *punct.* 2. *n.* 6. Suar. *l.* 4. *ſæpius cit. c.* 30.

Secundò notandum omnino expurgan- 4
dam & expungendam eſſe correctionem, quam facit Dominicus Soto *lib.* 10. *de iuſtit. quæſt.* 1. *art.* 6. qui certo credit verba illa huius decreti *poſt ſex mẽſes* legenda eſſe *per ſex menſes*; ita vt ſenſus ſit qui non recitat per illos ſex menſes teneri ad reſtitutionem, poſt illud vero tempus ſi contumax, quis ſit in non recitando poſt monitionem, ita vt per 15. dies officium ſaltim bis non dicat, eſſe beneficio priuandum, verum hæc correctio omnino abiicienda eſt, quia in omnibus huius Concilij impreſſionibus, & in originali Viaticano habetur *poſt ſex menſes*,
& † Pius V. in ſua Bulla *poſt ſex menſes* ponit 5
referens decretum Lateranenſe, quare Menoc. *de arbitr. l.* 2. *additio.* 6. *n.* 2. (quãuis *caſu* 429. *n.* 10. ſentẽtiam Soti fuerit ſecutus) amplexatur hanc lectionem, quam ſine temeritate nullus poteſt reiicere, legatur Suar. *vbi ſuprà c.* 29. *à n.* 4. qui benè impugnat Sotum cui danda venia, quia ſcripſit ante Bullam Pij V. legatur Scortia *in ſelectis Epitome* 116. *Theor.* 319.

Conſtitutio Pij V.

SAnctiſſimus Paſtor & Gubernator vniuerſalis Eccleſiæ Pius V. edidit conſtitutionẽ quæ incipit *ex proximo Later. Concil.* Romæ publicata *anno* 1571. 12. *Kalendas octob. Pontificatus ſui anno.* 6. quæ Bulla in antiquo bullario *eſt* 138. huius Pontificis, at in bullario Laertij Cherubini *tom.* 2. *eſt n.* 13. & apud Flauium Cherubinum 135. quæ ſic habet.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

EX proximo Lateranenſi Concilio ſalubris Sanctio emanauit, vt quicumque habẽt beneficium Eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes quã illud obtinuerit diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento non dixerit, beneficiorũ ſuorum fructus pro rata omiſſionis officij & temporis ſuos non faciat, ſed eos tãquam iniuſtè perceptos in fabricas ipſorum beneficiorũ, vel eleemoſynas erogare teneãtur, verũ tamẽ animi ſuſpenſione tenẽtur, cuiuſmodi rata prædicta ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius atque expreſſius prouidere volentes, ſtatuimus, vt qui horas Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerint omnes beneficij, ſiue beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderint, ſi quotidie diuiderentur, qui vero matutinum tantum dimidiam, qui cæteras omnes horas aliã dimidiam, qui horarum ſingulas ſextam

ſextã partẽ fructuum eius diei amittant, tametſi aliquis choro addictus non recitãs omnibus horis Canonicis cum aliis præſens adſit, fructuſque & diſtributiones, forte aliter aſſignatas ſola præſẽtia, iuxta ſtatuta, conſuetudinẽ, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendat, is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem graue peccatum intelligat ſe admiſiſſe. Item ille qui primis ſex menſibus officium non dixerit niſi legitimum impedimentum, ipſum excuſauerit graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, penſiones & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes cum prædictis pariter conuenire. At quicumque penſiones aut alias res Eccleſiaſticas vt Clericus percipit, cum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. M. V. decernimus obligatum, & penſionum fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Nulli ergo liceat, &c.

Circa quam Bullam notanda ſunt. Pri-
mum, quod † ſi quis per ſex primos menſes
6 recitauerit, & poſtea incipiat non recitare,
quod tranſactis primis ſex menſibus ab ob-
tento beneficio ſiue quis recitet ſiue non,
tenetur reſtituere fructus; quia forſan illi
ſex menſes aſſignantur ne ſtatim ingrediens
beneficium ſi omittat tam graui puniatur
pœna. Secundum, quod ſi quis vltra ſex
primos menſes ab obtento beneficio proſé-
quatur non recitando ſolum tenetur reſti-
tuere fructus poſtquã impleti ſunt ſex men-
7 ſes non vero fructus ſex menſium, & hic
ſenſus mitior eſt, & conformior decreto
Conciliari, & Conſtitutioni Pontificiæ.

SVBRESOLVT. I.

Beneficiarius non recitans tenetur omnes fructus reſtituere, qui correſpondent omiſſioni.

SVMMARIVM.

1. *An Beneficiati cum cura & ſine cura etiãſi alia habeant munia adſcripta ipſi Beneficio, teneantur reſtituere omnes fructus pro rata omiſſionis recitandi officium diuinum.*
2. *Pij V. ſenſus adducitur. & n. 3. & 14.*
4. *An Beneficium etiam cum cura detur propter officium recitandum.*
5. *Quem rigorem poſſit lex humana reſpicere.*
6. *An Epiſcopus qui intra tres menſes non conſecratur amittat Epiſcopatum.*
7. *Quodnam ius non fuerit acceptum indiſtinctè & abſolutè, & n. 8.*
9. *Multorum Doctorum opiniones adducuntur, necnon Thomæ Sanchez, & numero 10. & 11.*
12. *Quomodo taxanda eſt quantitas correſpondens recitationi officij, vt hæc reſtituatur iuxta ratam omiſſionis.*
13. *An ſi Canonicus omittat horas ſatis ſit vt reſtituat quartam partem fructus pro rata.*
15. *Quæ conſiderationes dicantur ſpeculatiuæ.*
16. *Ratio difficultatis enodatur.*
17. *Leſſij doctrina affertur.*
18. *An Epiſcopus aut Parrochus qui maiorem habet laborem, plus propter illum ſibi reſeruare poſſint.*

HÆc Canonica iura adduxi priuſquam
corollaria deducam, quia horum vera
deciſio ex illorum determinatione, vt à ra-
dice pullulant: igitur ſit corollarium pri-
mum, de rigore iuris noui inducti à Conci-
liario decreto, & Conſtitutione Pij V. ipſum
confirmantis, Beneficiati † cum cura, & ſine
cura etiamſi habeant alia munia adſcripta 1
ipſi beneficio, tenentur reſtituere omnes
fructus pro rata omiſſionis recitandi offi-
cium diuinum, itavt nihil poſſint ſibi reſer-
uare pro aliis oneribus; vt ſunt adminiſtra-
tiones Sacramentorum, prædicatio verbi
Dei, miſſatio, & auditio confeſſionum, &
ſimilia. Hæc illatio, & corollarium admitti-
tur, vt certum à communi & ſaniori ſenten-
tia: adeo quod dicat doctiſſimus Nauarrus
de horis Canonicis, cap. 21 *num.* 317 *Quod vix
audeat admittere ſententiam contrariam*, cum
id quod dicimus in corollario apertiſſimè
decernant, & ſtatuant præfata decreta. Ita
Vaſquez 1. 2. *diſp.* 168. *à num.* 30. *& de benefic.
cap.* 4. §. 1. *art.* 1. *dub.* 8. Reginald. *lib.* 30. *prax.
num.* 46. Ioan. Baptiſt. Scortia *in ſelectas Sum.
Pont. conſtitut. epiſt.* 116. *Theorem.* 320. dicens
quod *hæc ſententia Conc. Later. & Pij V.* Garz.
3. *p. cap.* 1. *num.* 28. Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 7.
diſput. 1. *punct.* 7. Valentia 2. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 2.
punct. 10. Azor *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 14. *quæſt.* 5.
Suarez *cap.* 30. *citat. à num.* 6. Filliuc. *tract.* 23.
cap. 10. *quæſt.* 5. Squillante 1. *p. dub.* 31. *num.* 66.
Malderus 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 4. Petr. Na-
uarra *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 183. Barth.
à S. Fauſto *lib.* 2. *de horis, quæſt.* 288. vbi ex
mente omnium Auctorum quos adduximus
ſic loquitur: † *Pius V. indiſtinctè loquitur, &* 2
*abſolutè de reſtitutione fructuum ſingulis diebus
reſpondentium facienda pro rata omiſſionis diui-
ni officij, vt à tali omiſſione retrahantur, & ad
illius recitationem excitentur, & quaſi cogan-
tur: in hanc igitur ſententiam, vt probabilio-
rem propendeo; ideoque optimum remedium eſt,
vt facta fructuum computatione Bullam com-
poſitionis accipiat, vel à Romano Pontifice, ſiue
ab eius Commiſſario Cruciatæ diſpenſationem* 3
*petat: qui hac ratione neque omnia quæ Bulla
Pij V. præcipit reſtituat, & in conſcientia tutus
erit.* Hæc ille.

Deinde hoc manifeſtè conſtat, ex præ-

fatis iuribus,quia Concilium dicit,& decla-
4 rat, quod † *beneficium etiam cum cura datur
propter officium recitandum.* & ita exercitia
aliorum munium non intrant in compenſa-
tionem fructuum, ſic ſtatuente iure noui-
ter introducto, in pœnam omiſſionis. Vnde
Pius V. hoc magis declarans, dicit: *Quod
qui horas Canonicas vno vel pluribus diebus in-
termiſerit omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuo-
rum fructus qui illi, vel illis diebus reſponde-
rint ſi diuiderentur amittat.* Vnde manife-
ſtum eſt, quod pro aliis exercitiis, nihil con-
cedit, ſed in pœnam omiſſionis officij om-
nium dominium amittere decernit, atque
ita ex rigore conſtitutionis omnes tenentur
reſtituere nihil concedens pro adminiſtra-
tione Sacramentorum, pro onere geſtandi
habitum clericalem, tonſuram viuendi ca-
ſtè,& obſeruandi alia, quæ miniſtris Eccle-
ſiæ præſcribit ius Canonicum.

Ratio à priori eſt,quia licet hæc conſtitu-
tio pœnalis ſit reſpicit rigorem de non ac-
quirendo dominio omnium fructuum ſi
omittatur totum officium ante iudicis ſen-
5 tentiam, tamen † hunc rigorem poteſt lex
humana reſpicere,ita vt in conſcientia obli-
get; ſine aliqua ſententia etiam declaratoria
vt paſſim inuenitur in iure, tam canonico,
quam ciuili, vt conſtat ex concilio Trident.
ſeſſ.23.cap.2.de reform. vbi Epiſcopus qui in-
tra tres menſes non conſecratur ipſo facto
amittit Epiſcopatum: *& cap. licet, de elect.
6 in 6.* idem ſtatuitur de eo, qui habens bene-
ficium curatum, ſi intra annum non fiat Sa-
cerdos: *& ſeſſ. eadem cap. 1. de reform.* ſta-
tuitur quod non reſidens culpabiliter te-
neatur ad reſtitutionem fructuum, pro rata
quos non facit ſuos, & in multis aliis iuri-
bus, quæ adducunt DD. in materia de legi-
bus, dum inquirunt? *An lex humana poſſit
obligare ad pœnam temporalem in conſcientia
ante ſententiam etiam declaratoriam iudicis,*
& contra Sotum omnes fere fatentur, quod
ſic, vt videre eſt in Salas *diſp.15.ſect.2.* Vaſq.
diſp.168. cap.4. & alij, ergo cum Pius V. in
ſua conſtitutione expreſsè dicat, quod, qui
non recitat diuinum officium pro rata non
faciat ſuos omnes beneficij cum cura, aut
ſine cura fructus. Explicationes horũ iurium
quas adducunt contrarij opinatores parui
pendendæ ſunt, quas impugnat Garzia *vbi
ſupra, num.31.* & ex dictis manent expulſæ,
ſunt enim voluntariæ.

7 Cæterum quamuis, vt dixi de rigore iuris
ita eſſet dicendũ ſi ius in toto ſuo rigore, vt
iacet eſſet receptũ & acceptũ ab interpreti-
bus, tamen Magiſtri, & DD. magnæ autho-
ritatis in ſchola litteraria, & morali Theo-
logia: dicunt † quod ius iſtud non fuit ac-
ceptum indiſtinctè & abſolutè, vt iacet ſcri-
ptum, quia quamuis indiſtinctè & abſolutè
loquatur, nos tamen habemus rationem di-
ſtinguendi, ſeu benignè explicandi men-
tem Summi Pontificis, vt voluerit omitten- 8
tem officium diuinum obligare ad reſtitu-
tionem omnium fructuum reſpondentium,
ſcilicet diuino officio, ad ratam officij præ-
termiſſi, non vero reſpondentium aliis one-
ribus, de quibus Summus Pontifex in præ-
citata Bulla non loquitur, ita doctiſſimus Bo-
nacina † *diſp.1.de horis, quæſt.5.punct.3.num.3.* 9
in quo ſequitur Henriquez *in ſumm. lib.13.
capi.13.num.2.* Aragon. *2.2.q.83.art.13.* To-
let. *in ſum. lib.2. cap.12.n.5.* Sà emendatum
verb. benef.n.58. Layman *lib.4.tract.2. cap.5.
n.1.& 2.* Naldum *verb. officium n.12.* Marchi-
num *de horis cap.28.num.7.* Thomam Sanch.
lib.2.conſil.cap.2.dub.85. Candid. *diſquiſ.15.
art.25.dub.4.* Villalobos *tract.2.difficult.17.
n.6.* Ledeſma *in ſum.tract.9.ca.4.* Trullench.
lib.1.in Decalogo c.7. dub.25. Diana *p.2.tr.12.
Reſol.8.* Conradum *in reſponſ. caſuum q. 240.*
Ludouicum Carbo *de reſtitut. q.61. dict.13.*
Ludouicum Lopez *tom.2.cap.245.& 95.* Ro-
drig. *in ſumma tom.1. cap.145.num.6.* Leſſium
lib.2.cap.34.n.177. Raphaël de la Torre *2.2.
quæſt.83.art.13.controuerſ.9.n.40.* & probabi-
lem reputant Barboſ. *de officio Parrochi. p.1.
cap.9. n.33.* Poſſeuinus *de officio curati cap.1.
n.35.* Filluc. *vbi ſupra* & Bartho. à S. Fauſto
& multi alij, quare dubio procul hæc ſen-
tentia in praxi ſequi poteſt, vtpotè mi-
tior, & quia non eſt recepta Bulla Piana in
hoc rigore ait Thomas Sanchez † *num.3. vt* 10
*obliget ad reſtituendos omnes fructus beneficij
ſeu beneficiorum, ſed ſolum ad eos qui corre-
ſpondent recitationi, & qui propter illam dan-
tur vt teſtantur multi viri Docti, & praxis ti-
moratorum.* Hæc ille, & quidem apud me
regula eſt in re morali certa, vnde dignoſ-
catur quomodo eſt aliqua lex ſiue canonica 11
ſiue ciuilis recepta attendere ad id quod di-
cunt Scriptores graues; & claſſici qui poſt
ipſam ſcripſere.

Sed in hac ſententia (quæ vt dixi in pra-
xi ſecura eſt vtpote communior, vt fatetur
Hieronymus Garzia *vbi ſupra*) opus & labor 12
eſt, † quomodo taxanda eſt quantitas cor-
reſpondens recitationi officij, vt hæc reſti-
tuatur iuxta ratam omiſſionis; omes aucto-
res huius opinionis dicunt, quod prudentis
iudicio deducenda eſt illa pars, quæ corre-
ſpondere poteſt adminiſtrationi Sacramen-
torum, obligationi ſacrificandi, prædican-
di, & alia munia, quæ beneficio curato re-
ſpondent ex eius inſtitutione, & aliis bene-
ficiis ſeruitoriis, & quod reſiduum relin-
quatur reſtituendum eſt pro rata. Vnde
Henriquez *vbi ſupra in Commento. littera Y.*
ſic loquitur. *Parrochus ſeu Epiſcopus quintam
fructuum partem, quæ in die recitationi hora-
rum reſpondent reſtituat in opera pia, reliquas
vero*

vero quatuor partes retinebit ſibi ratione tituli & aliorum onerum. Fr. Medina lib. 1. inſtruct. cap.13.& lib.2.cap.14.§.11. Fr. Ludouicus Lopez 2. p. cap. 95. & in generali Soto lib. 10. de iuſt.q.5.art.6. Recentiores in prælectionibus, & conſult. Pegna, Cueuas, Gallo, & infra addit
13 *Fr. Medina, Pegna & prædicti Recentiores* † *ſi Canonicus omittat horas, ſatis eſt vt reſtituat quartam partem fructus pro rata. Alij Beneficiarij reſtituent tertiam partem, ſed de habente præſtimonium ſi omittat ſolus Fr. Medina* lib.2.cap.14.§.11.*obligat reſtituere omnes fructus diei reſpondentes, & idem diceret de penſionario, quia non habet aliud onus, aut officium præter recitationem horarum. At quia onus recitandi videtur huic additum acceſſoriè, cum multi olim negarent ex præſtimonio obligari ad horas; vt Medina* C.de oratione. *Palacios* diſtinct. 15. quæſt.9. *Corduba* cap.186.§.6 *&*
14 *minus obligabat olim penſio, cui occaſione* † *Pius V. adiecit horas B.V. ſatis eſt, vt pro rata reſtituant tertiam partem, quia cum ea moderatione praxis ſapientum acceptauit nouam, & rigidam conſtitutionem Pij V. reliquas duas partes retinet penſionarius ob titulum ex cauſa datum, vt ob ſua aut parentum merita in Eccleſiam, de quo tit. Nauar.* in ſum.cap.25.n.119. & lib. de orat. Miſcell.45.num.4. Hactenus vir in re morali nulli ſecundus: quare ea quæ contra hanc ſententiam congerit argu-
15 menta Suarez *c.30. à num.6.* † conſideratione ſunt ſpeculatiuæ, quæ reſpiciunt verba legis ſecundum ſe vt non receptæ ſunt ab Interpretibus & Doctoribus. Vnde ſententiam Henriquez tutam iudicat Trullench. *in Expoſit.Bullæ, lib.3.caſu 2.num.3.*

16 Cæterum quamuis † hæc fructũ proportionalis diuiſio, & partitio facta ſit à viris doctiſſimis, permiſſaque ſit ſciente ſummo Legiſlatore, & ſic in praxi ſequi poſſit, tamen patitur difficultatem magnam, quia Parrochus poteſt ſimiliter, & Epiſcopus aliquis nullo maiorem laborem propter populi multitudinem in adminiſtratione Sacramẽtorum, & aliorum munium quam alius habere; & redditus eſſe multo minores, & ſic non erit æqualis partitio facta, cum alius habeat multo minorem laborem, & iſti reſeruantur quatuor partes, & ſimiles minores in quantitate reſeruantur magis laborantí.
17 Vnde prudenter † Leſſius *vbi ſupra*, poſtquam adduxit ſententiam Henriquez dicit: *Hæc moderatio videtur iuſto laxior præſertim in Canonicis, & aliis qui non habent aliud onus quam precum. Vnde eam limitarim ad eos Beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta*
18 *onerum proportionem.* Hæc ille. Vnde † Epiſcopus aut Parrochus qui maiorem habent laborem plus propter illum ſibi reſeruare poſſunt, quam qui habent minorem; vnde maior pars ab iſtis eſt reſtituenda pro omiſſione officij, quam ab aliis, quare prudens attentis omnibus circumſtantiis, & conſideratis DD. ſententiis arbitrabitur, quid reſtituendum quidve retinendum ſit, pro aliis oneribus. Sed videndus eſt omnino Thom. Sanchez *cap.2. citat. dub.*84. vbi poſt varias ſapiẽtiſſimorum virorum determinationes, ipſe ſequitur determinationem Medinæ, excepto eo, quod dicit de habente præſtimonium qui ſufficienter reſtituit tertiam partem.

SVBRESOLVT. II.

Beneficiarius, qui exterius attentè recitat, & interius voluntariè diſtrahitur, non tenetur reſtituere.

SVMMARIVM.

1. *An Beneficiarius qui interius voluntarie diſtrahitur teneatur ad reſtitutionem.*
2. *An lex de reſtituendo fructus ſit valde pænalis.*
3. *An lex humana pænalis actum externum reſpicit, vel internum prout coniunctum externo.*
4. *An poſſit Eccleſia præcipere actum internum vt coniunctum externo.*
5. *An quamuis mortaliter quis peccat non habendo internam attentionem, huius omiſſionem non poſſit prauenire Eccleſia, & n.6.*
7. *An diſtributiones quotidianæ dentur aſſiſtentibus in choro.*
8. *An ex ſuppoſitione quod ſit neceſſaria attentio interna ad ſatisfaciendum præcepto de recitando, & quod quis mortaliter peccet recitando ſine attentione teneatur fructus reſtituere pro rata.*
9. *An decretum Concilij & conſtitutio Piana iubeant reſtituere omnes fructus.*
10. *An pro omiſſione attentionis internæ Eccleſia nec puniat nec punire poſſit obligando ad reſtitutionem.*
11. *Bonacinæ mens.*
12. *An non requiratur attentio interna, & n.13.*

COrollarium ſecundum Beneficiarius, qui interius voluntariè diſtrahitur, mortaliter peccauit in recitatione officij diuini, ſi tamen exterius attentè & ſtudioſè illud dixit, non tenetur ad reſtitutionem fructuum: ita expreſsè Tolet. *in ſum.lib.2. c.12. dict.4.* ita fatur: *Non quotieſcumque quis mortaliter peccat circa officium ſoluendum obligatur ad reſtitutionem, verbi gratia, ſi recitat abſque aduertentia ita vt mortaliter peccet, non propterea tenetur reſtituere.* Hæc ille ſecutus Corduba *lib.4.q.13.* Caſtro *lib.2.de leg.pæna, cap.5.* 1

cap. 5. Henriq. *lib.* 9. *cap.* 25. *num.* 5. Hieron. Garz. *vbi ſupra punct.* 3. *num.* 19. Thomas Sanchez *dub.* 85. Villalobos *difficult.* 17. *num. vlt.* Trullench. *dub.* 24. *num.* 14. Diana *p.* 1. *tr.* 12. *reſolut.* 1. quamuis fundamentum quod adducit non ſit ſolidum ad propoſitum (vt optimè Garzia *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 184. & 185.) Malderus *tract.* 10. *c.* 2. *dub.* 4. Layman, *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. Medina *C. de orat. q.* 16. & probabile reputant Leſſius *vbi ſupr. n.* 68. Azot *lib.* 10. *cap.* 13. *quæſt.* 8.

Moueor ad ſic dicendum primum, quia
2 cum † lex de reſtituendo fructus pro rata omiſſionis ſit valde pœnalis, & nouum ius introductum à Concilio Lateranenſi, & confirmatum à Pio V. priuans Beneficiatos non dicentes officium in fructus pro rata non recitationis; vt hæc pœna incurratur non ſufficit ex defectu attentionis intentionis mortaliter peccet, & nō ſatisfaciat præcepto, ſed requiratur quod exterius non ſatisfaciat recitando indeuotè interius, lex
3 enim † humana pœnalis actum externum reſpicit, vel internum prout coniunctum externo. Hinc eſt, quod qui mentaliter ſolum eſt hæreticus, etſi mortaliter & grauiſſimè deficiat non tamen incurrit hæreticorum pœnas temporales, neque ſpirituales, niſi externè hæreticus ſit.

Secundò, quia licet vt mihi in iure eſt
4 certum, quod † poſſit Eccleſia præcipere actum internum, vt coniunctum externo, ſicut in ſuperioribus manet probatum, & ſic poteſt præcipere actum internum attentionis in recitatione diuini officij: tamen non poteſt punire omiſſionem omnino internam attentionis internæ, quia omiſſio hæc nullatenus cōiungitur cum actu externo, imò iſto poſito cum omnibus circumſtantiis externis pronuntiationis, ſtudioſitatis externæ, attentionis & deuotionis poteſt dari omiſſio attentionis internæ: ergo
5 † quamuis mortaliter quis peccet non habendo intentionem internam, huius omiſſionem Eccleſia non poteſt punire; etenim omiſſio punibilis ab Eccleſia ſolum eſt illius actus quem præcipit, atqui nec præcipit, nec poteſt præcipere ex vi præſentis prouidentiæ, niſi actum internum vt iunctum externo, vt eſt apud omnes indubitatum: ergo, niſi omittatur actus externus ſimul cū interno, ſed ſit omiſſio ſolius actus interni non incurritur pœna reſtitutionis fructuum, iuxta ratam conſtitutam à Pio Quinto.

6 Tertiò ad hominem contra Vaſq. *infr. citandum:* quia licet Eccleſia determinauerit ius diuinum de oratione in perſonis Eccleſiaſticis ad recitandum ſeptem horas Canonicas quotidie, & ſic cum ius diuinum præcipiat attentionē internam, quam miniſter dū recitat tenetur habere; tamē iure diuino non eſt ſtatuta pœna non faciendi fructus ſuos, qui non habet præfatam attentionem ſi extrinſecè orat, attentè & ſtudioſè non diuertendo ſe actionibus incompoſſibilibus;
ſicut † diſtributiones quotidianæ dantur aſ- 7
ſiſtentibus in choro, quamuis non habeant attentionem internam, pro labore extrinſeco; vnde ſi Canonicus voluntariè diſtrahatur interius, ſi exterius habeat decentiam illas lucratur; ergo pariter qui recitat officium priuatim acquirit fructus, quamuis mortaliter peccet omittendo attentionem internam, nec illis priuatur, iuxta ius Pontificium.

Sed contra hoc corollarium inſurgunt plures, & graues Authores Moderni aſſe- 8
rentes, quod ex ſuppoſitione, quod ſit neceſſaria attentio interna ad ſatisfaciendum præcepto de recitando, & quod quis mortaliter peccet recitando, ſine attentione tenetur reſtituere fructus pro rata, iuxta aſſignationem Pij V. ita Bonacina *vbi ſuprà, punct.* 2. *num.* 17. Ioannes Garzia *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 186. & *c.* 1. *n.* 515. Squillante *p.* 1. *dub.* 2. *num.* 42. Nauarra *de reſtit. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 240. Candid. *vbi ſupr. dub.* 2 *art.* 25. Palao *punct.* 7. *num.* 7. Barboſa *cap. dolentes, num.* 10. *de celeb. Miſſ.* Reginald. *lib.* 30. *cap.* 4. *num.* 48. Suarez *lib.* 4. *de horis, c.* 30. *num.* 14. Sylvius 2. 2. *q.* 83. *art.* 13. *conc.* 4. Peſantius *quæſt.* 62. *art.* 2. *diſp.* 3. *verſ. conſentiunt*, Aragon. *quæſt.* 83. *art.* 13. Raphaël *controuerſ.* 9. *num.* 39. Salas *de legibus, diſput.* 9. *ſect.* 1. *num.* 24. *verſ. dico tertiò.* Lorca *diſp.* 16. *memb.* 2. *ad* 5. Vaſquez *de benef. c.* 4. *art.* 3. *dub.* 4. *num.* 108. & 105. vbi duo dicit
primum, quod † decretum Concilij, & Con- 9
ſtitutio Piana iubent reſtituere omnes fructus, etiamſi beneficium habeat alia onera, intelligitur quum omnino omittitur officium, pro qua omiſſione externa poteſt Eccleſia hanc pœnam conſtituere. Dicit ſecundum, quod † pro omiſſione attentionis 10
interna Eccleſia nec punit, nec punire poteſt obligando ad reſtitutionem, nec inhabilem reddendo ad faciendo, fructus ſuos; ſed iure naturali tenetur Beneficiarius reſtituere fructus, aut illorum partem, quæ correſpondet recitationi officij dicti, ſine attentione interna, huius Doctoris primum dictum pro nobis eſt bene dictum: ſecundum, vero in ſuperioribus ſatis eſt impugnatum; nec hic ſunt repetendæ impugnationes.

Aliorum auctorum fundamentum eſt, quod † ponit Bonacina; quia qui recitat ſi-
ne attentione interna, perinde eſt ac ſi non 11
facere; & nō facere rectè, quoad ſubſtantiā, *cap. veniens, de Presbyt. non bapti.* cum autem de ſubſtantia orationis ſit attentio interna, qui recitat ſine attentione hac, non ſatisfacit præcepto, quoad ſubſtantiam, & conſequenter

quenter non poteſt fructus retinere, & iure naturæ non facit ſuos, ad hoc fundamentum Hieronymus Garzia *num.* 19. Reſpon-
12 det, quod probabile eſt † non requiri attentionem internam. Sed ſufficere externam; ſed hæc reſponſio non eſt iuxta principia propria, quare aliter reſpondeo cum ipſo, quod quantum ad obligationem reſtituendi fructus recitat, qui ſine attentione
13 interna recitat, cuius omiſſio, vt vidimus non punitur ab Eccleſia priuatione fructuum, ſicut in valde probabili opinione qui tempore quadrageſimæ confeſſionem facit ſine interno dolore non incurrit pœnas ſtatutas ab Eccleſia, quare hoc fundamentum nullius eſt ponderis.

SVBRESOLVT. III.

Omittens recitare, vel vnam horam Canonicam officij tenetur reſtituere pro rata.

SVMMARIVM.

1. *An qui omittit etiam vnum diem imo & vnam horam, ex ſeptem horis Canonicis teneatur reſtituere.*
2. *Multorum Doctorum ſententiæ adducuntur & n.* 3.
4. *An Beneficiatus teneatur quotidie recitare.*
5. *Authoris mens & n.* 7.
6. *An Beneficiarius ſi intra annum omittat recitare per decem dies nihil reſtituat, ex Ioanne de la Cruz.*
8. *An omiſſio officij vnius diei imo & vnius integra hora ſit peccatum mortale.*
9. *Patris Suarez ſententia affertur.*
10. *An quoties omiſſio actus externi recitandi eſt mortaliter peccaminoſa oriatur obligatio reſtituendi.*
11. *An obligatio reſtituendi ſit taxata à Pio V.*

1 COrollarium tertium; quod † qui omittit etiam vnum diem, imo & vnam horam ex ſeptem horis Canonicis tenetur reſtituere, ita Pius V. in ſua Bulla vbi modus taxandi reſtitutionem etiam ob vnius horæ omiſſionem, videlicet dimdiam partem pro matutinis vna cum laudibus, & aliam dimidiam pro aliis horis, & ſextam partem pro qualibet hora omiſſa. ita tenent hodie
2 ferè omnes ſcriptores. † Nauarr. Nauarra, Aragon, Manuel Rodriguez, Graffis, Summa Corona, Viualdus, Azor, Ledeſma, quos citat, & ſequitur Garzia *cap.* 1. *citat. num.* 27. Raphaël de la Torre *controuerſ.* 9. *citat. n.* 29. dicens: *Hoc corollarium certiſſimum eſſe, cui nemo poteſt diſſentire, niſi Concilio & Pontifici velit aduerſari.* Scortia *Epitom.* 111. *Theore.* 321. Leſſius *c.* 34. *lib.* 2. *n.* 207. Bart. à S. Fauſto *lib.* 2. *de horis, quæſt.* 285. Diana 2. *p. tract.* 12. *reſolut.* 34. *& par.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 111. *& p.* 5. *tract.* 5. *reſolut.* 24. ſed nullibi ſuam ſententiam exprimit, ſolum recitat ſententias aliorum quod ſæpiſsimè facit hic auctor: vnde refert, & quid ipſe ſentiat ieiunamus, ſed noſtrum corollarium tenent Vaſquez *vbi ſupra* §. 1. *dub.* 8. *n.* 43. Suarez *cap.* 30. *n.* 6. 9. *&* 11. Bonac. *punct.* 2. *n.* 8. Thomas Sanch. *dub.* 82. Carolus Macinus *de horis, cap.* 28. *n.* 6. Bonarc. *lib.* 2. *cap.* 11. *&* 15. Sylvius 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 13. *conc.* 5. Palao *tom.* 2. *diſp.* 2. *p.* 7. *n.* 4. & omnes fere vt dixi, qui ſcripſere, poſt 3
Bullam Pij V. quamuis enim Concilium Lateranenſe aliqualē patiatur ex æquitate moderationem, tamen Bulla Piana eam non patitur, ſed determinat quod fructus reſtituantur etiam pro vnius horæ omiſſione quam taxam cum expreſſe conſtituat, vult Legiſlator ſupremus quod, qui omittendo officium, aut partem notabilem vt vnam horam, ſicut non excuſatur à peccato mortali, vt eſt omnino certum in Eccleſia, ita non excuſetur à reſtitutione, quam pœnam iuſte imponit determinans vt † Beneficia- 4
tus teneatur quotidie recitare, & ſi non recitet non faciat fructus ſuos, ſicut lex obligans ad recitationem inducit obligationem mortalem pro omiſſione vnius diei.

Hoc fundamentum ita me conuincit; vt practicè † non exiſtimem probabilem ſen- 5
tentiam, quam ſequuntur Sotus, Barthol. de Medina, Ludouicus Lopez, Ioann. Henriquez, quos ſequitur, & refert Poſſeuin. *de officio Curati, cap.* 1. *num.* 25. Vega *in ſum. part.* 1. *cap.* 36. *& caſ.* 1. *&* 2. *& cap.* 128. *caſ.* 8. Ioannes de La Cruz *in decreto, p.* 1. *præcept.* 1. *cap.* 3. *art.* 3. *dub.* 6. *concl.* 3. dicens, quod † *Be-* 6
neficiarius ſi intra annum omittat recitare per decem dies nihil reſtituat, quia ſunt ſerui liberaliſſimi Domini, qui multo minus quam Domini temporales ad pauca attendit, & ita explicandus eſt motus Pij V. Hæc ille, Ortiu. vero *in ſumma, cap.* 3. *num.* 21. hoc limitat, *ad vnum- vel alterum diem.* Henriq. *in ſum. caſuum, cap.* 29. *num.* 30. *ad octo dies*, quod probabile reputant Angel. & Aragon, quos referunt, & ſequuntur Filliucius *tract.* 23. *cap.* 10. *quæſt.* 8. Trullench. *lib.* 1. *in decalog. cap.* 7. *dub.* 28. *num.* 4.

Sed vt dixi, etſi hæc ſentētia aliquā habeat probabilitatem ſpeculatiuam; tamen † pra- 7
cticè nullam exiſtimo habere, ſi enim exēplum quod hos auctores mouit aliquid probat, concludit, quod Beneficiatus non recitans, octo, vel decem diebus, non peccet mortaliter, quod dicere omnino improbabile eſt, ſequela patitur, quia Beneficiarij ſunt ſerui Dei Legiſlatoris; & Eccleſiæ, quæ ad parua non reſpicit, niſi fiat ex contemptu, aut conſuetudine, quod † omiſſio of- 8
ficij vnius diei, imo & vnius integræ horæ peccatum

peccatum mortale eſt, & non recitantem conſtituit infenſum, & inimicum Domino ſuo qui ipſum ad pœnam æternam deſtinat propter talem omiſſionem, quid mirum, quod Eccleſia puniat ipſum in amiſſione fructuum ita vt illorum non acquirat dominium, ſed teneatur reſtituere, vnde non eſt par ratio de ſeruis Dominorum temporalium qui non ita ſtricte obligantur à Dominis ſuis.

Concludo igitur hoc corollarium doctri-
9 na Sapientiſſimi P. Suarez † *cap.* 30. *cit. n.* 13. poſtquam enim dixit taxam Pij V. ſeruandam iuxta quam ſola omiſſio vnius horæ minoris inducit obligationem reſtituendi, quod tenet in maioribus, nam omiſſio laudum, aut vnius nocturni inducit obligationem reſtituendi partem illam quæ parti omiſſæ reſpondet. Tandem hanc regulam
10 generalem conſtituit: † *Quoties omiſſio actus externi recitandi eſt mortaliter peccaminoſa eritur obligatio reſtituendi, non vero quando eſt tantum venialis; etiamſi ſingulis partibus officij notabilis, & magna pars fructuum reſpondeat non ſit obligatio reſtituendi*; quia cum fundamentum illud leue ſit in materia recitationis non eſt ſimpliciter tranſgreſſio præcepti, & ſic non inducit obligationem reſtitutionis, etiamſi magna, & notabilis in ma-
11 teria furti, quia † obligatio reſtituenda taxata eſt à Pio V. quæ cum ſit odioſa, vt iacet eſt intelligenda quum ſcilicet interuenit peccatum mortale contra præceptum de recitando officio, & eſt mortalis omiſſio actus externæ recitationis: tum enim reſtituenda eſt pars fructuum, quæ illi parti mortaliter omiſſæ reſpondet, niſi ſit parua quantitas, quæ non obligat ſub mortali ad reſtituendum.

SVBRESOLVT. IV.

Regula generalis circa reſtitutionem fructuum pro omiſſione officij diuini.

SVMMARIVM.

1. *An qui ratione beneficij teneatur recitare horas canonicas ſub mortali, ſi non recitat, teneatur reſtituere fructus correſpondentes officio omiſſo.*

COrollarium quartum, eſt regula generalis in materia reſtitutionis fructuum
1 pro omiſſione officij Canonici, † *Qui ratione beneficij tenetur recitare horas Canonicas ſub mortali ſi non recitat tenetur reſtituere fructus correſpondentes officio omiſſo.* Hæc regula ferè, vt iacet ſtatuitur à Concilio Lateranenſi, vt confirmato & explicato à Pio V. admittitur, qui à ferè omnibus ſcriptoribus poſt præfatam conſtitutionem Pianam, ſed huius regulæ aliquæ ſunt limitationes & ampliationes quas breui calamo ſubſcribo.

Ampliationes Regulæ.

SVBRESOLVT. V.

De præſtimoniis & beneficiis omnino ſimplicibus.

SVMMARIVM.

1. *Quid ſit præſtimonium.*
2. *Præſtimonia collata in titulum Beneficij perpetui enumerat inter beneficia Eccleſiaſtica Conc. Trid.*
3. *Præſtimonium idem ac præſtans munium.*
4. *Soto & multorum aliorum ſenſus adducuntur.*
5. *Præſtimonium accipiens ad quid teneatur, ex Nauarro.*

AMpliatur primò, etiamſi beneficium præſtimonium ſit & omnino ſimplex & nullum habens ſeruitium † eſt autem 1
præſtimonium, quidam annui prouentus inſtituti ad ſuſtentandos Canonicos qui tenues habebant reddìtus clericos, & iuuenes qui dabant operam litteris, vel pro fide & religione Catholica certabant; qui ſi dabantur in titulum, & vacabant ſolum per mortem poſſidentis, cum ſolum dentur à Prælatis Eccleſiaſticis, vere beneficia ſunt, & vt clerici ea poſſident, tenentes, & ſic Pius V. obligat ad recitationem officij, & ad reſtitutionem fructuum ſi non recitetur, legantur Azor *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 13. *& tom.* 2. *l.* 3. *cap.* 7. *quæſt.* 1. Perez de Lara *de anniuerſ. lib.* 2. *cap.* 8. *à n.* 53. Hojeda *de incompatib. lib.* 2. *c.* 8. *à n.* 8. vnde Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *de reform. & ſeſſ.* 23. *c.* 18. *de reform.* † præſtimonia colla- 2
ta in titulum beneficij perpetui enumerat inter beneficia Eccleſiaſtica ſicut & *cap. vltimo de conceſſione præbendæ in* 6. quamuis ſi nominis ethymon & primam inſtitutionem beneficia non ſint, cum præſtimonium idē 3
ſit quod *præſtans munium* aut officium ſtudendi aut militandi pro fide vt late Gonzalez *ad regulam* 8. *gloſ.* 5. §. 2. *num.* 6. & ſi datur ſine aliquo onere ſpirituali, ſed ſolum pro mera temporalitate, non ſit proprie beneficium Eccleſiaſticum, & ſic non induit obligationem recitandi horas canonicas, quod ſecus eſt ſi dentur in titulum perpetuum, vt dixi ſicut in Hiſpania conſuetum eſt dari, vt teſtatur Soto † *lib.* 10. *de iuſtitia q.* 5. *ar-* 4
tic. 3. *concl.* 3. & multi alij, quia quamuis ab eorum inſtitutione ſint fundata pro mera temporalitate ſtudij aut ſtipendij militaris pro fide, tamen conſuetudo inualuit, quod dentur

dentur in titulum Beneficij perpetui, ſufficiētis ad illius intuitu recipiendos ordines ſacros. Vnde notat Nauarr. *Miſcella.* 44. *n.* 1.
5 quod † accipiens præſtimonium ad nihil aliud tenetur ex præcepto quā recitare horas Canonicas, quod onus impoſitum eſt præſtimoniario eo ipſo, quod datur in titulū beneficij perpetui, & ſic quamuis reſpectu præſtimonij à ſua prima inſtitutione recitare officium diuinum ſit, quid ſecundarium tamen reſpectu præſtimonij, vt eſt inſtitutum beneficium, eſt primarium, & tenetur reſtituere fructus, ſicut alij Beneficiarij non recitantes, vt ait Pius V. *in ſua conſt.*

SVBRESOLVT. VI.

Qui ex proprijs bonis fundauit Capellaniam tenetur recitare.

SVMMARIVM.

1. *An Capellanus qui ex proprijs bonis fundauit Capellaniam teneatur recitare, etſi non recitet fructus reſtituere.*
2. *Hieronymi Garziæ ſententia affertur.*
3. *An eo ipſo quod Capellanus fundauit Capellaniā, iā bona illa facta ſint Eccleſiaſtica.*

1 Ampliatur ſecundò, ad Capellanum qui ex proprijs bonis fundauit Capellaniam iſte talis tenetur recitare, etſi non recitat reſtituere fructus pro rata omiſſionis, hoc Corollarium eſt contra Vaſquez *de benef.* c. 4. §. 1. *dub.* 8. *n.* 44. vbi ſic loquitur, *ſi ille qui habet Capellaniam ipſe ex ſuis bonis eam conſtruxit poterit ſine onere eam ſuis ſucceſſoribus relinquere reſtituendi, ſi non recitauerint, ita poteſt ſe ipſum ab hac reſtitutione immunem efficere cum nulli faciat iniuriam, imò forſan ratione illius non tenebitur recitare, decretum enim Concilij intelligitur cum beneficiū datur propter fidem, quod eſt verum in ſucceſſoribus, non vero in eo ipſo qui Capellaniam ex bonis ſuis inſtituit.* hæc ille quæ doctrina ad-
2 mittitur † ab Hieronymo Garzia *vbi ſuprà punct.* 1. *n.* 5. quæ ſi intelligatur de prima inſtitutione in qua fundatur poteſt, ſi expreſſè id exprimat, releuare Capellanū, etſi ipſum ab obligatione recitandi, & reſtituendi fructus, cæterum ſi quis ex bonis ſuis Capellaniam collatiuam inſtituit iuxta ius commune; & facit, vt Canonice poſtquam fundata eſt conferatur ab Ordinario, cum eo ipſo ſit beneficium Eccleſiaſticum, & tenetur recitare horas canonicas, & reſtituere Pauperi-
3 bus ſi non recitet, quia † eo ipſo quod fundauit Capellaniam iam bona illa facta ſunt Eccleſiaſtica, & ipſe fundator recipit beneficium, tanquam quilibet alius, & ſic obligatur ad ea onera, cum bona Eccleſiaſtica beneficiorum, & horum fructus dentur propter officium diuinum recitandum ſuppoſita *conſtitutione Piana.* ita expreſſè Armilla *verbo hora n.* 1.

SVBRESOLVT. VII.

Quomodo tranſactis ſex primis menſibus teneatur quis reſtituere ſi non recitet.

SVMMARIVM.

1. *An ſi quis habeat beneficium Eccleſiaſticum ratione cuius tenetur recitare, & tranſactis ſex primis meſibus, ſi nō recitet teneatur fructus reſtituere pro rata omiſſionis.*

Ampliatur tertiò, quod † ſi quis habeat 1 beneficium Eccleſiaſticum ratione cuius tenetur recitare, & tranſactis ſex primis menſibus ſi non recitet teneatur reſtituere fructus pro rata omiſſionis, ſi denuo accipiat aliud beneficium, ſtatim ſi non recitat tenetur reſtituere fructus illius beneficij pro rata ōmiſſionis, hanc ampliationem apud nullum expreſſam inueni. Videtur tamen ſatis conformis rationi quia cum iam ſit iſte Beneficiarius, & potuit gaudere beneficio ſemeſtri conceſſo à iure ad non reſtituendum, dum nouum beneficium conceditur iam tranſactum ſit tempus, & ità ſtatim tenetur reſtituere.

SVBRESOLVT. VIII.

Quomodo teneatur recitare Beneficiarius qui ratione peſtis, famis, aut alterius impedimenti non percepit fructus.

SVMMARIVM.

1. *An Beneficiarius teneatur recitare qui ratione belli, peſtis &c. percepit fructus.*
2. *Quis Beneficiarius ſit appellandus, ex Caiet.*

Ampliatur quartò, in Beneficiario qui ratione peſtis, aut belli, aut alterius tēporarij impedimēti per aliquot annos nō recipit fructus beneficij ſperat, tamē quod trāſactis his impedimentis fructus maiori ex parte eſt recuperaturus, iſte enim tenetur recitare, & ſi nō recitat reſtituere, quia certo ſperat ſtipēdiū pro labore. & ſic laborare tenetur, ſecus vero ſi nō habeat certā ſpē fructus recuperādi tūc enim idē eſt, ac ſi illo beneficio careret. Ita Dominus Caiet. *verb. horæ n.* 2. & ibi Guageric. Hiſpanus *litt. A*, & enim ait Cardin. *Beneficiarius non appellatur quis, quantum ad vinculum diuini officij ſi non poteſt habere poſſeſſionem, ac fructus beneficij, niſi fructus poſtmodum ei dandi ſint, quia tunc conſtat beneficium ei fructificare, quamuis perce-*

ptio fructuum pro tunc ſit impedita, idem tenet Armilla eodem *n.* 1. Ludou. Lopez *t.* 2. *c.* 105 Dur. *de ritib. l.* 3. *c.* 22. *n.* 10. Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. *v. circa* 7. Rodrig *in Summ. t.* 1. *c.* 140. *n.* 4. Tolet. *l.* 1. *c.* 14. *v.* 6. *cauſa*. Azor *l.* 10. *citat. cap.* 4. *quaſt.* 6.

SVBRESOLVT. IX.

De Canonicis, qui primo anno nihil lucrantur

SVMMARIVM.

1. *An Canonici primo anno nihil lucrentur, & quid de illius anni fructibus fiat.*
2. *An fructus primi anni etſi differantur non auferuntur.*
3. *An Canonici teneantur recitare officium diuinum primo anno cum in illo ius acquirant ad fructus dandos.*
4. *An dimidia pars fructuum Canonicis & Beneficiariis nouis dentur.*
5. *An nouus Canonicus nihil penitus recipiat de fructibus primi anni.*

1 Ampliatur quintò, ad Canonicos, † qui primo anno nihil lucrantur, ſed fructus illius reſeruantur poſt mortem dandi ſuis hæredibus, vel pro funeralibus, & debitorum ſolutionibus, ita Paludanus *in* 4. *diſt.* 15. *quaſt.* 5. *art.* 1. *concl.* 5. Azot *lib.* 10. *c.* 4. *quaſt.* 4. Vega *in Summa* 1. *p. cap.* 36. *caſu* 19. Suarez *lib.* 4. *de horis cap.* 20. *num.* 9. & ſacra Congreg. Concilij quam ibi adduxit id ma-
2 nifeſtè probat, dicens, quod † *hi fructus, & ſi differantur non auferuntur*. quam declarationem ſecuta eſt Rota *in vna Orelian. fruct. ann.* 1593. *die* 26. *Nouemb.* coram Seraphino, mutans opinionem quam alias ſecuta eſt, *ann.* 1586. *die* 5. *Martij*, coram Gypſio & 1589. *die* 9. *Decemb.* coram Pamphilo, quare iam hodie dubitare nemo poteſt de ſubſiſtentia huius conſuetudinis, non obſtante Bulla Pij V. quam refert Rota coram Gypſio
3 vnde manifeſtum, quod † teneãtur recitare officium diuinum illo anno cum in illo ius acquirant ad fructus dandos, & per conſequens ſi non recitent tenẽtur reſtituere, & declarare ſaltem in teſtamento ſuam obligationem, vt inter debita ſoluenda ex præfatis fructibus hæc omiſſionis diuini officij connumerentur, ſed meliùs erit ſe componere virtute Bullæ cruciatæ in illis vero Eccleſiis in quibus eſt conſuetudo, quod fructus primi & ſecundi anni dantur fabricæ, aut deceſſoris mortui hæredibus ſi Bulla Ioan. XXII. *qua incipit, ſuſcepti. de elect.* eſt recepta tenentur recitare, etſi non reſtituere,
4 quia † dimidia pars fructuum canonicis & Beneficiariis nouis dantur. Legatur Leſſius *vbi ſupra num.* 170. & Garzia *cap.* 1. *cit. à num.* 66. Nauarr. *cap.* 7. *de horis, num.* 30. Azor *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 4. *quaſt.* 4. & 5. qui hoc punctum bene extricant & concludunt, quod in illis Eccleſiis vbi ſeruantur conſuetudines & ſtatuta (& non ſunt receptæ determinationes Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 14. & *conſtitut.* 106. *Pij V.* derogantes omnes conſuetudines, & ſtatuta etiam ab immemoriali) quod † nouus Canonicus nihil penitus re- 5 cipiat de fructibus primi anni qui remanent in menſa, ac ſi non reſiderent, vel applicantur fabricæ, vel in alios pios vſus, non teneatur recitare; cum nihil ſi non recitat poſſit reſtituere.

SVBRESOLVT. X.

Beneficiarius tenetur recitare etiam ante poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1. *An Beneficiarius etiam ante poſſeſſionem teneatur recitare.*
2. *An actualis fructuum perceptio incipiat à poſſeſſione.*
3. *An Beneficiarius non teneatur recitare & per conſequens nec fructus reſtituere ante captam poſſeſſionem.*
4. *An quando collatio eſt Beneficij nullis ſubiecti litibus aut turbationibus poſſeſſio ſit liquida.*
5. *Quinam ante poſſeſſionem nullos fructus acquirant.*

Ampliatur ſextò in eo † qui habet colla- 1 tionem beneficij acceptatam, etiamſi non acceperit poſſeſſionem, neque per eum extiterit, quominus illam accipiat, nam per collationem acceptatam accipit ius in re, & debentur illi omnes fructus beneficij, quorum habet dominium, vnde tenetur recitare etſi non recitat reſtituere fructus iuxta ratam omiſſionis ratio eſt perſpicua, quia iſte verè eſt & dicitur Beneficiarius, & habere beneficium, & ſic comprehenditur ſub Bulla Piana & decreto Lateranenſi, ita Nauarr. *c.* 7. *de horis n.* 28. 29. Graff. *in deciſ. c.* 50. *n.* 16. Mandoſ. *Regul.* 3. *Cancel. q.* 13. *nu.* 5. Philiarc. *l.* 1. *c.* 3. quamuis enim † actualis fru- 2 ctuum perceptio incipiat à poſſeſſione, tamen fructus ei debentur, vt illorum Dominò à die acceptatæ collationis.

Quare nullatenus eſt admittenda ſententia Pariſij Romani *l.* 1. *de reſignat. q.* 9. *n.* 15. quam ſequitur Leſſius *l.* 2. *c.* 34. *n.* 167. dicens, quod iſte Beneficiarius non tenetur recita- 3 re, & per conſequens nec fructus reſtituere ante captam poſſeſſionem, quia ante iſtud ius illud turbari ſolet multis litibus, & impeditur modis, qui primo ſe produnt

quum

quum capienda eſt poſſeſſio, qui antea erant
occulti, hæc inquam ſententia admittenda
4 non eſt, quia † quando collatio eſt benefi-
cij nullis ſubiecti litibus, aut turbationibus
poſſeſſio liquida eſt, & extricata, & ſi non
ſumitur, eſt, quia non vult prouiſus; quare
dubio procul iſte tenetur recitare, & reſti-
tuere ſi non recitar cum per ipſum ſtat, non
ſumere poſſeſſionem, ſi autem iuridicè im-
pediatur, tunc alia eſt ratio, & attendenda
iuſtitia, quam habet. Verum eſt, quod vt no-
tant Philiarcus, *vbi ſuprà*. ſecutus Nauarrum
num. 29. & Zerolla adductus & ſecutus à
Garzia *n.* 96. ſentenria Pariſij tenenda eſt in
Canonicis, qui habent Canoniam ex col-
5 latione, iſti enim † ante poſſeſſionem nullos
fructus acquirunr, nec ad illud habent ius
quæſitum in re, dixi ex collatione, quia ſi
ex oppoſitione habeanr Canoniam: alia eſt
ratio iuxta conſuetudinem aliquarum Ec-
cleſiarum.

SVBRESOLVT. XI.

De his qui ſua culpa non reſident.

SVMMARIVM.

1. *An qui ſua culpa non reſident, nihil de fructibus recipiant.*
2. *Anthoris iudicium.*
3. *An Beneficiarius qui cauſa ſtudij abeſt cum licentia, ſi nullos fructus percipit, non teneatur recitare.*

1 AMpliatur ſeptimò ad eos qui ſua culpa,
non reſident, & ſic nihil recipiunt de
fructibus, qui partiti ſunt in diſtributiones
quotidianas, & dantur intereſſentibus, eaſ-
que ipſi amittunt ſua culpa, quia reſidere
nolunt, & ſic non releuantur ab obligatio-
ne recitandi priuatim, ita Leſſius *num.* 173.
per ipſos enim ſtat non lucrari, quia Eccle-
ſia parata eſt dare, & ipſi habenr ius ad per-
2 cipiendum ſi reſideanr, ſed † exiſtimo non
improbabile, quod ſi omnes omnino fructus
partiti ſunt in diſtributiones, ira vt nihil re-
cipiat qui non eſt præſens choro, quod
criamſi quis ſua culpa non reſideat, & ve-
lit non lucrari diſtributiones vnius, vel plu-
rium dierum, non tenetur recitare (erſi
contrarium ſecurius & practicè certum ſit,
ita Soto, *lib.* 10. *quæſt.* 5. *art.* 3. *verſ. Pari modo.*
Nauarrus *in Summ. cap.* 25. *num.* 103. & alij)
maximè ſi ex iuſto impedimento non reſi-
3 det, vt mox dicam. Vnde † Beneficiarius, qui
cauſa ſtudij abeſt cum licentia, ſi nullos fru-
ctus percipit, quia ſolum danrur præſenti-
bus non tenetur recirare, ita Tabien. *verbo
hora n.* 3. Syluester *quæſt.* 2. *dict.* 2.

SVBRESOLVT. XII.

De eo qui ob preces importunas Patris accepit beneficium.

SVMMARIVM.

1. *An filius ob importunas preces parentum acceptans beneficium faciat illius fructus.*
2. *An ſi filius non percipiat fructus, nec pater ex eius conſenſu non percipiat, conſentaneum ſit, vt non cogatur ad horas.*

AMpliatur octauò, ad filium, qui ob
metum reuerentialem aut preces im-
portunas parentum acceptat beneficium,
† ſi tamen fructus illius accipit, quia eo ip- 1
ſo cenſetur acceptare voluntariè benefi-
cium, quod percipit illius fructus, quod ſe-
cus eſt ſi non recipit de fructibus beneficij,
tunc enim acceptatio illius, & retenrio vio-
lenta, & coacta eſt & per conſequen non
inducit tantam obligationem recitandi of-
ficium, & iuſte excuſatur Filius importuni-
tate parentum, quæ æquiparatur metui
graui, ſi enim † Filius non percipit fructus, 2
nec pater ex eius cōſēſu nō percipit fructus
conſentaneum eſt æquitati, vt non cogatur
ad horas, quare filius debet animum habe-
re paratum ad relinquendum beneficium
quamprimum commodè poſſit, & reſti-
tuendi fructus qui ad ipſum peruenêre. Pa-
ter tamen tenebitur primo loco & eo mor-
tuo hæredes: poterit tamen vri Bulla com-
poſitionis ſicut alij non recitantes.

SVBRESOLVT. XIII.

De eo qui habet beneficium in commendam.

SVMMARIVM.

1. *An is cui datum beneficium in commendam in vtilitatem ipſius Commendatarij, tunc habeat legitimum titulum, ratione cuius percipit fructus.*
2. *Corduba ſenſus adducitur.*
3. *Quandonam Commendatarius non habeat Canonicum titulum, nec diſponat de fructibus vt verus Beneficiatus.*

AMpliatur nonò, ad eum † cui datur 1
beneficium in commendam in vtili-
tatem ipſius commendatarij, quia tunc
habet legitimum titulum ratione cuius
percipit fructus. Ita Azor *l.* 10. *cap.* 13. *q.* 6.
& alij quos citat, & ſequitur Garzia *n.* 105.

etiamſi non commendetur in perpetuum, ſed ad tempus vſque dum alteri conferatur, ita Gloſſa, *c. nemo in electio. in 6.* quam ſequuntur Nauarrus *in Summa Latina c. 20. n. 16.* Suar. *l. 4. de horis c. 22. n. 14.* & idem eſt iudicium ſi beneficium habeat quis in confi-
2 dentiam, ſi tamen percipit aliquos fructus, † Corduba *in Sum. q. 186.* quod ſecus eſt ſi cõmenda detur in vtilitatem ipſius Eccleſiæ,
3 tunc enim † comendatarius non habet Canonicum titulum, nec diſponit de fructibus, vt verus Beneficiatus, ſed fit commenda, ratione cuſtodiæ & vtilitatis ipſius Eccleſiæ, quare commendatarius ſolum eſt cuſtos depoſitarius fructuum, & ſic non tenetur recitare.

SVBRESOLVT. XIV.

De eo qui poſſidet beneficium, etiamſi ſit lis circa proprietatem.

SVMMARIVM.

1. *An is qui poſſidet beneficium etiamſi ſit lis, teneatur reciture, & n. 2.*
3. *Toleti mens adducitur.*
4. *An ſola ſpes etſi firma non tribuat ius certum in beneficio*

1 AMpliatur decimò, † ad illum qui habet poſſeſſionem beneficij, etiamſi ſit lis ſuper proprietate, quia, aut ita poſſidet beneficium, quod actualiter fructus percipit, & ſic omnes conueniunt, quod tenetur recitare, & ſi non recitat reſtituere fructus, quibus ſicut gaudet, ita debet recitare cum accipiat ſtipendium propter laborem, aut
2 fructus non percipit actu, ſed manent in depoſito vſque ad exitum litis, & ſic aut iuſtitia poſſidentis moraliter eſt certa & tenetur recitare, & ſi nõ recitat reſtituere, quia non laborat in incertum, aut aërem verberat, ſed victoria ſibi moraliter certa eſt, aut eſt iuſtitia dubia, quia vtrumque ſunt valdè probabiles auctores, & ſic non tenetur re-
3 citare. Ita † Toletus *lib. 2. Summ. cap. 14. circa finem.* ſecutus Paludanum *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 5.* Cardinalis Turre erem. *cap. 1. 91. diſtinct.* Sotum *lib. 10. de Iuſtiti. q. 5. art. 3.* ſi tamen nullus poſſidet pacifice, etiamſi alicui ſit certa ſpes victoriæ, nullus litigantium tenetur recitare, ſed eſt bene-
4 ficium quaſi vacans, ſola enim † ſpes etſi firma non tribuit ius certum in beneficio, ita Suarez *lib. 4. cap. 20. num. 19.* Azor *lib. 10. cap. 4. quæſt. 9.* Fillucius *tract. 23. cap. 2. num. 160.*

Limitationes Regulæ.

SVBRESOLVT. XV.

Etiamſi quis habeat beneficium ſi non tenetur recitare, non tenetur reſtituere.

SVMMARIVM.

1. *An ſi beneficium maiorem partem annuæ ſuſtentationis fructibus ſuis non tribuat, non obliget ad reſtitutionem.*
2. *Palacios doctrina aſſertur.*
3. *An ſi quis habeat plura beneficia quorum quodlibet non eſt ſufficiens, & omnia ſufficiunt, teneatur ad recitationem officij, etſi non recitet reſtituere.*
4. *Pij V. ſenſus, necnon multorum DD. & n. 5. 6. 10.*
7. *An ij qui ordinantur debeant ali ab Eccleſia.*
8. *Bonifacij VIII. mens.*
9. *Quod Beneficium non inducat perfectam retandi obligationem.*
11. *Authoris iudicium, & n. 12. 17. 18. 36. 38.*
13. *An Beneficiarius ſponte ſua acceptans Beneficium, acceptet etiam onus illi annexum.*
14. *An Beneficiarius qui plura beneficia retinet iuſtè, teneatur ad plura officia, n. 21.*
15. *An qui paucos fructus recipit ob aliquem caſum teneatur recitare, n. 16.*
19. *Beneficia ſunt propter miniſtros ex Caiet.*
20. *An onus annexum beneficio imperfecto, ſit recitare quotidie totum diuinum officium.*
22. *An Beneficiarius quicumque ſit miniſter Eccleſiæ, & intra eius politicum conſtitutus, n. 23.*
24. *Qui fructus conſtituant Beneficium perfectum.*
25. *Suarez ſententia.*
26. *An Beneficium tenue ſit Beneficium inſufficiens ad ſuſtentandum Clericum.*
27. *An horarum penſum non ſit ideo graue.*
28. *Quomodo aſſignanda ſit quantitas quæ inducat obligationem recitandi, n. 29. 30.*
31. *Quæ bona pars ſuſtẽtationis dicatur, n. 32. 34.*
33. *Quid nomine ſuſtentationis intelligatur.*
35. *Soti iudicium adducitur.*
37. *An Clericus victum & veſtitum ſibi artificiolo, vel agricultura abſque officij ſui detrimento poſſit parere.*
39. *An tenuitas beneficij in Capellano, aut pinguitas ſit attendenda.*
40. *An ſtipendium correſpondens miſſis dicendis ſit diſtinctum ab eo quod reſpondet officio recitando.*
41. *An Capellania cum onere miſſarum dentur iuuenibus.*
42. *An Capellanus ius habeat ad percipiendos fructus.*
43. *An Capellanus teneatur recitare illis diebus*

quibus

quibus fructus beneficij correſpondent in ea parte qua correſpondet, & n.44.

LImitatur primò, quia non omnis qui habet Beneficium tenetur recitare, etſi non tenetur recitare non tenetur ſi non recitet, reſtituere, quia decretum Lateranenſb & Bulla Piana de Beneficiario obligato ad recitandum loquuntur, hæc limitatio hodie communis eſt, & ex cōſuetudine certa, quia
1 † ſi Beneficium maiorem partem annuæ ſuſtentationis fructibus ſuis non tribuat non obligat ad reſtitutionem, quia non obligat ad ſoluendas quotidie horas Canonicas, ita Soto *vbi ſuprà*, dicens Recentiores Theologos communiter ſequi hanc opinionem & Nauarrus *de horis cap.7.n.27.* dicit, *ſuo tempore multos viros pios & doctos ita ſentire.* Pa-
2 lacios *ad Summam Caiet.* ibi, *Beneficium adeo tenue; quod non ſufficiat ad ſuſtentandum miniſtrum, non eſt beneficium niſi imperfectè, quoniam non poteſt ſana ratione inſtitui, vt vnum ſit in vnius ſtipendium, & propterea de hu miniſtris fit, vt melius fieri poteſt quo vſque miniſter habeat ſufficienter, vnde viuat, quoniam propter miniſtros ſunt Beneficia non è contra.* ita Eminentiſſimus tam ratione litteraturæ, quam Purpuræ ex qua doctrina colligitur non ſolum veritas limitationis, ſed doctrinæ, quam tradit P. Suarez *lib.4. de horis*
3 *cap.21.num.12.* quod † ſi quis habeat plura beneficia quorum quodlibet non eſt ſufficiens, omnia tamen ſimul ſufficiunt, tenetur ad recitationem officij, & ſi non recitat reſtituere, *& hoc* (inquit) *in omni ſententia eſt indubitatum*, & P. Thomas Sanchez *infrà citandus dubio* 70. dicit, *quod eſt omnino certum.* quia, iſte ratione Bẽneficiorum habet ſufficiens ſtipendium, vt ſuſtentetur, atque ita dantur propter officium, quod ſi omittatur, tenetur fructus beneficiorum reſtituere, vt
4 ait † Pius V. in ſua conſtit. vt etiam hunc caſum comprehenderet cum etiam multa pauca conſtituunt vnum multum ſufficiens ad ſuſtentationem.

5 Eandem limitationem tenent Leſſius *l.2. c.34.n.169.* Rodrig. *in Summ. t.1.c.140.n.3.* Vega *p.1.c.128. caſu 13.* Ledeſma *2.p.tr.9. c.4.conc..6. difficult.4.* Sandoual *de officio Eccleſ.p.5.c.5.* Molpheſius *in Sum.tract.5.cap.3. n.19.& tr.6.c.2.n.36.* Filluc.*tr.23.c.5.n.183.* Recius *deciſ.383.n.3.* aliquos antiquos referens, Thom.Sanch.*l.2.conſil.cap.2.dub.71.* dicens, *ita tenere Recentiores valdè Doctos à ſe Conſultos.* Vnde *n.3.* dicit, *licet prior ſententia*
6 *probabilior ſit (intellige ſpeculatiuè) at hoc poſterior eſt probabilior in praxi* quam benè probat Leſſius, *vbi ſuprà*, quia *qui altari ſeruit de altari viuere debet*, ac proinde qui Eccleſiæ ſeruiunt de eius prouentibus viuere debent, & qui beneficiarij Eccleſiæ ſeruiunt, ergo beneficium tribuere debet bonam partem moderatæ ſuſtentationis alioquin non cenſetur viuere de Eccleſia.

Hoc argumento probat Pontifex, *cap. cum ſecundum Apoſtolicum 16. de præbendis.* eos † qui ordinantur debere ali ab Eccleſia. 7
Deinde, quia iſti Beneficiarij ſolum obligantur ratione mercedis, quam accipiunt, non autem videbitur rationabile, vt qui accipit vix dimidiā ſubſtentationis partem teneatur ad æquale horarum penſum, ac qui accipit integram ſuſtentationem. Vnde *cap. is, qui 19. de præbendis in 6.* † Bonifac. VIII. 8
dicens, quod habens poteſtatem Apoſtolicam, vt poſſit prouidere alicui perſonæ idoneæ, *alicui aliud beneficium ſufficiens obtinenti prouidere non poteſt, niſi prius illud beneficium, quod obtinet omnino dimittat.* vbi Gloſſa *littera B. ergo ſi non eſt ſufficiens ſecus eſt.* atque ita Beneficium inſufficiens; imperfectè eſt beneficium, vt aiebat Dominus Caiet. & ſic † non inducit perfectam recitandi 9
obligationem, vt bene Epiſcopus Malderus *tr.10.cap.2. dub.3.verſ. Nihilominus.* Candidus *diſquiſ.18. art.23. dub.2. num* 4. Caiet. *verbo horæ, num.2.* ibi Guagericus Hiſpanus. *Littera A.*

Contra hanc limitationem ſentiunt ferè omnes antiqui ſcriptores quos referunt & ſequuntur, † Garzia *vbi ſuprà n.39.* Suarez 10
cap.21.citat.n.3. dicens *n.9. ſi vim rationis expendamus non poteſt negari, quin prior ſententia rectè applicata ad beneficium tenue probabilis valdè ſit ſpeculatiuè conſiderata, exiſtimo tamen † vix poſſe ad praxim applicari* 11
ſeruata illa ratione æquitatis & iuſtitiæ, quam illa ſententia conſiderat, & ideo in praxi regulariter eſſe ſeruandam ſententiam communem. hæc ille, nimis ſpeculatiuè nec enim principia moralia tot Methaphyſicis diſcurſibus diſcutienda, ſed reſolutione ex illis, inſtructiones ad mores humano modo dirigendos deducendæ Bonacina *de horis Canonicis diſp.1. quæſt.2. punct.4 n.47.* vbi ad 12
ſummam redigens quæ Suarez latè digeſſit, ſic omnia fundamenta antiquatæ opinionis congeſſit.

Quia Beneficiarius ſponte ſua acceptans beneficium, acceptat etiam onus illis annexum ſicut miles tradens voluntariè nomen ſuum militiæ tenetur militare quamuis non recipiat tantum prælij quo vitam commode traducere poſſit, & vir contentus modica dote tenetur vxorem alere; tum quia nullam patitur iniuriam ex iniuncto ſibi onere perſoluendi diuinum officium, non voluntarie & ſcienter hoc onus ſuſcipit, ſcienti autem & volenti non fit iniuria, tum quia Beneficiarius qui vnum 13 / 14
pingue beneficium, aut plura Beneficia iuſte retinet, non obligatur ad plura officia recitanda, ergo ſignum eſt tenuitatem, vel

pinguedinem beneficij impertinentem eſſe ad obligationem recitationis diuini officij; conſequenter habentem tenue beneficium teneri ad
15 *recitandum diuinum officium, tum, quia † qui paucos fructus recipit ob grandinem & pruinā, vel ob alium cœli caſum tenetur ad officij recitationem, ergo qui adeo tenue beneficium habet, vt fructus ad ſuſtentationem non ſufficiant te-*
16 *netur ad recitationem diuini officij, tum quia habens tenue beneficium fruitur priuilegiis beneficiorum, & ſubiacet pœnis contra Beneficiarios impoſitis; ergo etiam afficitur onere diuini officij: tum quia iura dum aſſerunt beneficium dari propter officium, primum, vult de referu. in 6. & in Concilio Lateranenſ. ſub Leone X. ſeſſ. 9. Generaliter & indiſtinctè loquuntur, nec magis loquuntur de beneficio pingui, quam tenui, vt clarè habetur in Bulla Pij V. ibi: & qualiacumque beneficia: ſicut enim habens beneficium pingue tenetur ad diuinum officium: ita etiam tenetur is cui tenue beneficium collatum eſt.* Hæc ille, quam ſequuntur præter citatos, Caſtro Palao *diſput.* 2. *citat. punct.* 1. §. 2. *num.* 9. Trullench. *lib.* 8. *in decalog. cap.* 7. *dub.* 3. §. 3. *num.* 15. Reginald. *in praxi, lib.* 30. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 33. *&* 34. Barboſa *cap. dolentes de celebrat. Miſſarum, n.* 4. vbi 18. Auctores accumulat.

Verum hæc non ſunt adeo fortia, vt cogant nos à communi ſententia quæ hodie in praxi, & ſequitur, & conſiliatur ab omnibus viris doctis, prudentibus, & timoratæ con-
17 ſcientiæ: coniector enim, † quod Antiqui Scriptores ſequantur primam ſententiam, quia ſuo tempore ferè nullum erat beneficium tenue, quod attento pro tunc tempo-
18 ris rerum valore, & modo victus, & veſtitus, qui tunc erat quod non daret fructus ad maiorē partem ſuſtentationis humanæ vitæ, qui fructus nec ad octauam partem ſuſtentationis ſufficiunt hodie, & ſic multa, quæ tunc antiquitus erant perfecta Beneficia, hodie ſunt imperfecta, & inchoata, vt enim
19 profundiſſimè dicebat D. Caiet. † *Beneficia ſunt propter miniſtros, non è contra*: & ſic, quouſque Miniſter habeat beneficiū, vnde ſufficienter viuat, non dicitur habere ſufficiens beneficium, quod datur propter officium.

Ad primum reſpondetur, quod Beneficiarius ſponte acceptat beneficium cum onere ſibi annexo, nego tamen, quod † onus annexum beneficio imperfecto, ſit recitare
20 quotidie totum diuinum officium; nec eſt ſimile de milite, qui vult militare accepto paruo ſtipendio: facta conuentione cum Principe, idem de marito qui accipit vxorem cum parua dote cum qua tenetur ad onus matrimonij: Ad ſecundum reſpondetur pariter, quod Beneficiarius non ſuſcipit voluntariè onus recitandi totum officium quotidie ob tenue beneficium, quod non infert tale onus: Ad tertium reſpōdetur, quod
† qui habet pingue beneficium, aut plura 21
ſolum tenetur ad vnum officium dicendum, quod onus ſolum ponit Eccleſia; at non ponit habenti beneficium imperfectum; ille autem qui paruos fructus recipit ob cœli inclementiam, eſt per accidens vno vel altero anno cum aliis annis ex abundantia
ſuppleatur: Ad quartum, quod † Beneficia- 22
rius quicunque eſt miniſter Eccleſiæ, & intra eius politiam conſtitutus, quare fruitur priuilegiis, & ſubiacet pœnis; quia tamen non ſuſtentatur ex bonis Eccleſiæ maiori ex parte non imponitur illis onus recitandi quotidie totum officium: Ad quintum reſpondetur, quod iura ibi adducta, & quæ alij adducunt manifeſtè loquuntur de beneficio quod dat maioris ſuſtentationis partem, & ſic ſunt hodie recepta cum grauiſſi-
mi Auctores, ita ea interpretentur. 23

Sed opus eſt labor noſtræ ſententiæ in
aſſignando, qui † fructus conſtituant bene- 24
ficium perfectum inducens obligationē quotidie recitandi diuinum officium, quidam aſſignant octo, vel decem aureos, alij 16. alij 20. alij ad 30. iuxta tempores & regiones in quibus pretia rerum alterantur; alij vero dicunt vniuerſalius pro omnibus regionibus, & temporibus, illud dici beneficium ſufficiens, cuius fructus ſufficiant ad tertiā partem ſuſtentationis beneficiarij: harum taxarum auctores referunt Hieron. Garzia *in*
ſum. tract. 2. *difficult.* 2. *dub.* 2. *n.* 9. † Suarez *n.* 2. 25
Bona pars (inquit) *dici non poteſt niſi tertia, ad minus quarta, quæ hodie æſtimari non poteſt minor triginta aureorum etiam reſpectu Clerici infimæ conditionis.*

Dixerat autem prius quod *quidam dicunt*
† *beneficium tenue, omne beneficium inſufficiens* 26
ad vitam Clerici ſuſtentandam, ſed hoc (ait) *non dixit Sotus, nec eſt practicè probabile, alias redditus triginta, vel quadraginta aureorum non ſufficient ad hanc obligationem* (*recitandi*) *quod admittere valde pernicioſum eſſet; item*
non eſt rationi conſentaneum; nam † *penſum* 27
horarum Canonicarum non eſt adeo graue, nec tam magnam diei partem occupat, vt ſit dignum integra ſuſtentatione perſonæ, imo nec pro maiori parte eius. Hactenus ibi: & bene, non enim exigitur, vt Beneficiarius teneatur recitare, & ſi non recitat reſtituere ex vi Bullæ Pianæ, quod fructus beneficij integram perſonæ Beneficiati ſuſtentationem præbeant.

Quomodo ergo aſſignanda † eſt quanti- 28
tas quæ inducat hanc obligationem, ego quidem pro maiori exiſtimo prudentis arbitrio, ſicut in multis aliis relinquendum qui attendet omnes circumſtantias perſonæ tēporis, pretia rerum ordinaria, abundantiā Prouinciarum, Regiones, in quibus aurum

&

& argentum abundat, & ad quas res neceſ-
ſariæ, vel ad veſtitum, vel ad victum, ab
29 exteris inuehuntur, quis enim dubitat, quod
antequam aurum & argentum ab Indiis aſ-
portaretur ad Hiſpanos multo minus erat
neceſſarium ad ſuſtentationem humanam
Clerici, quam hodie cum ex abundantia ar-
genti omnia pretia creuerunt. Rurſus quis
dubitat, quod in occidentalibus Indiis non
poteſt Clericus mediocriter ſuſtētari fructi-
bus illis quibus abundanter ſuſtentātur Hiſ-
pali, rurſus in Gallæcia ſuſtentatur dimidia
parte fructuum qui neceſſarij ſunt Hiſpali,
& ſic facta computatione huius temporis ad
30 antiqua, quilibet mediocriter prudens, id
iudicabit quam Doctrinam mirifice enu-
cleatam inuenies in Thoma Sanch. *vbi ſupra*
dub. 67. concl. 3. & 4. ex quo hæc fruſtra ac-
cipe.

31 Dicitur † bona pars ſuſtentationis hæc
regula. *Quum fructus non præſtant Beneficia-*
rio integram ſuſtentationem, nec dimidiam par-
tem, nec tertiam nec quæ inclinat ad tertiam,
32 *ſed quæ ſit tantum quarta pars vel magis in*
quartam inclinet non videtur bona pars ſuſten-
tationis quæ eſt tertia pars, vel magis inclinat
33 *in tertiam vt tenet* Suarez *&* † *nomine ſuſten-*
tationis intelliguntur non tantum alimenta ad
corpus, ſed etiam moderatus victus, & veſti-
tus, habitatio, & omnia hoc modo neceſſaria
ad moderatam vitam; ac ſi nihil aliud haberet
Beneficiarius, ad ſuſtentationem quia id eſſet
per accidens, & num. 5. communiter loquendo.
Poteſt dici, quod his temporibus quando
fructus beneficij ſunt decem & ſex aurei
non cenſetur bona pars ſuſtentationis, nec
34 tenētur Beneficiarij ad recitandum, at cum
excedunt decem, & ſex aureos tenentur re-
citare, quia cenſetur bona pars, ſic dixe-
runt quamplurimi Recētiores maxime Do-
cti Magiſtri à me conſulti, imo Pater Hen-
35 riquez retulit mihi quod conſultus Soto † de
beneficiis, cuius redditus erant decem & ſex
aurei nummi reſpondit non obligari ad re-
citandum, & quidam maximè Doctus Re-
centior dixit non minus quam viginti *aureos*
obligari, hæc Sanchez ſatis prudenti arbi-
trio.

Solum ſcrupulum ingerit id quod dicit.
Quod ſi Beneficiatus habet alias, vnde viuat
vel ex patrimonio, vel ex arte, aut honeſto alio
miniſterio: ſi beneficium tribuat 16. aureos non
36 *teneatur recitare*, hoc mihi † difficile vide-
tur; quia ſi habeat alias vnde viuat, pro pen-
ſo horarum quotidiano non videtur incon-
grua quantitas. 10. & ſex aurei, maxime in
terris vbi eſt pecuniæ penuria, præterquam
quod expreſſe *cap. Clericus victum 91. in Con-*
cilio IV. Carth. cap 52. ſtatuitur quod, *Cleri-*
cus victum, & veſtitum ſibi artificiolo, vel agri-
cultura abſque officij ſui duntaxat detrimento,
paret. vbi Gloſſa *littera. G.* dicit quod eſt ſer-
mo de *Beneficiario, qui habet beneficium tenue,* 37
qui tenetur officiare, quia quod deſuit, mini-
ſtrent ei manus 21. quæſt. 1. cap. clericus in fine;
quare exiſtimo quod ſi habet patrimonium,
aut artem honeſtam, & decentem miniſtro
Eccleſiæ, aut inſeruit alicui, qui ei dat cibū, 38
& domum & maiorem victus, & veſtitus
partem ſi beneficium præſtet 16. *aureos* te-
netur recitare quotidie, quia pro hoc onere
ſufficiens ſtipendium eſt. Maxime ſi nulla
alia ſit occupatio aut beneficij ſeruitium, &
in hoc ſenſu forſan loquuntur plures, ex an-
tiquis Auctoribus iuxta *gloſſam citat. ad cap.*
Clericus.

Ex doctrina huius limitationis colligitur 39
primò, quod † in Capellano, tenuitas bene-
ficij, aut pinguitas attendenda eſt dempta
eleemoſyna ordinaria, quæ datur Sacerdoti
pro dicendis miſſis, & ſi hac dempta ſuper-
ſunt 16. aurei tenetur recitare, ſecus vero ſi
non ſuperſunt, ita Sanchez *dub. 68. n. 2.* Leſ-
ſius *vbi ſupra n.* 172. ſuppoſita conſuetudine
quod iſtæ capellaniæ dantur non ſacerdoti-
bus, eſt contra Bonacinam, & alios quos
refert *vbi ſupra n.* 19. ratio eſt quia † ſtipen- 40
dium correſpondens miſſis dicendis eſt di-
ſtinctum ab eo, quod reſpondet officio re-
citando, vnde Sacerdos Capellanus non re-
citans ſi dicat miſſam non tenetur reſtitue-
re ſtipendium miſſæ; atque ſuppoſita con-
ſuetudine & praxi in tota fere Hiſpania ob-
ſeruata, quod † Capellaniæ cum onere miſſa- 41
rum dentur iuuenibus aliquot annis ante
Sacerdotium ſtudiorum, vel ſuſtentationis
cauſa, harum tenuitas, vel pinguitas atten-
denda eſt dempto onere miſſarum iuxta ta-
xam communem factam ab Ordinariis, quā-
uis enim † Capellanus ius habeat ad perci- 42
piendos fructus qui ſimul cum eleemoſyna
miſſarum ſufficiētes eſſent ad tertiam partem
ſuſtentationis iuxta dicta, & ſic teneretur
dicere officium diuinum; tamen cum ra-
tione ætatis ex iure hoc, ius ad fructus ſit
impeditum, vt percipiantur eleemoſynæ
Miſſarum, ſi iſtis demptis non ſuperſunt
16. aurei non tenetur quotidie recitare of-
ficium Canonicum.

Dixi quotidie, quia mihi certum eſt
(quidquid negent aliqui recentiores nimis
audacter) id quod † tenetur recitare illis 43
diebus quibus fructus beneficij correſpon-
dent in ea parte, quæ correſpondet, ſi eſ-
ſent ſexdecim aurei pro toto anno; ita ferè
omnes quos adduxi pro noſtra ſententia; &
ratio eſt, quia eo ipſo quod ſint fructus be-
neficij ſunt ſtipendia pro officio, propterea
quod beneficium datur; quare in illis diebus
ſub mortali tenetur recitare, & ſi non reci-
tat reſtituere; ſicut ſi quis relinquat quan-
titatem pecuniæ, vt vinea ſua quotannis ex- 44

cauetur ſi pecunia non ſufficit ad quotidianam culturam tenetur, qui accipit pecuniam ad colendum illis diebus, quibus correſpondet ſtipendium.

SVBRESOLVT. XVI.

An teneatur Canonicus non recitans reſtituere groſſam Canoniæ.

SVMMARIVM.

1. *Vtrum Canonicus non recitans Canoniæ groſſam teneatur reſtituere. & n.3.*
2. *Dianæ mens adducitur.*
4. *Salas refellitur.*

LImitatio ſecunda, Regulæ poſitæ Salas *diſp.15 de legib. ſect.2. num.27. in fin.*
1 imitat loquens de Canonicis. † *Hoc ipſum* (ait) *probat Vaſquez, quia qui non recitat etiam groſſam ante lucratam, & conſumptam tenetur reſtituere, ſed credo, ſi contingat eam prius verè, & abſolutè lucrari, quam ſi officium omittat, nihil eius debere reſtituere, quia pœna non eſt quod fructus iam ſuos reſtituat, ſed vt non faciat fructus ſuos.* Hæc Salas quæ referens Diana *part.2.tract.12. reſo-*
2 *lut.8. dicens eſſe doctrinam notabilem*: & ſic eam dubio procul recitans approbat cum non impugnet. Sed Diana fere ſemper potius eruditus tranſcriptor, quam claſſicus ſcriptor, cum infinities fine proprio iudicio explicato aliorum placita refert nihil determinans non cum paruo legentium detrimento, vnde multoties inextricabili ſudore, & multoties inutili, & aliquando damnoſo *ſaxum voluit*, vt ait proberuium. Hæc enim Salas ſententia referenda & refellenda erat, ne oſtium perniciosum aperiretur
3 ad non reſtituendum fructus; quare nullam habet probabilitatem, quamuis enim qui totam groſſam beneficij ſimul accipiat, tamen eſt cum onere reſtituendi ſi non recitat, ſubque conditione illam facit ſuam, manet enim hypothecata recitationi, ſicut ſi quis ſtipendium vnius menſis pro laboranda terra in principio menſis accipiat, ſi aliquot dies non laboret tenetur ſtipendium illis diebus reſpondens reſtituere, quia non adimpleuit conditionem, quare Doctrina
4 Salas notabilis eſt quia nota improbabilitatis digna, vtpote contra omnes, qui poſt Bullam Pianam ſcripſere, niſi velimus explicare hunc auctorem quod loquatur ex ſuppoſitione, quod Canonicus abſolute lucretur groſſam, quæ ſuppoſitio omnino falſa eſt, cum eam ſimul accipiat ſub conditione recitandi quotidie qua conditione non poſita reſtituere tenentur.

SVBRESOLVT. XVII.

Num teneatur recitare ille, qui in fauorem alicuius reſignat omnes fructus pro penſione?

SVMMARIVM.

1 *An quando in fauorem Cardinalium reſeruantur omnes fructus loco penſionis, & ſolus titulus datur reſignatario, is teneatur recitare.*
2. *Bonacinæ iudicium affertur necnon Garziæ. num.4.*
3. *Quis titulus ius expeditum non conferat.*
5. *Quod beneficium non detur in ſolum titulum, reſeruatis omnibus fructibus pro penſione, ſine conſenſu reſignatarij, & conceſſione Papæ. & num.6.*
7. *An Pontifex ſeparans omnes fructus à Beneficio, diſpenſare videatur, vt nullus recitet pro illo.*
8. *An Penſionarius teneatur officium magnum Canonicum recitare; & n.9. & 10.*

LImitatur tertiò, quando † in fauorem 1
Cardinalium reſeruantur omnes fructus loco penſionis, & ſolus titulus datur reſignatario, iſte ſi etiam ſeruitium & adminiſtratio reſeruata eſt reſignanti, ita vt nulli omnino fructus relinquantur non tenetur recitare etiamſi talis totalis reſeruatio fiat ex conſenſu ipſius, non tenetur recitare cum ſolum merus & ſolus titulus ſine re fructuaria relinquatur reſpectu cuius tituli & datur poſſeſſio & vacatio, hic autem titulus æquiparatur acceſſui, & regreſſui, & coadiutoriæ, aut titulari, ita Garzia *vbi ſupra n.55.* multis citatis quibus adiungo D.Caiet. *verbo hora n.2.* & ibi Guagericus *littera. A.* Sandoual. *lib.5. de officio, Cano. cap.5.* & tenet Sanchez *cap.2. citat. dub.77. num.3. & 4.* imo & Bonacina *num.21.* hanc ſententiam valde probabilem exiſtimat & reuera hodie communis eſt inter recentes ſcriptores; eſt tamen contra Bonacinam † *punct.4. citat. n.21.* 2
& 22. qui plures citat ſed multi illorum loquuntur quādo reſignatario relinquitur ſeruicium, & centum pro rectore vt hodie communiter fiunt hæ reſeruationes, quare & ſi per ipſum ſtet, quia conſenſit illas totales reſeruationes ſibique relinquatur futura ſucceſſio, tamen eo ipſo quod Pontificia licentia in vtilitatem reſignationis, quia ſic expeditur, id fiat, abſoluitur ab obligatione recitandi, titulus enim † iſte eius expeditum non confert, & eſt quid mortuum & inefficax reſpectu reſignatarij, quare ſi quis Beneficiatus ex gratioſa voluntate, & inconſulto Pontifice ſubſtituat poteſtatem alicui conſanguineo aut Parenti, vt percipiat omnino

omnino omnes fructus iſte tenetur recitare; quia ipſe cenſetur recipere eius voluntate, & nomine alter capiat, ita Corduba *in ſum. quaſt.* 186. & Palacios *in* 4. *diſt.* 15. *diſp.* 9. Sanchez *vbi ſupra n.* 71. *n.* 5.

4 Sed addit Garzia *n.* 58. † quod loquendo de beneficio non habente ſeruitium ſi quis illud habeat reſeruatis de ſuo conſenſu omnibus fructibus pro penſione tenetur recitare, quia ex eius conſenſu fructus ſunt reſeruati, ſi autem ſunt reſeruati ex prædeceſſoris conſenſu tunc habens titulum, & ſuccedit, non tenetur recitare ita Sarnenſis *de regula de ann. quaſt.* 60. Pariſius *lib.* 1. *de reſig. quaſt.* 1. *num.* 43. *&* 44. Mandoſius *Reg.* 34. *quaſt.* 30. Sed inconſequenter loquitur quia

5 † beneficium hoc non datur in ſolum titulum reſeruatis omnibus fructibus pro penſione ſine conſenſu reſignatarij, & conceſſione Papæ ſicut & beneficium ſeruitorium quare ſicut huius reſignatarius ſi non perci-

6 pit aliquos fructus non tenetur recitare, ita nec reſignatarius beneficij non habentis ſeruitium ſed ſolum obligationem recitandi horas Canonicas; quare egregiè Pater Thomas Sanchez *dub.* 78. *num.* 3. dicit *Quod*

7 † *Pontifex ſeparans omnes fructus à beneficio videtur diſpenſare vt nullus recitet pro illo beneficio* (intellige horas canonicas) *niſi expreſſe det titulum, vel fructus exprimens velle alterum ad recitandum obligari quod poteſt facere cum obligatio recitandi ſit de iure poſitiuo, & voluit Papa contentus eſſe alio ſeruicio, quod præſtat vel præſtitit penſionarius æquiualens horis ob quod talis penſio eſt illi conceſſa hanc tenuit quidam valde doctus Neotericus & videtur mihi multo probabilior cæteris.*

8 Ex quo fit quod nec Penſionarius, nec habens ſolum titulum tenetur recitare officium magnum Canonicum; ſed Penſionarius tenetur recitare officium paruum B. V ſi vt clericus habet fructus pro penſione; iuxta conſuetudinem Pij V. & tenetur reſtituere iuxta ratam omiſſionis ſicut qui non recitat officium magnum.

9 Non eſt tamen idem prorſus dicendum de eo qui iuſta ſententia ob delictum, vel aliam cauſam eſt condemnatus in priuatione omnium fructuum & ſi teneatur recitare vt omnes fatentur tamen non tenetur reſtituere fructus quibus eſt priuatus ſicut è contra ille qui proiecit Breuiarium in mari, & non habet in quo recitet ſi facti pœ-

10 niteat non peccat mortaliter non recitando quia factus eſt impotens tamen tenetur fructus reſtituere, quia fuit cauſa voluntaria damni illati iuxta Doctrinam S. Th. & Expoſitorum 1. 2. *quaſt.* 73.

SVBRESOLVT. XVIII.

De eo qui iniuſtè retinet plura beneficia.

SVMMARIVM.

1. *An is qui iniuſtè retinet plura beneficia, qui et ſi teneatur reſtituere omnes fructus, non teneatur tot officia diuina recitare, quod ſunt iniuſtè retenta.*
2. *Ratio difficultatis aſſertur.*
3. *An qui iniuſtè retinens iure naturæ tenetur reſtituere fructus.*

Limitatur quartò, in illo † qui iniuſte 1 retinet plura beneficia, qui et ſi teneatur reſtituere omnes fructus non tamen tenetur tot officia diuina recitare quot ſunt beneficia iniuſte retenta, eſt contra Bonacinam *vbi ſupra n.* 28. qui alios citat; ſed noſtram limitationem tenent Sanchez *dub.* 79. *n.* 2. Suarez *lib.* 4. *de horis cap.* 19. *num.* 10. Garzia *num.* 120. ratio eſt † quia iſte & ſi iniuſte 2 eſt vnus miniſter, & ſic ad vnam ſolum recitationem tenetur, & ſatisfacit ſicut qui plura beneficia habet iuſte & qui plures ordines ſacros habet... quia omnes iſtæ rationes quando concurrunt in vno vnam dumtaxat obligationē inducunt quod enim iuſte & licite vel iniuſte & illicite habeantur per accidens eſt; quare idem dicendum de illo qui habet vnum beneficium licite & alterum illicite vtriuſque obligationi ſatisfacit vnica recitatione, imò addo cum Nauarro *conſil.* 3. *de ætate, & qualitate numer.* 1. quod iure Eccleſiaſtico qui beneficium iniuſte retinet non tenetur recitare quia nullum habet beneficium, & ſolum qui habet beneficium tenetur recitare, quare † iure 3 naturæ tenetur reſtituere fructus; ſicut qui non eſt in ſacris non tenetur recitare, quamuis canat Euangelium, & ſacrificet; dixi iure Eccleſiaſtico quia iure naturæ tenetur recitare ſemel horas canonicas cuius obſequio priuat Eccleſiam iniuſtè, & ſic tenetur illud per ſeipſum, vel per alium reſtituere.

SVBRESOLVT. XIX.

De eo qui mutat Officium pro officio.

SVMMARIVM.

1. *An is qui mutat officium pro officio, iuxta ritum & formam breuiarij Pij V. peccet mortaliter.*

Limitatur quintò, in eo † qui mutat of- 1 ficium pro officio, iuxta ritum & formam Breuiarij Pij V. vt ſupra dixi cum mul-

tis

tis non eſſe mortale quidquid dicat Garzia *num.*150. afferens qui vel vno die, id facit mortaliter peccare; & teneri ad reſtitutionem fructuum illius diei; ſed hoc eſt falſum vt probaui, imo & ſi eſſet peccatum mortale non eſſet obligatus ad fructuum reſtitutionem, quia Bulla Piana quantum ad reſtitutionem cum ſit valde rigida, ſolum intelligitur de omiſſione omnimoda officij diuini, vt ſupra dicebam de illo qui mortaliter peccat recitans voluntarie diſtractus interius, & ſine attentione interiori ſimpliciter requiſita.

SVBRESOLVT. V.

De eo qui data opera recitat officium diuinum in Breuiario Dominicano.

SVMMARIVM.

1. *An qui data opera omiſſo Breuiario Romano recitat aliquoties per Breuiarium Dominicanum cum peccet mortaliter teneatur fructus reſtituere.*
2. *An qui non poteſt ſatiſfacere vna via teneatur ſatiſfacere alia.*
3. *Garziæ ſententia, & n.*4.
5. *An celebrantes alio miſſali non hoc reformato incurrant in peccatum mortale.*
6. *Authoris iudicium.*
7. *An qui horas Canonicas recitaret quolibet Breuiario à ſede Apoſtolica approbato non teneatur reſtituere fructus.*
8. *Diui Thomæ opinio.*
9. *Quid*, propoſitis pœnis *in Bulla Piana intelligendum veniat.*
10. *An nullus poſſit vti Breuiario quod non ſit Romanum, & n.*11.*&* 12.

1 SEd maius dubium eſt † an qui data opera & ex certa ſcientia omiſſo Breuiario Romano recitat aliquoties per Breuiarium Dominicanum aut Carmeli, cum mortaliter peccet vt ſupra probaui, teneatur reſtituere fructus; & quidem ſi quis aut comburat Breuiarium Romanum, aut mittat in mari & habeat ad manum aliquod Breuiarium, quod Romanum non ſit, exiſtimo teneri per illud recitare & ſi recitat non tenetur reſtituere fructus, quia & ſi factus ſit impotens ad ſatiſfaciendum mandato Pij V. potens eſt tamen ad ſatiſfaciendum penſo horarum
2 per Breuiarium Catholicum, & † qui non poteſt ſatiſfacere vna via tenetur ſatiſfacere, alia maxime quando conueniunt in ſubſtantia quamuis in forma ſint diuerſæ, & in hoc meo iudicio non poteſt eſſe diſſidium, quare ſolum ſupereſt, an qui habet Romanũ Breuiariũ, nõ tamen vult recitare niſi per Dominicanum; teneatur reſtituere fructus?

Affirmat † Garzia *num.* 150. fundatur in 3
Bulla Pij V. poſita ante Breuiarium, vbi dicitur, *quod propoſitis pœnis per canonicas Sanctiones conſtitutis in eos qui diuinum officium quotidie non dixerint; ex huius Romani Breuiarij præſcripto, & ratione omnino teneri; neminemque ex his quibus hoc dicendi pſallendique munus neceſſario impoſitum eſt niſi hac ſola forma ſatiſfacere poſſe.* Vnde colligit quod ſi non ſatiſfacit, tenetur reſtituere, in cuius confirmationem adducit duplicem Cardin. declarationem. *Vnam in qua habetur quod habentes Breuiarium ante* 200. *annos inſtitu-* 4
tum non ſatiſfacere recitando etiam extra chorum, iuxta formam Breuiarÿ Pÿ V. quod in ſua Eccleſia non fuit receptum de conſenſu Epiſcopi & Capituli. Alteram declarationem adducit S. Congreg. Concilij quæ ſic ait. † *Celebran-* 5
tes alio miſſali non hoc reformato qui alias tenetur en Bulla Pÿ V. poſita in miſſali Romano, incurrunt in peccatum mortale, ſi ſcienter & abſque iuſta cauſa id faciunt. Quare conſequenter & multo maiori ratione id tenet verum de officio diuino, cuius Bulla Piana multo ſtrictior eſt, & ſic tenetur reſtituere fructus ſi per alium Breuiarium recitet pro qua ſententia citat Bellarm. *tom.* 3. *controuerſ.* 3. *lib.* 1. *cap.* 18. Graffis *lib.* 2. *deciſ. cap.* 51. *num.* 10. Philiarc. *lib.* 1. *de officio Sacerd. cap.* 6. *conc.* 3. & Barth. à S. Fauſtu *lib.* 2. *de horis, quaſt.* 112. *in fine.*

Sed quamuis ſententia iſta ſatis ſit probabilis, exiſtimo † non carere probabilitate 6
oppoſitam quantum ad fructuum reſtitutionem, quamuis ſit mortale mutare Breuiarium in Clerico Romano quod bene probant ea quæ adducit Garzia, non tamen conueniunt fructuum reſtitutionem. Moueor ad hoc ita dicendum, quia vt eſt communis ſententia ante Bullam Pij V. qui † horas ca- 7
nonicas recitaret quolibet Breuiario à Sede Apoſtolica approbato non tenebatur reſtituere fructus ſed iure naturæ illos ſuos faciebat (etiam ſi nullo modo recitans eos iure naturæ teneretur reſtituere vt multi volunt; vnde ex præcepto obedientiæ impoſito aut ex ſpeciali decreto, aut ex conſuetudine præſcripta tenebatur ſe conformare ſuæ Eccleſiæ, & hoc quidem ſub mortali, vt probat Bart. à S. Fauſto *vbi ſupra ex cap. de his cap. placuit. diſt.* 12. vbi id præcipitur & docuit D. Th. † *quodlibet....* quod homo 8
debet ſequi *Traditiones Maiorum*, vnde iure naturæ vt quis faciat fructus ſuos, pro Deo laudando aſſignatos, ſi priuatim recitet, non tenetur ad aliquam formam Breuiarij alicuius ſed qualibet ſatiſfaciet, ex Catholicis & approbatis; quamuis vt dixi, & ſi mortaliter peccet non ſequendo formam Breuiarij traditam, & præceptam à maioribus, vt etiam dicit D. Th. ibidem; niſi ſummus

mus Eccleſiæ legiſlator expreſſe, & ſpecia-
libus verbis dicat quod qui non vſus fuerit
in recitatione Canonica ; forma Breuiarij
Romani non faciat fructus ſuos, & quod ip-
ſos reſtituere teneatur, quæ expreſſio nulli-
bi inuenitur, cum enim hæc ſit valde rigi-
da pœna niſi verbis ita claris proponatur,
quod nulli interpretationi ſubiici poſſint;
non debet intelligi poſita, Regula *odia de reg.*
9 *iur. in 6.* vnde quamuis † in Bulla Piana dica-
tur *propoſitis pœnis, &c.* nõ intelligitur de iſta,
quod ipſo facto, & ante Iudicis ſententiam
incurritur, ſed de aliis, vel ſi intelligitur
de iſta debet eſſe poſt ſententiam ſaltem de-
claratoriam, quod denotat verbum *propoſi-
tis pœnis*, & non dicit quod incurrantur *ip-
ſo facto.*

Secundò, id confirmo, quia licet conſti-
tutio Piana poſita in Breuiario dicat, quod
10 † nullus poſſit vti Breuiario quod non ſit Ro-
manum, tamen Nauarrus *cap. 19. num. 217.*
Reginaldus *in praxi lib. 18 num. 171. verſic. 4.*
propoſitio, dicunt quod interdum ex alienó
Breuiario recitare ſine iuſta cauſa pecca-
tum quidem eſt, ſed non mortale & ſic non
reſtituere, quia huiuſmodi tam rara muta-
11 tio non videtur notabiliter contraire menti
inſtitutoris Breuiarij, vt ad culpam morta
lem ea cenſenda ſit peruenire, vnde iuxta
huius opinionis probabile dictamen, non
tenetur reſtituere; & ego rurſus pergo, er-
12 go etiam ſi quia multoties id facit & mor-
taliter peccet, quia notabiliter aduerſatur
menti inſtitutoris Breuiarij Romani quan-
tum ad formam recitãdi præſcriptam, tamen
non quantum ad hoc quod non faciat fru-
ctus ſuos; quod eſt quid diuerſum & niſi
exprimatur non obligat ante ſententiam, vt
probaui *tom. 2. tract. vltim. Reſolutio. vltim.
num. 660.*

SVBRESOLVT. XXI.

De eo qui bona fide non recitauit.

SVMMARIVM.

1. *An is qui bona fide omiſit recitare, non te-
neatur recitare.*
2. *Obligatio reſtituendi fructus ſtatuta eſt in
pœnam omiſſionis peccaminoſa.*
3. *Sanchez ſententia, necnon Ledeſma, &
n. 4.*
5. *An inaduertentia & ignorantia non ſit le-
gitimum impedimentum.*
6. *Quæ lex non dicatur pœnalis.*

1 LImitatur ſeprimò, in eo † qui bona fide
omiſit recitare ex ignorantia aut inad-
uertentia inculpabili, vt quia confeſſor di-
xit non teneri recitare. Ita Thom. Sanchez
dub. 86. contra Ledeſma *tom. 2. tract. 1. cap. 4.
poſt. 10. concluſionem difficult. 2.* & Recentio-
res qui dicunt quod non recitans tenetur
reſtituere iure naturæ; iuxta quos ſi fructus
bona fide conſumpſit tenetur reſtituere id
in quo factus eſt ditior ſicut qui rem alie-
nã bona fide conſũpſit, ſed limitatio plurima
quia † obligatio reſtituendi fructus ſtatuta 2
eſt in cœnam omiſſionis peccaminoſæ; qui
vero excuſatur à culpa excuſatur à pœna,
at ſi confeſſor dicat, quod peccat non reci-
tando, ſed non teneri ad reſtitutionem, di-
cit † Sanchez *num. 3.* quod non tenetur re- 3
ſtituere fructus omnes ſi eos cõſumpſit, niſi
id in quo factus eſt ditior, ſicut poſſeſſor bo-
næ fidei; quia licet re ipſa fructus non faciat
ſuos, tamen eo ipſo quod hoc inculpabiliter
ex conſilio confeſſoris ignorauit habet bo-
nam fidem.

Sed ex hac doctrina quæ vera eſt colligit
ſatis probabiliter Magiſter Ledeſma *§. a eſta
duda. Que eſt a vno obligado a reſtituir algunos* 4
*fructos del beneficio ſi dexaſe de retar aunque
lodexaſſe por ignorancia, o por inaduertencia,
o por negligentia inuencible.* Ratio eſt quia ig-
norantia inuincibilis, & ſi excuſet à pecca-
to iniuſtitiæ at non tribuit quod quis faciat
ſuum quod alias non eſt; vnde tenetur reſti-
tuere ratione *rei receptæ*, & ſi non ratione
iniuſtæ acceptationis; cum autem ſuppleta
lege Pontificia ex iuſtitia teneatur quis re-
citare, quando † non eſt legitimum impedi- 5
mentum; ignorantia, & aduertentia, & ſi
impediat iniuſtitiam tamen non tribuit,
quod faciat fructus ſuos, ſicut ille qui inuin-
cibiliter ignorat pœnam non faciendi fru-
ctus ſuos, re ipſa non facit, & tenetur re-
ſtituere id in quo factus eſt ditior, & hoc
eſt quod dicit Ledeſma, lex † enim iſta non 6
eſt pure pœnalis alias qui inuincibiliter ig-
noraret pœnam, etiamſi non peccaret ad
nihil teneretur etiam ſi factus ſit ditior, ſed
eſt diſpoſitiua, & conſtituens materiam
Religionis in materia iuſtitiæ, ſicut & om-
nis alia lex quæ aufert dominium, & facit
perſonam inhabilem ad contrahẽdum, quæ
doctrina valde eſt conſideranda, ignorantia
enim inuincibilis & inconſideratio, & ſi fa-
cit immunem à peccato; tamen non tribuit
dominium, aut facit habilem ad contra-
hendum, ex conſtitutione Pij V. fructus fa-
cit ſuos Beneficiarius ſub conditione ſi reci-
tet ſecluſo impedimento.

SVBRESOLVT. XXII.

De eo qui habet Capellaniam collatiuam.

SVMMARIVM.

1. *An habens Capellaniam collatiuam quæ
eſt*

eſt beneficium Eccleſiaſticum , & obligat ad recitandum horarum Canonicarum ſi litterarum vacet , & non ſit in ſacris ſatufaciat , & non teneatur reſtituere fructus.

2. *An reſidentia perſonalis cauſa auditorum ſuppleatur per alium.*

3. *Ratio affertur.*

4. *An ſi Confeſſarius ſolum imponat pœnitentiam, vt in illam mutet pœnam purgatorij poſſe hanc per alium ſatisfacere, & num.5.*

6. *An ſi reſidentia perſonalis cauſa ſtudiorum ſuppleatur per alium ideo eſt, quia incompatibilis cum ſtudio cum quo compatitur officij diuini recitatio.*

1 LImitatur octauò, à quibuſdam quod habens Cappellaniam collatiuam, quæ eſt beneficium Eccleſiaſticum , & obligat ad recitationem horarum Canonicarum , vt apud omnes eſt indubitatum ; ſi ſtudio litterarum vacet, & non ſit in ſacris ſatisfacit, & non tenetur reſtituere fructus, ſi vacans ſtudio litterarum per alium recitet. Ita tenent Ladulphus, Abbas Antiquus, Lucas de Lapena *leg. hac lege, C. de ſacro Scrinio, lib.* 12. quos adducit Thomas Sanchez *cap.* 2. *citat. dub.* 61. & fauent probabilitati huius ſententiæ quod Syluester *verb. Hora , quæſt.* 2. *dict.* 3. Roſella *num.* 2. Angelus *num.* 4. Gregor. Lopez *part.* 1. *tit.* 6. *leg.* 34. *verſic. han de decir.* qui referentes præfatam opinionem non damnant , aut inurunt cenſura , ſed dicunt contrariam eſſe tutiorem : & fundamentum illius eſt contemnendum : quia
2 † reſidentia perſonalis cauſa ſtudiorum ſuppletur per alium, *cap. finali, de Magiſtris*, ergo licet ſolutio penſi horarum , ſit perſonalis , tamen poteſt per alium ſuppleri; nec
3 eſt par ratio † de ieunio , quod in titulum eſt ad mortificationē corporis, & in medicinam ſalutarem appetitus carnis , quod non ſuppletur per alium, ſi tamen ieiunium imponatur à Confeſſario non in mortificationem carnis , ſed in ſatisfactionem pro peccatis & dicat poſſe illud per alium ſupplere vere ſupplet quamuis pœnitentiæ Sacramentalis ſolutio ſit perſonalis ſicut cæteri actus pœnitentis.

4 Imo aliqui dicunt quod † ſi Confeſſarius ſolum imponat pœnitētiam vt in illam muret pœnam purgatorij, poſſe hanc per alium ſatisfacere ., ita Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 20. *quæſt.* 1. Antoninus 3. *p. tract.* 14. Syluester *verbo ſatisfactio quæſt.* 3. Altiſiodorenſis *l.* 4. *tract.* 6. *quæſt.* 3. & alij, legatur Diana *p.* 3. *tr.* 4. *Reſolut.* 81. Fagundez 2. *præcepto Eccleſiaſtico lib.* 9. *cap.* 4 *num.* 12. & 13. ſicut modo vnus
5 iuſtus ſatisfacit pro pœna temporali debita peccatis, tam pro viuo quam pro animabus purgatorij teſte D. Tho. *in additionibus, q.* 13. *art.* 2. & eſt certa ſententia vt videre eſt in Bonacina *diſp.* 5. *de pœnit. q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 9. *num.* 11. *verſic. in propoſitione.* Ergo licet ſolutio penſi horarum ſit perſonalis cum ordinetur ad laudandum Deum & orandum pro inſtitutore beneficij ; ſicut ſupplet ſacrificium per alium oblatum , quam per Capellanum poteſt etiam ſuppleri penſum horarum.

Sed quamuis hæc ſententia ſpeculatiue non ſit improbabilis cum contra ipſam nullus ſit textus , aut Bulla Pontificia ; nihilominus oppoſita practice eſt ſequēda & conſilianda , quam exceptis citatis eam amplectantur omnes ſcriptores quorum magnum numerum affert Sanchez *dub.* 62. *num.* 2. et-
ſi enim † reſidentia perſonalis cauſa ſtudio- 6
rum ſuppleatur per alium, hoc ideo eſt quia incompatibilis cum ſtudio cum quo compatitur officij diuini recitatio ; ſic enim omnes intelligunt perſonalem obligationem ad recitandum.

SVBRESOLVT. XXIII.

De pueris ante pubertatem.

SVMMARIVM.

1. *An pueri ante pubertatem non teneantur recitare nec reſtituere fructus ſi non recitent , & n.* 2.

3. *An diuerſa ſint obligationes.*

4. *Authoris mens adducitur.*

5. *An puer non teneatur aut ligetur ante pubertatem legibus pœnalibus poſitis ab homine.*

6. *Caſtri Palai & multorum aliorum ſententia afferuntur, & n.* 7.

8. *Impuberes non implentes præceptum annuæ confeſſionis incurrunt pœnas decreti omnis vtriuſque ſexus , & alias impoſitas ab Epiſcopis in ſuis diœceſibus , ex Hurtado.*

9. *Licet pueri poſſint peccare ante pubertatem horum tamen peccata , non ita vt in maioribus punienda videntur , ex Gregorio IX.*

10. *An pueri non ligentur Bulla Piana.*

NOn ò , aliqui limitant † in pueris ante 1
pubertatem hoc eſt ante 14. annum quod nec teneantur recitare nec reſtituere fructus ſi non recitent, ita nonnulli ex Neotericis Magiſtris valde doctis quos refert tacito nomine Thomas Sanchez *dub.* 61. alij dixerunt etiam ex recentioribus, non teneneri vſque 12. & 13. annum; fundantur, quia præcepta Eccleſiæ non obligant vſque ad 12.
annum , hanc ſententiam dicit *num.* 3. non 2
eſſe probabilem niſi puer ſit ignarus legere latine

latine & nperam det, vt gnarus fiat, quod
ſi Papæ fiat mentio de eius ignorantia le-
gendi eo ipſo, quod diſpenſat, vt ante æta-
tem obtineat beneficium diſpenſat in penſo
horarum, ſecus autem ſi ignorantia tacea-
tur in ſupplica non eo ipſu quod diſpenſat
in ætate ſuppletur obligatio recitandi quæ
ex vi prioris diſpenſationis indiſpenſata
3 manet, ſunt enim † diuerſæ diſpenſationes,
nec vna includitur in alia, & cum aliàs diſ-
penſatio ſit odioſa & vulnus iuris communis
à quo exorbitat, non eſt extendenda.

4 Sed meum in hac iudicium eſto ſicut ſuit
in qua conſultatione facta à quodam excel-
lentiſſimo Principe, primò quod pueri ante
12. annum ſicut nulla ferè cenſura Eccleſia-
ſtica, ita nulla pœna impoſita ab Eccleſia le-
gantur niſi expreſſetur in iure, de cenſuris
ab homine conſtat, ex *cap. 1. & 2. de delictis*
puerorum, vbi Gloſſa quam ſequuntur Vaſ-
quez *tom. 4. in 3. part. quæſt. 90. art. 2. num. 3.*
Sanchez *in Summ. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 7.*
Sanchez *ſelector. diſp. 26. num.* 18. vbi plures
5 citat, & dicit, quod † puer non tenetur aut
ligatur ante pubertatem legibus pœnali-
bus Eccleſiæ poſitis ab homine, quamuis di-
car ligari pœnis à iure impoſitis, vt de ex-
communicatione ob percuſſionem Clerici
expreſſit Pontifex *cap. ſuper eos cap. pueris &*
cap. quamquam de ſententia excommun.

Sed Caſtro Palao in materia morali inſi-
gnis *tom. 1. tract. 3. diſput. 1. punct. 24. §. 2. nu. 9.*
6 noſtram reſolutionem tenet, dicens † & be-
ne, quod pueri vſu rationis vtentes ante pu-
bertatem comprehenduntur præcepto &
lege lata; non tamen pœna impoſita ob ali-
cuius præcepti tranſgreſſionem, ita cum
communi ſententia tenet Suarez *tom. 5. de*
cenſuris diſp. 5. ſect. 1. num. 19. Corduba *in*
ſum. quæſt. 60. conc. 3. Syluester *verbo inter-*
dictum 2. num. 18. Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 41.*
quæſt. 10. Thom. Sanchez *tom. 1. ſum. lib. 1.*
cap. 12. num. 8. quos ſequitur Diana *p. 3. tra-*
ctatu 6. reſol. 88. Valentia *tom. 4. diſputat. 7.*
7 *quæſt. 9. p. 4. in fine*, Reginaldus *in praxi lib. 6.*
num. 50. vnde puer ſi ante pubertatem oc-
cidat Clericum, etſi incurrat excommuni-
cationem cæterum non contrahat irregula-
ritatem, vt tenent Auila *de cenſur. p. 7. di-*
ſput. 6. ſect. 1. dub. 13. Henriquez *de irregu-*
lar. cap. 3. num. 4. & in comm. lit. Z. Ioannes
Sanchez *num.* 18. qui concludit dicens cum
odia reſtringenda ſint *ex reg. iur. in 6.* ſic
excommunicationem, nec cæteras pœnas
incurſuros pueros niſi poſt annum 14. im-
pletum & fœminas poſt completum. 12.

8 Vnde in hoc non eſt audiendus Hurtado
de pœnit. diſp. 7. diffic. 9. qui docet etiam im-
puberes non implentes præceptum annuæ
confeſſionis incurrere alias pœnas decreti
omnis vtriuſque ſexus. & aliàs impoſitas ab
Epiſcopis in ſuis Diœceſibus, &c. huius ra-
tionem optimam tradit Greg. IX. *in cap.*
pueris, quia † licet pueri poſſint peccare ante 9
pubertatem, tamen horum peccata non ita, vt
in maioribus punienda videantur, ex quo tex-
ta colligunt Farinac *in praxi. part. 3. q. 92.*
n. 51. Antonius Gomez *lib. 3. variar. cap. 1.*
num. 51. Couarr. *de ſponſalibus part. 2. cap. 5.*
num. 5. in fine. Placa *de delictis cap. 32. num. 4.*
verſic. ex his. quod delicta puerorum ante
pubertatem, etiam ſi illi ſint proximi excu-
ſantur à pœnis legum..

Ex qua doctrina valde probabili ſubinfe-
ro quod cum ſit valdè probabile, quod rigor
Bullæ Pianæ contra non recitantes ſit pœna
valdè rigoroſa ab illo impoſita † illa non li- 10
gantur pueri ante pubertatem, etiamſi te-
neantur ſub mortali recitare, niſi diſpenſe-
tur (in quo non poteſt eſſe dubium inter
Catholicos, vt latè probant Caſtro Palao *n.*
5. & Sanchez *num.* 6. Bonacina *diſp. 1. de le-*
gibus quæſt. 1. punct. 6. num. 8. Salas *diſp.* 14.
ſect. 13.) pueri enim non ita, vt maiores pu-
niendi ſunt & Pia Mater Eccleſia non vult,
ita rigida monſtrari in teneram ætatem, &
hoc modo intelligo ſententiam illorum Re-
centiorum.

SVBRESOLVT. XXIV.

De eo qui habet Beneficium & penſionem, ſi re-
citat officium. B. V. ſolum.

SVMMARIVM.

1. *An habens Beneficium ſimul habens pen-*
ſionem teneatur dicere horas Canonicas.
2. *Quid veniat notandum & n. 3.*
4. *An ex vi matrimonij in Eccleſia latina amit-*
tatur Clericatus.

Limitatur decimo, in eò qui habens be-
neficium † ſimul habens penſionem et- 1
ſi ratione beneficij teneatur dicere horas
Canonicas, & ratione penſionis officium
prauum ſi iſtud recitat ſolum, tenetur re-
ſtituere fructus beneficij prorata omiſſionis,
non tamen fructus tenetur reſtituere, nam
obligationi dicendi officium paruum pro
penſione ſatisfacit vnica recitatione officij
magni, ſicut qui habet plura Beneficia pro
omnibus ſatisfacit vnica recitatione, etſi
enim Pius V. Penſionatiis impoſuerit obli-
gationem recitandi officium paruum, ſuit
quia non tenebatur dicere horas Canonicas
eſt cummunis & certa ſententia apud om-
nes ſcriptores, † ſed aduertendum. quud, qui- 2
dã equites ex priuilegio Pont. etiãſi matri-
monio ſint iuncti poſſint retinere penſionẽ
Eccleſiaſticã vſque ad 200. ducatos Cameræ,
vt Lauretani ex cõſt. 15. in ordine Bullæ noui

Sixti V. conſtat, quam refert Gregor. XV. *deciſ.*16. *num.*2. & Coccinus *deciſ.*299. *n.*.... & Veroſpius *in vna Hieraceuſ.*21. *Iunij* 1631. Milites S.Mauritij & S.Lazari manent capa-
3 ces, etſi nubant ad habendum pro penſione 400. ducata aurea de Camara ex *Bulla Clem. VIII.* quæ incipit *Decret.* 9. *Septembr.* 1603. ſimile priuilegium conceſſit Paulus V. Militibus S.Stephani in Bulla quæ incipit *dum generoſa* 14. *Kalen.Iulij.* 1608. & equites Pij retinent penſionem 250. ducatorum auri de Camara, ex Seraphino *deciſ.*758.

Dubium eſt, an iſti equites teneantur recitare officium paruum B.V. affirmat Thom. Sanchez *cap.*2. *cit. dub.* 63. quia non mutatur natura penſionis, ſed manet ſicut antea, quã retinent iſti equites ex priuilegio, quod habent ad retinendum & obtinendum præfatas ſummas in penſiones, ſed ego exiſtimo
4 contrarium probabilius, quia ex vi matrimonij in Eccleſia Latina amittitur clericatus, vnde iſti equites ſi matrimonio iunguntur non retinent penſionem tanquam Clerici, quod expreſsè exigit Pius V. in ſua conſtitutione, ibi, *ſi penſiones, aut alias res Eccleſiaſticas, vt Clericus percipit cum modo prædicto ad dicendum officium paruum. B.M.V. obligatum, & penſionum & fructuum, rerúmque ipſarum omiſſioni obnoxium.* Hæc ibi, vnde cum iſti equites, non vt Clerici penſiones obtineant, quamuis alias ſit Eccleſiaſtica perſona non tenetur ad ſoluendum penſum officij parui B. V. idque in illis operatur priuilegium, vt etſi non Clerici penſionem Eccleſiaſticam retineant, & obtineant.

SVBRESOLVT. XXV.

Non recitans ante omnem ſententiam tenetur reſtituere.

SVMMARIVM.

1. *An qui non recitat officium aſſignatum ab Eccleſia Beneficiarius ſit ſiue penſionarius teneatur in conſcientia ante omnem iudicis ſententiam fructus reſtituere.*
2. *Multorum Doctorum ſententiæ adducuntur.*
3. *Vbinam non imperet lex humana quod quis actiuè exequatur actionem quæ eſt pœna in ſe ipſum.*
4. *An quamuis non recitantes fructus non faciant ſuos, ſed teneantur reſtituere, habeant remedium Bullæ compoſitionis.*
5. *Ludouici à Cruce ſententia adducitur.*

1 COrollarium quintum, ex principio poſito eſt, quod † qui non recitat officium aſſignatum ab Eccleſia beneficiatus ſit ſiue penſionarius tenetur in conſcientia ante omnem iudicis ſententiam fructus reſtituere, ita omnes quotquot ſcripſere poſt conſtitutionem Pianam in qua ſtatuitur, quod non recitans non faciat fructus ſuos; vnde eum illorum non acquirat Dominium tuta conſciẽtia illos retinere nequit, quia nullus quod ſuum non eſt tuta conſcientia reſtituere valet, ſed tantum iniuſtè acquiſitum à ſe abiicere in illos vſus quibus applicatur à legiſla- 2
tore, ita † Salas *de legibus diſp.*15. *ſect.*2. Petrus Nauarra *de reſtitutione lib.*2. *cap.*2. *num.* 195. Leſſius *cap.*34. *de iuſt. dub.*32. & 39. Maldetus *tract.* 10. *cap.*2. *dub.* 4. Bartholomæus à S Fauſto *lib.* 1. *de horis quæſt.* 273. Filliucius *tract.*23. *cap.* 10. *n.*311. Suarez *lib.*4. *cap.* 30. *n.*3. Vaſquez *de benef. cap.*4. §.1. *dub.*7. qui plures alios citat, quando enim legiſlator aufert dominij capacitatem, & determinat expreſſis verbis, quod in pœnam alicuius delicti aliquis non faciat ſuum, quod illi offertur, vel alias haberet, vt ſuum.

Hic † non imperat lex humana quod 3
quis actiuè exequatur actionem quæ eſt pœna in ſe ipſum, ſed cum lex humana abſtulerit dominium, & determinauerit, quod fructus non faciat ſuos, lex naturalis huius imperat quod reſtituat, & ſic executio huius reſtitutionis antè ſententiam non à lege humana, ſed à diuina dimanat, vt latè dixi *t.* 2. *tract.vlt. Reſol.vlt.*

Sed quamuis † non recitantès fructus non 4
faciant ſuos, ſed teneantur reſtituere, tamen habent remedium Bullæ compoſitionis, quã vti poſſint Beneficiarij Hiſpani & illarum Regionum pro quibus conceſſa eſt Bulla, triplex cruciatæ modus autem componendi fructus malè perceptos traditur ab expoſitoribus huius triplicis & maximi priuilegij, videantur Ludouicus à Cruce † *in expoſitio-* 5
*ne Bullæ compoſit. diſp.*2. *dub.*7. vbi ponit quatuor caſus in quibus Beneficiatius non habens curam animarum poſſit hac Bulla vti Trullench. *lib.* 3. *caſu* 2. Caſtro Palao *tr.*29. *diſput.vnica. punct. vlt.* §.2. Villalobos *clauſu.*2. *num.*14. Rodriguez *dub.*8. Acoſta *q.*65. Ouiedo *diſp.*9. qui omnes notant non poſſe fieri compoſitionem ſuper diſtributiones quotidianas.

SVBRESOLVT. XXVI.

Tenetur reſtituere non recitans, etiamſi ſequenti die officium omiſſum dicat.

SVMMARIVM.

1. *An poſt conſtitutionem Pianam Beneficiarius qui omittit vno die recitare officium diuinum, non ſatiſfaciat quantum ad reſtitutionem fructuum, etiamſi ſequenti die dicat officium omiſſum.*

2. Ratio

2. *Ratio difficultatis enodatur.*

1 COrollarium ſextum, quod † poſt conſtitutionem Pianam Beneficiarius, qui omiſit vno die recitare officium diuinum aut paruum B. V. ſi ſit Penſionarius non ſatisfacit quãtum ad reſtitutionem fructuum, etiamſi ſequenti die dicat officium omiſſum, hæc ſententia vt iacet in corollario certiſſima eſt, quam ſequuntur Henriq. *lib.* 13. *ſumm. cap.* 13. Nauarra *lib.* 1. *de reſtit. cap.* 2. *num.* 180. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 8 3. *art.* 1 3. Bonacina *de horis diſp.* 1. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *n.* 6. Suarez *lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 11. *in fine.* Filluc. *tract.* 23. *cap.* 10. *quæſt.* 2. *concl.* 2. qui duo male citantur in contrarium cum manifeſte loquantur, ex iure naturali, & ſecluſo poſitiuo, ſequitur & docet corollarium Barthol. à S. Fauſto *l.* 2. *de horis quæſt.* 180. Diana *p.* 2. *tract. Reſol.* 24. qui notat male citare Suarez & Fillucium dicens, quod loquuntur de primis ſex menſibus, ſed non ſolum ob hoc male citantur ſed loquuntur ſecluſo iure poſitiuo, vt videre eſt expreſſe in Suarez.

Nec video quomodo poſt Bullam Pianam poſſit contrarium eſſe probabile, vt putauit Bonacina *vbi ſupra* & ſequitur Molfeſius *in ſum. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. *n.* 17. ratio enim

2 † in contrarium eſt euidens, quia ſummus Pontifex ſtatuit quod qui omiſit recitare officium vno die non faciat fructus ſuos, & eos tanquam iniuſte perceptos non faciat ſuos, quam pœnam ſtatim incurrunt, ac eſt tranſacta hora opportuna ad recitãdum, ergo eos amiſit, ergo quamuis recitet ſequenti die non facit ſuos, quia pœna non manet ſuſpenſa, ſed ſtatim incurritur in conſcientia, & ante omnem ſententiam, quare fructus, quos amiſit pro pœna authoritate ſua recuperare nequit, niſi ſibi applicet titulo paupertatis, vt infra explicabo.

SVBRESOLVT. XXVII.

Qui non recitat ſeptem horas canonicas ſeptem committit mortalia.

SVMMARIVM.

1. *An qui non recitat ſeptem horas Canonicas ſeptem committat mortalia peccata.*
2. *Quodnã præceptũ dicatur multiplex, & n.* 3.
4. *Patris Vaſquez opinio affertur, & n.* 5. *necnõ multorũ aliorũ DD. & n.* 6. *&* 7. *&* 10.
8. *An non recitans teneatur explicare in confeſſione quantitatẽ officij omiſſi: & n.* 9.
11. *Difficultatis duplex ratio affertur & n.* 12. *& n.* 15.
13. *An poſſet quis negare conſuetudinem peccandi, aut occaſionem proximam quam ſine magno incommodo dimittere nequit.*
14. *Quodnam ius habeat Confeſſor.*
16. *Quæ circumſtantia aggrauans ſit ex præcepto confitenda.*
17. *An ſolum duæ circumſtantiæ aggrauantes ſint neceſſario explicanda.*
18. *An præciſa temporis menſura non ſit circumſtantia neceſſariò confitenda.*
19. *Quæ circumſtantia ſit explicanda.*
20. *Magiſtri à S. Thoma opinio, & n.* 21.
22. *An licet reſpectu totius officij ſit circumſtantia aggrauans ſolummodo, ſit neceſſariò confitenda.*

COrollarium ſeptimum, quod † qui non recitat ſeptem horas canonicas ſeptem committit mortalia peccata, vnde non ſatisfacit ſi dicat in confeſſione omiſit officium diuinũ ſed tenetur dicere quot horas omiſit. Ita ſentiunt Tabiena *verbo hora quæſt.* 15. Tuſcus *de viſitatio cap.* 20. *num.* 19. quos citat & ſequitur Leſſius *lib.* 2. *cap.* 37. *à num.* 53. & primò, quia quamuis ſit vnum præceptum recitandi officium diuinum, cum hoc conſtet ex ſeptem horis canonicis diſtinctis & diſtincto tempore ex ſua inſtitutione recitandis; † præceptum illud multiplex eſt virtualiter, ſicut præceptum de ieiunio quadrageſimæ quod & ſi ſit vnum formaliter tamen in ordine ad mores multiplex eſt, atque ita tot peccata mortalia committit, quot dies quadrageſimæ non ieiunauit, aut quot vicibus carnes comedit, quare ſicut omnia ieiunia quadrageſimæ ſatisfaciunt vni obligationi totali ieiunandi totam quadrageſimam, & omiſſio cuiuſlibet diei eſt diſtinctum peccatum numero ita eſt ſi ſeptem horæ canonicæ ad integrum vnum diei officium, omiſſiones omnium horarum plura ſunt numero peccata, vnde Pius V. in ſua conſtitutione diuerſam pœnam, taxauit pro matutini omiſſione, ac aliarum horarum, iudicans grauius peccatum eſſe, & ſi intra eandem ſpeciem. 1 2 3

4 Cuius rationem à priori nobis ſubminiſtrauit † P. Vaſq. 3. *p. tom.* 4. *q.* 91. *dub.* 4. *num.* 4. quia quando actus dicit ordinem ad plura obiecta ex quorum vnoquoque per ſe prouenit contrarietas ad virtutem concedendũ eſt eſſe plures malitias, & ita plura peccata numero diſtincta; quod tunc inuenitur quoties circumſtantia talis eſt, vt ipſa per ſe nullo alio ſupplemento faceret peccatum, vt qui vno actu plures homines occidit etiãſi ipſos conſideret, vt ſunt partes vnius exercitus, aut ciuitatis, aut familiæ, ita & ſi ſeptẽ horæ canonicæ ſint partes vnius totius artificialis; tamen quælibet talis eſt, vt ipſa per ſe nullo alio ſuppleto habeat eius omiſſio ſpecialẽ ordinẽ & oppoſitionẽ ad virtutẽ, & præceptũ de recitando, ergo qui ſeptẽ horas omiſit ſeptẽ cõmittit peccata numero diſtincta. 5

Fateor contrarium ſequi communiter,
& eſt valde probabile & ſecutum in praxi,
6 ita † Garzia *p. 3. cap. 1. n.* 132. citans pro ſe
ex Antiquis & Recentioribus decem & no-
uem auctores Bonacina *vbi ſupra punct.* 1.
n. 7. qui præter citatos à Garzia alios decem
ex Recentioribus pro ſe adducit quibus ad-
do Mirandám *tom.* 1. *Manualis q.* 37. *art.* 15.
Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 2. *p.* 5. *num.* 1.
Lezana *tom.* 1. *ſumm. cap.* 12. *num.* 10. Lugo
de Sacram. pænit. diſp. 16. *ſect.* 14. *n.* 547. Tral-
lenc. *lib.* 1. *in Decalogum cap.* 7. *dub.* 23. *num.* 4.
Ludouicum à S. Ioanne *de horis art.* 10. *dif-
ficult.* 2. Diana *tract.* 12. *cit. Reſolut.* 5. *&* 23.
qui præter citatos *Reſol.* 5. adducit Vegam,
Ledeſmam, Ortiz, & Portel, dicit tamen
7 inconſequenter quod licet ſentẽtia Leſſij ſit
probabilis, non eſt tamen ſuſtinenda; ſi ſu-
ſtineri non poteſt caret probabilitate ſaltem
practica, quod dicere de opinione ſatis con-
ſona bonis moribus abſonum eſt, his addo
Bartholomeum à S. Fauſto *lib.* 2. *de horis q.* 80.
fundamenta huius communis ſententiæ
non adduco, quia eorum ſolutio in funda-
mento noſtri corollarij eſt incluſa.

Sed vnum aduerto ex quo reſumet vires
noſtra Reſolutio, quod plures ex auctoribus
8 oppoſitæ ſententiæ dicunt † teneri non reci-
tantem explicare in confeſſione quantita-
tem officij omiſſi, ita Garzia *vbi ſupra n.* 142.
vbi teſtatur de communi à S. Fauſto *quæſt.* 81.
Bonacina *de Sacramentis diſp.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2.
§. 3. *n.* 17. Henriquez *lib.* 5. *ſum. cap.* 7. *n.* 6. Bel-
loch. *in praxi de caſuum reſeru. p.* 2. *quæſt.* 15.
cap. 7. *num.* 74. & tenent omnes illi qui dicunt
9 circunſtantiam aggrauantem ex parte quã-
titatis obiecti, etiamſi aliæ aggrauantes non
ſint confitendæ deberi explicari in confeſ-
ſione, quod ita certum exiſtimo, quod con-
trarium habeat parum probabilitatis & ſe-
curitatis in praxi, vt videre eſt *in Dicaſtillo
diſp.* 9. *de pænitentia à num.* 180. *vſque ad nu-
mer.* 234. vbi vt ſententiam contrariam Vaſ-
quez defendat tot peregrinas ſpeculationes
accumulat, ex quibus clare conſtat, quam
parum probabilitatis practica cõtineat, qua-
re noſtram ſententiam tenent Sanchez *l.* 2.
ſum. cap. 32. *n.* 39. *& lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 24. Fagun-
dez *lib.* 4. *præcepto* 2. *Eccleſ. cap.* 2. *n.* 10. Caiet.
verbo confeſſio condit. 15. Dominicus Soto *in
4. diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 4. Petrus de Soto *re-
lect.* 9. *de confeſſ.* Nauarrus *in Manuali cap.* 6.
n. 7. Rodriguez *in ſumm. tom. cap.* 53. *num.* 3.
Toletus *lib.* 3. *cap.* 7. Vega *in ſum.* 3. *p. cap.* 50.
caſu 21. Ledeſma *in ſumma de ſacram. pænit.
cap.* 18. *conc.* 4. qui dicit *Contrariam non eſſe
10 probabilem* Suarez *tom.* 4. *in* 3. *p. diſp.* 22. *ſect.* 3.
Amicus *de pænit. diſp.* 13. *à num.* 110. Nugno
quæſt. 9. *additionum art.* 2. *dub.* 2. Magiſter Re-
uerendiſſimus Ioannes à S. Tho. 1. 2. *diſp.* 10.
art. 3. *verſic. Hæc ſecunda ſententia mihi cer-
tiſſima videtur nec oppoſitam auderem conſule-
re.* Hæc ille, quam ſecuti ſunt fere omnes an-
tiqui, quos citat Amicus; & expreſſat ca-
thechiſmus Romanus iuſſu Pij V. editus,
tit. de ſacramento pænit. §. *ſed quoniam multa.*

Huius veritatis duplex eſt ratio, prima
† traditur à Magiſtro à S. Th. quia ſecundum 11
moralem æſtimationem in ordine ad puni-
tionem, & medicinam conſcientiæ poteſt
circunſtantia aggrauans æquiualere, aut ſu-
perare multiplicationem peccatorum in nu-
mero diſtinctorum, ergo ſi quis tenetur con-
fiteri peccata numero diſtincta, vt eſt cer-
tum multo magis tenebitur confiteri circun-
ſtantiam aggrauantem, quæ talem nume-
rum excedit, ſicut excedit furtum mille au-
reorum decem furtis quibus aliquis ſubri-
puit ducenta ducata, etenim prius furtum
in malitia æquiualet & ſuperat decem furtis,
non quidem in malitia ſpecifica quia in iſta 12
æqualia ſunt, ſed in malitia numerica; quod
enim non formalibus ſed differentiis nume-
ricis diſtinguantur, hoc præciſe non perti-
net ad malitiam, ſed quia illis damnum il-
latum eſt proximo, ergo ſi maius damnum
illatum eſt vnico furto in ordine ad moris
punitionem & medicinam animæ, tenetur
id explicare quia æquiualenter eſt plura
furta grauia numero diſtincta, quod argu-
mentum manifeſtum eſt, quoquo in vtrun-
que latus ſe vertat Dicaſtillus ſecutus ſuum
Vaſquez.

Ex dictis conſtat bene me dixiſſe *tom.* 1.
moral. tract. 1. *Reſol.* 22. contra ſelectorem
diſp. 9. qui aſſeruit quod † poſſet quis nega- 13
re conſuetudinem peccandi, aut occaſiunẽ
proximam, quam ſine magno incommodo
dimittere nequit. Hoc enim prorſus impro-
babile eſt, & manifeſte ſequitur ſi quis non
tenetur confiteri circunſtantiam quantitatis
aggrauantem, Confeſſor enim † ius habet 14
ad illam interrogãdum vt rectum iudicium
faciat de ſtatu pœnitentis & medicinam ad-
hibeat ſalutarem, quam Doctrinam mani-
feſte ibi probaui ex rationibus & authorita-
te S. D. *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. vbi *in ſolut.
ad primum. Non eſt neceſſarium omnes occaſiones
peccati confiteri, ſed ſolum illas ſine quarum abſ-
ciſſione ſufficiens remedium adhiberi non poteſt.*
Lege meipſum ibi quomodo autem intelli-
gendus eſt S. D. quando alicubi dicit quod
circunſtantia aggrauans non eſt neceſſario
confitenda egregie explicat Reuerendiſſ.
Magiſter Confeſſor Regius *vbi ſupra in ſol.
argumentorum pag mihi.* 636.

Secunda ratio eſt † Amici *num.* 111. quia 15
ex oppoſita ſententia ſequeretur, non eſſe
neceſſarium confiteri actum externum
furti, homicidij, fornicationis, &c. ſed ſolum
affectum internum efficacem aptum ad in-
ferendũ externum, quia tota malitia peccati

ſumitur

ſumitur ab actu interno, vt eſt certa ſententia; vnde actus externus ſolum eſt circunſtantia aggrauans per modum effectus ſecuti ad actum internum; hoc autem aſſerere abſurdiſſimum eſt. Quare Magiſter à S. Thoma *vbi ſupra* ad diſcernendum, quæ
16 † circunſtantia aggrauans ſit ex præcepto confitenda; hanc conſtituit regulam quam eius verbis ſubiicio; *quando circunſtantia intra eandem ſpeciem ponitur ſeu apponitur actui, ſi quod ſuperaddit & grauat ſuper ſpeciem peccati eſt talis naturæ, quod id ſufficit ad peccatum mortale talis aggrauatio circunſtantiæ debet confiteri de neceſſitate, alias non, nam ſi aggrauatio illa in eo quod ſuperadditur mortalis culpa eſt, licet non mutet ſpeciem Theologicam, quæ præciſè reſpicit offenſam Dei, & ibi eſt additio offenſæ mortalis, licet ſit eadem ſpecies mortalis, hac ibi dicit optimè ſpeciem moralem, quia ibi eſt vna oppoſitio ad virtutem moralem, attamen virtualiter eſt multiplex offenſa Dei in ordine ad quem ſumitur offenſa, quã mutat ratione materiæ mortalis, quæ additur*, quam doctrinam egregiè enucleat, *verſ. & quidem.*

Quare mihi non arridet ſententia Amici
17 *vbi ſup. n.* 118. aſſerentis † ſolum duas circũſtantias aggrauantes eſſe neceſſario explicandas ex præcepto quantitatem damni, ſiue in bonis externis, ſiue honoris & perſonæ, & diuturnitatem actus, quando excedit ordinariam menſuram primum enim admitto; quis enim dubitare poteſt quod ſi quis dicat verbum iniurioſum non ſoli perſonæ, ſed etiam familiæ teneatur explicare in confeſſione; ſecundum hactenus admitto, quatenus diuturnitas temporis poteſt explicare ſtatum pœnitentis; præciſa enim
18 † temporis menſura, non eſt circunſtantia neceſſario confitenda, nam ſuprà ſpeciem peccati ſolum additur temporis perditio; ſi temporis magnitudo conducat ad multiplicationem actuum, tam internorum; quam externorum, vt contigit in illis qui per multum temporis ſunt in ſtatu peccati;
19 tunc † explicanda eſt hæc circunſtantia, vt maior cautela; & efficacior medicina adhibeatur; vnde praxis fidelium habet, quod quis explicet tempus quod ſtetit in occaſione proxima peccandi, & habuit conſuetudinem peccandi, & turpem amicitiam, vt probaui ex D. Tho. *reſ.* 32. *citatã.*

Deinde contra hanc doctrinam Amici bene arguitur ex alia doctrina, quã Amicus meus Reuerendiſſ. Magiſter à S. Thoma col-
20 ligit ex citata regula † in *circunſtantia quis, ſeu perſonæ peccat quis v.g. ſcandalizando aliũ ob qualitatem perſonæ, vt quod ſit Prælatus reſpectu ſubditorum, Pater ad filios, Rex ad ſubditos, illa additio maior ita grauat ſcandalum, quod de ſe eſt ſufficiens ad offenſam mortalem, etiam ſupra ipſam ſpeciem peccati, quia maiorem & magis irreparabilem ruinam cauſat, eſt circunſtantia neceſſario confitenda intra ſpeciem ſcandali, & ſimiliter ex parte perſonæ in quam peccatur, ſi quis committit inceſtum, &* 21
additur circunſtantia, quod ſit ſoror, vel mater, illa additio per ſe ſolum conſiderata eſt mortalis offenſa, quia eſt dehoneſtatio coniunctiſſimæ perſonæ & cui ſpecialiſſime honor debetur, tenetur eam circunſtantiam confiteri. Hæc ille vir ſapientiſſimus.

Hanc doctrinam applico noſtro corollario, quia quælibet hora canonica in ſe conſiderata inducit grauem offenſam Dei, & illius omiſſio, eſt mortalis culpa; ergo manifeſtum eſt quod † licet reſpectu totius officij 22
ſit circunſtantia aggrauans ſolummodo, tamen neceſſario eſt confitenda; vnde omittens officium tenetur dicere quantam illius partem omiſit; ſicut dicebamus de quantitate notabiliter magna furti.

SVBRESOLVT. XXVIII.

Quæ quantitas omiſſa officij ſufficiat ad mortale:

SVMMARIVM.

1. *Quæ ſit quantitas officij quæ ſi omittatur ſit peccatum mortale.*
2. *An officium diuinum componatur ex octo partibus entitatiuis æqualibus, & n.* 3.
4. *An omiſſio Tertiæ officij Romani ſit mortale pecatum, & n.* 5.
6. *Authoris iudicium.*
7. *An non omnis omiſſio mortalis in recitatione obliget ad reſtitutionem.*
8. *An qui omittit Laudes teneaturr eſtituere ſaltem tertiam partem fructuum.*
9. *An omiſſio ſit de materia graui.*
10. *Dianæ ſententia & n.* 11.
12. *An ſi quis alicui parti horæ omiſſæ cum peccato mortali correſpondeat aliqua pars fructuum, quæ magna ſit, & ſufficiens ad mortale in materia furti nõ ſit reſtituẽda.*
13. *Barth. à S. Fauſto iudicium.*
14. *Quæ ſit materia grauis in recitatione officij diuini.*
15. *Marchin. & Caramuelis ſenſus, & n.* 16.

Corollarium octauũ, † quæ ſit quantitas officij, quæ ſi omittatur ſit peccatum mortale, & teneatur Beneficiarius reſtituere fructus illi omiſſioni correſpondentes. Philibertus Marchin. *de ordine tract.* 2. *p.* 6. *cap.* 12. *diffic.* 3. *n.* 5. ſentit, quod omiſſio vnius horæ integræ, non eſt peccatũ mortale, quia omiſſio vnius horæ eſt parua materia cõparata ad integrũ officiũ diuinum, eidem ſententiæ aſſiſtit Caramuel *diſp.* 118. *in S. Regul. art.* 4. 1

pro qua citat P. Ioannem de Ionghe, & P.
Ignatium Derkennis è Societate Ieſu, qui
hanc ſententiam iudicant probabilem. Exi-
2 ſtimat enim quod † officium diuinum com-
ponitur ex octo partibus entitatiuis æquali-
bus, ac propterea ſolum peccaturũ veniali-
ter, qui ſextam vel nonam omitteret, quia
ſexta non eſt octaua pars officij diuini; vn-
de *num.* 1463. dicit quod inſiſtendo commu-
ni ſententiæ, quod officij diuini ſint octo,
3 vel ſeptem partes, ſi quis omittat decem
pſalmos horæ matutinæ, non peccat mor-
taliter, quia iſti decem pſalmi ſunt pars octa-
uæ partis officij diuini; pars autem octauæ
partis non obligat ſub culpa graui.

Verum enim vero ſententia iſta, vt im-
probabilis prorſus eſt excludenda ab Eccle-
ſia, quoad vtrumque aſſertum, de primo
4 quod † omiſſio Tertiæ officij Romani ſit
mortale peccatum omnes quotquot ſcripſe-
re, & ego vidi contrarium tenent; & contra-
rium poſt Conſtitutionem Pij V. ſuſtineri
nullatenus poteſt, qui in Bulla ſua pro omiſ-
ſione vnius horæ grauem pœnam imponit,
ſextam videlicet partem fructuum reſtitu-
tionem; quam pœnam niſi pro mortali cul-
5 pa non imponeret Pontifex; quare excuſa-
re à mortali omiſſionem ſextæ, aut nonæ
eſt excuſare à reſtitutione cuius contrarium
determinatur à Papa.

Secùndum etiam aſſertum nullus auſus
6 eſt dicere, & vt verum fatear † mihi ſcan-
dalum eſt, quod enim ſit pars partis, ſi pars
illa in prudentum æſtimatione grauis eſt
quis dubitat, quod ſit mortalis illa omiſſio;
quamuis quod non eſt hora integra forſan
non eſt obligatio reſtituendi, quia Pontifex
hanc ſolum imponit omiſſioni integræ ho-
ræ, & cum ſit lex pœnalis valde rigida eius
diſpoſitionem & metas egredi non debe-
mus; quam cogitationem poſtea inueni in
Vincentio Fillucio *tom. 2. tract. 23. c. 10. n. 219.*
7 vnde † non omnis omiſſio mortalis in reci-
tatione obligat ad reſtitutionem, quod te-
net Bonac. *quæſt. 5. citat. punct. 2. n. 15.* vt pro-
babile, & ſequitur Diana *tract. 12. citato re-
ſol.* 12. pro quo citat Monetam *de diſtributio-
nibus p. 2. cap. 3. n. 22.*

Ex quibus ſubcolligitur primò, quid di-
cendum eſt ad illam difficultatem, de qua
8 latè Diana *p. 5. tract. 14. reſ.* 46. an qui omit-
tit laudes teneatur reſtituere ſaltem ſextam
partem fructuum? Sicut ſi omittit aliam ex
horis præter matutinum, & quod peccet
mortaliter nullus prudentum dubitat, cum
9 † omiſſio ſit de materia graui; & quidem ſi
Laudes ſint diuerſa hora *à Matutinis*, vt vo-
lunt plures & graues Doctores, omiſſio il-
lius inducit obligationem reſtituendi iuxta
Conſtitutionem Pianam, ſi vero non ſit
diuerſa hora, ſed pars Matutinæ; quæ fini-
ta dicebatur miſſa (vt fit in nocte Natiuita-
tis) & poſtea dicebantur Laudes argumẽto,
ex cap. nocte de conſecr. diſtinct. 1. ſic qui omit-
tit laudes non tenetur reſtituere, quia obli-
gatio reſtitutionis ſolum ponitur pro omiſ-
ſione integræ horæ, vt vidimus: ita Diana
vbi ſupr. † ex ſentẽtia Eminentiſſ. Card. Ore- 10
gij viri doctiſſimi & integerrimi, qui ita
ſentiebat, & vere eſt ſatis conformis menti
Pij V. qui in ſua conſtitutione ratam reſti-
tuendam pro omiſſione matutinorum aſſi-
gnat dimidiam partẽ fructuum & pro om-
nibus aliis horis alteram dimidiam, at ſi in
matutinis non conprehenderentur Laudes,
non videretur æqua partitio in officio diui-
no; quare ſententia Cardin. valde probabilis 11
eſt etiam in praxi, quidquid dicat Palao *vbi
ſupra punct. 7. num.* 5. Bonartius *de horis lib. 2.
c. 10. n. 12.* Ludouicus à S. Ioanne Euangeliſta
etiam, *vbi ſup. dub. 7. conc. 2.*

Subcolligitur ſecundo, quod ſi quis ali-
cui † parti horæ omiſſæ cum peccato mor- 12
tali correſpondeat aliqua pars fructuum,
quæ magna ſit, & ſufficiens ad mortale in
materia furti, non eſt reſtituenda, ita Diana
tract. 12. reſol. 26. Fillucius, Moneta, *vbi ſupra*
contra Reginaldum *in praxi lib.* 30. *tract. 3.
cap. 4. n.* 44. Bonac. *vbi ſupr. n.* 15. ſed noſtram
ſententiam tenet Barth. à S. Fauſto † *lib. 2. de* 13
horis quæſt. 286. quamuis enim Pontifex poſ-
ſet ſtatuere ſi vellet, vt pro omiſſione mor-
tifera diuini officij etiamſi non eſſet hora
integra eſſet obligatio reſtituendi fructus
illi parti reſpondentes, tamen non ita vo-
luit, ſed ſolum pro integra hora, ne exceſſus
appareret rigoris, aperireturque oſtium in-
quietudinibus, & anxietatibus animorum.

Sed † quæ ſit materia grauis in recita- 14
tione officij diuini, vt eius voluntaria omiſ-
ſio ſit culpa lethalis, res eſt valde perplexa
terminos magnitudinis & paruitatis aſſi-
gnare; videndi ſunt Auctores & ſequendi,
qui medium tenent; & fugiendi, qui nimis
laxe & licentioſi ſunt, aut qui nimis ſtricti,
aut ſcrupuloſi; nam *medium tenuere beati*, &
mediam viam ingreſſi ſunt prudentes; qua-
re terminos, quos poſuerunt Marchinus
& Caramuel † abiiciat, vt nimis latos, qui 15
dicunt ad perditionem ne ingrediamur; Pa-
tres enim noſtri terminum poſuerunt aſſe-
rentes, quod omiſſio vnius horæ integræ, eſt
lethalis culpa, ſimiliter quod Bonacina &
alij dicunt, quod ſi quantitas ex multis ver-
bis voluntariè omiſſis æquiualeat vni ho-
ræ integræ, etiam eſt mortale, ſed hoc nimis
ſcrupuloſum, & in materia furti maior quã-
titas requiritur ad mortale quando paula-
tim ſubripitur, ac quando ſimul, quia quan-
do paulatim & minutim, non oritur ita fa- 16
cile damnum proximi notabile, quare exi-
ſtimo, quod omiſſio vnius pſalmi & hymni
horæ

horæ minoris, & aliarum duo pſalmi non nimis longi, eſt matutina grauis ad mortale; ſi vero loquamur de omiſſione verſuum diſcreta multo maior quantitas exigitur quam relinquo iudicio prudentis, & non ſcrupuloſi.

SVBRESOLVT. XXIX.

Quibus ſunt fructus amiſſi reſtituendi?

SVMMARIVM.

1. *Quid nomine fabricæ intelligatur.*
2. *Quid item nomine pauperum intelligantur.*
3. *De pauperibus Barth. à S. Fauſto & alij quid ſentiant.*
4. *An ſi in loco Beneficij ſint verè pauperes, iſti ſint præferendi.*
5. *Quid ordo charitatis & iuſtitia diſtributiua exigant.*
6. *Sacræ congregationis declaratio, & numero 7.*
8. *An Beneficiarius pauper poſſit fructus titulo paupertatis applicare.*
9. *Quid excuſet Beneficiarium pauperem.*
10. *Multorum DD. ſententiæ adducuntur, & n. 11.*
12. *Qui fructus eaſdem conditiones habeant ac diſtributiones.*
12. *An nulla lex præter Pontificiam poteſt cogere vt alicui priuato operi pio applicentur fructus.*

COrollarium nonum, quibus reſtituendi ſint fructus, quos non recitans tenetur reſtituere, & huius corollarij matutina plura dixi *lib.* 3. vbi de Parrocho, & Epiſcopo non reſidente & aliqua reſeruaui huic
1 corollario addenda, primò, † quid nomine fabricæ intelligatur, Bonacina *vbi ſupra p.* 4. *num.* 2. Suarez *cap.* 30. *num.* 18. Palao *punct.* 7. *num.* 11. Sanchez *cap.* 2. *citat. dub.* 8. *num.* 2. intelligunt fabricam Eccleſiæ in qua ſitum eſt beneficium, etſi ditiſſima ſit; ad quam etiam pertinet reparatio Domus, cultura vineæ, aut agri; ipſiuſve conſeruationis; vnde ſi conſeruandus eſt ex aqua ab alieno fonte dimanante & agrum vel vineam irrigante ſi fontem, aut puteum, etiamſi ad alium Dominum pertineat, reparet, aut ædificet, nomine fabricæ intelligitur; non tamen intelligitur fabrica alterius Eccleſiæ, niſi ſit pauper & illi titulo paupertatis applicentur iuxta modo dicenda.

2 Secundum præter id quod diximus loco citato de pauperibus, & quid Pauperum conſtituat, vt illi poſſint fructus applicari † quod nomine pauperum etiam intelliguntur animæ fidelium in purgatorio exiſtentes, qui in vrgenti ſunt neceſſitate, vnde ſi fructus expendat in eleemeſynis Miſſarum, pro illis ſatisfaciet, vt tenet Fillucius *cap.* 10. *cit. n.* 325.

Sed de Pauperibus † Barth. à S. Fauſto, 3
lib. 2. *citat. quæſt.* 29. Suarez *cap.* 30. *cit. n.* 20. Molpheſius *lib.* 5. *ſumm. cap.* 5. *num.* 12. Fillucius *vbi ſupra quæſt.* 6. Bonacina *punct.* 4. *n.* 3. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 27. *diffic.* 17. *num.* 9. & multi alij ſentiunt, quod non ſolum intelliguntur pauperes illius loci in quo eſt ſitum beneficium, ſed etiam alij exteri alterius loci, aut Epiſcopatus, tum quia Bulla Piana vniuerſaliter loquitur de pauperibus, & ſic facilior & ſuauior redditur reſtitutio ſed quamuis hoc ſit probabile; tamen contrariam probabilius exiſtimo † ſi enim in lo- 4
co beneficij ſunt vere pauperes iſti ſunt præferendi, quia habent aliquale ius ad hoc, quo ex fructibus ſui loci, qui deſtinantur, ad pauperes alendos, ſuſtentantur, nec enim Epiſcopus ſi in ſua Diœceſi ſunt pauperes, nequit tuto Pauperibus alterius Diœceſis fructus diſtribuere, ſed ædibus propriis alere, tenetur; ita Beneficiarius pauperes proprij loci.

Tum, quia quando antiquitus fructus beneficij diuidebantur in partes & vna aſſignabatur pauperibus, illis applicabantur qui erant loci beneficij, & quidem † hoc exi- 5
git ordo charitatis & iuſtitia diſtributiua, nec enim par eſt quod omiſſis pauperibus Hiſpanis fructus beneficij Hiſpani mittantur ad Italos, vel Francos, quod etiam conſtat, de fructibus reſtituendis à Parrocho non reſidente qui debent reſtitui vel fabricæ, vel pauperibus parrochiæ, ſicut Epiſcopus non reſidens fabricis, aut pauperibus Epiſcopatus, vnde de Parrocho ſic declarauit † Sacra Congregatio apud Garziam. 3. 6
p. cap. 2. *num.* 31. *Congregatio cenſuit Epiſcopum Ordinarium debere applicare fructus non reſidentium de quibus in hoc decreto fabricæ Eccleſiæ parrochialis, etiamſi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ poteſt tamen in dies indigere ſaltem quoad ornamenta.* Quare dum Pontifex dixit abſolute, quod 7
fructus reſtituantur pauperibus, & in eleemoſynam erogare teneantur, ſubintelligitur in pauperes loci Beneficiorum, vt congrue, & vt oportet fiat erogatio; quamuis ſi fiat pauperibus alterius; tenebit erogatio & non erit neceſſarium aliam fieri pauperibus loci beneficij, quamuis male fiat.

Tertium, & valde notandum, quod † ſi 8
Beneficiarius eſt pauper verè & non habet vnde decẽter ſuſtentetur, quod etiã ſi ſit cõſuetudo, aut ſtatutum, aut lex in aliquo Epiſcopatu, aut Eccleſia, quod fructus amiſſi ex omiſſione diuini officij applicẽtur ad aliquod pium opus, vel aliis clericis, aut Canonicis; poteſt Beneficiarius pauper ſibi eos titulo

tulo paupertatis applicare, quamuis non poſ-
9 ſit applicare aliis pauperibus, ratio eſt † quia neceſſitas vrgens illum excuſat & ſic poteſt ſibi applicare, quia cum iſta lex, conſuetudo, ſiue ſtatutum ſit contra ius commune, debet coarctari & limitari extra propriam neceſſitatem beneficiarij, hoc enim lex charitatis exigit, quæ bene ordinata incipit à ſe ipſo, qui enim ad dandum aliquid pauperibus obligatur poteſt illud ſibi accipere, ſi verè talis eſt per tradita † à Baldo *in lege, id quod pauperibus quæſt.* 22. *C. de Epiſc. & Cleric.* Calderino *conſ.* 19. *de teſta.* Ancharr. *conſil.* 84. Nauarro *de horis cap.* 7. *n.* 32. ab Aragonio 2.
10 2. *quaſt.* 83. *art.* 13. *pag.* 868. quod ſecus eſt de diſtributionibus quotidianis, quæ ex iure communi accreſcunt aliis Canonicis quas ſibi etiam ratione paupertatis non poteſt applicare, niſi cum obligatione reſtituendi iuxta notata per D.D. *cap.* 1. *de Cleric. non reſidente in* 6. ſi tamen ſtatutum aut lex ſit approbata à Summo Pontifice, diſcurrendum eſt ſicut de diſtributionibus.

11 Contrarium huic doctrinæ tenet Bonac. *punct* 4. citato, qui citat Suarez *cap.* 30. *cit n.* 17. ſed loquitur de ſtatuto approbato: citat Aragonium, *vbi ſuprà.* & Naldum *verbo officium num.* 13. ſed nihil ibi dicit vterque citat etiam Toletum *lib.* 2. *Summa. cap.* 12. *n.* 5. ſed ibi loquitur de diſtributionibus, vel de fructibus ex maſſa communi, vel quando ſumuntur ex aliquo communi ſumptu, qui fructus auferuntur & aliis accreſcunt, non præciſè ex non recitatione priuata, ſed ex non recitatione, vel non intereſſentia choro † hi enim fructus eaſdem conditiones 12
habent ac diſtributiones, tamen fructus, quos tenetur Canonicus, vel Beneficiarius ob nō recitationē officij priuatam † nulla lex 13
præter Pontificiam poteſt cogere, vt alicui priuato operi pio applicentur; ſed pauperibus vel fabricæ, quia ita diſponit ius commune, quod ſi ſit aliqua lex alicuius Epiſcopatus intelligitur, niſi ipſe Beneficiatus indigeat. Hæc eſt ſententia Doctiſſimi viri Nicolai Garziæ *cap.* 1. *n.* 35. quem non bene intellexit Bonac. idem tenet Th. Sanchez *cap.* 2. *dub.* 88. *à n.* 7.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTVS,

DE RESIDENTIA EX VI BENEFICII ſimplicis.

DE reſidentia Paſtorum, Epiſcoporum, & Curatorum, & aliarum præbendarum quæ choro adſtrictæ ſunt, & priora ſunt beneficia curam animarum habentia, poſteriora ſine cura tamen intereſſentiam chori exigentia ſunt præſens liber inſtituitur de beneficiis ſimplicibus.

RESOLVTIO I.

Quotuplex ſit beneficium ſimplex.

SVMMARIVM.

1. *Triplex admittitur Beneficium ſimplex.*
2. *Præſtimonium diſtinguitur à Beneficio ſeruitorio, & n.* 3. 4.
5. *Authoris mens adducitur.*
6. *An habentes præſtimonia vbique terrarum gaudeant fori priuilegio.*
7. *An in Hiſpania ſint beneficia quæ vocentur præſtimonia, & n.* 8.
9. *Quæ præſtimonia iure communi exigant reſidentiam.*
10. *An per ſubſtitutum debeant præſtimoniarij Eccleſiis ſuis inſeruire, & n.* 11.
12. *Quæ præſtimonia etſi verè beneficia ſint non inducant aliquam reſidendi obligationem.*
13. *An qualitas inſtitutionis præſtimonij ſemper perſeueret.*

TRIPLEX † eſt Beneficium, primum 1
quod dicitur ſeruitorium. Secundum eſt capellania collatiua. Tertium, eſt præſtimonium aut præſtimonialis portio, & quidem præſtimonium, quamuis † eius ethy- 2
mon ſit præſtans munium, id eſt officium, & obſequium † teſte Gonzalez *ad Regulam octauam Cancell. gloſſ.* 5. §. 2. *n.* 6. tamen contra diſtinguitur à beneficio ſeruitorio, & ita nec reſidentiam perſonalem, aut per ſubſtitutum ex iuſſu exigit neque obligatur ex vi illius

3 illius ad aliquod ſeruitium Eccleſiæ præ-
ſtandum, præter quam quod recitare horas
Canonicas cum hodie ſit vetum & ptoprijs
beneficium, quod confertur titulo Canoni-
4 co in perpetuum, vnde & vendi nequit, ſine
Simoniæ labe, eiuſque inimpetratione alte-
rius beneficij facienda eſt mentio, niſi ex
conſuetudine, & communi vſu luquendi
apud aliquam Prouinciam nomine benefi-
cij non intelligatur præſtimonium attendendo ad eius primam inſtitutionem, ita Garzia
*part.1.c.2.n.*120.

5 Sed ego exiſtimo, † quod ſi perpetuo
concedatur titulu Cannonico, quod appella-
tio iuris communis vincit cõſuetudinem, &
vſum alicuius prouinciæ ipſumque euaneſ-
cere facit, vt præſtimonium nomenclaturã
beneficij obtineat vbique terrarum quam
illi tribuit Bonifacius VIII. *cap. vlt. de conceſſione præbendæ in 6.* & Trid. *ſeſſ.*14. *c.*9. *de
reform. & ſeſſ.*23.*cap.*18. poſt medium. Vnde
6 † habentes præſtimonia vbique terrarum
gaudent fori priuilegio, & illius titulo, ordinati, & filius illegitimus nequit illud habere
in Eccleſia in qua Pater miniſtrauit, quare
Azor *lib.8.p.1.cap.*4. citatus à Barboſa *de iure*
7 *Eccleſ. vniuerſ. lib.*3. *cap.*8. *num.*18. dicit † *in
Hiſpania videmus eſſe beneficia, quæ præſtimonia vocantur, quæ neque exigunt, vt Clerici in
Eccleſiis aſſidue commorentur, neque, vt abſentes aliquos in ſui locum ſubſtituant*, quod ipſe
Azor. *p.*1. *lib.*7. *cap.*3. *q.*1. *§. quæret aliquis.* ſic
interpretatur (ſecutus Menochium *de Arbitrar. lib.*2. *cent.*3. *caſu* 102. *num.*5.) *meo iudicio* (inquir Azor) *eo ipſo*, quod (*præſtimoniales
portiones*) *ſunt beneficia Eccleſiaſtica habent iu-*
8 *re communi huiuſmodi onus* (*reſidendi*) *annexum
ſed conſuetudine in Hiſpania, vbi ſunt huiuſmodi multa beneficia receptum eſt, vt tales Beneficiarij abeſſe queant à ſuis Eccleſiis, & nihilominus fructus acquirant neque per alios inſeruire in Eccleſiis cogantur.* Hæc ille.

9 Aſt egu exiſtimo, quod ſi † hæc præſtimonia iure communi exigunt reſidentiam;
quod nullo modo poteſt conſuetudine introduci; quod ſaltem per alium ſubſtitutum
ibi non reſideant & interſint, & contrarium
erit corruptela, & non conſuetudo rationabilis, ita Archidiaconus *in cap. ſacerdotes* 31.
diſt. Lignanus *in cap. omnes de conſtit.* ratio
eſt perſpicua, quia ſi huiuſmodi præſtimonia à iure communi exigunt reſidentiam,
erit vtriq; perſonalis, vt cætera alia beneficia
ſimplicia exigunt quæ dicuntur ſeruitoria,
10 vnde ſaltem † per ſubſtitutum debent præſtimoniarij Eccleſiis ſuis inſeruire, quia ex
iure naturæ eum recipiant fructus, vt reſideant nec Eccleſia careat ſuis miniſtris ad
ſuum ſeruitium deſignatis tenetur per ſe,
vel per alium reſidere, & in hoc potuit inualeſcere conſuetudo; quod id quod per ſe
tenebatur facere, faciat per alium cum non
ſit Paſtor ouium, & eo ipſo quod ſiut aſſignati fructus, vt reſideat ad ipſum præſtimoniarium, non attinet iudicare, an alia Eccleſia careat miniſtris neceſſariis cum ipſe
ſit operarius conductus ad reſidendum, cum 11
autem conſuetudo Hiſpana rationabilis ſit
quod huiuſmodi præſtimoniatij nec per ſe,
nec per alios reſideant, ideo eſt quia talia
præſtimonia, etſi verè ſint beneficia, † non 12
ramen inducunt aliquam reſidendi obligationem, quia ex ſua inſtitutione non ſunt aſſignata alicui altari, aut Eccleſiæ, neque
præſtimoniarij *Altariſtæ* dicuntur, Eccleſia
tamen reſeruata horum inſtitutione, & fundatione fecit beneficia Eccleſiaſtica, quæ habeant effectus ſupra inductos, ſine tamen
obligatione aliqua reſidendi, nec per ſe nec
per ſubſtitutum. Qualitas namque † inſti- 13
tutionis præſtimonij ſemper perſeuerat, niſi ex conſuetudine, aut ſtatuto confirmato
præſtimonium ſit aſſignatum pro ſeruitio
alicuius altaris, vel Eccleſiæ.

RESOLVTIO II.

Omnia beneficia ſimplicia ſeruitoria exigunt reſidentiam.

SVMMARIVM.

1. *Iure communi antiquo ſeruitoria Beneficia requirunt reſidentiam.*
2. *Quod veniat notatu dignum, n.*3.
4. *Vrbani VIII. ſenſus.*
5. *An nullus poſſit habere beneficia in duabus Eccleſiis.*
6. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.*
7. *An altare ſit proprius beneficij locus.*
8. *Beneficiarius altari ſeruire dicitur & de altari viuere, & n.*9.
10. *Quid nomen* Altariſta *deſignet, n.*11.
12. *An iure decretalium omne beneficium ſimplex ſeruitorium quamuis tenue reſidentiam exigat.*
13. *An Beneficiarius & Altariſta ſint eiuſdem notionis.*

CÆTERVM autem omnia alia Beneficia ſimplicia, quæ inferiora dicuntur,
† de iure communi antiquò ſeruitoria ſunt, 1
& requirunt reſidentiam, eſt communis &
certa omnium ferè Canoniſtarum opinio,
quos referunt Garzia *p.*11. *de benef. c.*5. *§.* 3.
*& p.*1. *cap.*2. *num.*1. Azor *p.*2. *lib.*7. *cap.*3. Lothericus *de re Beneficiaria lib.*3. *quaſt.*27. *n.*8.
Couarr. *lib.*3. *Variar. cap.*13. *num.*3. Tholoſan. *de Benef. cap.*7. Greg. XV. *deciſ.* 175.
*num.*1.

Digitized by Google

n.1.Vaſquez *de beneſ.cap.*4 *art.*2.*dub.*1.
2 Vt tamen hoc intelligatur † notandum
primo antiquitus in primis ſæculis à princi-
pio Eccleſiæ,cum tempore Apoſtolorum fi-
deles prædia ſua,& bona ad ſuſtẽtandos mi-
niſtros,& pauperes Chriſtianos vendere,&
pecuniam ex pretio ortam ad Apoſtolos
conduxiſſe , vt ex facto Ananiæ, conſtat ex
*actibus Apoſtolorum,cap.*5. *&* 4. poſtea vero à
tempore Conſtantini Imperatoris cœpe-
runt fideles ædificare Eccleſias & prædia il-
3 lis tribuere,*cap.futuram* 12. *quæſt.* 1. & † Vr-
banus Papa *epiſt. vnica cap.* 1. dicit *quod vi-
dentes ſummi Sacerdotes & alij, atque Leuitæ
& reliqui fideles , plus vtilitatis poſſe conferre
ſi hæreditates,& agros quos vendebant, Eccle-
ſiis,quibus præſidebant Epiſcopi traderent ; eo
quod ex ſumptibus eorum tam præſentibus quã
futuris temporibus,plura, & elegantiora mini-
ſtrare poſſent fidelibus , communem vitam du-
centibus,quam ex pretio ipſorum cœperunt præ-
4 dia & agros,quos vendere ſolebant matricibus
Eccleſiis tradere & ex ſumptibus eorum viue-
re.* Hæc ibi , ex his autem bonis ſuſtenta-
bantur Clerici, & miniſtri Eccleſiæ,vt notat
Gloſſa *cap.videntes eadem cauſa,& quæſt.ver-
bo ab Epiſcopo.*
5 Poſtea vero creſcente multitudine *anno
Domini* 450. Concilium Calcedonenſe ſub
Leone I. in quo conuenerunt 670. Patres
*Canon.*6. quod ſecutum eſt Concilium Pla-
centin. ſub Vrbano II. *anno* 1095. ſtatuitur
quod nemo titulari liceat in duabus Eccle-
ſiis;hoc eſt,quod † nullus poteſt habere be-
neficia in duabus Eccleſiis, quod multis ra-
tionibus probatur *in* 7.*Synodo cap.* 15. & re-
fertur *cap.Clericus* 21.*q.*1.quas rationes opti-
mè enodat ibi gloſſa,& optima eſt illa quam
6 ſubdit textus † *nemo poteſt duobus Dominis
ſeruire,aut enim vnum odio habebit & alterum
diliget,aut vnum ſuſtinebit,& alterum contem-
net , vnuſquiſque enim ſecundum Apoſtolicam
vocem,in quo vocatus eſt,in hoc debet permane-
re & in vna locari Eccleſia.* Vnde in primis
Eccleſiæ temporibus nullus titulum benefi-
cij habebat,niſi ad inſeruiendum vni Eccle-
ſiæ niſi plures Eccleſiæ eſſent vnitæ.
7 Hinc eſt quod † altare eſt proprius be-
neficij locus , quamuis Eccleſia ſit locus
communis, templum enim eſt locus altaris,
altare vero eſt locus beneficij , ac proinde
ſine templo poteſt ſacrificari , modo extet
altare , ſine altari vero nullomodo etiam in
templo ipſo,vt ex Bellarmin.*tom.*3. *lib.* 1. *de
miſſ.cap.*14.*verſ.idem Paulus* notat Melchior
Lotherius *lib.de re beneficiaria quæſt.*30.*n.* 3.
8 *& n.*9.Hinc † beneficiarius *altari ſeruire di-
citur , & de altari viuere cap. cum ſecundum
Apoſtolicum de præbendis*; quamuis enim Ec-
cleſia poſit videri, ne dum locus communis;
ſed proprius beneficij,tamen exigit propriū
& ſingulare altare cui totum id referatur,
prout patet *ex textu in Canone,ſi quis in atrio*
*16.q.*4.vbi ponitur pro eodem altare, quod 9
Eccleſia, idipſum obſeruatur, ex *Canone quæ-
ſitum* 1.*q.*3.& obſeruauit Abbas *cap.*1.*n.*4. *de
ſucceſſio.ab inteſtato*; vnde altare in litteris
Apoſtolicis concernentibus materiam pro-
uiſiuam ſemper exponitur pro Eccleſia ſi-
ue pro titulo beneficiali Abbas *vbi ſupra nu-
mer.*3.vbi monet, hoc eſſe bene notandum,
& ſic miniſtrum altaris ſiue beneficiarium
dicimus *Altariſtam*,ita Rota *coram Card.Lã-
celloto,anno* 1608. *Martij* 14. *in vna Recata-
nen.Benef.n.*2.quamuis velit † quod *Altari-* 10
ſta intelligatur ſolum Presbyter qui altari
deſeruit in eo celebrando, & non de ſimpli-
ci Clerico , qui potius deſeruit Presbytero,
quam altari.
Sed quamuis in caſu de quo loquitur
Rota &c.erat lis mota, recte dictum ſit quia
ita erat obſeruantia ſubſecuta in prouiſione
illius beneficij, quod ſolum dabatur Sacer-
doti,tamen nomen † *Altariſta* eſt ille , qui 11
dicatus eſt altari ſeruiendo ratione ordinis
& miniſterij ſui deſignati ab Eccleſia,& pro-
pter quod datur beneficium ſicut choriſta
eſt quicumque in choro canit ; ſiue ſit heb-
domadarius , ſiue quicunque alius , qui ibi
canit, & deſtinatus eſt ad chorum, legatur
Lotherius *de re beneficiaria lib.*2.*q.*47.*à n.*52.
vnde antiquis temporibus nullum funda-
batur ab Eccleſia beneficium , quod non
exigeret reſidentiam perſonalem;etſi non
præciſam , ſicut beneficium paſtorale, cuius
cauſa eſt ius diuinum,vt *lib.* 1. dixi , tamen
cauſatiuam;quæ poteſt ſuppleri , per ſubſti-
tutum ex conſuetudine introducta,qui ſup-
plet per proprietarium , ſeruitium & mini-
ſterium,quod ipſe præſtare debebat ; vnde
etiam † iure decretalium,omne beneficium 12
ſimplex ſeruitorium quamuis tenue, reſidẽ-
tiam exigit,vt conſtat *ex cap. conquerente de
Clericis non reſident.* vbi eſt clara deciſio &
gloſſa *ibi , ſi non deſeruiat nihil percipere
debet.*
Ex quidem quod omnia beneficia etiam
non habentia curam animarum, ex iure an-
tiquo eſſent deſignata ſeruitio altaris ſiti in
aliqua Eccleſia,& ſic quod † Beneficiarius 13
& *Altariſta* eiuſdem notionis eſſent,conſtat
ex D.Thom.*artic.*ſpeciali quem nullibi tra-
ctat niſi *quodlib.*9.*art.*15.vbi inquirit,an ha-
bere plures præbendas ſine cura animarum
ſine diſpenſatione ſit peccatum mor-
tale , cuius articuli doctrina
grauiſſima & profundiſſi-
ma eſt,de qua *infra*
ediſſeram.

RESO

RESOLVT. III.

De Capellaniis collatiuis.

SVMMARIVM.

1. *Quid ſit tertium genus beneficiorum ſimplicium, & n. 2. & 3.*
4. *An Capellania fundata authoritate Papæ aut Epiſcopi ſint beneficia habentia ſeruitium ad altare.*
5. *An ſint quædam Capellaniæ inſtitutæ & erectæ authoritate Epiſcopi, vt ſint ſpirituales.*
6. *An ſi ſemel fiat collatio ab Epiſcopo, conſtituatur beneficium propriè.*
7. *An perpetuitas quæ eſt de ratione beneficij ſit ſolum impotentia.*
8. *Manualitas in quo ſita ſit.*
9. *Garzia & multorum aliorum ſententia adducitur, & n. 10.*
11. *An cum Capellania eſt inſtituta ad aliquas miſſas dicendas cum onere coadiuuandi in cura animarum in Eccleſia Parrochiali, teneatur Capellanus ad reſidentiam perſonalem ſicut Parrochus.*

1 TERTIVM † genus beneficiorum ſim-
plicium de quibus in præſenti capi-
te eſt capellania collatiua erecta Epiſcopi
auctoritate, ſine qua non eſt beneficium,
ſed laicale quid, & temporale etiamſi ſit fũ-
data cum onere dicendi miſſas, & poſſunt
ad eas præſentari merè laici, vt detractum
fuit à Rota *in vna Vlixbon. adminiſtrat. coram*
Pegna anno 1561. *die* 16. *Ianuarij* & alia *Me-*
2 *nopol* 4. *Iunij* 1612. *coram Manzanedo*, de qui-
bus latè Auctores & ad nos non pertinet;
cum ad nullum onus Eccleſiaſticum ordi-
netur nec illas habentes teneantur recitare,
nec gaudeant fori priuilegio, nec illius in-
tuitu poſſint ordinari, etiamſi capellania fũ-
data ſit ab Epiſcopo non authoritate Epiſ-
copali, ſed laicali, & ex propriis bonis; imo
etiamſi eſſet ex bonis Eccleſiæ, niſi eiuſdem
3 Epiſcopi authoritas & confirmatio accedat;
ſine qua etiamſi intercedat pactum de dan-
do illam non interſit ſimonia, Gonzalez *ad*
Reg. 8. *gloſſa* 5. *n.* 25.
4 Quare † de capellaniis fundatis authori-
tate Papæ, aut Epiſcopi loquimur & iſtæ
ſunt beneficia habentia ſeruitium ad altare
in quo fundata eſt capella, vnde reſpectu
illius reſidentiam habet, quam adimplere,
vel per ſe vel per alium tenetur.

Cæterum notant Nauarrus *conſil.* 5. *de*
præbendis, Sebaſtian. Cæſar *in relect. de Eccle-*
ſiaſtica Hierar. p. 3. *diſp.* 14 §. 3. *num.* 1. Sayr. *in*
floribus deciſ. tit. de præbendis deciſ. 5. quod
5 ſunt † quædam capellaniæ inſtitutæ & ere-
ctæ authoritate Epiſcopi, vt eſſent ſpiritua-
les; amobiles tamen ſine cauſa ad libitum
amouentis, huius malitia, aut odio ſecluſo,
verum addunt, quod iſtæ capellaniæ non
eſſent prupria beneficia de cuius ratione
eſt perpetuitas, ſed ego contrarium ſentio
exiſtimans eſſe propriè & non æquiuoce
beneficia, ita Nicolaus G... *cap.* 2.
num. 81 Lotherius *de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 7.
n. 20. Guido Papa *quæſt.* 187. & † ſi ſemel fiat 6
collatio ab Epiſcopo conſtituitur beneficiũ
propriè, etſi maneat manuale, vt determi-
nat Rota *in vna Gerundi. Perſo. cauſæ piæ* 17.
Maij 1630. *coram Veroſpio.* etenim vt notant
Federicus de Senis *conſil.* 35. *n.* 1. Vital. *in cle-*
ment. vnica §. *in quibus n.* 2. *de ſupplenda ne-*
glig. Prælatorum Selua *de beneficiis p.* 3. *q.* 68.
n. 2. & 3. quos refert & ſequitur Lotherius
vbi ſupra † perpetuitas quæ eſt de ratione 7
beneficij eſt ſolum impotentia, itavt non
prouideatur ad tempus certum, & præfini-
tum, vt de beneficiis Regularibus omnes
tenentur fateri, vt latè idem Lotherius *q.* 33.
eſſe enim beneficia manualia, verè & pro-
priè beneficia communis ſententia docet,
quia beneficium ipſum eſt ius perpetuum
percipiendi fructus, quamuis in hac perſo-
na perpetuo non inſideat, ſed reſpectu il-
lius manuale ſit, & ad nutum amobile à ſu-
periure, Manualitas enim † in hoc ſita eſt 8
quod ſuperior illud, quod contulit pro libito
ad manum ſuam poſſit reuocare *leg. Titius*
D. de ſeruis export. leg ſi in hac lege §. 1. *D. de*
in ius vocan. & aliis textibus quos fusè expli-
cat Briſſon *de verbor. iuriſd. ſignif.*

Verum eſt quod vt notant † Garzia *vbi* 9
ſup. n 83. cum multis, quos citat, quod ad ti-
tulum huius capellaniæ collatiuæ amobilis
ad nutum, ſicut ad titulum cuiuſcumque
beneficij manualis, non poteſt quis ordina-
ri, quia titulus ad ordines debet eſſe perpe-
tuus, vt colligitur ex Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de re-*
form. niſi hæc capellania obtineatur in ca- 10
pella ſummi Pontificis, quia ad illius titulum
ordinari, quis poteſt. Nauarr. *conſ.* 20. *de tem-*
por. ordin. Sayr. *in floribus eodem titulo deciſ.*
59. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 19. *n.* 30. gau-
det tamen priuilegio fori, & tenetur ad ho-
ras canonicas.

Si vero † cum capellania eſt inſtituta ad 11
aliquas miſſas dicendas cum onere coadiu-
uandi in cura animarum in Eccleſia parro-
chiali; tenetur Capellanus ad reſidentiam
perſonalem ſicut Parrochus, vt deciſum re-
ferunt à Sacra Congreg. Zerola *in praxi p.* 1.
verbo beneficia § 1. *verſic.* 3. quod ego
intelligo ſiue ſit manualis, ſiue
perpetua, cum vtriuſque ſit
eadem ratio.

RESOLVTIO IV.

Ex Conſuetudine habens Beneficium ſimplex non reſidet, & quomodo, & in quibus?

SVMMARIVM.

1. *An ex iure antiquo omne beneficium ſimplex reſidenſiam perſonalem habeat conſtitutione ſua ſibi annexum.*
2. *Py V. mens.*
3. *An Hiſpana conſuetudo ſit rationabilis quod Beneficiturius ſuppleat ſeruitium ſui Beneficij per ſubſtitutum.*
4. *In Beneficiario duo debita diſtinguuntur, ex S. Thom.*
5. *Couarruuiæ ſententia adducitur, & numero 6.*
7. *An conſuetudo poßit obtinere quod beneficium ſeruitorium, etiam eius ſeruitium per ſubſtitutum ſuppleatur.*

1 QVAMVIS certiſſimum ſit quod † ex iure antiquo omne beneficium ſimplex reſidentiam perſonalem habeat conſtitutione ſua ſibi annexam, tamen totus mundus habet conſuetudinem contrariam quæ iam erat introducta temporibus D. Th. ſic plures quos citat & ſequitur Garzia *p. 3. c. 2. num. 3. & num. 4.* adducit plures deciſiones Rotæ id ipſum confirmantes & *num. 7.* plures declarationes Cardinalium Concilij Interpretum *in vna Mediolanenſ.* ſic habet. *Epiſcopus non poteſt cogere obtinentes beneficia ſimplicia, aliquod perſonale ſeruicium beneficiis impendere cum ex antiquiſſima totius Eccleſiæ conſuetudine non niſi ad officium recitandum teneantur.* & Cardinali Burgenſi idem reſpon-
2 dit, & in alia dicitur. *Quod † non fuit mens Pij V. in Bulla cupientes, edita 8. Iulij 1569. cogere habentes beneficia ſimplicia in eis reſidere,* & in alia], quod *quando poſſeſſores non ſunt coacti ad ſeruiendum etiam per ſubſtitutos, nihil eſt innouandum.*

3 Ex quibus infertur † rationabilem eſſe & non contra ius naturæ conſuetudinem Hiſpanam ſecundum quam Beneficiarius ſupplet ſeruicium ſui beneficij per ſubſtitutum; quod experſſe poſſe fieri ex ſtatuto aut conſuetudine docuit D. Th. *quodlib. 1. art. 13.* vbi † duo debita in Beneficiario diſtinguit. *Vnum reſpectu Dei, vt ei debitas laudes exoluat pro beneficio, quod debet per ſe ipſum exoluere, aliud debet Eccleſiæ, & hoc debet exoluere ſecundum quod ſtatum eſt vel per ſe ipſum, ſi ſit præbenda quæ requirit reſidentiam, vel per vicarium ſi hoc ſufficit ſecundum Eccleſiæ ſtatutum ac conſuetudinem.* Hæc S. D.

Imo ſi Eccleſia non patiatur defectum in miniſterio, etiam conſuetudo poteſt obtinere quod nec per vicarium, & ſubſtitutum ſeruicium ſuum præſtet; † ita Couarr. 5
lib. 3. variar. cap. 13. num. 9. ſecutus Innocentium *cap. extra de cleric. non reſid. verſic. item oportet* ſequitur Azor *p. 2. cap. 3. quæſt. 1. §. quærit aliquis*, quod ſecus eſt in beneficiis curam animarum habentibus qui niſi ad tempus aſſignatum à Concilio non poſſunt inſeruire per ſubſtitutum, neque in hoc eſt admittenda cõſuetudo quæ prorſus eſſet ir- 6
rationalis, vt proſequitur, idem Couarr. *ibidem verſic. cæterum.* contra aliquos Canoniſtas, iure enim diuino eligitur Paſtoris induſtria ad regendas oues, vt late *lib. 1.* oſtendimus quare horum Canoniſtarum opinio prorſus eſt relegenda.

Quod autem † conſuetudo poſſit obtine- 7
re quod beneficium ſeruitorium etiam eius ſeruitium per ſubſtitutum ſuppleatur declarauit Sacra Congreg. apud Garziam *p. 3. c. 2. num. 9.* his verbis. *Congregatio cenſuit nihil innouandum in beneficiis ſimplicibus, quæ etiam clericatus nuncupantur in Eccleſiis parrochialibus vel alibi conſtitutis, quorum fructibus poſſeſſores gaudent, nullum ſeruicium nec per ſe nec per ſubſtitutos præſtando vt poſſint cogi, vel per ſe ipſos vel per ſubſtitutos deſeruire, ſi tanto tempore poſſeſſores non ſint coacti ad aliquid iſtorum nec apparet quod ad certum ſint obligati ſatis ſi dicunt horas canonicas.* Hæc ibi ſecuta eſt congregatio, opinionum gloſſarum quas adducit Couarru. & Innocent.

RESOLVTIO V.

Vtrum incompoſſibilitas beneficiorũ ſimplicium oriatur vt à prima radice, ab obligatione reſidendi.

SVMMARIVM.

1. *Beneficia ſimplicia ſeruitoria an ſint ex ſua prima inſtitutione, & exigant iure communi reſidentiam, remiſſiue.*
2. *Quæ ſit prima radix quam ius cõmune cõſtituit incõpatibilitatis beneficiorũ ſimpliciũ.*
3. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, remiſſiuè, & n. 4. & 5.*
6. *An non in iure ciuili quis in duobus collegiis poßit connumerari.*
7. *An nemo poßit habere duas Eccleſias ſine periculo animæ, niſi diſpenſatiuè per Papam.*
8. *An non ſit poſſibile aliquem in pluribus Eccleſiis deſeruire.*

9. *Inordi*

ex beneficiorum ſimplicium pluralitate.
10. *Azorij ſenſus & n.11.12.& 13.*
14 *Quæ radix non extendat immediatè palmites ſuos ad præſtimonia.*
15. *An præſtimoniarij teneantur ad officium diuinum quotidie celebrandum in cultum Dei & Eccleſiæ bonum.*

1 SVPRA probatum reliquimus † beneficia ſimplicia ſeruitoria eſſe ex ſua
prima inſtitutione, & quod omnia exigunt
ex iure communi reſidentiã, quæ exigentia
cũ non oriatur ex animarũ cura oritur neceſſario ex ſeruitute beneficio annexa, qua
Beneficiarius altari de quo viuit inſeruire
debet, dubitamus igitur an beneficia ſimplicia ſint incõpoſſibilia, quia exigunt reſidentiam; an ex ipſorũ pluralitate, beneficia autẽ
ſimplicia incompoſſibilia eſſe qua ratione,
ſit intelligendum, infra monſtrabo.
2 Exiſtimo ergo † primã radicẽ quã ius cõmune cõſtituit incõpatibilitatis beneficiorũ
ſimpliciũ (non loquor de præſtimoniis Hiſpanis, & ſi quæ ſunt alicubi terrarũ ſimilia)
eſſe reſidentiã, quam hæc beneficia exigunt
ex ſua inſtitutione iuris cõmunis, hoc mihi
certiſſimũ eſt ex pluribus textibus. Nam *cap.
ſanct.* 70. *diſt.* quod eſt Vrbani II. *ſanctor. Canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, &
infra omnino nulli in duabus* (*Eccleſiis*) *aliquem
titulari non liceat, ſed onus quiſque in qua titulatus eſt inde, tantum Canonicus habeatur, cap.
Clericus* 21. *q.* 1. quod eſt ſeptimæ Synodi, ibi
*clericus ab iſtanti tempore non connumeretur
in Eccleſiis*, cuius rationẽ dat Conciliũ, quia
3 † *nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, & cap.
ſingula* 89. *diſt.* quod eſt Gregorij *ſingula* (*inquit*) *Eccleſiaſtici iuris officia ſingulis quibuſq;
perſonis ſingulatim committi iubemus, & infra,
ita varietas perſonarum per diuerſa nihilominus diſtributa officia, & fortitudinem & venuſtatem ſancta Dei Eccleſia manifeſtat, ſicut
inde eorũ eſt, vt in corpore humano alterũ mẽbrum alterius fungatur officio, ita nimirum no-
4 xium, ſimulque turpiſſimum vt ſingula rerum
miniſteria perſonis totidem non fuerint diſtributa, cap. quia in tantum de præbendis, quod eſt
Alex. III. in Concilio ſuo Lateranenſ. c.* 5. ibi, *de
multitudine præbendarum Canonibus inimica,
quæ diſſolutionis materiã, & euagationẽ inducit, certumque contrahit animarũ periculũ eorũ
qui Eccleſiis deſeruire valeant indigentiam vo-
5 lumus ſubleuari*, quam doctrinã continent ferè omnia capitula ſequentia, idem conſtat,
ex *cap. Eleuth.* 91. *diſt.* quod eſt Pelagij Papæ.

Canonum ſanctionibus accedant doctrinæ gloſſarum ad eadem capita gloſſa, *ad cap.
ſanctor. verbo in duabus, qui enim titulũ habeat
in vna Eccleſia ſi recipiat ſecundam Eccleſiam,
vel præbendam pro titulo; cap. per litteras de
conceſſio. præbenda, huius rationem dat, quia
neque † in iure ciuili quis in duobus collegiis* 6
poteſt connumerari, leg. 1. *§.* 1. *D. de colleg neque
duas militias habere, leg.* 1. *§. in poſterum C. qui
milit. non poſſunt, gloſſa ad cap. quia in tantum,
in fine caſus*, dicit *nota quod † nemo poteſt ha-* 7
bere duas Eccleſias ſine periculo animæ niſi diſpenſatiuè per Papam, item indigentibus & deſeruire volentibus debent Eccleſiæ conferri:
Conſequens ergo eſt quod incompoſſibilitas beneficiorum ſimplicium oritur, vt à
prima radice, & dimanat vt à primo fonte
à reſidentia, quã debent habere beneficiarij,
qui ſuo beneficio, & altari inſeruire debent;
vnde ſeptima Synodus *cap.* 15. radicem quare quis non debet connumerari in duabus
eſt, *quia nemo poteſt duobus Dominis ſeruire*, &
S. Th. *quodlib.* 9. *art.* 15. *cit.* ponit primam inordinationem contra ius naturæ, in haben-
do duo beneficia, quia † non eſt poſſibile ali- 8
quem in pluribus Eccleſiis deſeruire, in quibus eſt præbendatus, cum præbendæ videãtur, eſſe ordinatæ quaſi quædam ſtipendia
Deo ibi miniſtrantium & Gregorius, *Noxium* (inquit) *ſimul & turpiſſimum eſt, vt ſingula rerum miniſteria perſonis totidem non fuerint inſtituta*, quia videlicet exigunt ex natura ſua iſtæc miniſteria Miniſtrorum ſuorum reſidentiam.

Ex iſta radice pullulant cæteræ inordina-
tiones quas adnumerat † D. Th. ex benefi- 9
ciorum etiam ſimplicium pluralitate, quæ
paulo latius his verbis inducit Azor. *p.* 2. *lib.*
6. *c.* 11. *q.* 5. † *certè negari non poteſt quin ius* 10
*ipſum naturale in his quoque beneficiis pluralitatem damnet, vbi vnum Clerico ſatis eſt, quis
enim inficitur cum recta ratione pugnare, vt
vnus duorum habeat ſtipẽdia, alimenta, præmia
honores? at beneficia ſunt inſtituta, tanquã ſtipẽdia, vitæ ſubſidia, honores, & præmia Clericorum, quis enim iure neget cum in vnum aliquem
plura beneficia conferuntur, Eccleſias debitis ſibi priuari miniſtris, ac proinde pluriũ Clericorũ,
opera, cura, diligentia, induſtria & conſilio, qui-
bus maxime rebus indigent Eccleſiæ? Quis non* 11
*videat fundatores Eccleſiarum, & beneficiorum
ſuo voto & voluntate fundari, cũ vnus par eſſe
non poſſit his officiis & miniſteriis, quæ duos
autem etiã plures in Eccleſia Clericos requirũt?* 12
*Hinc diuinus cultus minuitur, hinc Eccleſia collabũtur, hinc patet aditus ambitioni, & auaritiæ, hinc pericula diuitiarũ, & voluptatũ, quæ ſi
in laicis ſæpius creãtur multo magis in Clericis,
hinc offẽſiones aliorũ dũ vident alios quidẽ im-
modicè ditari, alios vero egere, cũ tamẽ cõmodum* 13
& bonũ Eccleſiarũ ſit inſtituta, vt æquitate ſeruata diſtribuerentur in ſingulos. Hæc ex decreto & decretalib. ille ſatis eruditè collegit, &
enucleauit inordinationes inductas à D. Th.

Sed quamuis † radix iſta nõ extendat im- 14
mediatè palmites ſuos ad præſtimonia, quæ
vt vidimus non requirit reſidentiam, tamen

eius multiplicitas etiam habet aliquas inordinationes contra ius naturale quando vnũ ſufficit ad congruam Clerici ſuſtentationẽ. 1. nam à multis ſubtrahitur, quod iuſta diſtributione eſſet conferendum, cũ plura vni dumtaxat conferuntur, quia cum ſint bona
15 Eccleſiæ æqua proportione ſunt diſtribuenda in ſingulos 2. quia † Præſtimoniarij tenẽtur ad officium diuinum quotidie celebrandum in cultum Dei,& Eccleſiæ bonum, cũ autem vni plura præſtimonia conferuntur Eccleſia fraudatur multiplicitate recitantiũ, quia alioquin multi eſſent ſi multis vt par eſt diſtribuerentur, & ſic cultus diuinus minuitur.

RESOLVTIO VI.

Qua ratione multiplicitas beneficiorum ſimplicium ſit contra ius naturale.

SVMMARIVM.

1. *An multiplicitas beneficiorum ſit contra ius naturale largè ſumptum.*
2. *An habere plura beneficia ſit contra ius naturale, & n.3.*
4. *An ſi iura humana conſuetudine ſint abrogata poſſit quis habere pluralitatem beneficiorum ſimplicium.*
5. *S. Thomæ mens adducitur, necnon Soti, n.6.*

Ss x contra hoc ius communis docet ſententia ex D.Th. *quodlib.cit.* quam ferè omnes Theologi amplectuntur. S.D.ſecuti,vt ait Azor *vbi ſupra*, & ex Iuriſperitis Hoſtienſis, Lignanus, Panormitanus, Germonianus, Ancarranus quos ibi citat,quibus addo Caiet *verbo beneficium,n.*3. Syluest. *Benef.*4.*n.*1. Angel.*n.*35. Armilla *n.*42.Tabien. *Benef.*2.*n.*18.*q.*24.Turrecremata & alij quos
1 refert & ſequitur Th.Sanch.*l.*2.*conſ.c.*2.*dub.* 5.*n.*2. quamuis non approbem id,quod † dicit eſſe contra ius naturale large ſumptum, eſt enim cõtra ſtrictum ius naturale, non ſecus ac occidere hominẽ, quod enim appoſitis circumſtantiis turpitudo contra ius naturale totaliter euacuetur,nõ aufert quod ſit cõtra proprium ius naturæ, alias nec occidere, nec accipere alienum eſſet contra proprium
2 ius naturale quod nullus dicat.

Qualiter autem † habere plura Beneficia ſimplicia, ſit cõtra ius naturale cõſtat ex inordinationibus ſupra inductis;quas vt ait D. Th. *ſiue circumſtantiis ſuperuenientibus actum honeſtantibus poteſtas humana etiam Pontificia non poteſt relaxare cum nullus homo ſit ſuper ius naturæ*, poſitis tamen præfatis circumſtantiis,
3 homo poteſt relaxare ius naturale, ſiue hæc relaxatio ſit dicenda propria diſpenſatio ſiue declaratio, quod hic & nunc ius naturale non obligat. Vnde ſi non ſubſiſtunt præfatæ circumſtantiæ honeſtantes & turpitudinem euacuantes, ſi diſpenſatus id agnoſcat, non eſt tutus etiam ſi diſpenſetur,an vero teneatur fructus reſtituere dubiæ quæſtionis eſt, quia videtur, quòd eo ipſo, quod ſit diſpenſatus à Papa, iſte videtur,illi fructus donare, quorum ipſe Pont. eſt abſolutus Dominus, ſed de hoc *infrà reſolut......*

Sed addit D.Thom.quod † ſi iura huma- 4
na conſuetudine ſunt abrogata ſuperuenientibus præfatis circumſtantiis euacuantibus totaliter turpitudinem contra ius naturale, etiam ſine diſpenſatione poteſt quis habere plura beneficia ſimplicia, & ſic Põtifex cum poſſit diſpẽſare in iure humano ſi adſint præfatæ circumſtantiæ poteſt vni conferre plura beneficia ſimplicia, vnde † Sanctus Doct. in
præfatis verbis loquitur intra terminos iuris 5
naturalis, quare examinandum eſt cui honeſtati opponatur, & qualiter ſit peccatum mortale plura beneficia habere quæ ſeruitoria dicuntur, aut quæ ex ſua inſtitutione habent aſſiſtentiam, in choro, vt Canonicatus, & dignitates in Eccleſiis Cathedralibus & Collegialibus inſignibus,quod valdè conducit ad doctrinam moralem ſi enim horum beneficiorum incompatibilitas eſt ex iure naturali, aut diuino, etiam ſi quis habeat Pontificiam diſpenſationem, ſi non ſubſunt circumſtantiæ honeſtatem actus inducentes, & turpitudinem euacuantes,non erit tutus in conſcientia, vt optime dixit Sotus, *infrà adducendus*. Nec valet dicere Papa diſpen-
ſauit ipſe ſibi viderit ego immunis ſũ, hic ta- 6
men cauillus ſecuros multos reddit, tutum vero neminem, ſi autem incompatibilitas non oriatur, vt ſit contra ius naturale, nec contra illud habeat turpitudinem, euacuandam,dubio procul diſpenſatio Pont.& ſecurum & tutum reddit diſpenſatum.

§. I.

Proponitur & explicatur ſententia Magiſtri Dominici Soto.

SVMMARIVM.

1. *Dominici Soto mens explicatur.*
2. *Quid in Beneficiis omnino ſimplicibus ſit ſine ſeruitio.*
3. *Quid in prouidendis miniſtris pro Eccleſia præcipuè ſit attendendum.*
4. *An in beneficiis ſeruitoriis nullus ſit diſpenſandi vſus,& n.5.*
6. *An Paracia & id genus ſacerdotia nequeant tutò in conſcientia for. poſſideri.*
7. *An Pontifex in his quæ iuris diuini ſunt non ſit Legiſlator & dominus.*

8. *An*

8. *An ſacerdotia quæ curam habent annexam rectè nequeant adminiſtrari.*
9. *An ex iure poſitiuo nullatenus permittatur duas ſimul parræciales Eccleſias poſſidere.*
10. *An plura beneficia curam animarum habentia vni perſonæ conferantur.*
11. *In quibus caſibus poſſit quis habere plures Eccleſias, & n.12.13.14.15.16.17.18. 19.20. & 21.*
14. *Authoris mens adducitur.*

SApientiſſimus hic Magiſter, & qui Theologiam moralem primus rigore ſcholaſtico digeſſit, *lib. 3. de iuſtit. & iur. q. 6. art. 3.*
1 † poſtquam ſex caſus, vel ſeptem ex Sacris Canonibus collectos, in quibus pluralitas beneficiorum ſine cura & cum cura; ſiue Epiſcopatus ſint ſiue Parræciæ vni eidémque perſonæ conferuntur, de quibus *infra* in corollariis doctrinæ iudicium feram, dicit primò, quod in beneficiis omnino ſimplicibus hoc eſt ſine ſeruitio, aut reſidentia
2 ad exequendum miniſterium; & in Hiſpania dicuntur præſtimonia, vt quis plura habeat non indiget diſpenſatione; neque eſt turpitudo contra ius naturale qua lethalem culpam inducat, ità habet concluſ. 4. primò, quia licet in iſtis prouidendis attendé-
3 da eſt ratio iuſtitiæ diſtributiuæ; tamen † in prouidendis miniſtris pro Eccleſia præcipuè attendenda eſt ratio iuſtitiæ commutatiuæ, vt ſcilicet ſint ad minus digni; quando autem reſidentia nullomodo eſt requiſita, vt in his præſtimoniis Eccleſia non læditur, in hoc, quod quis habeat beneficiorum horum pluralitatem; vnde hodie licet nulla interueniat ratio pro voluntate prouidentis plura vni dantur.

Dicit ſecundum, quod in Canonicatibus, portionibus, dignitatibus, vt quis plures habeat indiget diſpenſatione, facilius tamen in iſtis diſpenſatur, quam in habentibus
4 curam † in beneficiis vero ſeruitoriis, nullus eſt diſpẽſandi vſus, addit in hæc verba ſatis grauia conc. 6. *huiuſmodi beneficiorum coacervationes ſiue per diſpenſationem ſiue ſecus, carere non poſſunt culpa etiã quandoque mortali, atque graui ſcandalo in Eccleſiarum detrimentũ, idque potiſſime vbi nimium accumulantur & perſonis deputantur indignis. Iã enim nulla ſpectantur & deſiderãtur merita, ſed perinde quin*
5 *etiam turpius ſitque impudentius, quam ſæcularia, & profana, ambiuntur, cambiuntur, veneunt, hæreditantur, reſignantur, profanantur, ac dilapidantur.*
6 Dicit tertiũ † Parræciæ, & id genus ſacerdotia, quæ tamen ad animarũ curã inſtituta ſunt vſque adeo nõ poſſunt abſque legitima diſpenſatione ab eadẽ obtineri perſona, vt ſi legitima nõ fuerit nequeũt, tuto in conſciẽtiæ foro poſſideri, quod probat tripliciter ex iure diuino, ex quo tenetur Parrochus, & Epiſcopus perſonaliter reſidere, vt vidimus *lib. 1 & 2.* in quo Papa non poteſt diſpenſare nec eius obligationẽ relaxare ſine cauſa, non enim † in his, quæ iuris diuini ſunt Põ- 7
tifex eſt Legiſlator eſt Dominus, ſed diſpenſator fidelis & miniſter, vnde non debet ſua voluntate, pro lege vti, ſed Chriſtũ pro omnibus imitari, qui non ſuã, ſed Patris voluntatẽ venit facere, vt omnia non pro vtilitate ſua, ſed pro cõmuni cõmodo diſpenſet alias, vt diſſipator cenſendus eſt, ait Bern. *lib. 2. de conſid. ad Eug. c. 6.* quare apud Deum exactiſſimè reſpondere tenetur ſi fidem in diſpenſatione diffregit.

Secundo, quia † ſacerdotia, quæ curã ha- 8
bent annexã rectè nequeũt adminiſtrari, ſine præſẽtia, tanta eſt vigilantia quæ in animabus curandis ac proſpiciendis neceſſaria eſt, reſidere autem ſimul nemo poteſt in Eccleſiis pluribus; ergo ſine vrgẽtiſſima cauſa eadémque Eccleſiæ neceſſaria, non poteſt citra atrocem culpam ſuper hoc diſpenſari.

Tertiu ex iure poſitiuo *c. de multa, de præbendis, cap. dudũ Eccleſia de elect.* Hoſtienſ. & Panorm. *ad cap. extirp. de præbend.* vbi † nul- 9
latenus permittitur duas ſimul paræciales Eccleſias poſſidere; & quod ſimiliũ Curatorũ reſidentiã per Vicarium ſuppleri, hæc enim beneficia conferuntur intuitu perſonæ, cuius induſtria, prudẽtia, ſolertia, & in ouibus regendis dexteritas, quæ per mercenarium congruè, & vt oportet ſuppleri non poſſunt.

Talis tamen & tã vrgens cauſa occurrere nequit, vt † plura huiuſmodi beneficia curã 10
animarum habentia vni perſonæ conferantur, ſicut de facto diſpenſatione interueniẽte ſunt collata, de quibus in iure fit expreſſa mẽtio in quo aliqui caſus ponuntur; primus eſt *in c. vnio 10. q. 3.* deſumitur ex *Conc. Tol. 16. c. 4.* vbi expreſſè habetur quod Eccleſia, quæ minus decẽ mãcipia habuerit aliis coniungatur Eccleſiis, quæ vni cõferantur, vbi gloſſa ibi notat † *hic eſt caſus vbi aliquis poteſt* 11
habere plures Eccleſias, idẽ quoque licere poteſt in Epiſcopatibus; poſſũt enim adeo eſſe tenues, vt frequẽter ſunt in Italia, vt neuter poſſet Epiſcopũ pro ſua dignitate ſuſtẽtare, maximè hodie quãdo Epiſcoporũ authoritas creuit; vnde tã proximi eſſe poſſũt, vt ab eadẽ perſona poſſint adminiſtrari, vnde *21. q. 1. cap illud* B. Greg. *epiſt. 53. alias 52. ad Agnell.* eundẽ conſtituit Archiepiſcop. Tarracinẽſ. (non Tarraconenſẽ) & Epiſcopum Fundenſem, quæ Eccleſiæ abſq; vnione propter tenues fructus vni cõtulit Pontifex Agnello.

Secundus eſt † quãdo duæ Paræciæ vniũ- 12
tur, *cap. eam te de ætat. & qualitat. & ordine Præficiend. & cap. quia monaſterium de relig. domib.* cæterum qui ob tenuitatem plures Eccleſiæ vni perſonæ conferuntur, non eſt

reſpectus habendus perſonæ, ſed communis vtilitatis Eccleſiæ in quam cuncta hæc referenda ſunt, enim vero ſi perſona ſupra dignitatem ſuam & conditionem contendit, amplam familiam, ſplendoremque vi-
13 tæ ſuſtentare, non illa lance æſtimanda eſt prouentuum tenuitas, ſed ad hoc ſpectandum quid Eccleſiæ conducat. Præterea cauendum maximè ne præbendarum vnio in fauorem perſonæ fiat & fraudem Eccleſiæ, eſt illuſtris quidam pluralitate beneficiorum preſſus, qui ad eximendum ſibi ſcrupulum conſcientiæ procurat per annexionem cuncta coadunare in vnum. Profecto
14 is † arbitratu meo dum hoc ſophiſmate faſcinare cogitat diuinos oculos, grauius, turpiuſque deliquit, quam ſi plurium figuram retineret, debet enim vnio Eccleſiarum in emolumentum ipſarum abſque dolo malo fieri, vt in legitima.

15 Tertius caſus eſt † propter paucitatem Clericorum, *vt 21.q.1.cap. Clericus* dicitur ex ſeptima Synodo, *cap.15.* ibi *cæterum in villis, quæ foris ſunt propter inopiam hominum indulgeatur, vt ſcilicet duabus Eccleſiis, quis connumeretur*, quæ hominum inopia & ad raritatem incolarum, & etiam Sacerdotum po-
16 teſt referri, quorum raritas tunc iudicanda quando rari ſunt digni. Qua porro de cauſa in prouinciis probitate & doctrina Sacerdotum deſtitutis vnum pluribus Eccleſiis deputari, etiam cum cura animarum concederem: quippe quod in rem Eccleſiæ feliciùs cederet, quam Sacerdotes penitus in idoneos præficere.

17 Quartus caſus eſt † qui vnus habet vnam Eccleſiã in titulũ, & alteram in commendam *cap. qui plures eadem cauſa, & quæſt.* ex Leone IV. de quibus quidquid ſit in foro fori, aſt in Foro Poli eædẽ cauſæ imo, vt reor iuſtiores coire debent, vt quis digne in conſpectu Dei altera fruatur præbenda ſub titulo (ſi ſermo ſit de perpetuis) altera vero ſub cõmẽdatione, quã ſi ambabus haberet ſub titulo, quia
18 hic commẽdationis prætextus præuaricatio eſt legis, etſi perſonata, & forte eo criminoſior quo fit magis in fraudem legis, nã in legẽ committit qui verba legis amplexus, cõtra legis nitatur voluntatẽ, eiuſq; ſententiã circũuenit, *leg. contra D de legib leg. non dubiũ C. eodem*, etenim cauſa ferendæ legis de reſidentia fuit, quia neceſſaria erat ad paſcẽdas oues doctrina, exẽplo, cõſilio & aliis paſcuis ſalutaribus, quid quæſo refert cõmẽdatarius ne abſens ſit an verus Epiſcopus? ratio au-
18 tẽ, quæ iuſtificat commendationẽ eſt, quod haberi iure perſona non poteſt cui legitimæ ſub titulo abſcribatur non autem commendatarium ditare.

20 Quintus caſus † quũ Papa pluralitatem concedit *cap. relato* (quod eſt Greg. Magni) & ſexus eſt, *ſi Epiſcopus diſpenſet. cap. ſanctor. 70. diſt.* quod eſt Vrbani II. ſed hi caſus intelliguntur ſi debitis circũſtantiis, quæ turpitudinẽ euacuent veſtiãtur, ſed quantũ ad diſpenſationẽ Epiſcopi videtur ius antiquum derogatũ, *cap. dudum de elect.* vt tenet ibi Panorm. quamuis quum ad curiam non patet aditus, poſſet Epiſcopus vnum ſub titulo, alterum in commendam conferre, vſque dum impetretur diſpenſatio.

Sextus caſus † propter ſublimes & litteratas perſonas, quæ maioribus beneficiis ſunt honorandæ, *cap. de multa de præbendis*, tamẽ hoc illuſtriũ perſonarum commodũ ad Eccleſiæ emolumentũ referri debet, *extrauag. extirp. Ioan. XXII. de præbendis*, quãuis his tẽporibus Prudentiſſimus vir hanc cauſã non vſque legitimam putet, hæc eſt recopilatio ſententiæ Soti, & totius illius *art. 3.* quam infra æqua lance ponderabo. 21

§. II.

Sententia Gabrielis Vaſquez enucleatur.

SVMMARIVM.

1. *An omne beneficium ſeruitorium requirat iure naturali reſidentiam perſonalem.*
2. *Stipendium & fructus non ſunt aſſignati, vt per alium quis exequatur officium ſuum.*
3. *Quid nomine Reſidentia intelligatur.*
4. *An ſit beneficiorum ſimplicium pluralitas iure naturali illicita.*
5. *An plura præſtimonia poſſint vni cõferri, n. 6.*
7. *Quibus cauſis honeſtantibus actum, licitè poſſit quis plura beneficia accipere.*
8. *An qui plura præſtimonia habet ſine cauſa vlla, quo iure illa retineat.*
9. *An de præſtimoniis idem ſit intelligendum ac de Curatis ruralibus, & n. 10.*
11. *An ſit peccatum mortale plura beneficia etiam præſtimonia habere.*
12. *Soti iudicium affertur.*
13. *Qua multiplicitate Eccleſiaſticus ordo peruertatur.*

DOctor iſte in materia morali vir acerrimi iudicij *in opuſculo ſatis erudito de benef. c. 4. §. 2. art. 2.* plura etiã dicit circa pũctum primũ *dub. 1. n. 179.* quod † omne beneficiũ ſeruitorium requirit iure naturali reſidentiã perſonalẽ, adeo quod in his conſuetudo introduci nõ poſſit, vt quis nõ reſideat in ſuis beneficiis niſi ex legitima cauſa, quæ ipſum à reſidentia excuſet ſicut de paſtoribus dictum eſt Ratio (inquit) eſt manifeſta, quia iſtis ex officio incumbit officia diuina celebrare, & cultum diuinum agere; ergo abeſſe non poſſunt à beneficio, cumque hæc obligatio ſit perſonalis, ſicut recitandi, videtur quod per alium, officium præſtare nõ licet, non enim † ſtipendium, & fructus ſunt aſſignati, 1 2

aſſignati, vt per alium, quis exequatur offi-
cium ſuū; quo enim iure, quave ratione quis
aſſumit obligationem, & officium, quod per
alium præſtare debet, & ſicut ex ſtipendio
colligimus Paſtorum præſentiam ſic etiam
aliorum beneficiorum rectè colligitur, & ita
ſine rationabili cauſa, quæ ratione maioris
vtilitatis, vel neceſſitatis hanc excuſet reſi-
dentiam nemo poteſt à beneficio abeſſe, ad-
3 dit circa hoc *num.* 181.† nomine reſidentiæ
non tantum intelligo, corporis præſentiam,
in loco beneficij, ſed etiam muneris ſui exe-
cutionem & debitum miniſterium, quod
optimè docuit Couar. *lib.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 8.

Dicit ſecundū *n.* 193. quod omnes de hac
4 re diſputātes aſſerūt † eſſe iure naturali illi-
citum pluralitatem beneficiorum ſimpliciū,
ſeruitiū habentium, propter inconuenien-
tia, quæ inde ſequuntur, quia Beneficiarius
in vtroque reſidere nequit, quia ita incom-
patibilia ex naturali iure ſunt beneficia ſer-
uitium habentia, ac beneficia curata.

Dicit tertiū *n.* 206. loquens de præſtimo-
4 niis, quod † horū plura vni conferantur eam
habet malitiæ turpitudinem contra ius na-
turæ, quod proportio iuſtitiæ diſtributiuæ
non obſeruetur, ſiquidē vni datur, quod plu-
ribus erat conferendū, hæc autem turpitudo
euacuatur ſi vni duo conferantur quorū al-
terum non ſufficiat ſuſtentationi, illud enim
quod tenue eſt non eſt dandū alicui per ſe,
ſed ſimul cū aliosvnde ſaltē in hoc non erit
perſonarum acceptio, ſecundo tollitur hæc
6 turpitudo ratione perſonæ; ſi perſona; cui
confertur dignitas; expoſtulet plura be-
neficia vt congruè alatur, & quia ſperatur
futura maxima vtilitas Eccleſiæ, vt Doctor,
7 & alius magnæ authoritatis, iſtis enim † & ſi-
milibus cauſis honeſtantibus actū licitè po-
teſt quis plura huiuſmodi beneficia accipe-
re, & illa petere, ſi tamē iſtæ cauſæ nō adſint
neque cōſuetudine, neque Papæ diſpēſatio-
ne, poteſt quis plura præſtimonia acquirere.

8 Dicit quartum *num.* 211.† qui plura præ-
ſtimonia habet ſine cauſa vlla, neſcio (in-
quit) quo iure illa retineat cum tantū ſemel
horas recitet, ratione quarum ſufficiens illi
ſtipendium aſſignatur vnius beneficij, &
ita forſan eſt contra iuſtitiam aliud retinere
ſimul, cum ille abſque vlla ratione plura illa
retineat, nec vllo titulo iuſtificari poſſit,
cum diſtributio requirat æqualitatem ma-
gnā in retinēdis, & coaceruandis beneficiis.

9 Addit *num.* 212. quod id quod dicit † de
præſtimoniis intelligendum eſt de Curatis
ruralibus, & de Canonicatibus in Eccleſiis,
in quibus non minuitur cultus diuinus, ex
hoc quod vnus vel alter habeat Canonica-
tūs duos, vel duas dignitates, aut Canoni-
catum, & dignitatem, quia cum ſint plu-
res præbendæ non minuitur notabiliter
cultus diuinus, requiritur tamen cauſa
euacuans turpitudinem contra iuſtitiam di-
ſtributiuam, hæc eſt huius auctoris ſen-
tentia, quantum ad turpitudinem contra
ius naturæ, in beneficiorum pluralitate; 10
quam deducit, vt à prima radice à reſiden-
tia perſonali, quam iure naturæ requirit
omne beneficium ſimplex ſeruitorium, &
in præſtimoniis & curatis ruralibus, quia
eſt contra honeſtatem iuſtitiæ diſtributiuæ.

Sed Eminentiſſimus pariter & Doctiſſi-
mus Dominus meus Frater Dominicus
Cardinalis Pimentel Archiepiſcopus Hiſ-
palenſ. in opuſculo de incompatibilitate be-
neficiorum omnium *part.* 2. *dub.* 3. *conc.* 3.
Vaſquez ſententiam amplectitur non ex ra-
tione reſidentiæ, ſed quia eſt contra hone-
ſtatem iuſtitiæ diſtributiuæ in re graui; vn-
de † eſt mortale peccatum plura beneficia 11
etiam præſtimonia habere, quorum quod-
libet ſufficiat, vel alterum ad congruam
ſuſtentationem, hoc fundamentum poſuit
Diuus Thomas *articul.* 15. *ſupra adducto,
in quarto inconuenienti dum vnus pluribus
abundat, & alius nec vnum habere poteſt,
in cuius confirmationem relegi inconuenien-
tia, quæ ſupra*, ex Azor adduxi, & refert
etiam Soto † *quibus* (*inquit zelantiſſimus* 12
Princeps) *accumula qua vides in praxi in
hac Curia Romana* (in qua legationem
Regiam exercebat) *& in aliis regnis Chri-
ſtianorum. Non grauarentur tanta quanti-
tate penſionum Parrochia & Epiſcopatus,
ſi hac incompatibilitas ſeruaretur in benefi-
ciis ſimplicibus, Abbatiis & aliis talibus.
Nam ex eo quod plura horum accumulantur
in vna perſona indigent alij, vt de penſio-
nibus congruam & decentem ſuſtentationem
habeant, & ſic Epiſcopi & Parrochi non
ſunt. Domini; ſed ſolum quaſi adminiſtra-
tores ſuorum penſionariorum, & eleemoſynas
elargiri nequeunt; nec cum decentia tem-
pla ſeruare, certè, aptè; & ſanctè dixit
Concilium, quod † Eccleſiaſticus ordo per-* 13
*uertitur hac multiplicitate; & quod ea
non abolita diſciplina Eccleſiaſtica reſtitui
nequeat; non auderem ſubſcribere ſententia
Soti, ac de tam pio & graui viro non du-
bito affirmare, quod ſi videret decretum ſeſ-
ſio. 24. cap. 17. Trident moderaret ſententiam.*
Hactenus ibi.

§. III.

*Affertur libellus ſupplex; quem Eminentiſſi-
mus Cardinalis Pimentel obtulit Summo
Pontifici Vrbano VIII.*

SVMMARIVM.

1. *An non poſſint vltra congruam multi-
plicari in vno plura beneficia etiam ſim-
plicia, & n.* 2.

3. *An non inferatur diſpenſatio ex expreſſione obtentorum, & n.4.*
5. *Authoris mens.*
6. *Quid veniat notandum, & n.7. & 8.*

EX qua doctrina zelo diſciplinæ Eccleſiaſticæ motus, ſequens libellum ſupplicem obtulit Vrbano VIII. Pontifici maximo, qui tunc regebat Eccleſiam.

Beatiſſime Pater.

Epiſcopus Cordubenſis humilis Orator ad pedes V. S. accedit graui ſcrupulo conſcientiæ obſtrictus, vt S. V. dignetur pro ſapientiæ celſitudine, qua pollet, pro ardenti zelo quo præcellit, dubitationem enodare, vt prædictus orator conſcientiæ ſtimulis liberetur, aut pro authoritate Apoſtolica opportunis remediis prouidere, ne Eccleſiaſtici vltramontani conſcientias per ignorantiam in errorem deducentes, ſuarum animarum ſalutis periculum faciant.

Vltramontani forſan exiſtimant, non obligari lege qua congrua præſcribitur, licet Sanct. Concilium Trident. *cap.* 17. *ſeſſ.* 24.
1 diſponat † non poſſe vltra congruam multiplicari & aggregari in vno plurima beneficia etiam ſimplicia. Excuſationem prætexunt, quod impetrent incuria exprimendo omnia iam obtenta cum vero valore, & formant hoc dilemma, vel quod S. V. diſpenſat, & ad hoc ſufficit expreſſio obtentorum in narratiua libelli ſupplicis, quamuis in decreto nihil aliud exprimatur niſi gratia noui beneficij; vel quod S. V. ſi non diſpenſat iudicat licitè poſſe impetrantem omnia talia beneficia retinere, cum procedat cognitio obtentorum, & eorum veri valoris, quo non obſtante S. V. largitur & iuſtè lar-
2 gitur, nam ſi iuſtum non eſſet non fieret, & ſic iudicat omnia neceſſaria eſſe pro cõgrua obtinentis, ex quo argumento (Beatiſſ. Pater) deducunt non debere eos curare de taxatione congrua coaceruantes beneficia cuiuſcumque qualitatis & litteraturæ ſint, habeant vel non habeant neceſſitates domeſticas, Concilijque ſancta diſpoſitio corruit, & quidam alij ebrij ſunt cæteri vero eſuriunt.

Ego vero ſentio cum Nauarro, Miſcell.
3 *orat.* §. 61. & 62. & cum aliis † non inferri diſpenſationem ex expreſſione obtentorum iuxta textum *in cap. non poteſt. de præbendis in* 6. cum vero ſibi non obſtante quod aliud beneficium obtinere noſcaris à Sede prædicta de aliquo beneficio prouideri contingit, per hoc teeum, vt primum beneficium cum ſecundo retinere valeas, non intelligitur diſpenſatum, hoc enim ſolum prædicta operatur expreſſio, quod facta tibi gratia nequeat ſubreptitia iudicari, & ſic eſſe monẽdos iudicat Nauarrus impetrantes plura beneficia non diſpenſari cum eis, vt retineant plura quam debeant.

Quare decipitur ille, qui poſt acceptum 4
beneficium, quod iudicio prudentis & timentis Deum ſufficit ſibi ad decenter viuendum, curat tamen vt ſibi aliqua alia ſimplicia conferantur credens Pontificem relaxare Canonem *cap.* 17. & vt hoc bene aduertit præfatus Auctor, non euenit culpa conferentis, ſed impetrantium importuna & falſa ſuggeſtione, nam qui petit, indicat S. V. ſibi non ſufficere quod habet pro obligationibus & aliis neceſſariis ſi decepit, ſe decepit. S. vero V. cum non poſſit ſemper taxare relinquit arbitrio conſcientiæ petẽtis & ſinit ordinario qui poteſt eum priuare ſi vltra congruam retineat abſque expreſſa diſpenſatione iuxta ſententiam Nauarri *conſ.* 26. *de præbendis* & ſecundum gloſſam communiter receptam ſuper *cap.* 4. *dudum* 2. *de elect.* & iuxta intelligentiam Doctorum, *cap.* 5. *ſeſſ.* 7. Trident. igitur S. V. relinquit rem iuxta diſpoſitionem iuris neque impetrantes ſecuros intendit reddere per nouam gratiam ſi vltra congruam ſit exceſſus.

Ego tamen † pietate motus, obſecro, vt 5
S. V. determinet quod in hac parte tenendum ſit, ſi enim iudicium impetrantium, (vt explicatum eſt in ratione dubitandi) verum eſt Ordinarij ſecura conſcientia ſubditos noſtros in multitudine beneficiorum relinquemus & confeſſarios manebimus, vt in hoc pœnitentibus moleſti non ſint. Si vero ſententia Nauarri (quam ego ſecutus ſum in hac materia) vera ſit & diſpoſitio *cap.* 17. abrogata non ſit per voluntatem S. V. neceſſarium erit aliquod remedium adhibere pro quiete conſcientiarum & pro hoc errore expellendo, quia (meo iudicio) eſt exterminium plurium, & ni fallor ferè omnium vltramontanorum, in curia commorantium tam præſentium quam præteritorum.

Verum licet ad humilitatem & imperitiam propriam non expectet niſi difficultatem proponere, remedia tamen neceſſaria ſolum de prouidentia & ſapientia S. V. deſiderari poſſuntduo nihi ſe offerunt, † quæ 6
ſicut cætera alia V. S. correctioni ſubiecta ſunt, primum quod declaret S. V. nunquam velle diſpenſare vltra congruam iuxta qualitatem perſonæ neque relaxare Canonem *cap.* 17. *ſeſſ.* 24. in hac parte niſi expreſsè declaretur in gratia, ſed relinquere conſcientiis obtinentium, & ordinariorum vt prudenter & piè taxent congruam, vnde eis imputabitur ſi contrarium faciant.

Secundum remedium eſt † Miniſtros 7
S. V. moneri vt cautè & ſumma cura in hac

hac parte peruigilent, nam vt refert Nauarrus §.61. ita fiebat tempore Gregorij XIII. vt Miniſtri Sedis Apoſtolicæ, fidem non præſtabant petentibus, ſed teſtimoniis, interdum vero in ipſa vrbe acceptis ad S. ſuam referebant, non ſolum ea quæ neceſſaria ad vitam & congruam & quoad mores pertinebant, ſed etiam cuius erant ætatis & generis, qualitatis, & quibus erga S. ſedem Apoſtolicam, & alias Eccleſias vt pia loca, & Rempublicam Chriſtianam, officiis, & aliis circumſtantiis, ad hoc propoſitum pertinentibus. Primo remedio doctrinaliter & erudienter, & in futurum decipi non poterunt ex præſumpta diſpenſatione aut approbatione S. V. Secundò, obuiabitur coaceruationi & multiplicationi beneficiorum, conſequenterque obtinentes plura deſiſtent à ſua importuna & forſan falſa ſuggeſtione.

8 Quem libellum & memoriale vt retulit mihi Eminentiſſimus, Sanctitas Vrbani VIII. ſumma benignitate recepit quod dum legit vehementem animi anxietatem cauſauit, vt de remedio in negotio tam graui, tam neceſſario, tam vtili, tum diſciplinæ Eccleſiaſticæ, tum emendationi morum, & conſcientiarum regimini, & ſecuritati, prouideret, ſed magnas in remedio prouidens difficultates, & forſan Principum moleſtias, ſupplicam nihil innouauit ſed rem reliquit diſpoſitioni iuris communis, vt antea erant.

§. IV.

Proprium Auctoris dictamen proponitur.

SVMMARIVM.

1. *An ſit difficultas de turpi multiplicitate contra ius canonicum & n. 2.*
3. *An omnis reſidentia tam Parrochi, quàm Beneficiarij ſimplicis ſeruitij radicaliter & fundamentaliter fundetur in iure poſitiuo.*
4. *Quanam conſtitutione teneatur iure naturali Parrochus & Epiſcopus reſidere in Parrochia & Epiſcopatu ſibi aſſignato, & n. 5. & 6.*
7. *Quid diſcriminis intercedat inter Paſtores animarum & alios Beneficiarios non habentes paſtoritium munus.*
8. *Paſtor ex vi ſui officij perſonaliter inuigilare debet ſupra gregem ſuum.*
9. *An Beneficium quod à ſua origine habet ſeruitium annexum, hodie nullum habeat ſeruitium & n. 10.*

1 CVm vt dixi in præſenti † non ſit difficultas de turpi multiplicitate contra ius canonicum ſed ſolum contra ius naturale; & præfati grauiſſimi Magiſtri profundè eam indagarint inſequentes S. D. *in quodlibeto* quod *ſupra* propoſui, difficile admodum eſt aliquid addere in ordine ad praxim iis quæ ipſi dixere, non eſt enim animus impugnandi, ſed in ordine ad mores dirigendos veritatem inquirere.

Verum enim vero antequam meum dictamen lectoribus propalem, cùm vt *ſupra* ex D. Thoma dixerim quod prima radix incompatibilitatis beneficiorum tam curam animarum habentium quam ſimpliciũ requirentium ſeruitium aliquod & miniſterium ſit reſidentia perſonalis, quam ex ſua inſtitutione exigunt; notandum eſt † quod omnis reſidentia tam Parrochi, Epiſcopi, quam Beneficiarij ſimplicis ſeruitij, radicaliter & fundamentaliter fundatur in iure poſitiuo canonico, à quo dimanauit Parrochiarum, & Epiſcopatuum diuiſio, & partitio ex iure etiam canonico originatur, & pullulat, vt à primo fonte, quod Beneficiarius ſuum officium exequatur perſonaliter, & non per ſubſtitutum ſimiliter, & quod Canonicus præſens ſit choro, & ibi horas Canonicas dicat; † qua conſtitutione poſita iure naturali tenetur Parrochus, & Epiſcopus reſidere in Parrochia, & Epiſcopatu ſibi aſſignato ex diſtributione, & partitione facta à ſede Apoſtolica, & Beneficiarius exequi perſonaliter miniſterium ſuum, & ſeruitium, ob quod ſtipendium, & fructus accipit; hanc doctrinam diſcurrebam nixus doctrinæ Sapientiſſimi Magiſtri Carranza in tract. illo celebri de reſidentia perſonali Paſtorum *cap. vlt.* cuius verba *ſupra* dedi, & eam expreſſam poſtea reperi, in Bonacina *in tractationibus variis quæ* (in meis) *ſunt ad finem tom. 1. tract. ſeu diſp. 5. punct. 3. num. 9. & punct. vltimo num. 1.* pro qua citat aliquos ſed vereor non loquantur in hoc ſenſu quãuis doctrina Azorij *p. 2. lib. 7. cap. 3. quæſt. 1. verſic. ſed dubitatur.* Eo poſſit deſeruire, vt ex textibus iuris Canon. manifeſte probetur Eccleſiam Beneficiariis omnibus reſidentiam perſonalem præcipere, quod clare conſtat ex capitibus decreti, & Decretalium quæ ſupra adduximus, & eſt elegans textus *in cap. quia nonnulli de cleric. non reſid.* quod eſt Alex. III. in ſuo Concilio Later. & ibi. *Cum igitur Eccleſia vel Eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius valeat per ſeipſum exercere.* Hæc ibi, vnde perſonalis reſidentia horum Beneficiatorum, in iure Canonico radicatur.

Verum eſt notandum diſcrimen † inter Paſtores animarum, & alios Beneficiarios non habentes paſtoritium regimen, ſed ſolum ſeruitium ſuorum Beneficiorum, quod ſuppleta Parræciarũ, & Epiſcopatuum partitione.

titione. Parrochus & Epiſcopus ex vi officij Paſtoris iure diuino,& naturali tenentur ad perſonalem reſidentiam, in quam ſine vrgentiſſimis cauſis, quæ in maius Eccleſiæ emolumentum redundet valida relaxatio
8 cadere nequit, quia † Paſtor ex vi officij perſonaliter inuigilare debet, ſuper gregem ſuum. Aſt beneficium ſeruitorium & illius Beneficiarius, ex vi officij, & miniſterij ſui iure naturali non tenetur perſonaliter reſidere, ſed poteſt per ſubſtitutum id officium, & miniſterium præſtare, quare quod perſonaliter reſideat habet ex lege Eccleſiaſtica, contra quam valet conſuetudo & diſpenſatio Superioris, quæ valida eſt etiam ſine cauſa.

9 Imo addo, quod ex eadem radice poteſt oriri, quod † beneficium quod à ſua origine habet ſeruitium annexum, hodie nullum habeat ſeruitium, & nihilominus beneficiarius iuſte percipiat fructus & eos retineat. Ratio eſt quia cum hoc ſeruitium, vel perſonale, vel per ſubſtitutum oriatur ex titulo Eccleſiæ & ex pacto, quod fecit, *do vt facias*, poteſt Eccleſia hoc pactum remittere, &
10 quod fructus maneant in ſuſtentationem perſonæ Eccleſiaſticæ & ſic beneficium præſcribit libertatem à ſeruitute, quod in beneficiis Paſtoriciis nullo modo obtinet locum, ſed de his latè modo contra Vaſquez.

§. V.

Iudicium de ſententia Soti.

SVMMARIVM.

1. *Soti ſententia adducitur.*
2. *An in Canonicatibus requiratur diſpenſatio, vt quis plures habeat.*
3. *An requiratur diſpenſatio ex iure antiquo, remiſſiuè.*
4. *Quæ turpitudines & indecentiæ quæ ex iure naturali oriuntur, non obligent ſine mortali ſeclusâ lege Eccleſiaſtica.*
5. *Soto refellitur.*
6. *Conc. Trident. pluralitatem beneficiorum omnino prohibet.*
7. *Authoris mens affertur, & n.8.*
9. *Quandonam diſpenſator peccet mortaliter peccato acceptionis perſonarum, n.10.*
11. *Caietani doctrina affertur, & n.12.*
13. *An ille qui habet plura beneficia ſufficientia ad congruam, non poſſit procurare, quod ſibi alia conferantur.*

HOc poſito valido & inconcuſſo fundamento iam patet noſtrum dictamen, qua ratione ſit aduerſum ſententias *ſuprà* relatas, & quidem tertium dictum
1 † Magiſtri Soti veriſſimum eſt, & conſtat ex his, quæ *lib.1.& 2.* diximus, de caſibus verò quos ibi adnumerat, iudicium vltimum feram in Corollariis, & ſubreſolutionibus.

Secundum dictum etiam verum, quod † 2
in Canonicatibus requiritur diſpenſatio, vt quis plures habeat, vel in diuerſis, vel in eadem Eccleſia; quia ad minus eſt contra ius Eccleſiaſticum, de quo nullus dubitat, & habet inordinationem contra ius naturæ, quam ponit. Diuus Thomas, quantum ad aliam partem, quod in beneficijs ſeruitoriis non ſit vſus diſpenſandi, ſi habeant actualem reſidentiam perſonalem requiſitam ex Eccleſiæ ſtatuto, aut conſuetudine, omnino neceſſaria eſt diſpenſatio, in tali lege & conſuetudine, ſi vero ſuppleatur
hæc reſidentia per ſubſtitutum, † an requi- 3
ratur diſpenſatio ex iure antiquo dicam modo in dictamine contra Vaſquez, ſi tamen fiat diſpenſatio, ſine ſufficienti cauſa exiſtimo valere & quod tutius ſit in conſcientia (dummodo non fiat coaceruatio beneficiorum & exorbitantes illorum diſtributiones in vna eadémque perſona,) quia
† turpitudines illæ & indecentiæ quæ ex iu- 4
re naturali oriuntur non obligant ſub mortali ſeclusâ lege Eccleſiaſtica, ſicut ſupra dicebamos de reſtitutione fructuum ob non recitationem officij, quos ſeclusâ lege Pij V. & Concilij Lateranenſ. non tenebatur reſtituere non recitans, lex autem Eccleſiaſtica totaliter euacuatur per diſpenſationem factam etiam ſine cauſa, vt docui in materia de legibus *tract.4.dub.6.* cum communi ſententia.

Primum dictum de præſtimoniis, ſi loquamur de iure nouo Tridentini & decretalium
de quo reſolutio . . . . latius dicam † non 5
bene dicit Soto, quia non vidit Tridentinum, vnde Corduba *lib.1. q.20.* quamuis in principio ſecutus fuerit ſententiam Soti, tamen poſtea concludit ſtandum eſſe Concilio Tridenti. quod † pluralitatem beneficio- 6
rum omnino prohibet & ſic bene aduertit Eminentiſſimus Cardinalis Pimentel. *quod ſi Soto. vidiſſet cap.17. Concilij ſeſſ.24. ſententiam corrigeret.*

Quod ego intelligo, † quantum ad id 7
quod dicit, quod habere plura præſtimonia non indiget quis diſpenſatione, quantum verò ad id quod dicit non habere turpitudinem contra ius naturale, quod obliget ad mortale ſeclusâ lege Eccleſiaſtica mihi probabiliſſimum, ſi ſano modo intelligatur, etſi enim diſtributor ex vi iuſtitiæ diſtributiuæ teneatur ſub mortali peccato acceptionis perſonæ, diſtribuere beneficia ſecundum proportionum meritorum, qualitatem no-
bilitatis, litteraturæ, aliarum circunſtantia- 8
rum, quæ in perſonis ſunt requiſitæ, tamen ſi alicui diſtributor confert plus quam meretur,

reatur, aut indiget iſte, nec accipiendo, nec retinendo peccat contra ius naturæ,& ſic in ipſo pluralitatis horum beneficiorum non habet incompoſſibilitatem, aut turpitudinem mortalem ſecluſa lege Eccleſiaſtica.

9 Et quidem, quod non obſtante, † quod diſpenſator peccet mortaliter peccato acceptionis perſonarum, nihilominus accipiens non peccet, nec recipiendo nec retinendo, patet ex duobus exemplis. D.Thom. 2.2. *q.* 63. *art.* 2. primum ponit. *in ſolutione* ad primum in eo qui prætermiſſis dignioribus confert beneficia conſanguineis, ſecundum ponit *in ſolutione ad* 2. in eo qui cum teneatur eligere digniorem eligit dignum, omiſſo
10 digniore vterque prouiſor, & eligens eſt perſonarum acceptator, & mortaliter peccat, & tamen prouiſus, & electus, & accipit & retinet tuta conſcientia, ergo idem dicendum in retentione plurium præſtimoniorum, quantum vt ex vi iuris naturalis, quibus quamuis ipſe abundet ex lege naturæ non tenetur renuntiare.

11 Quam doctrinam egregiè docuit Dominus Caiet. *verbo beneficium n.* 10. *ex parte iniquæ diſtributionis aduertendum eſt, quod non eſt, idem iudicium de diſtributione, quando fit, & poſt factum, nam quando fit clarum eſt iniuriam fieri dignioribus qui poſtponuntur, & peccatum iniuſtitiæ diſtributiuæ committit,* poſtquam autem diſtributio, licet mala, *facta eſt, & Epiſcopatus datus minus digno non periclitatur amplius diſtributio, ſed res diſtributa, puta Epiſcopatus, in cuius ſignum conſtat non*
12 *teneri iſtum minus dignum ad renunciandum Epiſcopatum, ſed ad benè regendum, &c.* quæ doctrina potiori iure tenet in his præſtimoniis, quorum etſi fuerit mortalis mala eorum diſtributio, tamen prouiſus non tenetur renuntiare, ſed benè expendere eorum fructus, non in luxum & comeſſationes. Hæc etiam fuit ſententia Cordubæ *lib.* 1. *q.* 20. *propoſit.* 3. Sylueſter *etiam citatus.* à Vaſquez *verb. beneficium* 4. *n.* 4. *quæſt.* 2. manifeſtè loquitur de beneficiis curatis, dicit enim quod diſpenſatio Papæ & conſuetudo valet, vt quis habeat *plura beneficia ſimplicia, &c.*

13 Ex quo fit, quod † ille qui habet plura beneficia huiuſmodi, ſufficientia ad congruam non poteſt procurare, quod ſibi alia conferantur quia conferri non poſſunt ſine mortali in diſtributione, ad quod ego concurro ipſum procurando.

§. VI.

Iudicium, de ſententia Patris Vaſquez.

SVMMARIVM.

1. *Seruitorium beneficium ex Eccleſia ſtatuto requirit perſonalem reſidentiam.*
2. *Beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam ex generali conſuetudine ex Garzia, & n. 3. 4.*
5. *Epiſcopus non poteſt cogere obtinentes beneficia ſimplicia aliquod perſonale ſeruitium ſuis beneficiis impendere.*
6. *An obtinens beneficium quod ſit ſimplex non teneatur in eo reſidere.*
7. *Pij V. mens affertur.*
8. *An Epiſcopus non poſſit cogere aliquem in beneficio ſimplici reſidere.*
9. *An nihil innouandum ſit in beneficiis ſimplicibus.*
10. *Per generalem conſuetudinem beneficia ſimplicia onus reſidendi exuerunt ex Lotherio.*
11. *An beneficia ſimplicia data in titulum inſpecto iure communi requirant perſonalem reſidentiam.*
12. *An perſonalis reſidentia non ſit præcepta iure naturali, aut diuino.*
13. *An iura antiqua requirentia perſonalem reſidentiam in primitiua Eccleſia ſint abrogata, non ſolum permiſſiua conſuetudine, ſed etiam derogatiua.*
14. *An conſuetudo humana non poſſit præualere contra legem diuinam.*
15. *Ratio difficultatis affertur, & n. 16. 17.*
18. *In Beneficiario duas diſtinguit obligationes S. Thomas.*
19. *Quæ conſuetudo poſſit eſſe vt excuſet à reſidentia.*
20. *Vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, ex Trid.*
21. *Vaſquez ſententia adducitur.*
22. *Conſuetudo generalis non reſidendi in ſimplicibus ceſſat, vbi adeſt ſtatutum & particularis conſuetudo in contrarium, ex Rota, & n. 23.*
24. *An quis beneficio ſine animarum cura per alium deſeruire poſſit, & n. 25. 26.*
27. *An pluralitas beneficiorum ſimplicium iure naturali ſit incompatibilis.*
28. *Clericus non recitans, aut non reſidens non tenetur reſtituere ante ſententiam iure naturali, ex Sylueſtro, & n. 29. 30. remiſſiuè.*
31. *An plura beneficia ſimplicia ex conſuetudine non requirentia reſidentiam, non habeant incompatibilitatem in eadem perſona ex natura rei.*
32. *An Congrua taxetur ex hominum æſtimatione.*
33. *Authoris iudicium, n. 34.*

PRimum dictum huius Doctoris omninò falſum exiſtimo, & contra omnem conſuetudinem & determinationes Cardinalium, & Rotæ Romanæ deciſiones. Fateor enim, quod † ſeruitorium beneficium ex 1
Eccleſiæ

Eccleſiæ ſtatuto requirat perſonalem reſi-
dentiam ad hoc in multis conſuetudine ab-
rogatum eſt, & ſic ſolum obligatur Benefi-
ciarius ad id quod conſuetudo introduxit,
vel quia contra reſidendi obligationem quæ
ex iure, & contractu humano dimanat præ-
ſcriptum, vel quia Eccleſia paulatim ſaltim
implicite ceſſit iuri ſuo, ex quo Beneficia-
rius, manſit liber à ſeruitute, nedum ſolum
perſonali, ſed etiam per ſubſtitutum.

In confirmationem huius certæ ſententiæ
adduco verba duorum virorum in re Bene-
ficiaria eruditiſſimorum. Primus ſit Nico-
laus Garzia qui *p.3.cap.2.à num.*3.poſtquam
2 dixit quod † beneficia ſimplicia non requi-
runt reſidentiam ex generali conſuetudine
citans, Trotium, Rebuffum, Hojeda. Man-
doſium *de ſignatura gratia titulo diſpenſatione
de non reſidendo verſ. beneficia omnia.* Ferre-
tum, Menochium, Ioannem Ochon, fla-
minium, Zerolam, Zecheum, Graffis, &
Gonzalez: & poſſet vniuerſos ſcriptores
inducere, ſubdit *num.*4. ita eſſe *detractum in
Rota innumeris deciſionibus in vna Conchen.*
3 *benef. de valenti.* 30. *Mar.* 1582. *in qua fuit
reſolutum iſtam qualitatem, quod non requirat
perſonalem reſidentiam non eſſe verificandam,
& in vna Virdunenſ. Canon.* 23. *Februar.* 1587.
fuit dictum non eſſe opus probare, quod Capel-
4 *lania obtenta narrata in gratia non requirat re-
ſidentiam, cum beneficia ſimplicia de generali
conſuetudine reſidentiam perſonalem non poſtu-
lent. Alexand. conſil.* 1. *num.* 1. *lib.* 7. *Felinus
in cap. dilectus.* 2. *num.* 1. *de reſcript. quæ do-
ctrina in Romana Rota indubitata eſt nec eſt
neceſſe plures alias adducere deciſiones videan-
tur ea quæ adducit n.*7.

*Veniamus ad declarationes Cardinalium S.
Concil. interpretum* quas ſic refert *num.* 7. *in*
5 *vna Mediol. Sacra Congreg. ita cenſuit † Epiſ-
copus non poteſt cogere obtinentes beneficia ſim-
plicia aliquod perſonale ſeruitium ſuis beneficiis
impendere, cum ex antiquiſſima totius Eccleſiæ
conſuetudine, nonniſi ad officium recitandum
teneantur.*

6 Et *Card. Burg. ſic reſpondit congreg. † obti-
nens beneficium quod ſit ſimplex, & ſine cura
animarum, & extra Eccleſiam Collegiatam, nec
perſonalem reſidentiam ob aliam requirens, non
tenetur in eo reſidere, ſed ad inſeruiendum illi
per alium qui probatus ſit ab Ordinario.*

7 *Tertia, non fuit mens Pij V. † in Bulla de re-
ſidentia edita* 8. *Iuly* 1569. *incipiens, cupien-
tes, cogere habentes beneficia ſimplicia in eis
reſidere.*

8 *Quarta, † Epiſcopus non poteſt cogere ali-
quem in beneficio ſimplici reſidere. Quinta obti-
nens beneficium, licet id ſit titulus alicuius San-
cti, dummodo ſit ſimplex non tenetur in eo reſi-
dere, nec ad reſidendum eum poteſt cogere Epiſ-
copus.*

Sexta, Congregatio cenſuit † nihil innouan- 9
*dum in beneficiis ſimplicibus etiam quæ clerica-
tus nuncupantur, in Eccleſiis Parrochialibus
vel alibi conſtitutis, quorum fructus poſſeſſores
gaudent, nullum ſeruitium neque per ſe neque
per ſubſtitutos præſtando, vt poſſint cogi vt per
ſeipſos aut per ſubſtitutos inſeruire ſi tanto tem-
pore poſſeſſores nõ ſint coacti ad aliquid iſtorum,
nec apparet quod ad certum ſint obligati; ſatis
ſi dicunt horas Canonicas.* Hæc omnia fere
Garzia.

Accedat Lotherius, qui eſt eruditiſſimus,
hic enim *de re beneficiaria lib.*3. *quæſt.*27.*n.*9. 10
dicit † per generalem conſuetudinem bene-
ficia ſimplicia onus reſidendi exuiſſe, & ita
obſeruari in omnibus præterquam in his
quibus aliud ſpecialirer cautum ſit, etiam-
ſi agatur de capellaniis, ita vt in effectu ne-
ceſſitas reſidendi in ſimplici beneficio de-
feratur, vel ad ſtatum primitiuæ Eccleſiæ,
vel ad ius ſingulare, ius vero non reſidendi
ad quandam conſuetudinem generalem pro
qua doctrina veriſſima citat fere eoſdem
Auctores antiquos, quos Garzia addit, ta-
men deciſionem Rotæ *p.* 2. *deciſ.*375. *n.* 2.
*coram Manzanedo. in vna Calagurrit. Reſid.*17.
Februar. 1612. vbi Rota duo decidit. Pri-
mum, quod † beneficia ſimplicia data in ti- 11
tulum inſpecto iure communi requirunt
perſonalem reſidentiam. Secundum, quod
ex generali conſuetudine non requirunt di-
ctam reſidentiam, vnde manifeſtum, pri-
mum, quod † perſonalis reſidentia non eſt 12
præcepta iure naturali, aut diuino alias non
præualuiſſet conſuetudo totius Eccleſiæ,
quæ non præualet, nec præualere quit ad-
uerſus ius naturale. Secundum, quod † iu- 13
ra antiqua requirentia perſonalem reſiden-
tiam in primitiua Eccleſia ſunt abrogata
non ſolum permiſſiua conſuetudine, ſed
etiam derogatiua & ad iudicium deducta
ſiquidem tam in Congreg. Card. iuridice,
quam in Romana Rota pro Tribunali con-
ſuetudo eſt approbata generalis, quod non
facerent duo inſignia Tribunalia ſi reſiden-
tia perſonalis eſſet de iure naturali in bene-
ficiis ſimplicibus; quis enim cordatus iudi-
care valebit quod tot Sapientiſſimi viri non
aduerterent † conſuetudinem humanam 14
non poſſe præualere contra legem diuinam,
ſicut non præualuit in reſidentia perſonali
requiſita in beneficiis curatis; quare aſſere-
re eam requiri ex eodem iure in vtriſque
improbabile mihi videtur.

Ratio horum omnium eſt primò, quia li- 15
cet attendendo ad Eccleſiam primitiuam,
quum Eccleſia nec eius miniſtri erant cum
tanto ſplendore, ſed erant quaſi in incuna-
bulis cõſtituti, neceſſum fuerit, quod vnuſ-
quiſque ſtationem ſuam non deſereret, &
officio ſuo inſeruiret miniſteriumque im-

pleret

pleret perſonaliter, vnde duabus Eccleſiis
16 intitulari nequibat, ſed inſeruiens vni altari ab illo accipiebat ſtipendia, quibus ſuſtentabatur; & eo ipſo quod nomen ſuum alicuius Eccleſiæ militiæ dabat, etiam ſi ſtipendium inſufficiens eſſet, ad totam congruam illi ſolum adſtringebatur inſeruire, ex pacto quod inibat, accipiebat enim ſtipendium vt ſeruiret, quare ſi videns, & conſentiens paruo ſtipendio conductus ſuas operas impendebat, ex vi pacti adſtringebatur ad ſeruitium perſonale præſtandum, & quod deficiebat ad congruam ex aliqua
17 honeſta arte quæritabat *cap. Clericus. 70. diſt.* cæterum mutatis rebus ex temporum varietate; ius illud naturale quod fundabatur in lege, & fundatione Eccleſiaſtica, & pacto inito *do vt facias* miniſterium, per te ipſum; etiamuit mutata lege, & abrogata ex vniuerſali conſuetudine, ex vi cuius videtur Eccleſia cedere iuri quod habebat ad perſonalem reſidentiam beneficij gratis illi tribuens ſtipendium ſolum cum obligatione recitandi officium canonicum, vt expreſſe dicit *declaratio 6.* Card. adducta.

Huius ſententiæ fuit expreſſe D. Th.
18 *quodlibeto. 1. art. 13.* vbi † in Beneficiario duas diſtinguit obligationes, & debita, vnũ reſpectu Eccleſiæ, cui inſeruire debet, & alterum reſpectu Dei, vt ei debitas laudes perſoluat, quod debet per ſe ipſum exoluere. *Primum vero debet exoluere ſecundum quod ſtatutum eſt, vel per ſe ipſum ſi ſit præbenda quæ requirit reſidentiam, vel per vicarium ſi hoc ſufficit ſecundum Eccleſiæ ſtatutum ac conſuetudinem.* Hæc ibi addi & tu cum Innocentio *cap. ex tuæ de cleric. non reſid. verſic. item oportet*, quod talis eſſe poteſt conſuetudo
19 † vt excuſet à reſidentia etiam per vicarium exhibenda, quia videlicet Eccleſia renuntiauit iuri ſuo, quæ renunciatio colligitur ex conſuetudine introducta intra cuius tempus non reclamauit, eum poſſet.

Deinde hoc ipſum clare colligitur ex Tridenti. *ſeſſ. 24. cap. 17.* vbi ſtatuit vt in po-
20 ſterum † *vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur honeſte ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam, non requirat, eidem conferri.* Ergo manifeſtum eſt, quod tempore Trident. non omnia beneficia ſimplicia requirebant perſonalem reſidentiam; alias nihil determinaret, & vni non poſſent duo beneficia ſimplicia conferri, quia omnia iuxta Vaſquez
21 ſententiam (exceptis præſtimoniis) † requirunt perſonalem reſidentiam, & ſic approbat Trid. conſuetudinem vniuerſalem derogantem in his beneficiis perſonali reſidentiæ, niſi vbi eſt ſpecialis conſuetudo, aut ſtatutum illam in aliqua Diœceſi requirens, quæ vtique obſeruanda eſt, quia vt ait Rota *coram Manzanedo vbi ſupra num. 4.* & in alia. *Coram Pamphilio. 20. Iuny 1588.* † *conſuetudo* 22
generalis non reſidendi in ſimplicibus, ceſſat vbi adeſt ſtatutum, & particularis conſuetudo in contrarium. Cuius ratio ea eſt aſſignata à Rota *num. 4. cit. Quia hoc eſt redire ad ius commune, & ſic contra conſuetudinem de non reſidendo potuit optimo iure fieri ſtatutum* Abbas *cap. cum omnes notabil. 2. de conſt.* & ibi Decius *num. 3.* Felinus *num. 7.* Cardinalis *clem. ne Romani quæſt. 4.* Aymo *conſil. 973. à num. 4.* do quo bene Lotherius qui videndus eſt *q. 27 cit. à n. 15.*

Ex quo apparet debilitas fundamẽti Vaſ- 23
quez huius ſui primi dicti, fatemur in primis Eccleſiæ temporibus ita fiebat, vt dicit ex ipſius ſtatuto, & pactione, quam conſuetudo derogauit, & pactioni Eccleſia renunciauit, neque enim ita abhorret (ſi conſuetudo ita habet) à iure naturali, quod, † quis 24
beneficio ſine animarũ cura per alium deſeruiat; quod etiam in ſæcularibus officiis paſſim contirget, quod illis, quis ſeruiat per ſubſtitutum quando non eligitur induſtria perſonæ, reſidentia enim perſonalis in his beneficiis non fundatur in officio ipſo, vt contingit in Parrochis, quibus dantur ſtipendia propter perſonalem reſidentiam, quã 25
inducit ex natura ſua officium Parrochi, & Epiſcopi; ſed fundatur in ſtatuto, & ordinatione Eccleſiæ, quæ dat ſtipendia propter ſeruitium, & poteſt dare ſine illo ex conſuetudine, quia cedit iuri, quod ad ſeruitium exigendum habebat, & ſic in Parrocho Eccleſia ſine cauſa non poteſt cedere iuri, quod habet, vt Parrochus reſideat quia hoc eſt 26
de iure diuino ſuppoſita diſtinctione Parrochiarum qua diſtinctione non abolita ſemper manet ius diuinum.

Scundom dictum ruit; diruto fundamento, cui nitebatur, ſcilicet quod † plura- 27
litas beneficiorum ſimplicium iuri naturali eſt incompatibilis; quia iure naturali beneficia ſimplicia requirunt naturalem reſidentiam, iam enim vidimus hoc fundamentum omnino eſſe falſum, quia quamuis ex Eccleſiæ pactione, & ſtatuto, legeve Canonica poſita, oriatur turpitudo contra ius naturale, ex illis capitibus quæ enumerat D. Tho. & ſupra ex Azorio enucleauimus, tamen hæ turpitudines ſecluſa lege Eccleſiaſtica non obligãt ad mortale habentem plura beneficia ſimplicia non requirentia reſidentiam, quamuis ſit peccatum mortale ex parte diſtributoris, vt ſupra vidimus in iudicio de ſententia Soti.

Rem explico ex doctrina celebri Syluestri *verbo clericus 4. num. 16. quæſt. 23. & num. 17. quæſt. 4.* & verbo *Reſidentia quæſt. 6.* vbi dicit

quod

28 quod † clericus non recitans aut, non reſidens non tenetur reſtituere ante ſententiam iure naturali; quamuis enim turpitudinem contra naturale ius habeat, quod quis lucretur, & faciat ſuos fructus niſi inſeruiat beneficio, & exequatur officium, tamen turpitudo iſta non obligat ad mortale, vt reſtituantur fructus ante ſententiam ſicut obligat poſt legem Eccleſiaſticam; doctrina autem iſta Sylueſtri ſupra monſtrauimus eſſe communem, contra Vaſquez contrarium opinantem, & reſolutione ſequenti amplius ipſum impugnabo.

29 Tertium dictum de præſtimoniis iam ſupra enucleatum eſt, in iudicio de ſententia Soti qui in eo quod attinet ad obligationem, iuris naturalis mihi videtur attigiſſe punctum difficultatis ea vero, quæ Vaſquez adducit ſolum tenent verum ex parte diſtribuentis, & ex parte accipientis præſtimonia, quantum ad procuranda, ſuppoſito quod habet iam congruam, quia ſolicitat ad

30 peccatum in diſtributore, tamen poſtea quam illi data ſunt iure naturæ iuſte & ſine peccato retinet; maxime ſi fructus bene expendat, in ſuam honeſtam ſuſtentationem iuxta ſuam dignitatem, & perſonæ qualitatem, & cætera in pauperes, & in vſus pios expendat. Quartum etiam dictum ex dictis manet vel reprobatum, vel approbatum.

31 Sed notandum valde † plura beneficia ſimplicia ex conſuetudine non requiruntia reſidentiam; non habere incompatibilitatem in eadem perſona ex natura rei, & ex vi iuris naturalis, etiam in ſententia aduerſantium; niſi vltra congruam requiſitam in retinente talia beneficia; vt egregie dixit Dominus Caiet. *vbi ſupra num. 9. in fine, propterea* (inquit) *ex hu minimis ſit vt melius fieri poteſt quouſque miniſter habeat ſufficienter vnde viuat: quoniam propter miniſtros ſunt beneficia, & non econtra*, (dc hac etiam congrua plura dixi, duobus integris tomis iam cuſis)

32 atque † congrua taxatur ex hominum æſtimatione & iudicio prudẽtum & nullus prudentior ſummo legiſlatore & paſtore animarum noſtrarum, ad ipſius ergo prudentem diſpenſationem, vt ad primam viſibilem regulam reducenda eſt iuſtificatio pluralitatis

33 beneficiorum in eadẽ perſona, quare † exiſtimo re mature conſiderata, quod auctores contrarij nobis non ſunt oppoſiti, ſed dum dicunt pluralitatem beneficiorum eſſe oppoſitam iuri naturali, intelligunt coacervationem beneficiorum, quod ſatis inſinuauit S.D. *art. 15.* adducto, dicens, *ſi aliquis hac intentione plura beneficia obtineat, vt ſit ditior*

34 *& lautius viuat, & vt facilius ad Epiſcopatum perueniat, in aliqua Eccleſia in qua eſt prebendatus non tolluntur prædicta deformitates, ſed augentur* & coaceruatio, & exorbitans diſtributio hac intentione fit; non vero prudens pluralitas beneficiorum, ex motiuis honeſtis quæ iam ſubiicio, quæ habere poteſt diſtributor in diſtribuendo, & accipiens in prætenſione & retentione plurium Beneficiorum, quod amplius declarabo dum interpreter loca Concilij Trid. circa hanc materiam.

§. VII.

Quæ motiua iuſtificent pluralitatem Beneficiorum ſimplicium.

SVMMARIVM.

1. *An diſpenſator ſine cauſa beneficiorum ſimplicium mortaliter peccet, ſi plura eidem perſonæ vltra congruam diſtribuat.*
2. *An plura ſint motiua ex quibus Pontifex euacuans omnem turpitudinem à diſtributione beneficiorum ſimplicium poſſit plura in vno coniungere.*
3. *Quam voluntatem Pontifex poſſit interpretari pro toto tempore quo cauſa durauerint.*
4. *An in iure triplex cauſa diſpenſandi in pluralitate Beneficiorum aſſignetur, & n. 5.*
6. *Quæ cauſa ad Eccleſiæ vtilitatem pertineat.*
7. *In quibus cauſis non poſſit Pontifex diſpenſare in pluralitate beneficiorum ſimplicium.*
8. *An relaxatio iuris naturalis fiat à diſpenſatore & diſtributore vniuerſali.*
9. *Panormitani ſenſus aſſertur.*
10. *An ſola nobilitas, generiſque claritas ſit ſufficiens cauſa diſpenſandi ſine litteratura.*
11. *Quorum Beneficiorum collatio facta illiterato ſit nulla.*
12. *An in beneficiis omnibus ſimplicibus, & dignitatibus ſeruitoriis & non ſeruitoriis, ſufficiens ſit motiuum nobilitas.*
13. *An in beneficiis curatis ad hoc moueat nobilitas, vt ſi inter nobilem & plebeium, ſit fere æqualis litteratura, beneficium debeat dari nobili.*

CVm diximus ſupra † diſpenſatorem ſine cauſa beneficiorum ſimpliciũ mortaliter peccare, ſi plura eidem perſonæ vltra congruam diſtribuat, quia contra ius naturæ iuſtitiæ diſtributiuæ operetur, id quod egregie nos docuit Bernardus *epiſt. 271. ad comitem Theobaldum: Honores* (ait) *& dignitates Eccleſiaſticas non ignoro deberi his, qui eas digne & ſecundum Deum adminiſtrare & velint & poſſint. Porro eas acquiri paruulo filio veſtro precibus meis vel veſtris, nec vobis iuſtum nec mihi tutum eſſe noueritis, nam nec cuiquam vel adulto plures in pluribus Eccleſiis habere licet, niſi diſpenſatorie quidem ob magnam Eccleſia* 1

ſia neceſſitatem, vel perſonarum vtilitatē. Hæc Mellifluus Doctor qui manifeſtè loquitur de beneficiis requirentibus reſidentiam, vt legenti conſtabit.

2 Igitur plura ſunt & iuſtificata & prudentia motiua, ex quibus motus Pontifex euacuans omnem turpitudinem à ſua diſtributione horum beneficiorum ſimpliciū poteſt plura in vno cōiungere iudicās prudēter ad cōgruam pertinere, & prouiſus ipſe eā ſine ſcrupulo retinere valet & quidē omnia illa motiua, quæ ſufficiūt vt quis Parrochus, vel Epiſcopus habeat plures Parrochias, ille,& iſte plures Epiſcopatus ſufficient etiā vt habeat plura beneficia ſimplicia etiā ſeruitoria, imo etiāſi ex volūtate expreſſa teſtatorum

3 perſonalis reſidētia in vtroque requiratur † poteſt enim Pont. hāc volūtatē interpretari pro toto tēpore quo illæ cauſæ durauerint, ſi enim iſtæ ſufficient ad relaxandum ius diuinum ex quo exoritur reſidentia Paſtorum, ſufficientes erunt ad interpretandam voluntatem teſtatoris,& ad concedendam beneficiorum pluralitatem.

4 Quamuis † in iure triplex cauſa diſpenſandi in pluralitate beneficiorum reſpectu eius perſonæ aſſignatur *c.tali.1.q.7.* quod deſumitur ex *Concilio Meldenenſ.c.64.* ibi. *Tali*

5 *contagio* (id eſt ex raptore & rapta) *Eccleſiaſticis ordinibus non applicentur niſi forte eos aut maxima Eccleſiæ vtilitas, vel neceſſitas poſtulet, vel euidens meritorum prærogatiua comēdet.* cui conformatur *cap. de multa de prębend.* vbi ſtatuitur, quod viris ſublimibus & litteratis poſſunt multa beneficia conferri indulgētia ſummi Pontificis,& Ioan. XXII. *in extrauag. execrabilis de præbend.* filiis Regum & Cardinalibus illis ob nobilitatem,& generis claritatem,& iſtis *quia circa nos* (ait Pontifex) *vniuerſali Eccleſiæ ſeruiendo ſingularum Eccleſia-*

6 *rum commoditatibus ſe impendunt.* Quæ † cauſa ad Eccleſiæ vtilitatē pertinet, ſicut & claritas generis ad euidentem meritorum prærogatiuam ad quam etiam reducitur potentia, dignitas perſonæ, egregia litteratura, in ſacra ſcriptura, Theologia, & vtroque iure induſtria, & dexteritas in negotiis publicis, agendis, prudentia, virtus ſingularis.

Quamuis inquam in iure hæc triplex cauſa diſpēſandi ſit aſſignata & aliqui exiſtimēt,

7 quod ſi non ſubſit aliqua † ex his non poſſit Pontifex diſpenſare in pluralitate beneficiorum ſimplicium, tamē cum Pontifex habeat omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, in eiſque poſſit diſpenſare, poterit etiam extra has cauſas diuagare, diſpenſando ex alio motiuo,& ratione quam iudicauerit congruentē.

8 Sed cum † relaxatio iuris naturalis fiat à diſpēſatore & diſtributore vniuerſali, videtur quod cauſa relaxandi non debeat eſſe particularis, vt litteratura, aut nobilitas,& claritas generis, vt dicitur in textibus citatis, ſed reſpondetur, quod etiā dūm oblitteraturam alicuius, vel generis claritatem plura conferuntur beneficia, etiam hoc & ſi non per ſe primo, tamen ſecundario redundat in Eccleſiæ vtilitatem, quod † adnotauit Panormit. *ad c. 9. de multa n.5. & 7.* nam per litteratos Eccleſia Dei regitur & ſuſtinetur. Felin. *in c. ſi quando de reſcript.* Nauarrus *ibidē exceptio. 16. n.5.* Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi.*

Sed † an ſola Nobilitas, generiſque claritas ſit ſufficiens cauſa diſpenſandi ſine litteratura. negat Barb. *in collect. ad c. de multa citat. n.18. §. aduertendum maxime*, ſecutus Cened. *collect. 18. n.7.* affirmant Felin *c. cum adeo de reſcript.* Abbas *in cap. dudum el 2. de elect. n. 26.* Sed ego medius exiſto, ſi loquamur de beneficiis curatis vera eſt ſententia Barboſæ, quia in iſtis attenditur litteratura *c. cum nobis 19. de elect.* & † collatio horum beneficiorū facta illiterato eſt nulla *c. cum in cunctis §. inferiora de elect.* & notant Canoniſtæ *ad c. graue nimis de præbend.* & hodie iure nouo Concilij Trid. & conſtit. Pianæ de hac materia, hoc eſt certiſſimum cum hæc beneficia dentur in concurſu,& dignioribus, vt late dixi *to. 1. Moralis tr. 12. de examinatorib. Synod.* ſi tamen † ſermo ſit de beneficiis omnibus ſimplicibus, Canonicatibus, dignitatibus, ſeruitoriis, & non ſeruitoriis, ſufficiens motiuum eſt generis claritas, & nobilitas, quia ad hoc non requiritur litteratura, ſed quod Pontifex diſpenſet in reſidentia præſcripta à iure Canonico,& ob hoc motiuum nobilitatis dumtaxat, ratio poſtulat vt in pluralitate relaxetur ius naturale, ad diſtributionem prudentum faciendam, imo & † in beneficiis curatis ad hoc mouet nobilitas, vt ſi inter nobilem & plebeium ſit fere æqualis litteratura beneficiū debet dari nobili, quia plura habet motiua diſtributionis & iuſtitiæ faciendæ in prouiſione.

Marginal numbers in the right column: 10, 11, 12, 13.

SVBRESOLVT. I.

An ſit ſufficiēs motiuū quod expēdat in pios vſus.

SVMMARIVM.

1. *An ſit iuſta cauſa diſtribuendi plura beneficia eidem perſonæ, quæ in pios vſus fructus beneficiorum impendat.*
2. *Plures cauſas excuſantes pluralitatem beneficiorum ponit Nauarrus.*
3. *D. Thomæ mens adducitur.*

1 INquires † an ſit iuſta cauſa diſtribuendi plura beneficia eidem perſonæ, quod iſta bene & in pios vſus fructus beneficiorū impendat? negant Abbas citatus & ſecutus ab Azor *p.2. l.6. c.12.* & aliquibus ſed ego exiſtimo iuſtiſſimam eſſe & ſufficientiſſimam ita Cardinalis

Cardinalis *clem. gratia de reſcriptis n* 12. & alter Cardinalis de Lugo. *to.*1. *de iuſt.diſp.*4. *ſect.*4.*n.*58. Filluc.*tr.*41.*c.*7.*n.*57. eandem ſequitur Nauar. *in Manuali §. de peccatis Clericorum quoad beneficia n.*128. vbi ponēs † plures cauſas excuſantes pluralitatē beneficiorum, dicit, quod eſt cauſa iuſta intentio retinentis plura beneficia non ad ſplendorē, victum, veſtitum, & famulatū & alia huiuſmodi, ſed ad largius erogandum in pauperes, & opera pia retenta ſibi tantū ad vitam decentem neceſſaria & vera huius intētionis executione, quam rationem videtur approbare

3 † D.Th. *quodlib.cit.art.*15. dum reprobat cōtrariā, & affirmatio eſt cauſa affirmationis, ſicut negatio eſt cauſa negationis. Legatur Nauarrus *Miſcella.*17.*n.*76.*in fin.*

SVBRESOLVT. II.

An quod habeat parentes, ſorores, nepotes, &c.

SVMMARIVM.

1. *An ſit ſufficiens motiuum relaxandi ius iuſtitiæ diſtributiuæ in conferendis pluribus beneficiis vni perſonæ habenti parentes, &c.*
2. *Rationem vt relaxetur ius naturale circa pluralitatem beneficiorum addit Nauarrus, & n.*3.
4. *Authoris iudicium.*
5. *An ſi Papa conferat plura beneficia, cenſeatur relaxare ius naturale, & diſpenſare in Canonico.*

1 INquires ſecundò, † an ſit ſufficiēs motiuū relaxandi ius iuſtitiæ diſtributiuæ in cōferendis pluribus beneficiis vni perſonæ, quod habeat, parentes, fratres, nepotes ex fratribus, vel ſororibus indigētes, reſpondet affirmatiue. Ita Nauarr. *Miſcella.*17.*cit.n.*76.*& Miſcella.*44.*n.*76. *Papa* (inquit) *poſt Conciliū diſpenſare iuſte poteſt, vt quis habeat plura beneficia quorū vnum ſibi ſufficiat, eo quod habeat parentes, fratres, ſorores, nepotes, vel alias cognatas pauperes quos eum oportet alere, collocare vel in aliquā viam ſalutis æternæ dirigere.* hæc ille quibus conſentit Azor *vbi ſuprà q.*4. ſed

2 addit Nauarr. † *n.*80. aliam rationem, vt relaxetur ius naturale circa pluralitatē beneficiorū ſimplicium, & vt minus dignus præferatur dignioribus, quod ſit filius, vel frater alicuius benemeriti de Eccleſia, vel populo, vbi ſūt talia beneficia, vnde Pius II. alias Doctiſſ. & piiſſimus iamiā moriturus ſuos Nepotes iuxta ſuam qualitatē pauperes cōmen-

3 dauit Eminentiſſ. Cardin. Collegio, vt qui eligeretur Papa iuuaret eos beneficiis Eccleſiaſticis, quaſi proponēs merita ſua, vt illi iuuarentur, ſi alias eſſent non indigni, ſed nūquid ad iuuandum amicum cui multa debeo ſit ſufficiēs ratio diſpenſandi, exiſtimo, quod ſic † quia *amicus eſt alter ego.* Vnde fit, quod dū

4 quis offert libellum ſupplicem Pont. vt ſibi conferat beneficiū aliud vltra ea quæ habet, vt nepotes conſanguineos pauperes ſuſtentet, collocat, aut dotes conferat, vt ſoluat debita, & ſimilis † ſi Papa conferat cenſetur relaxa- 5
re ius naturale, & diſpenſare in Canonico, vt eam pluralitatem retineat, ipſe tamē offerēs videat an cauſa, & motiua Papæ propoſita verè ſubſiſtant, nā ſi non ſubſiſtunt tutus nō manet, & Pont. in nihilo peccauit, quia relaxauit ſecundum allegata in libello.

SVBRESOLVT. III.

An ſi cauſæ diſpenſandi ceſſent, teneatur quis plura beneficia relinquere.

SVMMARIVM.

1. *An ſi tranſierint cauſæ diſpenſandi, teneatur quis relinquere plura beneficia.*
2. *Quandonam ius naturale relaxatum eſt & Canonicum diſpenſatum.*
3. *Quæ relaxatio ſicut fit in votis & iuramentis non ſit conditionalis, ſed abſoluta.*

INquires tertiò, ſi cauſæ iſtæ trāſiere, poſt- 1
quā Pont. relaxauit ius naturale, vt quia ſorores mortuæ, quia debita ſoluta, quia filiæ dotatæ, & in ſtatu conſtitutæ, teneatur quis omnia alia beneficia renūtiare, reſeruatis ſibi quæ ſufficiūt ad congruā ſuſtentationem iuxta ſuā qualitatem. Reſpondetur, quod etſi eorum beneficiorum fructus quæ data ſunt intuitu illarū cauſarum teneatur expendere in vſus pios, tamē non tenetur ea renūtiare, quia † iā ius naturale relaxatū eſt, & Cano- 2
nicū diſpenſatū ex iuſta & rationabili cauſa, quæ † relaxatio ſicut fit in votis, & iuramen- 3
tis, non eſt conditionalis, ſed abſoluta, illæ enim diſtributiones à cauſis depēdebat, quātum ad ipſam diſtribuendi actionē, non vero quantum ad cōſeruationem diſtributorum, vt egregiè D. Caiet. *infrà* adducendus.

SVBRESOLVT. IV.

An ſit ſufficiens motiuum ſplendidior ſuſtētatio.

SVMMARIVM.

1. *An ſit motiuum ſufficiens ad excuſandam pluralitatem beneficiorum ſimplicium opulentior ſuſtentatio, quam exigit is qui alias cenſetur dignus.*
2. *Authoris iudicium & n.*3. *&* 4.
5. *An Pontifex peccet dando plura beneficia vni, quorum quodlibet erat ſufficiens ad victum*

victum Beneficiarij.
6. *An multitudo beneficiorum ſimplicium habeat turpitudinem.*
7. *Beneficiorum coerceruatio eſt diſſona rationi naturali.*

1 INquires quarto, eſtne motiuum ſufficiens ad excuſandam pluralitatem beneficiorum ſimplicium ſplendidior, & opulentior ſuſtentatio, quam exigit is, qui alias cenſetur dignus. Fillucius *tom.3.tract.41. cap.7. n* 40. affirmat, quod ſatis iudicat quam titulo congruæ ſuſtentationis quo titulo ſuis tẽporibus in vna perſona collectæ ſunt quadragintæ Abbatiæ, recte inquit, non eſt meũ
2 iudicare, ſed exiſtimo, quod ſplendidior, & opulentior ſuſtentatio in Magnate, Principe & Pontificis Nepote, idem eſt quod congrua ſuſtentatio, quare hodie eum ſit dignitas Pontificia in tam magno ſplendore conſtituta, à quo non eſt æquum, decidar, ex qua domus natalium ipſius Pontificis & Nepotis ipſius ad magnum euecta ſit honorem, quod
3 in maximam vergit Eccleſiæ magnitudinem & authoritatem contra hæreticos exiſtimo, ſufficiens & politico Chriſtianum motiuum (vt ſplendidior & opulentior ſuſtentatio conſequetur) vt cum illo relaxetur ius naturale de pluralitate beneficiorum, ne tamen
4 ſit ita magna vt ſit exorbitans diſtributio, & enormis coaceruatio, ſed quantum prudens iudicium non ſanguine proprio obcæcato iudicauerit, vnde etiam exiſtimo ſufficiens motiuum eſſe relaxandi, quod Põtifex amico ſuo ante Pontificatum beneficiis in ſe collatis recompenſet, & gratum ſe oſtendat.

Ex quibus liquet quid dicendum ſit, ad il-
5 lud quod inquirit Azor *vbi ſup.q.*8.† an Pontifex peccet dando plura beneficia vni, quorum quodlibet erat ſufficiens ad victum Beneficiarij, cui reſpondet prædictus auctor, quod peccat ſi decem huiuſmodi beneficia conferat, ſecus vero ſi infra decem, quia iura tẽpus longum dicũt, decennũ, & ſic decennia à mẽſura immodica eſt, quod enim immodice ſit, non bene ſit, vnde immodica beneficiorũ multitudo decennia recte iudicatur, cum immodice & contra rationis metas aliis clericis ſtipendia & vitæ ſubſidia ſubtrahuntur, ſed hoc non placet Filluc.*vbi ſup.*
6 &enim † ſi multitudo beneficiorum ſimplicium habeat turpitudinem vt vere habet contra ius naturale, cõcedere vltra congruã decem beneficiorũ pluralitatẽ ex Pontificia relaxatione, niſi ſubſit ſufficiens cauſa nõ videtur poſſe conſcientiam diſtribuentis pacificare, hæc enim videtur beneficiorum coaceruatio, & exorbitans diſtributio, quæ bonis ſcandalum generat, & dum vnus abũdat,
7 alius indiget, & eſurit, † beneficiorum enim coaceruatio omnino eſt diſſona rationi naturali, & in illa nulla ſubeſſe poteſt ratio cohoneſtans & euacuãs turpitudinẽ naturalẽ, ſicut poteſt pluralitatẽ, iſta enim poteſt eſſe rationabilis, & prudens, illa vero ſẽper imprudens perſeuerat, & quæ in vno eſt pluralitas rationi conformis, in alio eſt coaceruatio rationi diſſona, conſideratis circũſtantiis, perſonæ, qualitatis, &c. quæ in ſuperioribus, vnde in qualitate cadit relaxatio, & Pont. diſpenſatio non in coaceruatione beneficiorum etiam ſimplicium.

SVBRESOLVT. V.

An ſit abſoluendus qui plura beneficia habet.

SVMMARIVM.

1. *Vtrum ſit abſoluendus qui habet plura beneficia.*
2. *Qua pluralitas beneficiorum difficile continuetur ſine notabili damno animarum ſibi commiſſarum.*
3. *An ſi diſtributio attendatur quum ſit, ſi poſtponantur digniores, iſtis ſit iniuria & peccatur contra iuſtitiam diſtributiuam.*
4. *An ſi attendatur ad beneficia diſtributa tria ſint attendenda, & n.5.*
6 *Azorij ſenſus adducitur, & n.7.*
8. *An confeſſor in beneficiis ſimplicibus poſſit ſecluſo ſcandalo ſequi opinionem Canoniſtarum.*
9. *Authoris mens, & n.10.11.12. & 13.*
14. *An liberalitas Papæ ſit ſufficiens cauſa diſpenſationis contra ius, & n.15.16.17.*

INquires quintum, † an ſit abſoluẽdus, qui plura habet beneficia, Dominus Caiet.*verbo beneficium n.*10. tradit primum loquens de 1
hoc puncto. *Siſte tamen hic confeſſor pedem circa iudicium illius, qui iam cum diſpenſatione ſine rationabili tamen cauſa habet & poſſidet plura incompatibilia, ne praceps neges abſolutionem, oportet enim diſcurrere, an iſte teneatur de neceſſitate ſalutis renuntiare reliqua retento ſibi vno, quod non facile eſt quum Beneficiis prouidetur per Vicarios.* hoc præambulo poſito, dicit primum, *quod ſi beneficium eſt curatũ, quod ſi quis habeat beneficia curata ſi non renuntiat vnum non debet abſolui, quia † huiuſmodi* 2
pluralitas difficile continuatur ſine notabili damno animarum ſibi commiſſarum, & Eccleſiarum, & notabilis damni Eccleſia conſeruatio voluntaria ſine peccato mortali non eſt, quum ſit ſine ſine rationabili cauſa iuris naturalis relaxatio.

Dicit ſecundò, *quod † ſi diſtributio attendatur quum ſit ſi propouantur digniores iſtiũ ſit* 3
iniuria & peccatur contra iuſtitiam diſtributiuam, ſed poſtquam facta eſt iam nou periclitatur diſtributio & minus dignus cui collatum eſt

beneficium non tenetur renuntiare, v.g. Epiſcopatum ſed bene regere oues ſibi commiſſas; vnde poteſt abſolui dummodo reſtituat dignioribus damna ſi quæ intulit in obtentione.

4 Dicit tertium, quod † *ſi attendamus ad beneficia diſtributa, tria ſunt attendenda, primum damnum Eccleſiarum, ſecundum damnum Clericorum benemeritorum in illis partibus qui deberent honorari & paſci, tertium ſcandalum bonorum virorum, qui videat huiuſmodi exorbitantes diſtributiones conſeruari ab iis qui in formam gregis Chriſti dati ſunt, inde enim alij ſimilia audeant, & ſic in præceps ruit Eccleſia Chriſti; & propterea qui hac parui pendeat, quia ſic*

5 *communiter à tot fit, & quia forte Papa diſpenſando diſpenſauit non eſſet abſoluēdus vt abſque alia probatione clare patet qui vero hæc æſtimat prouideat opere & veritate, vt hæc mala non fiat alioquin tepidus eſt, & euomēdus.* Hæc ibi.

6 Cuius ſententiam amplectitur Azor † *vbi ſupra quæſt.* 11. exprimens ſenſum Caiet. dicens *ſi beneficia ſint ſimplicia, neque aſſiduam Beneficiarij præſentiam requirant, ſimul habere nequeunt ſine legitima iuris relaxatione, ac propterea, ſi quis plura ſine iuſta cauſa & habita iuris indulgentia, retento ſibi ad vitam ſufficienti ac neceſſario reliqua ſe abdicare debet ſecundum conſcientiam, alioquin abſoluendus non eſt. Quoniam licet curam animarum nō habeant, nec debeat in Eccleſiis reſidere, nihilo-*

7 *minus tamen iure naturali, duo, aut plura beneficia ſimul obtinere non poteſt, & idcirco iuris relaxatio citra legitimam cauſam obtenta, ipſi coram Deo non prodeſt*, quam ſententiam ſequitur Fillucius *vbi ſupra n.*40.§. *dices* 10.

8 addunt tamen vterque, quod † confeſſor in beneficiis ſimplicibus, poteſt ſecluſo ſcandalo ſequi opinionem Canoniſtarum quod pluralitas horum beneficiorum nullam requirentium reſidentiam etiam in choro, non ſit incompatibilis ex iure naturali, ſed ſolum ex iure Eccleſiaſtico.

9 Vtrique aſſentior † quia Confeſſor poteſt in abſoluendo ſequi opinionem probabilem; quod pœnitens non teneatur reſtituere, aut renuntiare aliquod, ad quod alij dicunt teneri, addo quod cum *ſupra* viderimus, quod canonicatus, & dignitates habeant reſidentiam ex iure canonico, in qua (ſi notabiliter non minuatur cultus diuinus) poteſt

10 Papa valide diſpenſare ſine cauſa, ſicut & in quacunque alia lege canonica, qua diſpenſata etiam ſine cauſa in hac reſidentia poſſunt plura huiuſmodi beneficia obtineri, nec tenetur quis aliquod renuntiare.

11 Sed nunquid ſi Pontifex motu proprio, & ex certa ſcientia conferat beneficium aliquod alicui, quo non indiget ad rectam, prudentem & congruam ſuſtentationem, neque prouiſus aliquam cauſam ſufficientem, vt fiat iuris relaxatio reſpectu illius poterit, ne collatarius iſte tuta cōſcientia, illud retinere, reſpōdetur quod de Sum. Pont. Ec- 12 cleſiæ vniuerſalis Paſtore turpe eſt præſumere peccatum, quodve abutatur poteſtate diſpenſatiua bonorum Eccleſiaſticorum ſecundum iuſtam diſtributionem, & quod non gubernet recta, ſuaui, & prudenti prouidentia, quamuis prouiſus ignoret cauſam ſufficientem relaxandi ius naturæ, poteſt retinere beneficium collatum, quia ipſe capax eſt illius, & Pontifex poteſtatem habet illud 13 conferendi, quare collatarius obmuteſcere debet, & nihil interrogando beneficium accipere, quod confertur ſiquidem ſemper præſumitur Papa habuiſſe rationem ſufficientem ad relaxandum ius naturale, & diſpenſandum in poſitiuo Canonico, vt tenent Barthol. *leg. finali C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* Felin. *n.*60. Decius *num.*29. *ad cap. quæ Eccleſiarum de conſt.* Loazes *de matrim. dub.*4. *n.*13. 1. *de conſtit. colum. vlt.* Imola *colum.*13. Præpoſitus *ad cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.* dicunt, quod † ipſa libe- 14 ralitas Papæ & ſufficiens cauſa diſpenſationis contra ius, *cap. cum noſtris de conceſſio. præbendæ.* ibi *ex indulgentia* ſpeciali, vel alia cauſa iuſta, quæ doctrina non ſolum tenet verum in diſpenſatione iuris humani, ſed etiam 15 in relaxatione iuris naturalis, cum liberalitas maximè deceat Principem ex ratione ipſa naturali.

Ex quo fit, quod non ſemper, quod colla- 16 tor peccat dans beneficium, cullatarius tenetur illud renuntiare, nec ſemper peccat, quod accipit. Ita Nauarr. *Miſcella.* 44. *n.*81. & 82. quia fieri poteſt, vt ſuperior eligat cognatum, & amicum, quem credit eſſe minus dignum alio, & promotus hoc ignoret inuincibiliter, tum promotor poteſt amico, vel cognato dare beneficium, vt ditior fiat, & honorabilior, & promotus acceptet, vt pauperes iuuet, eleemoſynis, & alios pios vſus 17 exerceat, tum quia promotus non peccat bona fide acceptando munus à ſuperiori collatum, quidquid ſuperior in conferendo peccet.

§. VIII.

Explicatur vtriuſque Thomæ ſententia circa hanc beneficiorum pluralitatem.

SVMMARIVM.

1. *Vtriuſque Thomæ ſententia affertur.*
2. *Angelici Doctoris doctrina.*
3. *Diſtinguit tria humanarum actionum genera idem D.*
4. *Retinere vel habere plures præbendas ad quid pertineat, & n.* 5. & 6.
7. *Habere plures præbendas in quo actionum genere contineatur, n.*8.

9. *An*

9 *An iure poſitiuo antiquo decretum ſit & prohibitum ne quis habeat plures præbendas, & n.10.*

11. *An ſi iura antiqua non ſunt abrogata non poſſit quis plures præbendas habere.*

12. *Quibus circunſtantiis ſuperuenientibus etiã ſine diſpenſatione licitum ſit plures habere præbendas.*

13. *An ſi quis hac intentione plura beneficia habeat vt ſit ditior non tollantur deformitates ſed augeantur, & n.14.*

15. *Caietani doctrina.*

16. *Quæ pluralitas præbendarum ſit iniuſta.*

17. *An ſit mortale peccatum in pluralitate beneficiorum.*

18. *An non ſit poſſibile duabus Eccleſiis deſeruire.*

19. *Rationes quibus mouetur S.D. aſſeruntur, & n.20.21.*

22. *An ſit rationi naturali contrarium quod quis in eadem vel pluribus Eccleſiis habeat plures dignitates.*

23. *An multitudo præbendarum ſit Canonibus inimica.*

24. *Bonifacij VIII. mens, & n.25.*

26. *Quæ conſuetudo minuat cultum diuinum.*

27. *An præbenda non idem ſit in iure ac eſt beneficium ſimplex.*

28. *Quis ſit proprius vſus in iure huius nominis* Præbendæ.

29. *Canonicus & Præbendatus habet ſtallum in choro, vocem in capitulo.*

30. *Pluralitatem præbendarum excluſerunt vterque Thomas.*

31. *An cum præbendæ non dentur ob exercitia publica in Eccleſiis ſed ob recitationem priuatam officij diuini, non pertineat ad iuſtitiam diſtributiuam.*

32. *Quæ beneficia ex natura rei non videantur eſſe bona communia.*

33. *Alex. Alenſis ſententia adducitur.*

34. *Obiectum iuſtitiæ diſtributiuæ quodnam ſit, & n.35.*

36. *Beneficiorum coaceruationem & exorbitantem diſtributionem damnat vterque Thomas, & n.37.*

38. *Quæ beneficiorum coaceruatio ſcandalum generet in Eccleſia.*

39. *Quæ beneficiorum coaceruatio dimanet ex cupiditate & ambitione.*

40. *Quanta debeat eſſe Beneficiorum pluralitas remiſſiuè.*

1 CVm † vterque Thomas Angelicus, & Caietanus principia moralia ille propoſuit, iſte digeſſit commentariis, & congeſſit in ſumma non eſt æquum quæſtionem grauiſſimam præterire ſine illorum ſententiæ intelligentia germana, iuxta quam plura deducenda corollaria.

Igitur Angelicus Doctor in illo ſpeciali & doctrinali *art.15. quodlib.9.* quem omnes fere ſcribentes poſt ipſum inducunt, poſtquã
dixit † *quod hæc quæſt. ad Theolog. pertinet in* 2
quantum dependet ex iure diuino, vel ex iure naturali, & ad Iuriſtas in quantum dependet ex iure poſitiuo, inueniunturque in ea Theologi Theologis & Iuriſtæ Iuriſtis contrariè ſentire: vt autem eam ipſe determinet ſecundum ius
naturale, † diſtinguit tria humanarum actio- 3
num genera. Primum, earum quæ habent malitiam inſeparabilem vt fornicatio & adulterium. Secundum, earum quæ ſunt indifferentes ad bonum & ad malum vt leuare feſtucam de terra. Tertium, earum quæ abſolute conſideratæ deformitatem, vel inordinationem quandam important, quæ tamen aliquibus circunſtantiis aduenientibus bonæ efficiuntur ſicut occidere hominem vel percutere, in ſe deformitatem quandam important; ſed ſi addatur occidere malefactorem propter iuſtitiam, vel percutere delinquentem cauſa diſciplinæ non erit peccatum ſed virtuoſum.

Quo ſuppoſito multa dicit primũ, † quod 4
retinere vel habere plures præbendas non pertinet ad primum genus alias in nullo caſu diſpenſationem recipere poſſet quod nullus dicit. Secundum, quod non pertinet ad ſecundum genus actionum, ſicut quidam dicebant, *ita licere habere plures præbendas*
ſicut habere plura poma, ſed hoc (inquit S.D.) 5
non videtur eſſe verum cum hoc quod eſt habere plures præbendas plurimas in ſe inordinationes contineat, vtpote quia non eſt poſſibile, aliquem in pluribus Eccleſiis deſeruire in quibus eſt præbendatus cum præbendæ videntur eſſe ordinatæ quaſi quædam ſtipendia Deo ibidem miniſtrantiũ, ſequitur etiam diminutio cultus diuini dum vnus loco plurium inſtituitur, ſequitur etiam in
aliquibus defraudatio voluntatum teſtatorum, 6
qui ad hoc aliqua bona Eccleſiis contulerunt vt certus numerus Deo deſeruientium ibi eſſet, ſequitur etiam inæqualitas, dum vnus pluribus beneficiis abundat, & alius nec vnum habere poteſt, & multa alia huiuſmodi quæ de facile patent.

Dicit tertium, quod † habere plures præ- 7
bendas continetur in tertio actionum genere. *Quamuis enim inordinationes contineat, tamen aliæ circunſtantiæ poſſunt ſuperuenire ita honeſtantes actum quod prædictæ inordinationes totaliter euacuentur, vt puta ſi ſit neceſſitas in pluribus Eccleſiis cuius obſequio, & poſſit ſeruire Eccleſiæ vel tantum abſens, quam alius præſens, & ſi quæ alia ſunt huiuſmodi, & tunc iſtis conditionibus ſuperuenientibus cum re-*
cta intentione, non erit peccatum etiam nulla 8
diſpenſatione interueniente, ſi conſideretur tantum ſecundum ius naturale, quia diſpenſatio

diſpenſatio ad ius natnrale non pertinet,ſed
ſolum ad poſitiuum.

9 Dicit quartum, quod † *iure poſitiuo anti-*
quo decretum eſt,& prohibitum ne quis habeat
plures præbendas , & huic prohibitioni conſue-
tudinem eſſe contrariam , nam per contrariam
conſuetudinem iura humana abrogantur & ſic
quidam dicant , quod iura antiqua non ſint de-
rogata hac conſuetudine,ſed ſolum permiſſiue,
10 *ſed hæc*(inquit S.Magiſter)*controuerſia Iuri-*
ſtis eſt relinquenda,quamuis hoc videatur eſſe
probabile , quod quantum ad hoc quod iura illa
antiqua continent ius naturale abrogari nõpoſ-
ſunt per conſuetudinem , vtpotè irrationalem,
quantum ad hoc quod ſolum de iure poſitiuo con-
tinent poſſunt eſſe abrogata.

11 Dicit quintum, quod † *ſi iura antiqua non*
ſunt abrogata non poteſt quis plures præbendas
habere etiam illis circunſtantiis ſuperuenienti-
bus , quæ ſecundum conſiderationem iuris natu-
ralis actum poterant honeſtare , ſi tamen con-
traria iura ſunt per conſuetudinem abrogata,
12 *tunc † prædictis circunſtantiis ſuperuenienti-*
bus etiam ſine diſpenſatione licitum eſt plures
præbendas habere,ſine quibus circunſtantiis li-
citum non eſt quantumcunque diſpenſatio in-
terueniat , eo quod diſpenſatio humana non au-
fert legitimam iuris naturalis, ſed ſolum liga-
men iuris poſitiui,quod per hominem ſtatuitur
& per hominem diſpenſari poteſt.

13 Dicit ſextum † *quod ſi quis hac intentio-*
ne plura beneficia habeat,vt ſit ditior,vel lau-
tius viuat,& vt facilius ad Epiſcopatum per-
ueniat,In aliqua Eccleſia,vbi eſt præbendatus ,
14 *nõ tolluntur prædicta deformitates,ſed augea-*
tur,quia cum tali intentione & vnum benefi-
cium habere , quod nullam inordinationem im-
portat eſſe illicitum,& ſic quidem eſſet dicen-
dum ſecundum ius naturale , etiam nullo iure
*poſitiuo ſuperueniente.*Hæc eſt ſumma totius
artic.ad ſex puncta reducta.

Quibus mirificè conſonat S. Doctoris
15 clariſona lingua † Eminentiſſimus Dominus
Caiet.*in ſum.verbo beneficium num.* 8. in quo
reduxit ad breuiorẽ ſtylum totum art. S. D.
*& num.*9. ſic fatur. *Mortale peccatum in hu-*
iuſmodi pluralitate interuenit,quando non pro-
pter rationabilem cauſam obtinet quis multa
beneficia incompatibilia & vnus quidem occu-
pat loca multorum alij autem eſuriunt , quia
16 *† huiuſmodi pluralitas eſt iniuſta contra æqua-*
litatem iuſtitiæ diſtributiuæ , neque excuſatur
peccatum mortale propter diſpenſationem Papæ
ſine rationabili cauſa,quoniam diſpenſatio Pa-
pæ cadit ſupra ius poſitiuum & non ſupra ius
diuinum & morale , pluralitas autem benefi-
ciorum ſine rationabili cauſa eſt contra ius
diuinum & morale , quo communia Eccle-
ſiæ bona diſtribui iuſtè debent partibus Eccle-
ſiæ. Hæc ibi.

Quibus totam mentem D. Thom. altet
Thomas nobis manifeſtam propoſuit.Nam
D.Caiet.dum expreſſit , quod † eſt mortale 17
peccatum in pluralitate beneficiorum lo-
quitur quando ſine rationabili cauſa , *quis*
obtinet multa beneficia incompatibilia , vt ipſe
dicit vt ſunt præbendæ,de quibus ſolum lo-
quitur D.Thom.vt conſtat ex titulo articu-
li & doctrina,quam ponit, & ex rationibus,
quibus mouetur, prima qua † non eſt poſſi- 18
bile duobus Eccleſiis deſeruire , quia præ-
bendæ ſunt ſtipendia Deo in Eccleſiis de-
ſeruientibus ordinaræ , ſecunda quia eſt di-
minutio cultus diuini in Eccleſia dicendi,
dum vnus loco plurium inſtituitur. Tertia
defraudatio voluntatis teſtatorum volen- 19
tium,quod eſſet certus numerus in Eccleſia
Deo deſeruientium. Quarta eſt inæqualitas
dum vnus pluribus beneficiis abundat &
alius nec vnum habere quit,quæ inæquali-
tas de beneficiis alias incõpatibilibus ener- 20
giam habet,& efficaciam,quia ideo incom-
patibilia dicuntur , vt in eorum diſtributio-
ne iuſtitiæ diſtributæ attendatur;quare plu-
ralitas,vt ſit contraria iuri naturali , ſuppo- 21
nit beneficiorum incompatibilitatem non
tamen eam cauſat,niſi ſit eorum coacerba-
tio,& exorbitans diſtributio, vt dicebat Ca-
iet. & iam explico.

Quod totum confirmo ex iure Canoni-
co in quo ſolum habetur,quod † ſit rationi 22
naturali contrarium , quod quis in eadem,
vel diuerſis Eccleſiis, vnus Clericus habeat
plures dignitates , & alia officia exigentia
aſſiduitatem perſonarum , ſic *cap.ad hæc de*
præbendis , vbi Alexander III.reſcribens Sa-
lernit. Archiepiſcopo , *illud eſt omni rationi*
contrarium,vt vnus Clericus in vna vel diuer-
ſis Eccleſiis plures dignitates,vel perſonatus ob-
tineat,cum ſingula officia in Eccleſiis aſſiduita-
tem exigunt perſonarum,& cap.quia in tãtum,
idem Alexander in ſuo Concilio Lateran.
loquitur de præbendis,vel beneficiis requi-
rentibus reſidentiam,& aſſiduam perſonarũ
præſentiam , dum dicit quod † *multitudo* 23
præbendarum eſt Canonibus inimica , quæ diſ-
ſolutionis materiam , & euagationis inducit &
certum continent periculum animarum eorum,
qui Eccleſiis deſeruire valeant indigentiam vo-
lumus ſubleuare ; vbi manifeſtè loquitur de
præbendis,quæ ex ſua ſignificatione anne-
xæ ſunt ſeruitio Eccleſiæ , perſonalique aſ-
ſiduitati in eadem , non vero de aliis bene-
ficiis ſimplicibus nullam reſidentiam per-
ſonalem ex conſuetudine introductam re-
quirentibus.

Hinc eſt , quod † Bonifacius VIII. *in c.1.* 24
de conſuetudine in 6.habet tanquam irratio-
nalem conſuetudinem immemorialem Ec-
cleſiæ Pictauienſis, quod quis poſſit in ea-
dem Eccleſia plures dignitates,perſonatus,
aut officia perpetua ſimul obtinere dam-
mant

nant tanquam corruptela cum ſacris ſit ini-
mica Canonibus & de ambitionis radice
proceſſerit.) *ſtatuentes* (inquit,) *vt cum vnum*
beneficium vix valeat digne aliquis adimplere
nulli liceat de cætero, niſi vnicum perſonatum
25 *vel dignitatem, aut præpoſituram, ſeu admini-*
ſtrationem vel officium perpetuum quocunque
nomine cenſeatur cum præbenda ſimul abſque
diſpenſatione dictæ Sedis in eadem Eccleſia ob-
tinere, vel eam obtentam tenere.

Cuius rationem dat ibi Gloſſa in caſus
26 formatione. *quia* † *hæc conſuetudo minuit cul-*
tum diuinum, quæ eſt ratio D. Thom. ex qui-
bus clarè conſtat, quod loquitur de præben-
dis requirentibus aſſiduitatem perſonalem
27 in Eccleſia præbenda enim † non idem eſt
in iure, ac eſt beneficium ſimplex nullum
habens exercitium in Eccleſia, ſed ſolum
recitare horas Canonicas priuatim, ſed eſt
ius percipiendi fructus in Eccleſia cui præ-
bendatus ſeruit, vt tenent Cardinalis *Clem.*
finali. de præbendis quæſt. 16. Ancharanus *de*
conceſſ. præbenda in Rubrica. Archidiaconus *in*
cap. ſi iuſta de reſcriptis. vnde egregie Cardi-
nalis *vbi ſuprà quæſt.* 10. Bertach. *in Reperto.*
verb. præbenda num. 7. *quod præbenda oritur ex*
Canonicatu tanquam filia à matre hic eſt pro-
28 prius vſus in iure huius nominis *præbendæ.*
& quilibet alius eſt impropriùs, & poteſt
coincidere cum beneficio ſimplici, quod eſt
ius percipiendi fructus, nam tanquam Ca-
nonicus, aut portionarius qui eſt vnus de ca-
pitulo & de collegio, ſed tāquam ſeruiens in
29 diuinis, nam † Canonicus, & præbendatus
habet ſtallum in choro vocem in capitulo.
cap. ingenti. & ibi Gloſſa. *verb. vel quaſi de*
electio. vnde D. Thom. de præbendis pro-
priè loquitur, quæ, quia ſunt incompoſſibi-
les, earum pluralitas eſt illicita, non tamen
ſunt incompoſſibiles quia pluralitas benefi-
ciorum iure naturali eſt illicita.
30 Igitur † vterque Thomas pluralitatem
præbendarum, quæ propriæ ſunt tales tan-
quam iuri naturali & ſacris Canonibus ini-
micam, excluſerunt, quia iſtæ ſunt incom-
poſſibiles & ſic earũ pluralitas illicita ob ra-
tiones quas D. Thom. poſuit, quæ maniſe-
ſtè continent inordinationem contra ius
naturale, non vero de pluralitate beneficio-
rium ſimplicium, quæ nullam aſſiduitatem
31 perſonalem in Eccleſia requirunt, vnde † cũ
non dentur ob exercitia publica in Eccle-
ſiis, ſed ob recitationem priuatam officij di-
uini, non pertinet ad iuſtitiam diſtributiuã,
ita vt diſtributor teneatur ſub mortali dare
ſecundum proportionem meritorum, quod
optimè viderunt Gabriel *in 4. diſtinct.* 15. *q.*
7. *art.* 3. Angelus *verb. electio* §. 21. Soto *vbi*
ſuprà. Petrus Nauarra *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 2.
num. 148.
32 Cuius optimam rationem ponit, quia †
iſta beneficia ex natura rei non videntur
eſſe bona communia, & decertantibus de-
bita, & ita nullam committi iniuſtitiam, aut
perſonarum acceptionem, ſed tota res vi-
detur commiſſa Papæ, & Prælatis Eccleſiæ,
vt ipſi arbitrio ſuo prouideant bonos, &
exemplares miniſtros, quæ tranſtulit Diana
p. 2. *tract.* 15. *Reſol.* 37. ſequuntur etiam Le-
deſma *in Sum. tom.* 2. *tract.* 7. *concl.* 7. *diffic.* 15.
Garzia *de benef. part.* 7. *cap.* 16. *n.* 16. vbi ean-
dem dat rationem ex Nauarra Toletano, 33
idem docent Gutierrez *Canon. qq. lib.* 2. *c.* 12.
num. 11. & 27. Vega *in Summ. tom.* 1. *cap.* 17.
caſu 1. & his omnibus antiquor Alexander
Alenſis 2. *part. quæſt.* 186. §. 2. quamuis ferè
omnes iſti loquantur quando hæc beneficia
ſimplicia conferunt digno omiſſo digniore,
tamen fundamentum huius reſolutionis
fundat efficaciter noſtram ſententiam ete-
nim teſte D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 63. quem om-
nes ſequuntur † obiectum iuſtitiæ diſtribu- 34
tiuæ eſt ratio debiti, ſecundum proportionẽ
meritorum, quibus debetur primum, vel
ſecundum aliam rationem debiti proportio-
nalem, eo autem ipſo, quod aliquid non
ſit bonum commune decertantibus debi-
tum, etiamſi plura vni diſtribuantur non
eſt peccatum mortale contra iuſtitiam di-
ſtributiuam, ſed ad arbitrium Papæ perti-
net, illa conferre; quod ſecus eſt in aliis be-
neficiis reſidentiam & aſſiduitatem perſo- 35
nalem requirentibus, quorum fructus, etſi
ſint ſtipendia laborum, tamen etiam ſunt
præmia meritorum quibus excitantur ad
ſtudia, & ad virtutem.

Secundum vterque Thom. etiam horum 36
beneficiorum coaceruationem & exorbi-
tantem diſtributionem vni perſonæ, vt iuri
naturali repugnantem damnant id quod nos
ſuprà monſtrauimus, hæc enim coaceruatio
oritur ex auaritia, & cupiditate, oritur ex
appetitu laxatius viuendi, & ambitione ma-
ioris dignitatis, vt facilius conſequatur quis
Epiſcopatum, cum habeat plura beneficia
relinquenda *cap. quia in tantum de præbendis*
cap. dudum el ſegundo de electio. quibus con-
formatur Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 17. ibi. *quoniam*
multi improba cupiditatis affectu ſe ipſos non
Deum decipientes, ea quæ bene conſtituta ſunt 37
variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia
obtinere non erubeſcunt, &c. & loqui Conci-
lium de beneficiis ſimplicibus, clarè conſtat
ex verbis quæ ſubiungit. *Hæc non modo ad*
Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad omnia alia
beneficia, tam ſæcularia quam regularia, quæ-
cumque etiam commendata cuiuſcumque tituli,
aut qualitatis exiſtant. quare quod hæc nimia
beneficiorum multitudo prohibita ſit iure
naturali, & Canonico, ſentiunt Ioannes An-
dreas *cap. dudum de electio. cit.* Benedictus Ca-
pra. *tract. de Regul. & Fallent. regul.* 90. *n.*

135.quos citat & ſequitur Alphonſus Ojeda *de incompatibilit. part.1. cap.21. n.1.* ad quod probandum plures rationes ex legibus,& iuris Canonibus adducit in ſequentibus, ſed ratio præcipua eſt, quia † hæc coaceruatio ſcandalum generat in Eccleſia, quare niſi ſubſit ratio euacuans hanc malitiam ſemper illicita perſeuerat, cui adiungitur,quia ſemper præſumitur præſumptione iuridica,
39 quod † hæc coaceruatio dimanet ex cupiditate & ambitione niſi alias ita magna erogatio ſit eleemoſynarum, & in pios vſus, quæ poſſit euacuare præſumptionem,& tollere ſcandalum.

40 Quanta autem debeat eſſe pluralitas, vt in coaceruationem diuertat, iam ſupra diximus prudentum arbitrio eſſe relinquendum, quantum ad forum conſcientiæ, ſed quantum ad forum exterius iudicis arbitrio, de quo videndus eſt Alphonſus de Ojeda *part. 1. de incompatibilit. cap. 21. numer. 14. & 15.*

§. IX.

Corollaria ad praxim valdè vtilia.

EX propoſito principio ex mente D.Th. & Eminentiſſimi Caiet. conſtituto, & fundato plura ad mores inſtruendos & conſcientias in timore Domini conſtruendas & dirigendas ſunt deducenda corollaria.

SVBRESOLVT. VI.

De mente S.Th. circa id, quod dicit, quod pluralitas iſta defraudat voluntatem teſtatorum.

SVMMARIV

1. *An Prabendarum pluralitas ſit illicita, & contra ius naturale, & n.2.*
3. *Couarr. & Molinæ opiniones afferuntur.*
4. *Quam vltimam voluntatem poſſit Papa commutare.*
5. *An ſi teſtator dicat quod beneficiatus perſonaliter aſſiſtat, ſed hoc habeatur ex conſuetudine aut ſtatuto, poſſit Papa validè ſine cauſa diſpenſare, quod per ſubſtitutum reſideat, & n.6.*
7. *An conſuetudo & ſtatutum ad ius humanum pertineant.*
8. *Lotherij ſenſus affertur, & num.9. 10. & 11.*
12. *Contra quod ſtatutum poſſit allegare Privilegiatus meliorem titulum de mundo.*

1 PRimum ſit quomodo intelligenda eſt ratio illa D.Thom. *art.15.citat*, qui, vt oſtendat † pluralitatem præbendarum eſſe illicitam,& contra ius naturale dicit, ſequi- 2
tur *in aliquibus defraudatio voluntatis teſtatorum, qui ad hoc aliqua bona Eccleſiis contulerunt, vt certus numerus Deo deſeruientium ibi eſſet*;hæc ratio efficaciſſima eſt,ſed non vni- 3
uerſalis, ſed ſolum ad fundationes aliquarũ Eccleſiarum & certum numerum Capellanorum ſub Capellano maiore exiſtente, vt quotidie habeãt anniuerſaria,& miſſas vna cum officio diuino dicant in ea capella, aut Eccleſia, hanc enim vltimam voluntatem non exequi,eſt contrarium iuri naturæ ſecundum quod vltima voluntas teſtatoris exequi debet,vt latè † Couarr.*lib.3. variar. c.6.*Molin. *de iuſtitia & iure tract.2.diſp.124.* 3
quod agnouerunt lumine naturæ ducti Tullius *in oratio.pro Concilio Balbo*,& Plin. *lib. 2. epiſt.50.ad Annautum*,quare ſuppoſito quod Papa non relaxat ius hoc naturale ex rationabili cauſa,iſta non ſubſiſtente nequit quis beneficium hoc cum alio incompatibili retinere † poſſe autem Papam commutare hanc vltimam voluntatem ex cauſa omnino 4
certum eſt,*clement.quia contingit.de religioſ. domib.*ibi Gloſſa *verbo ſedis Apoſt.*Cardinalis *num.*10. Imola *num.* 9. Vitalinus *num.* 17. & alij quos refert & ſequitur Couarr. *cap. tua nobis n.7.de teſtat.*& ſtylus & praxis Romanæ curiæ, quæ in hac parte legem facit, monſtrat.

Addo quod † ſi teſtator non dicat, quod Beneficiatus perſonaliter aſſiſtat; ſed hoc 5
habeatur ex cõſuetudine,aut ſtatuto poteſt Papa validè ſine cauſa diſpenſare, quod per ſubſtitutum reſideat. Ratio eſt perſpicua, quia vt optimè notauit Ojeda *p.1.de incomp. cap.17.n.45.*citans alios,quos etiam ſequitur Moneta *de commut.vlt.volunt cap.*10.*n.*156. ſi teſtator non expreſſit, quod Capellanus 6
debeat per ſe ipsũ celebrare poteſt, id præſtare per alium,quia regulariter, quod quis facit per alium,per ſe ipſum facere videtur *cap. poteſt quis cap.qui facit de reg.iur. in 6.*& latè probat Couarr.*lib.1.variar.cap.12.n.* 4. Lother.*lib.3.de re beneficiar q.27.à n.12.* Fagundez *in 5.Eccleſ.præcepto lib.3.præcept. 1. c.9.*Diana *p.2.tract.de celebr.miſſ.reſol.*18. & 7
ſic declaraſſe Sacram Congreg ſentiunt Cãpani.*diuerſ.iuris Rubr.7.c. 6. n.*13. Garzia *de benef.p.7. cap. 1. n.* 85. conſuetudo autem & ſtatutum ad ius humanum pertinent,in quo validè etiam ſine cauſa diſpenſat Papa.

Addit Lotherius *n.*15.† quod ſi fundator 9
non expreſſit aliquid circa reſidentiam Beneficiarij; cum omne beneficium iuxta ius commune ſit ſeruitorium, & requirat perſonalem reſidentiam, poteſt Epiſcopus ſolus, ſine Capitulo, aut iſtud ſine Epiſcopo, facere ſtatutum, quod Beneficiarius perſonaliter reſideat;ſi vrget neceſſitas,vel vtilitas Eccleſiæ ex defectu miniſtrorum, quia etſi

9 etſi ſit conſuetudo in contrarium, nihil in hoc caſu decernitur contra ius, ſed potius dimota conſuetudine, quæ hic & nunc eſt damnoſa Eccleſiæ reuertitur ad ius commune,& ad ſtatum maioris perfectionis, vt concludit Rota *in vna Calagurrit. Reſidentia coram Manz. 17. Febr.* 1612. apud Farin. *p.2.recent.deciſ.*375.*n.*4.

10 Sed dubito an benè Lotherius adducat deciſionē iſtam,in qua DD.benè dicunt, quia in Calagurritana Eccleſia erat conſuetudo immemorialis, quæ derogauit conſuetudinem vniuerſalem qua derogata reducitur res ad priſtinum ſtatum de reſidentia perſonali in omni beneficio ex iure communi,

11 quod per conſuetudinem vniuerſalem derogatam non exercebat vires ſuas, quas recuperat derogata conſuetudine vniuerſali per conſuetudinem immemorialem Calagurritanæ Eccleſiæ, vbi autem non eſt derogata vniuerſalis conſuetudo, ſed iſta viget,nequeunt contra illam capitulum, aut Epiſcopus ſeorſim,vel ſimul ſtatutum facere, de reſidentia perſonali beneficiarij,quia conſuetudo vniuerſalis concedit priuilegiū ex conſenſu tacito Papa contra quod nullus præter Papam poteſt ſtatuere, niſi conſentiente priuilegiato,vt tenent Couarr.*lib.* 3.*variar.cap.*16.*à n.*1.Sanchez *lib.*3 *de matr.*

12 *diſp.*36.*n.*4.quia † priuilegiatus contra ſtatutum hoc poteſt allegare meliorem titulum de mundo,ſcilicet immemorialem conſuetudinem,vt dicit Rota *apud.Farin.p.* 2. *deciſ.* 614.*n.*2.*coram Coccino Decano,anno* 1614.*die* 15.*Decemb.in vna Placenti. Canoni.*

SVBRESOLVT. VII.

De Capellania requirente reſidentiam.

SVMMARIVM.

1. *An ſi teſtator dicat quod ex bonis ſuis fundetur capella teneatur illius Beneficiatus ad perſonalem reſidentiam.*
2. *Garzia mens.*
3. *An etiamſi quotidie ex vi fundationis teneatur celebrare Capellanus poſſit vna vice in hebdomada non celebrare.*
4. *Quandonam abſque vacantia teneatur celebrare Capellanus.*
5. *An vſque ad quadraginta dierum ſpatium poſſit non celebrare nec per ſe, nec per alium Capellanus.*
6. *An ſi Capella fundetur cum obligatione certi numeri miſſarum,& inſeruiendi Eccleſiæ in diuinis, teneatur hoc adimplere Capellanus.*
7. *An Capella ſit incompatibilis cum Canonicatu & Parrochiali.*

COrollarium ſecundum, quod † etiamſi teſtator dicat, quod ex bonis ſuis fundetur Capella, vt Beneficiatus iſtius omni die, vel ſaltim quinquies in hebdomada celebrare teneatur ſub pœna aliqua pecuniaria, ſi non faciat adhuc non requirit perſonalem reſidentiam & ſic ex natura rei eſt compatibilis cum alia.Ita declaraſſe Sacram Congregationem teſtatur Garzia † *vbi ſup. n.*87.ſi tamen teſtator perſonalem reſidentiam requirat, itavt Capellanus ipſe & non per alium celebret iſta Capellania incompatibilitatem habet cum alio beneficio habenti reſidentiam oppoſitam illi, ſecus vero ſi non ſit oppoſita,poteſt Capellanus mane dicere miſſam, & aſſiſtere in Eccleſia in qua habet Canonicatum;iſte tamen Capellanus perſonalis, † etiamſi quotidie ex vi fundationis teneatur celebrare poteſt vna vice in hebdomada non celebrare. Ita Nauarrus *conſil.*6.*de præbend.* Fagundez *vbi ſup. n.*11.Diana *reſol.* 18. qui addit ex Nauarro, *vbi ſupr.n.*5.quod non ſolum vnam,ſed etiā alteram miſſam poteſt ex cauſa honeſtatis relinquere, ſi tamen teſtator dirigat miſſam ad locum,vt quod dicat in tali Eccleſia, vel Capella † tunc abſque vacantia tenetur celebrare, etſi requiratur perſonalis miſſatio, poteſt vna vel altera die in hebdomada honeſtatis cauſa per alium celebrare, quod ſi Capellanus infirmus ſit in lecto, aut ita infirmitate impeditus, quod non poſſit perſonaliter celebrare, dixi *tom.*1.*moralium tractatu* 2.*reſol.*8.*n.*92.quod † vſque ad quadraginta dierum ſpatium poteſt non celebrare, nec per ſe,nec per alium, niſi fundator dicat, quod ſi per ſe non poteſt celebret per alium:dixi etiam *reſol.*12.*n.* 108. quod ſi ex vi inſtitutionis Capellæ teneatur celebrare in aliquo altari,vel hora determinata ſi non celebret peccat contra iuſtitiam & tenetur reſtituere, vide ibi fundamenta.

Si tamen † Capella fundetur cum obligatione certi numeri miſſarum, & inſeruiendi Eccleſiæ in diuinis,tenetur hoc adimplere. Ita declarauit Sacra Congregatio *in vna Viterbi.* 11.*Iann.*1620. & in alia *Ferra.*7. *Decembr.* 1627. vnd † eſt incompatibilis cum Canonicatu, & Parrochiali, vt dicit Sacr. Congreg. etiamſi poſſint per ſubſtitutum deſeruire, vt aiunt Barboſa *Apoſtolicar. deciſ.collect.*121.*n.*2. Sellius *in ſelectis cap.*40.*n.* 19. quare niſi diſpenſatio interueniat Papæ non poteſt vtrumque retineri.

SVBRESOLVT. VIII.

Si Pontifex exprimat, quod motu proprio confert beneficium, etiamſi Beneficiarius alia habeat,collatio tenet.

SVMMA

SVMMARIVM.

1. *An ſi Pontifex* motu proprio & ex certa ſcientia *alicui habenti ſufficiens beneficium, aliud beneficium conferat, collatio illa ſit valida, & n.2.*

3. *Vbinam clauſula* motu proprio & ex certa ſcientia *non operetur excluſionem inhabilitatis ſubiecti, & n.4.*

5. *An idem operetur motus proprius conceſſus ad inſtantiam partis, quam motus proprius conceſſus ex mera liberalitate Principis.*

6. *An clauſula motu proprio & ex certa ſcientia ſuppleat vitium ſubreptionis, & obreptionis.*

7. *Quandonam non cenſeatur Pontifex relaxare ius naturale.*

8. *Menochij & aliorum doctrina affertur, & num. 9.*

1 COrollarium tertium, quod † ſi Pontifex *motu proprio & ex certa ſcientia* (his terminis expreſſis in reſcripto aut breui) alicui habenti beneficium ſufficiens, aut beneficia, aliud beneficium conferat nulla facta mentione beneficiorum obtentorum, talis collatio eſt valida, id quod ſupra iam probaui §.6.*verſic.ſed nunquid*, eſt etiam expreſſum *in clement. ſi Romanus de præbendis ibi, ſi Romanus Pontifex alicui de beneficio, motu proprio prouideat de beneficiis, quæ obtinet*
2 *in habita mentione, prouiſionem, ſeu gratiam huiuſmodi fore validam declaramus, qualiacumque fuerint beneficia, dignitates, aut perſonatus cum cura, aut ſine cura, aut in numero*, quantocunque, quæ is habeat cum ſibi *prouiſio facta fuerit*, circa quæ verba Pontificia, quæ plane difficilia ſunt in hac materia de qua
3 nunc agimus notandum; quod † clauſula *motu proprio & ex certa ſcientia* in hac parte non operatur excluſionem inhabilitatis ſubiecti. Ita Azor.*p 2.lib.6.cap.*10.*q.* 5. *verſ. ſed animaduertendum*, Sanchez *lib.*8.*de matr. diſp.*21.*n.*49. Suar.*de leg.lib.*8.*cap.*12.*num.* 11.
4 vnde nec ſupplet ætatem, aut tori legitimationem, aut eſſe tonſuratum, quæ omnia ſupponit Pōtificia intentio, cuius defectum non tollit clauſula iſta, Gonzalez *ad regul.*8. *gloſſa* 32.*n.*51 Moneta *de comm.cap.*6. *n.* 162. Rota *apud Farinac.* 2.*part. deciſ.*656.*in vna Aſtien. Penſionis coram Cocci*, niſi alias in libello ſupplici fiat expreſſio horum defectuum, quia tunc cenſetur Pontifex habere intentionem, & diſpenſare in his quæ ſuæ iuriſdictioni ſubiacent, vt expreſſe ait Rota *ibidem*, quæ benè addit *num.* 1. verius
5 eſſe quod † idem operatur motus proprius conceſſus ad inſtantiam partis, quam motus proprius conceſſus ex mera liberalitate Principis. Iuxta doctrinam Seraph *deciſ.*365. *num.*1.*&* 2. & Baldi *cap. niſi ſpectabilis num.*4. *de officio ordin.* vbi ſatis eleganter id probat.

Igitur ad propoſitum noſtrum † clauſula *motu proprio & ex certa ſcientia* ſupplet vitium ſubreptionis, & obreptionis, vt dicunt citati DD. ex Menochio *conſ.*1.*num.*429. *& conſ.*378.*num.*22.*& de arbitr. caſu* 201.*n.* 8. non tamen ſupplet inordinationem iuris naturalis, vt ſi beneficium collatum motu proprio ſit curatum requirens reſidentiam perſonalem, & prouiſus habeat aliud ſimile, vel requirens intereſſentiam in choro † 6
non cenſetur Pontifex relaxare ius naturale, ſed tenetur prouiſus vnum renunciare, quamuis alias prouiſio & gratia valida ſit, ſi tamen beneficia, quæ obtinet ſolum ſint plura quorum quodlibet eſt ſufficiens in hac pluralitate cenſetur Pontifex diſpenſare, ſi *motu proprio & ex certa ſcientia* conferat, quia præſumitur cauſa in Principe † Meno- 7
chius *de præſumpt.lib.*2. *præſumpt.* 10. *n.* 32. Sanch.*lib.*8. *de matrim.diſp.*17.*n.*14. Moneta *de commut.vlt volunt.cap.* 6. *n.* 54. qui *cap.*7. *num.* 79. cum aliis dicit reſcriptum *ex motu proprio* ampliſſime eſſe interpretandum iuxta *cap.* 5. *de præbend.in* 6. vnde vt *ſupra* dixi prouiſus tutus erit in conſcientia retinens pluralitatem beneficiorum in quantocun- 8
que numero, niſi ſit coaceruatio beneficiorum, in qua Papa nequit diſpenſare, aut relaxare ius naturale. 9

SVBRESOLVT. IX.

Non eſt contra ius naturæ habere vnum beneficium etiam curatum in titulum & aliud in commendam.

SVMMARIVM.

1. *An non ſit contra ius naturæ quod quis habeat beneficium vnum etiam curatum & aliud in commendam.*

2. *An ſi ſine cauſa diſpenſet Papa, illius diſpenſatio ſit valida.*

3. *An qui plures Eccleſias retinet vnam quidem titulatam, aliam ſub commendatione retinere debeat.*

4. *An Eccleſiæ commendatæ non ſit Prælatus, ſed potius Procurator & n.5.*

6. *An commenda perpetua dicatur titulus quia ius approbat modum habendi beneficia in commendam.*

7. *An plura beneficia curata dentur in commendam perpetuam.*

8. *An authoritas & ſcientia Romani Pontificis remoueat omnem ſuſpicionem.*

9. *An prouiſus ſit tutus in conſcientia, cum ſemper præſumere debeat de ſcientia, & prudentia ſummi Pontificis.*

10. *In quibus Pontifex facto ſuo de illicito faciat licitum.*

Corolla

1 COrollarium quartum † non continere turpitudinẽ contra ius naturæ, quod habeat vnum beneficium ſiue curatum ſiue ſimplex in titulum & aliud vel alia ſiue curata, ſiue ſimplicia in commẽdam ſiue perpetua ſiue ad tempus; quate ex pura Pontificia diſpenſatione, id poterit obtinere ſine 2 iuris naturalis relaxatione, atque ita † etiãſi ſine cauſa Pontifex diſpenſet, diſpenſatio valida erit, & tutus erit in conſcientia prouiſus niſi fiat beneficiorum commendatorũ coaceruatio, vt erat illa de qua meminit Fillucius de quodam, qui in commendam habebat 40. Abbatias, quæ coaceruatio niſi ſubſit vrgentiſſima cauſa turpiſſima eſt, contra ius naturæ.

Igitur abſolutè modum dandi beneficia in commendam. Primus (qui conſtet ex hiſtoriis) introduxit ſummus Pontifex Leo IV. qui vixit *anno* 847. qui fuit ſanctiſſimus pariter & Doctiſſimus, cuius eſt *cap. qui pla-* 3 *res 21. q. 1.* † *qui plures Eccleſias retinet vnam quidem titulatam, aliam vero ſub commendatione retinere debet*; hæc ibi, ſed cur hoc non contineat turpitudinem contra ius natura- 4 le rationem ſubdit gloſſa; *quia* † *Eccleſia commendata non eſt prælatus, ſed potius procurator. cap. obitum 61. diſtinct. & qui commendauit poteſt renocare, quum vult. leg. Lucius D. depoſi-* 5 *ti. leg. commendare D. de verb. ſignif.* quare nõ eſſe incompatibile ex iure naturæ, conſtat *ex cap. relato, & cap. illud eadem quæſt. & cauſa*, quam reſolutionem benè & curioſè probat Ojeda *p. 2. de incompatibilit. cap.* 4. dicens quod de ea nemo ſcribentium dubitat, etiãſi ſit commenda in perpetuum; & ad vitam commendatarij, qui dicitur habere titulum, non enim eſt verus titulus Canonicæ inſti- 6 tutionis, ſed † commenda perpetua dicitur titulus, quia ius approbat hunc modum habendi beneficia in commendam, & iſte modus à iure approbatus dicitur titulus, ſed in effectu eſt adminiſtrator prædicti beneficij, quod habet in commendam perpetuam & clarum eſt de iure quod adminiſtrator habet eam facultatem, quam verus prælatus, vt tradunt omnes *in cap. veniens de præſcriptione.*

Et cum Doctiſſimus vir ſibi *num.* 12. obiiciſſet, quod eadem incommoda ſequuntur & inordinationes contra ius naturæ, ex 7 hoc quod † plura beneficia curata dentur in commendam perpetuam, ac ſi dentur in titulum, quæ ipſe refert *in praxi tit. de commenda*, huic argumento reſpondet *num.* 13. 8 quod † authoritas, & ſcientia Romani Pontificis remouet omnem ſuſpicionem, & præſumitur quod prædicta commenda ad vitam fuerit facta, ex iuſtis & rationabilibus cauſis, quæ quidem præferendæ ſunt præfatis incommodis. Nam in his Romanus Pontifex dè illicito licitum facit *argumento tex in leg. furti. § qui iuſſu D. de his qui not. inf. & text. in cap. ad quæſtiones* iuncta gloſſa *verſ. quæat. de rerum permut.* Dec. *conſ.* 141. Caſſad. *deciſ. 2. de ſimon. n.* 3. *&* 4. Mandoſ. *reg.* 32. *de impetr. benef. vacant. per obitum famili.* Cardan. *q.* 30. *n.* 10. quæ doctrina veriſſima eſt & præ oculis habenda, vt † prouiſus ſit tutus in cun 9 ſcientia, cum ſemper præſumere debeat de ſcientia, & prudentia ſummi Paſtoris, & diſpenſatoris, habuiſſe ſufficientia motiua ad has commendas faciendas, itavt eo ipſo, quod faciat aufertur omnis incompatibilitas in foro externo, de quo non poteſt eſſe dubium; & factum ipſum Pontificis cum iudicandum ſit ſemper prudentiſſimum; tutum reddit in conſcientia prouiſum; nam † 10 Pontifex in his facto ſuo facit de illicito licitum, an vero poſt Trident. hoc liceat dicemus alibi.

SVBRESOLVT. X.

Conſuetudine poteſt introduci, quod quis habeat plura beneficia ſimplicia, etiamſi quodlibet ſit ſufficiens.

SVMMARIVM.

1. *An poßit conſuetudine fieri quod quis habeat plura beneficia ſimplicia, etiamſi quodlibet ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem.*
2. *An quando Canonicus ex illius prabenda honeſtè ſuſtentari poteſt pro ſui gradus qualitate, liceat ſibi eidem Canonico aliquam ex dignitatibus conferre.*
3. *Sacræ Congregationis ſenſus.*
4. *An obtinere plura beneficia ſimplicia non ſit abſolutè contrarium iuri naturali.*
5. *An vni poßit duplex dari beneficium ſi prius non ſit ſufficiens.*
6. *An ſummi Pontifices narranti plura obtenta beneficia ſimplicia, niſi forſan narretur magna multitudo titulorum, ſoleant alia concedere.*
7. *Nauarri & Garzia mens adducitur, & n.* 8. 9. 10. *&* 11.
12. *Quæ conſuetudo non ſit rationabilis ex mente Ojedæ.*

COrollarium quintum contra Ojeda *p. 2. de incompatibilitate beneficiorum c.* 9. *n.* 11. quod † poteſt conſuetudine fieri, quod 11 quis habeat plura beneficia ſimplicia, etiãſi quodlibet ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem. Ita Aragon. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *concluſ.* 3. *ſecundi dubij pag.* 318. Valentia 2. 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 2. *verſ.* 4. *quæritur*, Cardinalis Tuſcus *tom.* 1. *littera B. concluſ.* 61. Ledeſma 2. *p. ſum. tract.* 7. *cap.* 1. *concl.* 11. Floria-

nus, Capra. Abbas,Ferret. Rebuffus & alij,
quod ſequitur & citat Nicolaus Garzia,*p.11.*
c.5.n.273. Azor.*2.p.lib.3.cap.11.q.18.& lib.6.*
c.11.q.1.& cap.13.q 6. tenet gloſſa *cap. 1. de*
conſuetudine in 6.verbo niſi vnicum, gloſſam
ſequuntur Dominicus Francus, Philip-
pus,& alij & conſtat *ex cap.cum te de reſcrip-*
tis,& cap.cum in Eccleſia de prabendis in 6. &
expreſsè determinatum eſt à Sacra Congr.
interpretum Concil. à qua quæſiuit Archie-
2 piſcopus Valent.† *an quando Canonicus ex il-*
lius prabenda honeſtè ſuſtentari poteſt pro ſui
gradus qualitate, liceat ſibi eidem Canonico ali-
quam ex huiuſmodi dignitatibus conferre cum
ex antiquiſsima, & immemoriali conſuetudine
abſque diſpenſat. Apoſt. conſueuerunt illius di-
gnitates Canonicis eiuſdem Eccleſia, tam apo-
ſtolica quam ordinaria poteſtate conferri, id-
que licitè fieri poſſe per Sacram Congreg.decla-
ratum fuit? cui interrogationi reſpondit S.
Congreg. (Decano Eminentiſſimo Hieron.
3 Cardinali Matthæo,† *Concilij, cenſuit conſue-*
tudinis permittentis, vt in eadem Eccleſia digni-
tas cum Canonicatu per eundem obtineri,& re-
tineri poſſit non cenſeri derogatum ex decreto
Concilij Trident.cap.17.ſeſſ.24.de reform. vbi
diſponitur habenti beneficium competens, non
poſſe conferri alterum. Hæc Sacra Congreg.
4 ex quo euidenter deducitur, quod † obti-
nere plura beneficia ſimplicia, non eſt ab-
ſolutè contrarium iuri naturali,quia contra
ipſum non præualet conſuetudo, quia eſſet
irrationalis,quod præualet contra hoc quod
eſt habere plura beneficia ſimplicia,horum
pluralitas non eſt contraria iuri naturæ, ſed
ſola diſpenſatione Pontificia tutus erit in
conſcientia diſpenſatus.

Ex quo colligitur, quod licet Concilium
5 Trident.*cap.17.citat.* decreuerit quod † vni
non detur niſi duplex beneficium ſi prius
non eſt ſufficiens, quod in Hiſpania quan-
tum ad hoc non videtur receptum hoc de-
cretum. Nam poſt illud ſicut antea ordina-
rij communiter contulerunt, & conferunt
plura beneficia etiam vltra duo,vni, etiam
quod vnum ſit ſufficiens ad congruam ſu-
ſtentationem, & ſimul retineat, dummo-
do alias non ſint incompatibilia, & etiam
in curia idem fit,nam etiam poſt Concilium
6 Tridentin. ſummi Pontifices narranti plura
obtenta beneficia ſimplicia, niſi forſan nar-
retur magna multitudo titulorum,ſolent alia
concedere, nec apponitur decretum *de di-*
mittendo obtenta intra duos menſes, quod
ſolet apponi quando narratur aliquod ob-
tentum incompatibile, neque etiam poteſt
dici Papam ſuper illis tacitè diſpenſare,quia
hoc tollitur *ex cap.nõ poteſt de præbendis in 6.*
7 vt tradit † Nauarrus *de orat.cap. 22. miſcella*
16.num.64. hæc Garzia *num. 323.* qui ſubdit
num. 331. & cum meo tempore Roma per ali-
quos Hiſpanos pratenderentur aliqua impetra-
tiones iuxta dictum cap. 17. Concilij & dictas 8
declarationes S Congreg.de beneficiis per Ordi-
narios prouiſis, & aliqua eſſent ſignata, tan-
dem ad inſtantiam Regis noſtri Philippi, cuius
anima requieſcat in pace, & eius Ambaſſato-
res ceſſauerunt & non fuerunt ad effectum per-
ducta; hæc ille, quod mihi magnum & effi-
cax eſt argumentum, quod huiuſmodi plu-
ralitas non eſt contra ius naturale, nec con-
tra illud turpitudinem habere, quam non
poſſit totaliter euacuare conſuetudo præſ-
cripta; neque enim Rex piiſſimus turpitu-
dinem contra legem naturæ tueretur, aut 9
defenderet; nec etiam contra Trident. cu-
ius eſt ſpecialiſſimus Protector & Defenſor,
ſi agnoſceret quod in Hiſpania decretum
hoc eſſet receptum. Neque etiam præſu-
mendum eſt de tot doctiſſimis, vigilantiſſi- 10
mis, & piiſſimis Paſtoribus, id facere ſi exi-
ſtimarent eſſe contra ius naturale, aut de-
cretum Concilij Trident. & ſic ſubdit Gar-
zia *num. 332. vnde videtur poſſe probabiliter*
dici opinionem Innocentij, de qua ſupra n. 264. 11
quam conſuetudo antiquiſſima approbauit, etiã
hodie poſſe procedere etiam in foro conſcientia,
non obſtante dicto decreto Concilij cap.17. quia
non eſt vſu receptum, quando autem ſen-
tentia aliqua eſt conſuetudine recepta ſe-
quenda eſt ſententia iſta; vt tenent multi
graues DD quos citat Ojeda *p.1.n.46.* quos
ipſe ſequitur quando conſuetudo eſt ratio-
nabilis at, inquit, † conſuetudo iſta rationa- 12
bilis non eſt, ſed fallitur omnino, vt vidimus
ex declaratione Card. tum inſuper, quia cõ-
ſuetudo fundatur in ſententia Innocentij,
quæ ſatis eſt rationi conformis, quam tot
& tam graues authores ſequuntur.

SVBRESOLVT. XI.

De pluralitate penſionum.

SVMMARIVM.

1. *An pluralitas penſionum non repugnet iuri naturali.*
2. *An pluralitas penſionum non habeat turpitudinem contra ius natura, bene tamen earundem concurrentia.*
3. *Qua penſiones ſint propriè beneficia.*
4. *Qua penſiones dicantur praſtimonia.*
5. *Duplex affertur penſionis differentia.*
6. *Qua penſio laica dicatur.*
7. *Quid item penſio Clericalis ſit,& n.8.*
9. *Penſionis diffinitio concipienda venit & numero 10.*
11. *An habens penſionem debeat eſſe Clericus.*
12. *Quinam ex priuilegio Pontificio poſſint habere Clericales penſiones.*
13. *In penſione triplex cauſa conſideranda venit.*

14 Co

14. *Couuarriæ mens adducitur.*
15. *An reſeruatarius non teneatur iuſtificare valorem, cum gratia non ſit de quota valoris.*
16. *Penſionis cauſa formalis quæ ſit.*
17. *Inter duas penſionis cauſæ formalis partes, quæ differentia intercedat.*
18. *Lotherij mens aſſertur.*
19. *Item Authoris iudicium.*
20. *Penſionis cauſa finalis duplex admittitur, & n. 21.*
22. *An reſeruatio penſionis ſiue in beneficiis curatis, ſiue in ſimplicibus odioſa non ſit, & n. 23.*
24. *An proprius affectus, qui ad luxum & diuitias ſemper declinat non debeat eſſe regula taxationis propriarum commoditate in quibus non ſatiatur, & numero 25.*
26. *Ex quibus Capitibus Penſionarij & obligationis Beneficiarij honeſtetur & fauorabilis reddatur penſionis reſeruatio.*
27. *An penſio ſit plaga fœtida ex percuſſione nerui Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſimilitudinariè inflicta.*
28. *An ſolus Pontifex ſit cauſa efficiens veræ & propriæ penſionis.*
29. *An nullibi Epiſcopo in iure ſit permiſſum reſeruare perpetuas penſiones in commodum alterius, & n. 30.*
31. *Quæ cauſa penſionis dicatur fauorabilis, & n. 32.*
33. *Quam penſionem nequeat Epiſcopus imponere ſine cauſa.*
34. *An penſio poſita ab Epiſcopo ſine cauſa nulla ſit & n. 35.*
36. *Vtrum ſi Ordinarius ſuper beneficio aliquo penſionem reſeruet ad vitam Penſionarij, petaturque eius confirmatio à Papa, nunquam talis confirmatio concedatur.*
37. *Rebuffi ſententia aſſertur.*
38. *An Papa ſine aliqua cauſa poſſit imponere penſiones ſupra quæcumque beneficia, & n. 39.*
40. *Multorum Doctorum opiniones adducuntur.*
41. *An Pontifex non ſit abſolutus dominus fructuum beneficiorum, ſed diſpenſator fidelis.*
42. *An Penſio reſeruata authoritate Papæ, etiam ſine cauſa valida ſit.*
43. *Papa in beneficialibus eſt dominus abſolutus.*
44. *An in reſeruanda penſione Papa habeat plenam & omnimodam poteſtatem, & n. 45. 46. & 47.*
48. *An nunquam Summus Pontifex penſionem reſeruet ſine cauſa.*
49. *An Papa ſine cauſa non poſſit imponere penſionem ſicut & auferre beneficium.*
50. *An Pontifex ſine cauſa non poſſit auferre Epiſcopatum à poſſidente.*
51. *Quid veniat notatu dignum, & num. 52. & 53.*
54. *Quomodo pluralitas penſionum ſit licita.*

COrollarium ſextum, quod † pluralitas 1
penſionum non repugnat iuri naturali, ſicut nec pluralitas beneficiorum ſimplicium; contrarium huic corollario tenent Ojeda *p. 1. de incompatibilit. cap. 21. numero 12.* Azor. *part. 2. lib. 8. cap. 12. quæſtion. 7.* Vaſquez *de beneficiis, cap. 2. §. 3. dub. 11.* ſed ego ſicut de beneficiis ſimplicibus dixi quod eorum pluralitas non repugnet iuri naturæ benè tamen eorum coaceruatio immodica. Ita philoſophari cogor de penſio-
nibus, quarum † pluralitas non habet tur- 2
pitudinem contra ius naturæ, benè tamen earundem coaceruatio, & multo potiori ratione, quia penſiones non ſunt propriè beneficia Eccleſiaſtica, vt declarauit Rota *in vna Brixien. confidentiæ coram Pegna 5. Iunij* 1591. excipio tamen penſiones, quæ extractæ ſunt à beneficio pingui, & dantur in titulũ
beneficij perpetuũ, iſtæ enim † propriè ſunt 3
beneficia, etſi retineant nomen penſionis, *cap. conquerente de Cleric. non reſid.* vt tradunt Gonz. *ad regul. menſi. gloſſa 5. §. 5. n.* 43. Nauarrus *conſ. 11. de conſt.* Suar. *de cenſuris diſp.*
13. *ſect. 1. num 7.* & † iſtæ dicuntur præſtimo- 4
nia quæ à ſua primæua conſtitutione nihil aliud erant quam certæ penſiones fructuum deputatæ, & præſtari conſuetæ per capitula Eccleſiarũ, his qui litterarũ ſtudiis incumberẽt, nec aliis quam Canonicis, vel ipſius Eccleſiæ Clericis dabãtur, & horũ vices hodie gerunt penſiones Eccleſiaſticæ, de quibus modo quãuis præſtimonia cum hodie in titulũ dentur propriè ſint beneficia de quibus Gonzalez, *vbi ſupra num.* 15.

Loquimur ergo de penſionibus, quæ conſtituũtur ad tẽpus ſuper fructus beneficij &
alicui aſſignãtur authoritate ſuperioris † quæ 5
duplex eſt, vna laica & altera clericalis, illa datur in ſtipendiũ pro ſeruitio tẽporali, pro pulſandis cãpanis, aperiendis foribus Eccle-
ſiæ, vel pro remuneratione laborũ, & iſta † 6
penſio laica dicitur, quia titulo laicali datur, & ſic eã laici habere poſsũt, ſine aliqua obligatione ſpirituali recitandi aliquod officium diuinum. Ita Gigas *de penſ. q. 67. n. 2* Duare-
nus *de benef. lib. 6. c. 4.* Ojeda *vbi ſup.* † penſio 7
vero Clericalis eſt, quæ loco beneficij alicui aſſignatur, vt cõmodius quis ſuſtentari valeat; quare Clericalis penſio ſic & benè diffinitur à Garz. *p. 1. c. 5. n. 170. eſt ius ſpirituale, ſeu illi annexũ, inſtar beneficij percipiendi certã portionẽ ex fructibus mẽſæ, vel beneficij, ad tẽpus;* vnde pẽſio ideo dicitur talis, quia ex ſui natura perpetuo pendet, quia debita quan-

tiſas pecuniæ ſemper ſtat in ſuſpenſo ra-
tione iuris, quod habet penſionarius;ſiqui-
dem ſoluta pecunia vnius anni incipit alte-
rius anni debitum pendere; nulla enim da-
tur, vel minima temporis pars in qua de-
bitum in ſuſpenſo maneat,& non currat,vt
benè notant Lexicon Iuris Ioannis Kal. &
Connan.*in comment.iuris ciuil.lib.*4.*c.*15.*n.*9.

9 Vt autem † definitio concipiatur, vt par
eſt nota additam eſſe particulã illam ius ſpi-
rituale,vel illi annexũ,quia cum vſus dandi
penſiones peruerteretur & promiſcuè da-
bantur laicis, S.memoriæ Pius V.edidit cõ-
ſtitutionem ſubdatã *Idib.Octob.*1568. quæ in
Bullario Cherubini *eſt* 73.§.2.*ſtatuit,vt de-
inceps etiam prætextu quorumlibet priuilegio-
rum,quæ prorſus irritat,& reuocat,laici etiam
extra coniugium in cœlibatu viuẽtes,ac bigami,
10 & Clerici coniugati,nullas nouas penſiones, aut
fructus aut omnino alias res Eccleſiaſticas ha-
bere,nec ipſi etiam qui coniugati,ſi ad primas,
& alias nuptias tranſierint antiquas deinceps
percipere, Clerici vero & alij matrimoniũ etiã
cum vnica,& virgine contracturi poſtquam il-
lud contraxerint,neque antiquas retinere, nec
nouas aſſequi poſſunt*, ex qua conſtitutione
11 claret, quod † habens penſionem debet eſ-
ſe Clericus,ſub cuius nomine comprehen-
duntur milites S. Ioannis, vt determinauit
Rota *apud Greg.XV.deciſ.*87.*n.*4.*& deciſ.*109.
*n.*3.*confirmata die* 10.*Decembr.*1604.*corã D.*
12 *Pegna.* † Milites Lauretani & alij de quibus
ſupra, qui ex priuilegio Pontificio poſſunt
habere huiuſmodi penſiones,de his militi-
bus, quantum ad hunc effectum habendi
penſionem Eccleſiaſticam latè Barb. *de iure
Eccleſiaſt.vniuerſ.lib.*3.*cap.*11.*n.*32.*&* 33.

13 Secundo nota quod † in penſione tri-
plex cauſa cõſiderari debet;nã efficiẽs ſolus
eſt Sum.Pont. Lother. *vbi infr.n.*18. alia eſt
materialis,quæ eſt certa pecuniarũ quanti-
tas, fructus enim beneficij ordinaria Papæ
intẽtione non reſeruãtur pro ſolutione pẽ-
ſionis,ſed obligãtur ad illã, vt benè Couarr.
*lib.*1.*variar.c.*15.*n.*13. quamuis intuitu ali-
14 cuius magnæ perſonæ ſoleat pars fructuũ re-
ſeruari alicui,ſed hæc propriè nõ eſt pẽſio,
ſed fructuũ reſeruatio,vt benè Lother.*lib.*1.
*de re benef.q.*36.*n.*37.qui notat conſequẽter
15 quod † reſeruatarius;non tenetur iuſtifica-
re valorem narratum,cum gratia non ſit de
quota valoris, ſed de quota fructuum,quam
omnino percipit, ſiue ſint in magna ſiue in
parua quantitate. Rota *p.*3.*diuerſ.deciſ.*764.
(niſi alias quota taxata eſſet ad quantitatem
pecuniarum) quod non contigit in penſio-
ne,quam tenetur quis accipere de manu al-
terius,vt docent Couarr.*vbi ſupr.*Gambar.*de
officio legati,lib.*6.*n.*55.*&* 56.

16 Cauſa † formalis eſt conſenſus titularis &
authoritatis Papæ concurſus, vnum enim
ſine alio nihil efficit, quia ſine conſenſu il-
lius Pontifex non facit gratiã,vt Caſſiodorus
*deciſ.*4.*n.*6.*de penſ.*Valenzuela *conſil.*48.*n.*1.
neq; conſenſus partiũ ſine partium authori-
tate efficax eſt,ſed † eſt notanda differentia 17
inter has duas partes cauſæ formalis; quod
authoritas Papæ ſẽper debet præcedere, &
ſimul concurrere cũ conſenſu titularis;vn-
de antecedẽter ad penſionẽ exiſtere debet,
at conſenſus titularis non eſt neceſſarius,
quod ſemper formaliter antecedat ad cõceſ-
ſionem gratiæ penſionis, etſi præcedat ad
expeditionẽlitterarum & Bullæ,quod egre-
giè adnotauit Lotherius *vbi ſupra à num.*75.
& num. 86. dicit † quod, *ſi Papa* (*quod raro* 18
fit) *reſeruet penſionem ſuper beneficio adhuc
vacante, etſi non eſſet conſenſus formalis, vt
determinauit Rota, apud Marcheſan. tom.* 1.
fol. 621. *quia qui non eſt actu titularis nequit
actu & formaliter conſentire. Tamen* (*inquit*)
*Lotherius adeſt cauſa formalis ex cõſenſu cau-
ſatiuo,quem Papa tantiſper ſuſpendit,non autẽ
remouet,quia mox vt prouidet de beneficio &
prouiſus illud acceptat penſione grauatum, di-
citur de facto conſentire,& quaſi contrahere* §.
*hæreſ.inſt de oblig.quæ ex quaſi contractu naſc.
& contra eum ac contra illum, qui poſitiue con-
ſenſit,& ſe obligauit datur actio perſonalis.*Ve-
rallus *deciſ.*13.*n.*1.*&* 2.Rota *in recentio.p.*2.
*deciſ.*176.*n.*1.*&* 3.Hæc ille,ſed ego exiſtimo 19
quod qui accipit beneficiũ, quod in vacãte
onerauit Papa penſione cõpetenti eo ipſo,
quod beneficiũ ſic oneratum & grauatum
acceptauit formaliter conſenſit in penſionẽ,
& ſic nunquam ſine conſenſu formali
actuali,vel virtuali imponitur, cum effectu
ſolutionis,penſio Eccleſiaſtica.

Cauſa vero † finalis duplex eſt, vna mo- 20
tiua & hæc eſt alimentorum ſuppeditatio,
quem finem habuit penſio à ſua primæua
origine,ſicut & præſtimonium; alia eſt im-
pulſiua,quæ duplex vna eſt reſignatio, ſiue
ſimpliciter facta, ſiue pro concordia inter
partes, altera eſt reſeruatio cum vacat,aut 21
prouidetur beneficium; & in expeditione
litterarum ex qualibet harum impulſiua-
rum ſemper exprimitur cauſa motiua fina-
lis, vt benè Lother.*q.*35.*n.*50.vnde Papa in
conceſſione penſionis ſẽper ſupponit indi-
gentiã penſionarij iuxta perſonæ qualitates.

Ex quibus conſtat † reſeruationem pen-
ſionis,ſiue in beneficiis curatis, etiã Epiſco- 22
patu, ſiue in ſimplicibus odioſam non eſſe;
cum ex motiuis iuſtiſſimis reſeruetur ex
parte penſionarij,quod iuxta ſuas qualitates
indigeat,ex parte vero eius qui grauatur,
iſte enim (iuxta æſtimationem guberna-
toris vniuerſalis, & Paſtoris Eccleſiæ, qui
huius bona diſtribuit prudenti arbitrio)
modum accipit in ſumptibus, quos face-
re debet, & qui fructus ex ſeruitio altaris
collecti

collecti ſufficiant ad eius congruam ſuſtẽta-
tionem, qua taxa facta, à publica poteſtate,
queri nequit de ſufficientia ad victum, &
ſic S. C. Trident. taxauit *centum pro Rectore*
24 *& mille pro Epiſcopo*, proprius enim † affe-
ctus, qui ad luxum & diuitias ſemper decli-
nat, non debet eſſe regula taxationis pro-
priarom commoditatum, in quibus nõ ſatia-
tur, *cap. ſicut ij. §. interdum verſ. ſatietas* 47.
diſt. gloſſa ſingularis, *cap. vnico in principio.*
verbo inſatiabilis de præbendis; quare iuſtum
eſt, quod ab eo qui habet ſuperflua, iſta au-
ferantur, vt pauperes & indigentes ſubuc-
25 niantur, *cap. ad hoc* 16. *q.* 1. quod eſt Greg *ad*
Leonẽ Epiſcop. Catanenſ. lib. 7. epiſt. 8. Clerici
enim ad ſuperflua eroganda tenentur, *cap.*
ſicut 47. ex quibus capitibus videlicet indi-
gentia penſionarij, & obligationis Benefi-
ciarij, honeſtatur & fauorabilis redditur
penſionis reſeruatio, vt multis citatis tradit
Rota *deciſ.* 240. *n.* 24. *p.* 1. *diuerſorum*; quare
26 iniuſtè querelas formant Beneficiarij titu-
lares, dum grauantur moderatis penſioni-
bus, quos reprehendit Mandoſ. *ad regul.* 19.
q. 11. *à n.* 4. Gambat. *de officio legati lib.* 6. *nu-*
mer. 111. & optimè Lorher. *q.* 36. *n.* 51. con-
tra Paulum de Roma *tract. de penſion. cap.* 8.
27 *num.* 22. dicens quod † *penſio eſt plaga fœtida*
ex percuſſione nerui Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſi-
militudinarie inflicta, quibus benè reſpondit
Lotherius.

28 Sed quia diximus quod † ſolus Pontifex
eſt cauſa efficiens veræ & propriæ penſio-
nis, cum ipſe ſolus poſſit grauare ad vitã pẽ-
ſionarij beneficium; ſiquidem ipſe ſolus po-
teſt obligare ſucceſſores beneficiarij conſẽ-
tientis etiamſi non conſentiant, quod eſt per
accidens, vt determinat Rota *deciſ.* 437. *n.* 2.
in vna Ripanæ penſionis, coram Pirouano 19. *No-*
uembr. 1612. ibi *penſiones perpetuæ non poſſunt*
reſeruari niſi authoritate Papæ. Gigas *de penſ.*
q 87. *n.* 5 Mandoſ *in praxi ſign. gratia, de ex-*
tinct. in prin. quã deciſionem ſequitur Lothe-
rius & egregiè defendit *lib.* 1. *q.* 35. *à n.* 19. di-
29 cens hoc eſſe indubitatũ cum † nullibi Epi-
ſcopo in iure ſit permiſſum reſeruare per-
petuas penſiones in commodũ alterius, gra-
uando titulares, & ſucceſſores in beneficio
contra eorũ voluntatẽ & conſenſum, vt op-
timè adnotauit Caſſad. *deciſ.* 4. *n.* 6. *de penſio.*
Steph: Gratian. *diſceptationum forenſ. c.* 617.
30 *n.* 12. quod etſi Epiſcopus poſſit reſeruare
penſiones, ex conſenſu titularis, & cũ cauſa
iuſta, hæc ſolum fieri debet ad vitam one-
rati, & aggrauati, ita vt tantũ teneatur ad pẽ-
ſionem ſoluendam, primus oneratus non ta-
men qui ſuccedit in beneficio, id quod no-
tauit Lother. *vbi ſup.*

Eſt iuſta cauſa in Epiſcopo amor quo di-
ligit nepotem ex fratre, Rota *p.* 2. *deciſ.* 166.
31 *n.* 4. cauſa vero † quod ſtudiis litterarum va-
cet adeo eſt fauorabilis, quod poſſit Epiſco-
pus contra Sacros Canones diſpẽſare, vt te-
net Roman. *conſ.* 325. *n.* 8. cum maiore parte
Capituli contradicente minore ſtatuere, vt 32
quilibet Canonicus de ſuis præbendis ali-
quid contribuant ſingulis annis in ſubſidiũ
pauperi ſcholari, vt notat multis citatis Re-
buff. *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 42. Grat. ta-
mẽ *n.* 5. aſſignat cauſas ex quibus Epiſcopus
poſſunt beneficia pẽſionibus grauare ad vi-
tã ipſius grauati, vt pro bono pacis, pro ſtu-
dio litterarũ, alicuius ſcholaris pauperis, vel
pro vtilitate Eccleſiæ pro cõcordia litis, pro
pauperibus, & egenis, pro benemeritis, pro
vſu pio & ſimilibus, ſine cauſa enim † 33
nequit Epiſcopus eam imponere, vel mẽſæ
Epiſcopali, vel alicui beneficio; vnde Sym-
machos Papa *Canon penſiones* 16 *q.* 1. ſcribẽs
ad Cæſarium, dicit *poſſeſſiones quas vnuſquiſ-*
que Eccleſiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio,
alienari quibuſlibet titulis, atque diſtractioni-
bus, vel ſub quocunque argumento non patimur,
niſi fortè aut Clericis bonorum meritorum, aut
monaſteriis religionis intuitu, ac certè peregri-
nis neceſsitas largiri ſuaſerit, ſic tamen vt hæc
ipſa non perpetuo, ſed temporaliter perfruan-
tur; hæc de penſione Epiſcopali, nam Papa-
lis perpetua eſt niſi aliud exprimatur in gra-
tia, *cap. illud* 16. *q.* 6. quod eſt Gelaſij Papæ.

Et etiam aliud notandũ diſcrimen, quod † 34
pẽſio poſita ab Epiſcopo ſine cauſa nulla eſt,
vnde vt notat Gratian. *vbi ſup. n.* 8. non ſuffi-
cit aſſertio Epiſcopi dicentis cauſã interue-
niſſe in reſeruatione pẽſionis, ſed aliũde de-
bet cõſtare de cauſa; quod ſecus eſt ſi Epiſ-
copus ſit Cardinalis, cui credendũ eſt, etiãſi
ſit in dãnum tertij, vt notãt Laudenſ. *de Car-* 35
din. q. 56. & Dec. *in cap. conſtitutus n* 9. *de ap-*
pellat. & hæc Romanæ curiæ conſuetudo ſa-
tis conformis ſupremæ dignitati Cardinali-
tiæ, quæ regiæ ſimilis eſt.

Hinc eſt quod † ſi Ordinarius ſuper bene- 36
ficio aliquo penſionẽ reſeruet, ad vitã pen-
ſionarij, petaturque eius cõfirmatio à Papa
nunquã talis confirmatio cõceditur, ſed vel
nõ admittitur ſupplica, vel ipſe Papa nulla
facta mẽtione reſeruationis Epiſcopalis pro-
uidet beneficiõ & penſionẽ reſeruat, vt ob-
ſeruat Rebuff. † *in praxi tit. de reſeruat. n.* 17. 37
verſ. & confirmat quod nõ ex alio prouenit,
niſi quia Pont. nõ agnoſcit in Epiſcopis po-
teſtatem reſeruandi penſionem, Mandoſ. *de*
ſignat. gratiæ §. confirmationes.

Cæterum † Papa ſine aliqua cauſa poteſt 38
imponere penſiones ſupra quæcunq; bene-
ficia, quorũ omniũ habet pleniſſimã poteſta-
tẽ, *c.* 2. *de præbend. in* 6. & aliis iuribus, quæ ci-
tat & ſequitur Gigas *de penſionibus q.* 6 & eſt
omniũ Canoniſtarum quos ſequitur Rota
in vna Cameran. Penſionis coram Gypſio. 7. *Iulij*
1591. ibi *Papa pro libito volũtatis poteſt pẽſiones*

ſuper beneficiis imponere & transferre. Pariſ.
conſil.60.n.69.lib.4.& in alia Oxomenſi. *Pen-
ſio.coram D.Litta.* 20. *Maij* 1598. *Papa vti
Dominus beneficiorum potuit beneficium præ-
dictum titularem, qui ipſum prout voluerit*
39 *prægrauare ad tex. citatum & ad notata per
Baldum in leg. reſcriptum column. 2. Cod. de
precibus Imper.offer.* hæc ibi legatur Petrus
Greg.Toloſan.*de beneſ.c.29.n.2.* Pariſ. *de re-
ſignat.lib.6.q.2.n.131.& n.155.* quamuis re-
gulariter Papa ſine cauſa non reſernet pen-
ſionem, tamen reſeruata ſine cauſa valida
eſt reſeruatio & etiam in foro conſcientiæ
retineri poteſt.
40 Huius contrarium tenent † Gambarus
de officio legati lib.10.n.386. Corduba *lib.1.q.
21.punct.2.* Arag.*2.2.q.63. art.2. verſ. de an-
nuis autẽ penſionibus, quæ ab hinc octoginta an-
nis percrebuerunt in Eccleſia pag. 2. mihi* 320.
Vega *in ſum.p.2.c.65.caſu* 6. Ledeſ. *to. 2. ſum.
tract.7.cap.1.& tract.12.concl.21.* Rodrig. *in
ſum.tom.2.c.21.n.4.* Sanch.*tom.1.conſil.lib. 2.*
41 *cap.3.dub.45.n.3.* quia inquiunt † *Pontifex nõ
eſt abſolutus Dominus fructuum beneficiorum,
ſed diſpenſator fidelis*, tum quia ex reſerua-
tione penſionum plures ſequuntur inordi-
nationes contrariæ quas referunt Gig. *q.63.*
& Paulus de Roma, *vbi ſupra.*
Sed ego Rotæ deciſionibus & Canoniſtis
ferè omnibus quos refert, Garzia *de beneſ.p.
1.c.5.n.275.* libentius aſſentior; quare exiſti-
42 mo, quod † penſio reſeruatur authoritate
Papæ, etiam ſine cauſa valida ſit, in conſciẽ-
tia duplex fundamentũ poſuit Rota *in Oxo-
menſi citata*, quod etiã confirmauit eadẽ Ro-
ta apud Farinac.*in vna ciuitatis Caſtel.* 1614.
die 2. Iunij coram Dunozetto deciſ. 613.*n.1.* quia
43 † Papa in beneficialibus eſt Dominus abſo-
lutus, *cap. cuncta per mundum, cap. per princi-
palem 12.q.3.* & latè oſtendit Gonzal.*regul.8.
§.1.à n.1.& §.2.n 44.* & egregiè Lother. *lib.
2.q.22.à n.37.* vſque ad finẽ plura congerẽs
ſatis vtilia ad propoſitum, quod axioma ego
intelligo quantum ad liberam poteſtatem
diſponendi de fructibus dummodo maneãt,
centum pro Rectore & mille pro Epiſcopo.
Secundum fundamentũ poſuit Rota apud
Farinac.*p.1 deciſ.281 corã Lugdunenſ. in vna
Barchinon. Penſionis 19. Januar.* 1611. in qua
44 habetur, quod † in reſeruanda penſione Pa-
pa habet plenam & omnimodam poteſtatẽ;
vnde in illa reſeruanda nullam exigit cauſã,
ſed ſolum quod cum prudentia, iudicioque
rationis procedat, quod exigit plena omni-
moda & libera poteſtas, circa beneficialia,
45 quare ſicut poteſt auferre beneficium, ſine
cauſa, itavt ſi facto vellet, etiã de iure poſſet,
eo quod factum optimè iuſtificetur ex ſola
& nuda eius voluntate cum ipſi omnia mũ-
di beneficia ſint manualia reſpectu ſuæ ſu-
premæ Poteſtatis. Ex Baldo *leg.reſcripta n.8.*
*verſio. item omnia beneficia mundi. C. de preci-
bus Imper.offer.* Decius *conſil.124.num.4.* Cæ-
phal.*conſil.235.n.2.* Cenedo *q.22 n.3.verſ.re-
ſpectu Papæ.* Ita etiam imponere poteſt pen-
ſionem ſine cauſa, niſi ſola ſua voluntate, 46
quæ impoſitio valida erit abſque dubio ne-
que turpitudinem contra ius habebit, qua-
libet enim cauſa data ſuperior eſt, & magis
ponderat voluntas rationabilis Papæ, neque
enim ſi contra ius naturæ eſſet ſine aliqua
cauſa ex parte obiecti reſeruare penſionem
poſſum in animam meam inducere; quod
tot graues & Catholici iudices, & ſcriptores 47
in conſpectu Pontificis, ita abſolutè dice-
rẽt poſſe Pontificẽ, ſine cauſa imponere pẽ-
ſionẽ, ſi hoc eſſet turpe & cõtra ius naturæ.
Verum eſt, quod † nunquam Sum. Pontif. 48
penſionem reſeruat ſine cauſa, ſicut neque
aufert ab aliquo beneficiũ, quod obtinet ſine
cauſa, non enim vtitur poteſtate & dominio
alto ſibi cõceſſo, qua ratione poſſunt intel-
ligi aliqui DD. qui dicunt † Papã ſine cauſa 49
non poſſe imponere penſionem ſicut, & au-
ferre beneficiũ, quia videlicet ita æquũ eſt
non tamen neceſſarium etiam coram Deo
aduertit tamen Roman.*conſil.467.n.6.* quod
† Pontifex ſine cauſa nõ poteſt auferre Epi- 50
ſcopatũ à poſſidente *cap. nuper de tranſlatio.
Epiſcoporum* propter vinculum matrimonia-
le, quod contrahitur iure diuino inter Epi-
ſcopum & ſuam ſponſam Eccleſiam.
Cæterum vt fundamentum oppoſitæ ſẽ-
tentiæ penitus euaneſcat, notandum eſt † 51
quod licet Papa ſit diſpenſator fidelis, &
œconomus, ſed eſt Princeps ſupremus inter
omnes Catholicos, & in vniuerſo mundo,
quare etſi vt diſpenſator teneatur ex iuſti-
tia diſtributiua dare ea, quæ conſtituta ſunt
præmia meritorum iuxta vniuſcuiuſque
proportionem; itavt dignior ſemper præua-
leat, tamen vt Princeps ſupremus inter om-
nes, plura habet, quæ dare quit, ad arbitriũ 52
voluntatis, vt ſunt beneficia ſimplicia, præ-
ſtimonia, penſiones, & alia ſimilia quæ non
ſunt bona cõmunia propoſita, ſed relicta vo-
luntati Papæ, vt diſtribuat ad ſuũ beneplaci-
tũ; vt ſuam liberalitatẽ exerceat ſine alia vl-
la cauſa, niſi vt ſuã munificentiã oſtendat ſi-
ue in conſanguineos, ſiue in extraneos, neq;
enim æquitati rationis cõuenit, vt tantus & 53
tã ſupremus Princeps ita ligatus ſit, vt non
poſſit ad libitum moderatum, ratione, ſine
alia cauſa, niſi quia ſibi rationabiliter vide-
tur, plura diſtribuere.
Ex dictis conſtat † quomodo pluralitas 54
penſionum ſit licita, de qua eodem modo
loquendum, ac de pluralitate beneficio-
rum ſimplicium, nullam requirẽtium reſi-
dentiam, quæ licita eſt iure naturæ; niſi ſit
eorũ coaceruatio pariter dicendum de plu-
ralitate penſionum ſiue inter ſe ſiue cũ aliis
quibus

quibuſcumque beneficiis comparetur, quāuis harum pluralitas ſicut & beneficiorum ſimplicium, quando congruam excedunt iure poſitiuo humano ſit reprobata.

SVBRESOLVT. XII.

Canonicus diſpenſatus à Papa etiam ſine cauſa in reſidentia tutus eſt in conſcientia.

SVMMARIVM.

1. *An Canonicus à Papa diſpenſatus etiam ſine cauſa in reſidentia tutus ſit in conſcientia.*
2. *An Papa poſſit conferre plures Canonicatus in eadem vel diuerſa Eccleſia ad libitum ſuæ voluntatis.*
3. *Cur pluralitas beneficiorum habeant turpitudinem contra ius naturæ, ratio affertur.*

1 Corollarium ſeptimum, quod cū in Canonicatibus, dignitatibus, & ſimilibus, reſidētia in Eccleſiis ſit ſolū introducta iure humano Canonico, ſi Pont. ſine cauſa abſoluat aliquē ab obligatione reſidendi, etſi Pōt. malefaciat diſpenſando ſine cauſa diſpenſatus tamē tutus erit in cōſcientia, maximè ſi eius reſidentia non ſit valdè neceſſaria, vel Eccleſiæ, vel cultui diuino, ita vt per alium non poſſit ſuppleri. Ita Azor *p. 2. c. 5. q. 6.* vnde 2 rurſus fit, quod † Papa poteſt conferre plures Canonicatus in eadem, vel diuerſa Eccleſia ad libitū ſuæ voluntatis, quia ſuppoſita diſpenſatione in lege humana de reſidentia, manent Canonicatus & aliæ dignitates non habentes curā animarū, tanquā beneficia purè ſimplicia quorum pluralitatē dixi non eſſe illicitā iuri naturæ, ſed ſolū iure Ca-3 nonico, ratio enim adæquatā † cur pluralitas beneficiorū habeat turpitudinē contra ius naturæ eſt reſidētia perſonalis, cuius obligatione ſtante nullatenus licita eſt iure naturæ pluralitas beneficiorum, niſi ex cauſa etſi reſidentia eſt indiſpenſabilis eſt indiſpenſabilis pluralitas, ſi tamen illa diſpenſabilis eſt & ita diſpenſabilis erit.

SVBRESOLVT. XIII.

Ex Pontificia diſpenſatione licitā eſt pluralitas beneficiorum ſimplicium, etiamſi ſit ſufficiens ad congruam multorum.

SVMMARIVM.

1. *Vnde ſit illicita & contra ius naturæ pluralitas beneficiorum ſimplicium.*
2. *Quandonam multitudo beneficiorum iure optimo reputetur incompatibilis.*
3. *Quæ beneficia non poſſint congruam ſuſtentationem duobus Clericis præſtare, n. 4. 5.*
6. *Vnde incompatibilis pluralitas beneficiorum ſimplicium non ſit attendenda.*
7. *An congrua attendenda ſit in ordine ad perſonam prouiſam.*

Corollarium octauum, cōtra Doctiſſ. Alfonſum Ojeda *p. 1. de incompatib. Benef. c. 21. n. 13.* vbi limitat cōcluſionem ſuā, quod 1 † ſit illicita & cōtra ius naturæ pluralitas beneficiorū ſimplicium, quod procedat quādo prædicta nimia ſeu magna beneficiorū multitudo poteſt ſufficere ad cōgruam duorum, vel plurium Beneficiatorū ſuſtentationē, tūc 2 enim † huiuſmodi multitudo magna, ſeu nimia iure optimo reputatur incōpatibilis, quia ad congruam ſuſtentationē vnius non ſunt cumulanda ad complura beneficia, vt reſultet ſcandalum, ſecus vero eſt quando prædicta multitudo, alias nō eſſet ſufficiens ad ſuſtentationē duorū Clericorū, propter ſterilitatē fructuū, tunc enim quāuis ſit nimia prædicta multitudo beneficiorū non eſt incōpatibilis, quod (ait) manifeſta ratione conuincitur, nā cum † prædicta beneficia nō poſſint 3 congruā ſubſtentationē duobus Clericis præſtare, neceſſario ſūt reducēda ad vnū beneficiū, vel ſaltem ad perſonam vnius Clerici & ita nulla reſultat incompatibilitas.

Sed hæc doctrina nimium ſtringit, ſāguinemque emungit cōſcientiarū, quas angi ve- 4 hementibus ſcrupulis neceſſū eſt, ſi doctrinā iſta admittitur, qui enim Canonicatū ſimul cū dignitate habet in eadē Eccleſia, & etiā poſſidet in titulum beneficia pinguia, quæ omnia ſūt ſufficientia ad ſuā congruā non eſſet tutus in cōſcientia, cū ex illis poſſent ſu- 5 ſtentari tres, vel quatuor Clerici, & ſic valde miſerabilis eſſet ſtatus Clericorum litteratorū, nobiliū, Principum, & aliorum quibus Sum. Pont. liberalitate motus alicui contulit plura beneficia ſimplicia, quorum quodlibet eſt ſufficiens ad congruam alicuius Clerici, vnde † incōpatibilitas pluralitatis horū be- 6 neficiorū ſimplicium, ſiue habentiū curā & dantur in commendam ſi deſumitur in ordine ad congruam non eſt attendenda cōgrua eorū qui alias talia beneficia poſſint habere & congrue ſuſtentari, alias vt dixi miſeri filij Regū & Principum, Eminentiſſ. Cardin. Vir. Litterat. quibus plura horum beneficiorum poſſunt dari, *extr. execrab. & cap. de multa de prebend.* quare † congrua attendenda eſt in 7 ordine ad perſonā prouiſam, etſi iſta indiget ratione ſuarum qualitatum pluribus beneficiis etiam ſi quolibet poſſet alius inferiores ſortis Clericus ſuſtētari, in illo poteſt pluralitas ſuſtineri, cū cauſa ſi ſint beneficia cum cura data in commendam & ſine cauſa ex parte obiecti ſi ſint ſimplicia, & penſiones.

SVBRESOLVT. XIV.

Et ſi quis habeat magnum patrimonium, poteſt accipere beneficium valdè pingue, & ex illo accipere totam congruam.

SVMMARIVM.

1. *An ſi quis habeat fructus magni & opulentiſſimi patrimonij poſſit recipere beneficium etiamſi valde pingue ſit.*
2. *Alphonſi de Ojeda ſententia, & numero 3.*
4. *An qui habet fructus ſufficientes ex patrimonio nequeat fructus beneficij expendere niſi in pauperes & alios pios vſus, & n. 5. 6. & 7.*
8. *Augaſtiai meni adducitur.*
9. *Non omnia bona Eccleſiarum ſunt pauperibus largienda niſi forte in articulo mortis, ex S. Thoma.*
10. *D. Caietani ſententia, & n. 11.*
12. *An Clerici etiamſi habeant magna bona patrimonialia poſſint ea & eorum fructus ad quod volaerinc expendere.*
13. *An Clericus diues ex patrimonio poſſit ex iure duas pitancias pro vno ſacrificio accipere niſi aliud obſtet, & n. 14.*
15. *An Clericus habens bona patrimonialia in articulo neceſſitatis proximi non poſſit vti bonis beneficij, ſi aliàs habeat bona patrimonialia quibus ſuſtentetur.*
16. *Qua neceſſitas non debeat eſſe extrema, & n. 17.*
18. *Hieronymi ſententia adducitur.*

1 COrollarium nonum, quod † ſi quis habeat fructus magni & opulentiſſimi patrimonij poteſt recipere beneficium, etiamſi valdè pingue ſit, vt Archiepiſcopatum Toletanum, aut Hiſpalenſe, & ex iſto accipere integram congruam reſeruatis fructibus patrimonij hoc corollarium eſt contra dictamen prudentiale Alphonſi de
2 Ojeda *cap. 19. citat. num. 45.* vbi † ſic loquitur, *ex quibus apparet dictam communem opinionem, quæ Clericum poſſe conſeruare proprium patrimonium, & eius fructus, ac expendere in proprios vſus fructus & reditus beneficij ſui adeo dubiam eſſe, vt pars contraria poſſit optimo iure defendi & in rei veritate ſi ſcirem hoc poſſe conducere ſuaderem, quod Clericus qui ſufficiens habet patrimonium beneficium non accipiat ad hoc vt eius fructus & reditus expendat in proprios vſus, & conſeruet fructus bonorum patrimonialium, & temporalium, ſed id beneficium dimittat pauperi, vel fructus*
3 *in caſus pios diſtribuat, ſed quia certo certius ſcio hoc meum conſilium non prodeſſe teneo communem ſententiam animaduertens, quod quando pauperes eſſent in maxima inopia Clericus ſalua conſcientia non poteſt expendere præfatos fructus & redditus beneficij in proprios vſus, ſed tenetur eos in pauperibus erogare, vt aduertit Didacus de Couarr. cap. 1. de teſtam. numer. 2. propè finem*; hæc Ojeda.

Ex quibus clarè conſtat, quod ipſe per principia intrinſeca ſentit, quod ſenſerunt Barbatius *cap. poſtulaſti*, & Decius *cap. Epiſcopus de præbendis*, dicentes quod † qui ha- 4
bet fructus ſufficientes ex patrimonio nequit fructus beneficij expendere niſi in pauperes, & alios pios vſus, quorum fundamentum fuit difficile *tex. cap. Clericos 1. quæſt. 2.* deſumptus ex B. Hieronymo *epiſtol. ad Damaſum*, & repetit *in Regula Monachorum, cap. de paupertate* & ſequitur gloſſa *ordinaria ad cap. 5. prima ad Thom.* textus verba
ſunt, *Clericos autem illos conuenit Eccleſiæ ſti-* 5
pendiis ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona, qui autem bonis parentum & opibus ſuis ſuſtentari poſſunt ſi quid pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profecto committunt & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant & bibunt, hæc Hieronymus quibus conſonant verba grauiſſima Proſperi *lib. 2. de vita contemplatiua cap. 9. illi* (ait) *qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo vnde pauper victurus erat, accipiunt; de Clericis enim di-*
cit Prophetam Spiritus ſanctus Peccata populi 6
comedunt, ſed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta quibus indigere videtur, accipiunt: ita poſſeſſores non alimenta quibus abundant, ſed aliena peccata accipiant, ea-
dem repetit *cap. 10.* vnde non videtur ap- 7
probanda explicatio gloſſæ, quæ in his non declaratur præceptum, ſed proponitur conſilium, quia Hieronymus *ſacrilegium dicit*, & proſper quod fieri non poteſt ſine gran-
di peccato; vnde Auguſt. † *epiſt. 50. ad Boni-* 8
facium ait, ſi priuatum poſſidemus, quod nobis ſufficit, nō illa bona (fructus beneficij) noſtra ſunt, ſed illorum, quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis *vſurpatione damnabili vſurpemus.*

Harum authoritatum varias adducit Couarr. *vbi ſupr.* explicationes, ſed vera & grauiſſima eſt, quam adducit S. Tho. 2. 2. *q.* 185.
art. 7. ad 3. quod eſt authoritas Hieron. † *non* 9
omnia (inquit) *bona Eccleſiarum ſunt pauperibus largienda niſi fortè in articulo neceſſitatis, in quo etiam pro redemptione captiuorum & aliis neceſſitatibus pauperum vaſa cultui diuino dicata diſtrahuntur, vt Ambr. dicit lib. 2. de offic. c. 28. habetur cap. aurū 12. q. 1. & in tali neceſſitate peccaret Clericus ſi vellet rebus Eccleſiæ viuere dummodo haberet patrimonialia bona de quibus habere poſſet.* Hæc ibi quibus adiunge Comitanolum. D. Caietan. ibi
§. in reſponſio. ad 3. dicentis † *vide quod Cle-* 10
ricus ſiue Epiſcopus quantumcunque habet pa-

trimo-

monialia, poteſt de Eccleſiaſtica præbenda viuere niſi in articulo neceſſitatis, &c. in quo tamen ſi peccaret viuendo de ſua præbenda non teneretur tamen ad reſtitutionem, quia peccatum conſiſteret in abuſu quo non ſubuenitur aliis quando ſubueniendum eſt,
11 libertas tamen in reſtitutione conſurgeret, ex eo quod præbenda ſe habet, vt proprium clerici, vel Epiſcopi bonum.

Ex his fontibus eandem doctrinam bibe-
12 runt doctiſſimi viri † Dominicus de Soto *l. 10. de Iuſtit. q. 4. art. 2.* Nauarrus *in Apolog. de reditibus. 1. p. cap. 1. n. 28.* Sarmiento *in ſimili tract. 1. p. cap. 1. n. 28* Couarr. *cap. cum in officiis de teſta. n. 2. verſ. 3.* & innumeri alij, aſ-
13 ſerentes † Clericos etiamſi habeant magna bona patrimonialia, poſſe ea, & eorũ fructus ad quod voluerint expendere, & congruam ſuſtentationem ex fructibus beneficij accipere, horum enim fructuum pars quota deſignata eſt à ſacris Canonibus Miniſtris, & Beneficiariis, quæ illis ſufficiat ad victum, *cap. Eccleſiaſt. 13. quæſt. 1. cap. penult. 1. quæſt. 2. cap. cum ſecundum de præbendis*, & notat D. Tho. *vbi ſupra ad 2.* vnde eſt probabilis ſen-
14 tentia Nauarræ Toletani, quod † Clericus diues ex patrimonio poteſt ex iure duas pitantias pro vno Sacrificiu accipere niſi aliud obſtet. Doctrina D. Thom. vera eſt, & ſequenda, vt indubitata, quia, qui altari ſeruit de altare viuere debet, *cap. cum ſecundum eitat.* etiamſi quis ſit ordinatus titulo patrimonij, quo ſuſtentatur & poſtea acquiſiuit Epiſcopatum, aut beneficium pingue, poteſt ſibi reſeruare fructus patrimonij, non tamen poteſt vti compenſatione fructuum, quod expendit ante acquiſitionem beneficij.

Cæterum notanda eſt valde Angelici Doctoris ſententia & Doctrina qua explicat
15 Patres adductos, quod † Clericus habens bona patrimonialia in articulo neceſſitatis proximi non poteſt vti bonis beneficij ſi alias habet bona patrimonialia quibus ſuſtente-
16 tur, quæ † neceſſitas non debet eſſe extrema nam in hac quilibet tenetur præcepto charitatis ſuccurrere proximo, & ſubleuare pauperes quare debet eſſe vrgens ſiue ſit publica vt tẽpore famis, & peſtis, in hoc enim articulo Beneficiarius tenetur ſub mortali ſi habet bona patrimonialia quibus ſuſtentetur pauperibus in vrgenti neceſſitate conſtitutis ſuccurrere omnibus fructibus beneficij, & hoc ad minus probant Patres adducti ſatis efficaciter, ſiue vrgens neceſſitas ſit alicuius particularis perſonæ in vrgenti valdè neceſſitate, vel propria, vel filiarum conſti-
17 tutæ, tunc enim Beneficiarius iſte fructus omnes ſui beneficij ſi habet patrimoniales, vt ipſe viuat, dare tenetur, nam, vt ait Hier. *Clericus qui bonis propriis ſuſtentari poteſt ſacrilegium committit, ſi quod pauperum eſt accipiunt.* & D. Auguſt. *in art. neceſſitatis, fructus beneficij non ſunt bona noſtra, ſed illorum (ſci-* 18
licet pauperum) quorum procurationem gerimus.

SVBRESOLVT. XV.

Iuri naturæ aduerſatur, quod quis habeat duo beneficia curata.

SVMMARIVM.

1. *An iuri naturæ aduerſatur, quod quis habeat beneficia plura curam habentia animarum, etiamſi ſint duo tantum, & num. 2.*
3. *Soti & Ojeda ſententiæ afferantur, & num. 4.*
5. *An pluralitas beneficiorum ſimplicium quando non ſufficiunt ad congruam Beneficiati ſimplicis ſit à iure conceſſa, & num. 6. & 7.*
8. *An ſi aliqua Eccleſiarum ad pinguiorem venerit ſtatum teneatur Beneficiarius illa retenta aliàs dimittere.*
9. *Qua relaxatio diuini iuris fuerit facta ob cauſam tenuitatis.*
10. *Penes quid conſideranda ſit Eccleſiarum tenuitas.*
11. *An Eccleſia tenuis ſit ſi Parrochiani ad decem non aſcendant.*
12. *An Parrochia quæ non excedit decem Parrochianos non poſſit Clericum ſufficienter ſuſtentare, & n. 13.*
14. *An ſi Parrochia nullum habeat Parrochianum, habeat ſufficientem congruam, & n. 15.*
16. *Vnde Eccleſia dicatur tenuis, & n. 17.*
18. *Qui fructus tenues dicantur.*

COrollarium decimum & valdè vtile eſt 1
† iuri naturæ aduerſatur, quod quis habeat plura beneficia curam habentia animarum, etiamſi ſint duo tantum hoc omnino certum eſt & regula infallibilis, quia de iure diuino iſti Beneficiati debent habere perſonalem reſidentiam, vt conſtat ex dictis *lib. 3.* vnde nec duo Epiſcopatus, nec duæ Eccleſiæ Parrochiales, nec duæ Abbatiæ, nec duæ Vicariæ perpetuæ in titulum iure naturæ compatiuntur in eodem, *cap. de multa. & extrau. execrabilis. de præbendis.* & 2
ibi omnes ſcribentes, quæ decreta ſtrictiſſimè confirmauit Trident. *ſeſſ. 24. cap. 17. verſ. illi vero.* vnde niſi ſubſit iuſtiſſima cauſa, quæ hanc turpitudinem totaliter euacuet, diſpenſatio Pontificia, nec valida eſt, nec tutus eſt in conſcientia ea retinens, fructuſque non facit ſuos, ſi vnam intra ſemeſtre non dimittat, vt ait Trident.

Sed ab hac certiſſima regula, Soto citatus 3

§.1. Hojeda *p.2. de compatibilitate cap.* 5. excipiunt beneficia curata tenuia, ſiue ſunt Epiſcopatus, quales frequenter ſint in Italia ita vt neuter poſſit Epiſcopum pro ſua qualitate ſuſtentare; ſiue Eccleſiæ parrochiales de quibus expreſſe loquitur *cap. vnio.* 10. *q.* 3. quæ eſt Toletani. *concl.* 16. *cap.* 4. vbi Gloſſa verbo *comitantur hic eſt caſus vbi quis poteſt habere plures Eccleſias.* Secundò, idem vide-
4 tur ſtatui *cap. eam te. de ætate & qualit.* vbi ſi Eccleſiæ tenues fuerint in ſubſtantia, quod proprios Sacerdotes non poſſunt congruen-
5 ter habere; poſſunt plures vni conferri. Tertio, quia pluralitas beneficiorum ſimplicium quando non ſufficiunt ad congruam Beneficiati ſimplicis, eſt à iure conceſſa, quia non eſt contraria iuri naturali, nec ſacris Canonibus inimica; ergo quando curata non ſufficiunt multo maiori ratione eorum pluralitas iure erit conceſſa; ſiquidem ſtrictiori iure debetur congrua ſuſtentatio ei qui habet
6 animarum curam quam ei qui non habet, ſiquidem ille maiorem diligentiam, ſolicitudinem & laborem adhibet, quam iſte quod adeo verum eſt, quod ſi ob tenuitatem non ſufficiant tres vel quatuor parrochiales poſſunt ſimul eidem conferri, ſi enim in perpetuum poſſunt vniri, vel ob hanc ſolam cau-
7 ſam *cap. poſtquam* 16. *quæſt.* 1. *Clem. ne in agro.* §. *ad hæc de ſtatu monachorum.* & vnita vni conferri multo magis ob eandem cauſam tenuitatis etiamſi non vniantur poſſunt vni
8 conferri, cum hoc ſit leuius inconueniens, quam primum, ſi tamen aliqua harum Eccleſiarum ad pinguiorem venerit ſtatum, tenetur Beneficiarius illa retenta alias dimit-
9 tere *c. cum ceſſante de appellatio.* Etenim † relaxatio iſta iuris diuini fuit fracta ob cauſam tenuitatis adæquatam, qua ceſſante manet obligatio iuris naturalis, & diuini de reſidẽdo, & quia impedita fuit, ablato impedimento exercet vires ſuas, quia facta fuit ſub conditione tenuitatis Eccleſiarum, qua ſublata de medio reuiuiſcit.

10 Sed † penes quid conſideranda eſt Eccleſiarum tenuitas, aliqui dicunt quod ex duplici capite primo, ex paucitate Parrochianorum *cap. vnio.* 10. *quæſt.* 3. ibi *eadem ratione præcipimus vt Eccleſia, quæ vſque ad decem habet mãcipia ſuper ſe habeat Sacerdotem, quæ vero minus aliis coniugatur Eccleſia.* Ex quo
11 conſtat quod † Eccleſia tenuis eſt ſi Parrochiani ad decem non aſcendunt. Populus enim ex totidem perſonis conſtat Baldus *in authent. quod locum. in fine C. de collatio.* Bart. *leg.* 1. *D. de probatio. leg. ſicut* §. 1. *D. quod cuiuſcunque vniuerſit.* Cardin. *in clem. in pleriſque de electio. quæſt. vlti.* Ioannes Andreas *cap. fundamenta de elect. in* 6. præſumitur enim quod
12 † Parrochia, quæ non excedit decem Parrochianos (id eſt vicinos, non perſonas) non poteſt Clericum ſufficiẽter ſuſtentare; quod ſi poteſt etiamſi minus decem habeat non compatitur iure naturali cum alia, quia non 13
eſt tenuitas in ſuſtentatione paſtoris, quem illæ paucæ oues ſuſtentant, vt ſibi ſuccurrat in omni occurrentia; ſi tamen † Parrochia 14
nullum habeat Parrochianum, habet tamen ſufficientem congruam, ſi eſt ſpes proxima quod Parrochiani aduenient quantocitius nõ poteſt admittere iure naturali aliam parrochiam parrochianos habentem actu; ſecus tamen ſi à multis temporibus nullos habuit nec eſt proximè habitura, idem eſt in beneficiis maioribus, nam Archiepiſcopus Valentinus actu eſt etiam Patriarcha Alexand. quia iſta nullam habeat incompatibilitatem ſiquidem nullas habeat actu oues 15
Alexandrinas ſed ſolum Valentinas, & ſic iure naturalæ iſta duo magna beneficia curata non ſunt incompatibilia.

Secundum caput ex quo venatur tenuitas & de quo in praxi eſt maior difficultas eſt, quod † Eccleſia dicatur tenuis habito 16
reſpectu ad eius reditus, etiamſi habeat multos parrochianos quam decem, & mille, quidam dicunt quod Eccleſia dicitur tenuis, & pauper vt alteri poſſit vniri, & ſimul cum alia vni committi, quando non poteſt Rectorem honeſte & ſufficienter alere & hoſ- 17
pites pauperes ſuperuenientes recipere & quando ſibi & ſuis non ſufficit, ita Gloſſa *in cap. clericus* 21. *quæſt.* 1. Gloſſa ciuilis in *authent. Præterea. C. vnde vir & vxor.* Quam Doctrinam approbat, & ſequitur Hojeda. *de benefic. incompatib. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Hæc conſideratio Hojedæ non eſt vſquequaque admittenda; quia Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de reform.* † illos fructus tenues dicit qui non 18
ſunt centũ pro Rectore Parrochiali, & mille pro Epiſcopo. Deinde gloſſæ præfatæ auctoritate dicta ſua moderatur ſubdens, *hæc omnia conſideranda ſecundum qualitatem perſonæ, & ſi tamen Eccleſiæ, aliquid enim ſufficit vni quod non ſufficit alij vt* 41. *diſt. cap. non cogantur, & minus ſufficit extra vias communes quam in iis, & conſuetudo Prouinciæ in hoc ſeruanda eſt.* Hæc ibi ſed totum hoc magis claeſcit in tomo in quo de congrua tracto.

APPENDICES VTILES.

Ad Præfatos ſex libros, de Sacra reſidentia Paſtorum, & Canonicorum.

NIHIL, quod, aliquo modo poſſit cõducere ad propalãdã, animiſq; inſerendã hanc grauiſſimam obligationem reſidendi tum cum ſuis ouibus, tum in choro, ad eas inſerendas, & Deum laudandum, quam Paſtores, & Canonici habent, vellem omittere,

ſed

ſed omnia proponere, quæ ad officium ſuum rectè exequendum conducunt, cum enim illis collatum ſit in multorum vtilitatem longè præſtantius eſt, quam, quod in cuiuſque particularis conferatur commodum, cui cedere quit alicuius iniuria, aut detrimento, ſecus verò officio ad aliorum inſtructionem ordinato, in hoc enim, *Is eſt enim honor homini pudico, meminiſſe officium ſuum*, officium Paſtoris animarum, & laudãtis Deũ, eique cultũ publicè exhibentis, eiuſque ſtrictiſſimè obligationes ſex libris digeſi, variis reſolutionibus & doctrinis, quas meminiſſe, & ſemper præ oculis habere hominibus pudicis ſummus eſt honor, corã Deo, Angelis, & hominibus, vt autem ne Paſtorum, & Canonicorum memoria decidat, placuit varias Pontificum, Regum, grauiſſimorum hominem aliqua ſcripta recudere, quæ ferè temporis tractu, & iniuria abierunt in ſolitudinem, cum præ manibus, præ oculis habenda forent.

Inter hæc præter aliquas Apoſtolicas conſtitutiones noſtris temporibus editas aduerſus non reſidentes (ſunt enim antiquæ multæ aliæ) & Epiſtolas Regis Catholici, duo ſunt valdè pulchra, vnum, Epiſtolæ Athanaſij Conſtantinop. Patriarchæ ad diuerſos Epiſcopos, & Imperatorem Andronicum, circa Paſtorum reſidentiam valdè vtiliter & efficaciter monſtrantis huius reſidentiæ neceſſitatem, iure diuino, & Canonico indictam. Alterum eſt cuius erit Appendix prima. Controuerſia de neceſſaria reſidentia perſonali Epiſcoporum, & aliorum inferiorum Paſtorum, Tridenti explicata à Fratre Bartholomæo Carranza de Miranda, qui poſtea Archiepiſcopus Toletanus, felix virtute, & Litteris, etſi non multum ſorte, tamen in omnibus glorioſus cuius multiplicis gloriæ elogiũ placuit hic inſerere, in multorum ſolatium, Ordinis Prædicatorum gloriam, & decus, & vt agnita tanti Magiſtri prudentia, ſcientia, & authoritate, efficacior Liber hic vires ſuas exerat, ad ſuadendam Paſtoribus perſonalem reſidentiam.

APPENDIX I.

Elogium.

Illuſtriſſ. DD. Bartholomæi Carranzã de Miranda Archiepiſcop. Toletani ex Ordine Prædicatorum aſſumpti.

Elogij Introductio.

Pro Patriæ honore decerto, pro Eccleſia Matrice, & Hiſpaniarum Primate, *Arma, virumque cano*, quæ Paſtorem ſuum per omnia tentatum vidit de ruina inſimulatum, at de eius reparatione iã auctoritate Apoſtolica ſecurum, dum viueret, & ſecuriorem dum viuit in æternum, & modo eius agonem in virtutum exemplar, quibus lucebat in medio tentationis in eius elogium proponendum operæpretium iudico, *vt in paucis vexatus, in multis nobis bene diſponatur ad imitationem, quia in fraude circumuenientium illum affuit illi, & honeſtum fecit illum, cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum, & certamen fortè dedit illi, vt vinceret, & ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia deſcendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum donec afferre illi ſceptrum Regni, & potentiam aduerſus eum, qui eum deprimebat, & mendaces oſtendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Quoniam ſapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas. Non turbentur Innocentes dum falſis criminibus appetũtur* (ait Ambr. *lib. de Ioſef. cap.* 5.) *cum oppreſſa iuſtitia traduntur in carcerem. Viſitat Deus, & in carcere ſuos, & ideo ibi eſt plus auxilij vbi eſt plus periculi.* Appetitur Illuſtriſſimis hic falſis hæreſeos criminibus in carcerem detruditur, at liber ab hæreſi omnino euaſit, munitus tot virtutibus, quas in vinculis exercuit, relictis quibus tenebatur exuuiis, ſpoliatus quidem quia ſuſpectus ſecundum allegata & approbata, *Summa Iuſtitia*, declaratus, at non nudus à veſtimento fidei exiuit, maluit enim liber criminis mori, etſi à perſecutoribus tentatus, & per decem & ſeptem annos ſeuerum carcerem ſuſtinere, in quibus tot eſt ditatus & locupletatus donis, & meritis, tot virtutum exercitiis, quibus bonum certamen certauit, fidem ſeruauit, vt in reliquis illi ſupereſſet corona iuſtitiæ, quam reddit illi Dominus iuſtus iudex.

Sapientia *profugum iræ*, (*ideſt ob iram*) *fratris iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam Sanctorum.* Loquitur ad litteram de Iacob qui fugiebat iram fratris ſui Eſau, qui ipſum perſequebatur ob præreptam dignitatem primogenituræ, eratque Iacobo valde infenſus, ex inuidia ſcandeſcens, & iratus, ſed Iacobum deduxit Dominus per vias rectas, *via enim* (ait Bernardus *in ſerm. ad hæc verba*) *via recta, via pulchra. Recta, quia ſine errore pulchra quia ſine ſorde*, per has ambulauit Illuſtriſ. Primas Hiſpaniarũ ſine errore ſine ſorde in fide. *Quid ſapientius Iacob* (dicit Ambr. *lib.* 2. *de officiis cap.* 75.) *qui meruit benedictionem? quid iuſtius qui ea quæ acquiſiuit cum fratre diuiſit? quid fortius qui cum Deo luctatus eſt? quid modeſtius ita & locis & temporibus deferebat, vt filiæ incuriam mallet, prætexere coniugio quam vindicare, eo quod inter alienos poſitus, amori potius conſulendum,* quam

SVBRESOLVT. XIV.

Et ſi quis habeat magnum patrimonium, poteſt accipere beneficium valdè pingue, & ex illo accipere totam congruam.

SVMMARIVM.

1. *An ſi quis habeat fructus magni & opulentiſsimi patrimonij poſsit recipere beneficium etiamſi valde pingue ſit.*
2. *Alphonſi de Ojeda ſententia, & numero 3.*
4. *An qui habet fructus ſufficientes ex patrimonio nequeat fructus beneficij expendere niſi in pauperes & alios pios vſus, & n. 5. 6. & 7.*
8. *Auguſtini mens adducitur.*
9. *Non omnia bona Eccleſiarum ſunt pauperibus largienda niſi forte in articulo mortis, ex S. Thoma.*
10. *D. Caietani ſententia, & n. 11.*
12. *An Clerici etiamſi habeant magna bona patrimonialia poſſint ea & eorum fructus ad quod voluerint expendere.*
13. *An Clericus diues ex patrimonio poſſit ex iure duas pitancias pro vno ſacrificio accipere niſi aliud obſtet, & n. 14.*
15. *An Clericus habens bona patrimonialia in articulo neceſsitatis proximi non poſsit vti bonis beneficij, ſi aliàs habeat bona patrimonialia quibus ſuſtentetur.*
16. *Quæ neceſsitas non debeat eſſe extrema, & n. 17.*
18. *Hieronymi ſententia adducitur.*

1 COrollarium nonum, quod † ſi quis habeat fructus magni & opulentiſſimi patrimonij poteſt recipere beneficium, etiamſi valdè pingue ſit, vt Archiepiſcopatum Toletanum, aut Hiſpalenſe, & ex iſto accipere integram congruam reſeruatis fructibus patrimonij hoc corollarium eſt contra dictamen prudentiale Alphonſi de
2 Ojeda *cap. 19. citat. num. 45.* vbi † ſic loquitur, *ex quibus apparet dictam communem opinionem, quæ Clericum poſſe conſeruare proprium patrimonium, & eius fructus, ac expendere in proprios vſus fructus & reditus beneficij ſui adeo dubiam eſſe, vt pars contraria poſſit optimo iure defendi & in rei veritate ſi ſcirem hoc poſſe conducere ſuaderem, quod Clericus qui ſufficiens habet patrimonium beneficium non accipiat ad hoc vt eius fructus & reditus expendat in proprios vſus, & conſeruet fructus bonorum patrimonialium, & temporalium, ſed id beneficium dimittat pauperi, vel fructus*
3 *in caſus pios diſtribuat, ſed quia certo certius ſcio hoc meum conſilium non prodeſſe teneo communem ſententiam animaduertens, quod quando pauperes eſſent in maxima inopia Clericus ſalua conſcientia non poteſt expendere præfatos fructus & redditus beneficij in proprios vſus, ſed tenetur eos in pauperibus erogare, vt aduertit Didacus de Couarr. cap. 1. de teſtam. numer. 2. propè finem*; hæc Ojeda.

Ex quibus clarè conſtat, quod ipſe per principia intrinſeca ſentit, quod ſenſerunt Barbatius *cap. poſtulaſti*, & Decius *cap. Epiſcopus de præbendis*, dicentes quod † qui habet fructus ſufficientes ex patrimonio nequit fructus beneficij expendere niſi in pauperes, & alios pios vſus, quorum fundamentum fuit difficile *tex. cap. Clericos 1. quæſt. 2.* deſumptus ex B. Hieronymo *epiſtol. ad Damaſum*, & repetit *in Regula Monachorum, cap. de paupertate* & ſequitur gloſſa *ordinaria ad cap. 5. prima ad Thom.* textus verba ſunt, *Clericos autem illos conuenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona, qui autem bonis parentum & opibus ſuis ſuſtentari poſſunt ſi quid pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profectò committunt & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant & bibunt*, hæc Hieronymus quibus conſonant verba grauiſſima Proſperi *lib. 2. de vita contemplatiua cap. 9. illi* (ait) *qui ſua poſsidentes dari ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo vnde pauper victurus erat, accipiunt; de Clericis enim dicit Prophetam Spiritus ſanctus Peccata populi comedunt, ſed ſicut nihil habentes proprium; non peccata, ſed alimenta quibus indigere videtur, accipiunt: ita poſſeſſores non alimenta quibus abundant, ſed aliena peccata accipiunt*, eadem repetit *cap. 10.* vnde non videtur approbanda explicatio gloſſæ, quæ in his non declaratur præceptum, ſed proponitur conſilium, quia Hieronymus *ſacrilegium dicit*, & proſper quod fieri non poteſt ſine grandi peccato; vnde Auguſt. † *epiſt. 50. ad Bonifacium* ait, ſi priuatum poſſidemus, quod nobis ſufficit, nõ illa bona (fructus beneficij) noſtra ſunt, ſed illorum, quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis *vſurpatione damnabili vſurpemus.* 4 5 6 7 8

Harum authoritatum varias adducit Couarr. *vbi ſupr.* explicationes, ſed vera & grauiſſima eſt, quam adducit S. Tho. *2. 2. q. 185. art. 7. ad 3.* quod eſt authoritas Hieron. † *non omnia* (*inquit*) *bona Eccleſiarum ſunt pauperibus largienda niſi fortè in articulo neceſsitatis, in quo etiam pro redemptione captiuorum & aliis neceſsitatibus pauperum vaſa cultui diuino dicata diſtrahuntur, vt Ambr. dicit lib. 2. de offic. c. 28. habetur cap. aurũ 12. q. 1. & in tali neceſsitate peccaret Clericus ſi vellet rebus Eccleſiæ viuere dummodo haberet patrimonialia bona de quibus habere poſſet.* Hæc ibi quibus adiunge Comitanolum. D. Caietan. ibi *§. in reſponſio. ad 3.* dicentis † *vide quod Clericus ſiue Epiſcopus quantumcunque habet pa-* 9 10

trimo

monialia, poteſt de Eccleſiaſtica præbenda viuere niſi in articulo neceſſitatis, &c. in quo tamen ſi peccaret viuendo de ſua præbenda non teneretur tamen ad reſtitutionem, quia peccarum conſiſteret in abuſu quo non ſubuenirur aliis quando ſubueniendum eſt,
11 libertas tamen in reſtirutiune conſurgeret, ex eo quod præbenda ſe habet, vt proprium clerici, vel Epiſcopi bonum.

Ex his fontibus eandem doctrinam bibe-
12 runt doctiſſimi viri † Dominicus de Soto *l. 10. de Iuſtit. q. 4. art. 2.* Nauarrus *in Apolog. de reditibus. 1. p. cap. 1. n. 28.* Sarmiento *in ſimili tract. 1. p. cap. 1. n. 28* Couarr. *cap. cum in officiis de teſta. n. 2. verſ. 3.* & innumeri alij, aſ-
13 ſerentes † Clericos etiamſi habeant magna bona parrimonialia, poſſe ea, & eorũ fructus ad quod voluerint expendere, & congruam ſuſtentationem ex fructibus beneficij accipere, horum enim fructuum pars quota deſignata eſt à ſacris Canonibus Miniſtris, & Beneficiariis, quæ illis ſufficiat ad victum, *cap. Eccleſiaſt. 13. quæſt. 1. cap. penult. 1. quæſt. 2. cap. cum ſecundum de præbendis*, & notat D. Tho. *vbi ſupra ad 2.* vnde eſt probabilis ſen-
14 tentia Nauarræ Toletani, quod † Clericus diues ex patrimonio poteſt ex iure duas pitanrias pro vno Sacrificio accipere niſi aliud obſtet. Doctrina D. Thom. vera eſt, & ſequenda, vt indubitata, quia, qui altari ſeruit de altare viuere debet, *cap. cum ſecundum citat.* etiam ſi quis ſit ordinatus titulo patrimonij, quo ſuſtentatur & poſtea acquiſiuit Epiſcopatum, aut beneficium pingue, poteſt ſibi reſeruare fructus parrimonij, non tamen poteſt vti compenſatione fructuum, quod expendit ante acquiſitionem beneficij.

Cæterum nutanda eſt valde Angelici Doctoris ſententia & Doctrina qua explicat
15 Patres adductos, quod † Clericus habens bona patrimonialia in articulo neceſſitatis proximi non poteſt vti bonis beneficij ſi alias habet bona patrimonialia quibus ſuſtente-
16 tur, quæ † neceſſitas non debet eſſe extrema nam in hac quilibet tenetur præcepto charitatis ſuccurrere proximo, & ſubleuare pauperes quare debet eſſe vrgens ſiue ſit publica vt tẽpore famis, & peſtis, in hoc enim articulo Beneficiarius tenetur ſub mortali ſi habet bona patrimonialia quibus ſuſtentetur pauperibus in vrgenti neceſſitate conſtitutis ſuccurrere omnibus fructibus beneficij, & hoc ad minus probant Patres adducti ſatis efficaciter, ſiue vrgens neceſſitas ſit alicuius particularis perſonæ in vrgenti valdè neceſſitate, vel propria, vel filiarum conſti-
17 tutæ, tunc enim Beneficiarius iſte fructus omnes ſui beneficij ſi habet patrimoniales, vt ipſe viuat, dare tenetur, nam, vt ait Hier. *Clericus qui bonis propriis ſuſtentari poteſt ſacrilegium committit, ſi quod pauperum eſt accipiunt.* & D. Auguſt. *in art. neceſſitatis, fructus beneficij non ſunt bona noſtra, ſed aliorum (sci-* 18
licet pauperum) quorum procurationem gerimus.

SVBRESOLVT. XV.

Iuri naturæ aduerſatur, quod quis habeat duo beneficia curata.

SVMMARIVM.

1. *An iuri naturæ aduerſatur, quod quis habeat beneficia plura curam habentia animarum, etiamſi ſint duo tantum, & num. 2.*
3. *Soti & Ojeda ſententia afferantur, & num. 4.*
5. *An pluralitas beneficiorum ſimplicium quando non ſufficiunt ad congruam Beneficiati ſimplicis ſit à iure conceſſa, & num. 6. & 7.*
8. *An ſi aliqua Eccleſiarum ad pinguiorem venerit ſtatum teneatur Beneficiarius illa retenta aliàs dimittere.*
9. *Quæ relaxatio diuini iuris fuerit fracta ob cauſam tenuitatis.*
10. *Penes quid conſideranda ſit Eccleſiarum tenuitas.*
11. *An Eccleſia tenuis ſit ſi Parrocdiani ad decem non aſcendant.*
12. *An Parrochia quæ non excedit decem Parrochianos non poſſit Clericum ſufficienter ſuſtentare, & n. 13.*
14. *An ſi Parrochia nullum habeat Parrochianum, habeat ſufficientem congruam, & n. 15.*
16. *Vnde Eccleſia dicatur tenuis, & n. 17.*
18. *Qui fructus tenues dicantur.*

COrollarium decimum & valdè vtile eſt 1
† iuri naturæ aduerſarur, quod quis habeat plura beneficia curam habentia animarum, etiamſi ſint duo tantum hoc omnino certum eſt & regula infallibilis, quia de iure diuino iſti Beneficiati debent habere perſonalem reſidentiam, vt conſtat ex dictis *lib. 3.* vnde nec duo Epiſcopatus, nec duæ Eccleſiæ Parrochiales, nec duæ Abbatiæ, nec duæ Vicariæ perpetuæ in titulum iure naturæ compariuntur in eodem, *cap. de multa. & extrau. execrabilis. de præbendis.* & 2
ibi omnes ſcribentes, quæ decreta ſtrictiſſimè confirmauit Trident. *ſeſſ. 24. cap. 17. verſ. illi vero.* vnde niſi ſubſit iuſtiſſima cauſa, quæ hanc turpitudinem totaliter euacuet, diſpenſatio Pontificia, nec valida eſt, nec tutus eſt in conſcientia ea retinens, fructuſque non facit ſuos, ſi vnam intra ſemeſtre non dimittat, vt ait Trident.

Sed ab hac certiſſima regula, Soto citatus 3

§.1. Hojeda *p.2.de compatibilitate cap.* 5. ex-
cipiunt beneficia curata tenuia, ſiue ſunt
Epiſcopatus, quales frequentet ſint in Italia
ita vt neutet poſſit Epiſcopum pto ſua qua-
litate ſuſtemtate; ſiue Eccleſiæ pattochiales
de quibus exptеſſe loquitur *cap.vnio.*10.*q.*3.
quæ eſt Toletani. *concl.*16. *cap.*4. vbi Gloſſa
verbo *comitantur hic eſt caſus vbi quis poteſt*
habere plures Eccleſias. Secundò, idem vide-
4 tut ſtatui *cap.eam te. de ætate & qualit.* vbi ſi
Eccleſiæ tenues fuerint in ſubſtantia, quod
proprios Sacerdotes non poſſunt congruen-
5 ter habere; poſſunt plutes vni conferri. Tet-
tio, quia pluralitas beneficiorum ſimplicium
quando non ſufficiunt ad congruam Bene-
ficiati ſimplicis, eſt à iure conceſſa, quia non
eſt conttaria iuri naturali, nec ſacris Cano-
nibus inimica; ergo quando curata non ſuf-
ficiunt multo maiori ratione eorum plurali-
tas iute erit conceſſa; ſiquidem ſtrictiori iu-
re debetur congrua ſuſtentatio ei qui habet
6 animatum curam quam ei qui non habet, ſi-
quidem ille maiorem diligentiam, ſolicitu-
dinem & laborem adhibet, quam iſte quod
adeo vetum eſt, quod ſi ob tenuitatem non
ſufficiant tres vel quatuor patrochiales poſ-
ſunt ſimul eidem conferri, ſi enim in perpe-
tuum poſſunt vniri, vel ob hanc ſolam cau-
7 ſam *cap.poſtquam* 16.*quæſt.*1. *Clem. ne in agro.*
§. ad hæc de ſtatu monachorum. & vnita vni
conferri multo magis ob eandem cauſam te-
nuitatis etiamſi non vniantur poſſunt vni
8 confetri, cum hoc ſit leuius inconueniens,
quam ptimum, ſi tamen aliqua harum Ec-
cleſiarum ad pinguiorem venetit ſtatum, te-
netur Beneficiarius illa retenta alias dimit-
9 tere *c.cum ceſſante de appellatio.* Etenim † re-
laxatio iſta iutis diuini fuit facta ob cauſam
tenuitatis adæquatam, qua ceſſante manet
obligatio iuris natutalis, & diuini de teſidē-
do, & quia impedita fuit, ablato impedi-
mento exetcet vires ſuas, quia facta fuit ſub
conditione tenuitatis Eccleſiarum, qua ſub-
lata de medio reuiuiſcit.

10 Sed † penes quid conſideranda eſt Eccle-
ſiarum tenuitas, aliqui dicunt quod ex du-
plici capite ptimo, ex paucitate Partochia-
norum *cap.vnio.*10. *quæſt.*3. ibi *eadem ratio-*
ne præcipimus vt Eccleſia, quæ vſque ad decem
habet mãcipia ſuper ſe habeat Sacerdotem, quæ
vero minus aliis coniugatur Eccleſia. Ex quo
11 conſtat quod † Eccleſia tenuis eſt ſi Parro-
chiani ad decem non aſcendunt. Populus
enim ex totidem perſonis conſtat Baldus *in*
authent.quod locum. in fine C. de collatio. Batt.
*leg.*1. *D.de probatio.leg.ſicut* §.1.*D.quod cuiuſ-*
cunque vniuerſit. Cardin. *in clem. in pleriſque*
de electio.quæſt.vlti. Ioannes Andreas *cap.fun-*
damenta de elect.in 6. præſumitur enim quod
12 † Parrochia, quæ non excedit decem Parro-
chianos (id eſt vicinos, non perſonas) non
poteſt Clericum ſufficiẽtet ſuſtentare; quod
ſi poteſt etiamſi minus decem habeat non
compatitur iure naturali cum alia, quia non 13
eſt tenuitas in ſuſtentatione paſtoris, quem
illæ paucæ oues ſuſtentant, vt ſibi ſuccurrat
in omni occurrentia; ſi tamen † Parrochia 14
nullum habeat Parrochianum, habet tamen
ſufficientem congruam, ſi eſt ſpes proxima
quod Parrochiani aduenient quantocitius
nõ poteſt admittere iure naturali aliam par-
rochiam parrochianos habentem actu; ſe-
cus tamen ſi à multis tempotibus nullos ha-
buit nec eſt proximè habitura, idem eſt in
beneficiis maioribus, nam Archiepiſcopus
Valentinus actu eſt etiam Patriarcha Ale-
xand. quia iſta nullam habeat incompatibi-
litatem ſiquidem nullas habeat actu oues 15
Alexandrinas ſed ſolum Valentinas, & ſic
iure naturalæ iſta duo magna beneficia cu-
rata non ſunt incompatibilia.

Secundum caput ex quo venatut tenui-
tas & de quo in ptaxi eſt maiot difficultas
eſt, quod † Eccleſia dicatur tenuis habito 16
reſpectu ad eius reditus, etiamſi habeat
multos patrochianos quam decem, & mille,
quidam dicunt quod Eccleſia dicitur tenuis,
& paupet vt alteti poſſit vniri, & ſimul cum
alia vni committi, quando non poteſt Re-
ctorem honeſte & ſufficientet alere & hoſ- 17
pites pauperes ſupetuenientes recipere &
quando ſibi & ſuis non ſufficit, ita Gloſſa *in*
cap.clericus 21. *quæſt.* 1. Gloſſa ciuilis in *au-*
thent. Præterea.C. vnde vir & vxor. Quam
Doctrinam approbat, & ſequitur Hojeda.
*de beneſic.incompatib. p.*2. *cap.*3. *num.*8. Hæc
conſideratio Hojedæ non eſt vſquequaque
admittenda; quia Trid.*ſeſſ.*24. *cap.*13. *de re-*
form. † illos fructus tenues dicit qui non 18
ſunt centũ pro Rectore Parrochiali, & mil-
le pro Epiſcopo. Deinde gloſſæ præfatæ au-
ctoritate dicta ſua moderatur ſubdens, *hæc*
omnia conſideranda ſecundum qualitatem perſo-
næ, & ſi tamen Eccleſiæ, aliquid enim ſufficit
vni quod non ſufficit aly vt 41.*diſt.cap. non co-*
gantur, & minus ſufficit extra vias communes
quam in iis, & conſuetudo Prouinciæ in hoc ſer-
uanda eſt. Hæc ibi ſed totum hoc magis cla-
eſcit in tomo in quo de congrua tracto.

APPENDICES VTILES.

Ad Præfatos ſex libros, de Sacra reſidentia Pa-
ſtorum, & Canonicorum.

NIhil, quod, aliquo modo poſſit cõdu-
cere ad propalãdã, animiſq; inſerendã
hanc grauiſſimam obligationem reſidendi
tum cum ſuis ouibus, tum in choro, ad eas
inſerendas, & Deum laudandum, quam Pa-
ſtores, & Canonici habent, vellem omittere,
ſed

ſed omnia proponere, quæ ad officium ſuum rectè exequendum conducunt, cum enim illis collatum ſit in multorum vtilitatem longè præſtantius eſt, quam, quod in cuiuſque particularis conferatur commodum, cui cedere quit alicuius iniuria, aut detrimento, ſecus verò officio ad aliorum inſtructionem ordinato, in hoc enim, *Is eſt enim honor homini pudico, meminiſſe officium ſuum*, officium Paſtoris animarum, & laudãtis Deũ, eique cultũ publicè exhibentis, eiuſque ſtrictiſſimè obligationes ſex libris digeſi, variis reſolutionibus & doctrinis, quas meminiſſe, & ſemper præ oculis habere hominibus pudicis ſummus eſt honor, corã Deo, Angelis, & hominibus, vt autem ne Paſtorum, & Canonicorum memoria decidat, placuit varias Pontificum, Regum, grauiſſimorum hominem aliqua ſcripta recudere, quæ ferè temporis tractu, & iniuria abierunt in ſolitudinem, cum præ manibus, præ oculis habenda forent.

Inter hæc præter aliquas Apoſtolicas conſtitutiones noſtris temporibus editas aduerſus non reſidentes (ſunt enim antiquæ multæ aliæ) & Epiſtolas Regis Catholici, duo ſunt valdè pulchra, vnum, Epiſtolæ Athanaſij Conſtantinop. Patriarchæ ad diuerſos Epiſcopos, & Imperatorem Andronicum, circa Paſtorum reſidentiam valdè vtiliter & efficaciter monſtrantis huius reſidentiæ neceſſitatem, iure diuino, & Canonico indictam. Alterum eſt cuius erit Appendix prima. Controuerſia de neceſſaria reſidentia perſonali Epiſcoporum, & aliorum inferiorum Paſtorum, Tridenti explicata à Fratre Bartholomæo Carranza de Miranda, qui poſtea Archiepiſcopus Toletanus, felix virtute, & Litteris, etſi non multum ſorte, tamen in omnibus glorioſus cuius multiplicis gloriæ elogiũ placuit hic inſerere, in multorum ſolatium, Ordinis Prædicatorum gloriam, & decus, & vt agnita tanti Magiſtri prudentia, ſcientia, & authoritate, efficacior Liber hic vires ſuas exerat, ad ſuadendam Paſtoribus perſonalem reſidentiam.

APPENDIX I.

Elogium.

Illuſtriſſ. DD. Bartholomæi Carranza de Miranda Archiepiſcop. Toletani ex Ordine Prædicatorum aſſumpti.

Elogij Introductio.

PIo Patriæ honore decerto, pro Eccleſia Matrice, & Hiſpaniarum Primate, *Arma, virumque cano*, quæ Paſtorem ſuum per omnia tentatum vidit de ruina inſimulatum, at de eius reparatione iã auctoritate Apoſtolica ſecurum, dum viueret, & ſecuriorem dum viuit in æternum, & modo eius agonem in virtutum exemplar, quibus lucebat in medio tentationis in eius elogium proponendum operæpretium iudico, *vt in paucis vexatus, in multis nobis bene diſponatur ad imitationem, quia in fraude circumuenientium illum affuit illi, & honeſtum fecit illum, cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum, & certamen fortè dedit illi, vt vinceret, & ſciret, quoniam omnium potentior eſt ſapientia deſcendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum donec afferre illi ſceptrum Regni, & potentiam aduerſus eum, qui eum deprimebat, & mendaces oſtendit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Quoniam ſapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas. Non turbentur Innocentes dum falſis criminibus appetũtur* (ait Ambr. *lib. de Ioſef. cap. 4.*) *cum oppreſſa iuſtitia traduntur in carcerem. Viſitat Deus, & in carcere ſuos, & ideo ibi eſt plus auxilij vbi eſt plus periculi.* Appetitur Illuſtriſſimis hic falſis hæreſeos criminibus in carcerem detruditur, at liber ab hæreſi omnino euaſit, munitus tot virtutibus, quas in vinculis exercuit, relictis quibus tenebatur exuuiis, ſpoliatus quidem quia ſuſpectus ſecundum allegata & approbata, *Summa Iuſtitia*, declaratus, at non nudus à veſtimento fidei exiuit, maluit enim liber criminis mori, etſi à perſecutoribus tentatus, & per decem & ſeptem annos ſeuerum carcerem ſuſtinere, in quibus tot eſt ditatus & locupletatus donis, & meritis, tot virtutum exercitiis, quibus bonum certamen certauit, fidem ſeruauit, vt in reliquis illi ſupereſſet corona iuſtitiæ, quam reddit illi Dominus iuſtus iudex.

Sapientia *profugum iræ*, (*id eſt ob iram*) *fratris iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam Sanctorum.* Loquitur ad litteram de Iacob qui fugiebat iram fratris ſui Eſau, qui ipſum perſequebatur ob præreptam dignitatem primogenituræ, eratque Iacobo valde infenſus, ex inuidia ſcandeſcens, & iratus, ſed Iacobum deduxit Dominus per vias rectas, *via enim* (ait Bernardus *in ſerm. ad hæc verba*) *via recta, via pulchra. Recta, quia ſine errore pulchra quia ſine ſorde*, per has ambulauit Illuſtriſſ. Primas Hiſpaniarũ ſine errore ſine ſorde in fide. *Quid ſapientius Iacob* (dicit Ambr. *lib. 2. de officiis cap. 75.*) *qui meruit benedictionem? quid iuſtius qui ea qua acquiſiuit cum fratre diuiſit? quid fortius qui cum Deo luctatus eſt? quid modeſtius ita & locis & temporibus deferebat, vt filia incuriam mallet, prætexere coniugio quam vindicare, eo quod inter alienos poſitus, amori potius conſulendum,* quam

quam odia colligenda cenſebat. Quis ſapientior ſuo ſæculo, cum totius fere Eccleſiæ meruerit benedictionem? quis iuſtior, omnia bona ſua fratribus ſuis pauperibus diſtribuit? quis fortior cum per omnia tentatus cum Vicario Dei luctatus eſt victuriam de hæreſi reportauit, & ſi neruus femoris eius emarcuerit ob ſuſpicionem ex allegatis & approbatis ortam, quam ſumma obedientia & humilitate, abiuratis capitulis purgauit? quis modeſtior, qui temporibus deferens & ſeparationem à ſuæ Rachel ad tempus ſuſtinuit amori conſulens, ne odia colligeret, & ſic eſſet patientiæ exemplar, & cæterarum virtutum *ob hanc vtilitatem* (ait Iſidor. *l.2. ſentent. c.11.*) *ſcribuntur Sanctorum ruinæ, & reparationes, vt ſpē faciant ſalutis humanæ.* Ruinam qualem qualem ex ſuſpicione ortam, ſic ſua vita in carcere, & extra reparauit quod *in illa pingeret actibus ſuis paginam, quam omnes legerent, ex quâ libri docuiſſent ſui, vita ſignabat.* dixit Ennodius de S. Epiphanio Ticinenſi Epiſcopo.

Igitur noſtri Archiepiſcopi Toletani paginam ab ipſo ſuis actibus delineatam elogio hoc comprehenſam proponendam iudicaui, vt amori patriæ conſulens ipſius affectus colligam & imaginem virtutū delineamentis deſcriptam omnibus notam faciam.

§. I.

Glorioſus in ſtudiorum progreſſu.

Laudemus viros glorioſos, & Parentes noſtros (dixit Spiritus Sanctus Eccleſiaſtici *cap.41. num.1.*) quia præmium proprium virtutis, laudis elugium eſt, qua digni ſunt viri glorioſi & Parentes, id eſt Paſtores noſtri quorum gloria filiorum eſt honor quos inficit illorum dedecus, quare Siracides laudat Parentes, qui viri extitere, qui excelſo, & virili animo, opera heroica, & glorioſa facinora edidere per quod gloriam adepti ſunt apud Deum, homines, & Angelos ſemper in æuum duraturam, magnus enim ſtimulus eſt virtutis & vitæ componendæ domeſticum Patrum & Paſtorum ſpeculum continue verberās & radios lucis difiundens in oculos, mentemque filiorum, virorū enim qui bene in Republica verſati ſunt hiſtoria velut lux quædam his qui ſaluantur ad vitæ viam præfulget, ſunt enim cœli, & ſoles animati, qui corde, ore, & opere, & gloriam Dei enarrant ex quo propriam ſine inuidia, & liuore acquirunt docendo, prædicando magna, miraque efficiendo politica myſtice Theologice.

Verum quamuis patrium ſolum, auorum nobilitas & purus ſanguis multum conferat ad hoc elogium: Patria enim & Parentes dedit quibus & nobilitatem & ſanguinis puritatem debemus, & ipſa natura docet, omnes Patriæ ſecundum à diis locum tenere, nemo enim arbitratus ſit plus ſe debere Parentibus quam Patriæ, quæ & Parentes tulit, & Patres nobis dedit, vnde ex hac parte dignus erat elogio Illuſtriſſ. Archiepiſcopus, habuit enim, & Parentes puri ſanguinis & Patriam Mirandam oppidum Regni Nauarræ, ſed hæc modo omittenda, & ſi magna, quia maiora eſt conſecutus factus Maximus Religione & virtute, quia amor, & nobilitas Patriæ non ſemper ſecurus, ſed multoties friget, at virtutis, & Religionis amur ſecurus ſemper, quu nixus, ſecure & intrepide dicebat. O virtus in aduerſis comes, ſola tu me ſecuta iu carcerem, tu in ludum, virum fortem, tu ſola non decipis ſcitis (Iudices) periculum contemnere ſed non contemno flagicium Mirandis ergo virtutibus floridus cāpus Patria fuit ſua de hac oriundum ſe gloriatur.

Ad Religionem accedo, ad Illuſtriſſimum ordinem S. Dominici, in quo profeſſionem emiſit, & tot ſui ingenij indicia dedit quod breui tranſacto tempore deſignatus Collega illius celeberrimi toto terrarum orbe collegij Sancto Gregoriu Magno dicati, in quó vt in veræ, ſanæque doctrinæ depoſito & theſauro ſeruantur ſponſo Chriſto. omnia poma, noua, & vetera, noua ex veteribus genita & vetera nouis coloribus ornata, *quia quamuis vetera* (ait Aug.) *noua tamen præcellunt pulchritudine, cum illa vetera ſint nouorum præconia*, vnde noua a veteribus dimanant, & ſunt vetera noua modo dicta igitur huius horti Gregoriani flores, qui fructus dant honoris & honeſtatis ſuo regimine, ſemel, & iterum irrigauit, & blanda irrigatione fæcundauit (munus Regentis ſtudiorum exercens adhuc Cullega exiſtens, quod ita rarum in illo collegio, quod nonniſi alia vice factum ſit) protegens illos in æſtate à calure nimio, & in hyeme, à bruma, tempeſtate, & frigore & ſic in omni tempore, & fragantia florum, & vber fructus pomorum, que opimitas Dominum horti allicerer, & inuitaret vt deſcenderet in hortum ſuum, & comederet fructus pomorum ſuorum, qui tam veteres quam noui ibi ſemper extitere, quibus paſti ſunt Principes, Reges Catholici. alijque Hiſpaniarum Magnates.

Igitur in tam catholico collegio lacte ſanæ doctrinæ nutritus cathedram rexit philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ, verbum Dei magno audientium profectu, vt tuba ſonora intonuit, verbo, & opere, quo mutus inuictus Carolus V. diſpunit vt interceſſet Trident. Concilio vna cum Patre Fr Duminico de Soto in cuius Cōcilij ſpecialibus congreſ-

ſibus

ſibus & diſputationibus, quantum iuuerit, quantum inſudarit, quantæ vtilitatis exriterit, quanta fidelitate & fidei ſynceritate depoſitum ſanæ doctrinæ cuſtodierit, tradiderit, defenſarit vna cum aliis ſuæ Religionis doctiſſimis Theologis, qui ex variis Eccleſiæ Prouinciis acta ipſa Concilij fidum dant teſtimonium, & nomina Fortium & *ipſe ſedens in cathedra ſapientiſſimus inter tres quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octoginta interfecit impetu vno.* Quibus huius Illuſtriſſimi viri (in ſenſu accommodatitio,) *virtus bellica* pro Eccleſia, & modeſtia ſignificatur, quia ſicut vermiculus ligni, tener quidem & fragilis, & modicus apparet, fortiſſimum tamen lignum terebrat & conſumit (vnde à teredo teredinis, nomen habet) ſic ille domi omnibus affabilis, quietus, & humilis in certamine publico robuſtum ſe & intolerabilem hoſtibus exhibebat. Ita in Gloſſa ordinaria.

Hæc enim fortitudo, hæc in diſputando contra ſanæ doctrinæ impugnatores valentia, ex zelo ardentiſſimo fidei ornato magno & ſingulari litteraria palæſtra, ex progreſſu excellentiſſimo & quotidiano exercitio dimanabat, tanquam ex fonte quanta hæc fuerit, ij exponant, qui fructum ex ipſius erudirione ceperunt, quantus videlicet Magiſtris, quantus æqualibus eſſet, illos nimirum æquans, hos omni doctrinæ genere ſuperans, quantum apud omnes, tum plebeios, tum ciuitatis primarios gloriam breui tempore conſecutus fuerit? Maiorem, quam illa ætas ferebat eruditionem, maiorem rurſus erudirione morum conſtantiam, & grauitatem oſtendens, Rethor inter Rethores, etiam ante ſophiſticam exhedram, Philoſophus in Philoſophos, etiam ante Philoſophiæ decreta, Theologus in Theologorum totius Eccleſiæ cœtu ante definitiones Conciliares, tantum ipſi omnes ſui temporis in omnibus rebus concedebant, ita vt ex multis fuerit electus, vt Principibus daret de ſapientia qua pollebat, multum de Imperiali iudicio merebatur qui illi cœtui præſidere potuit, quare reuerendum humano genere cognoſcitur. *Plerumque enim* (ait Caſiodorus) *honor ex commendatis acquiritur, nec tale eſt cellam vinariam ſuſcipere cuſtodiendam, qualia pretioſa diudemata cuſtodire, illa qua precioſiora credimus ad conſeruandum melioribus damus, & in quibus ſuſtinere damna, non patimur fidelioribus mentibus applicamus.* quid? nonne Rex Catholicus Philippus ſecundus Illuſtriſſimo huic viro ſuum diadema, dum Angliam iret commiſit Catholicum conſeruandum in medio gentis prauæ & hæreſis contagio Infectæ, in quo cum damnum non pateretur fideliſſimæ menti magno in ſapientia progreſſu munitæ ſe applicuit, & eum ſibi aſſociauit.

§. II.

Glorioſus in conſpectu Principum.

MAgna laus, nec vulgare elogium, & eximia virtutis probatio eſt, glorioſum apparere in conſpectu Principum gratioſum illis eſſe, vt acquieſcat rectis conſiliis, huius gloriæ radicem aſſignauit Salomõ Prouerb. 23. *verſ. 11. qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum amicum habebit Regem,* ideſt qui diligit candorem & ſynceritatem, & ſynceritati conformem veracitatem, à dolo, fraude, fuco, duplicitate cordis alienam hic placebit Regibus, vt eum habere amicum & familiarem cupiant, placidus enim & concordiæ ſtudioſus Regum & Principum beneuolentiam, & gratiam rapiunt, vt eos ſibi aſciſcant & aſſocient, vnde non arte politica, quæ ſemper admixtam habet aſſentationem Principum, gratioſitas expiſcanda, ſed cordis munditia, ideſt recta, & pura vita, corã Deo & hominibus & gratia labiorum ideſt ſapientia labiis, expreſſa, & ſermonibus digeſta, hæc enim ſibi Regũ amicitiam conciliat, & deuincit cuius amicitiæ vtilitas Regi conuenit, valde Politico-Chriſtiane diſcimus ſalutem, & felicitatem Regum & Regnorum in eo conſiſtere, ſi habeat non tantum Conſiliarios politice iuſtos, & ſynceros, ſed ſanctos concionatores, Confeſſarios, viros religioſos & diuinos, qui eis ex Deo quid agere, quid cauere debeant denuntient, ac proinde Reges & Principes tales ſibi omni ſtudio accerſere debere, eos audire, illis obſequi, ſi ſuæ conſcientiæ & ſaluti ſubditorum conſultum velint. Ita Conſtantinus Magnus ſibi accerſiuit S. Syluestrũ Theodoſius, S. Ambroſium, Arcadius, S. Chryſoſtomum, Clodoueus, S. Remigium Hermenegildus, cæterique Reges Hiſpaniæ S. Leandrum, S. Iſidorum, S. Ildephonſum, ſimileſque Sanctos, & Theodidactos viros, quorum conſiliis, & monitis Regna tam fide quam virtute, & pietate, quam opibus, victoriis omnique rerum copia floruere, & his eo magis indigent quo Regnum turbatum eſt bello, ſic enim miſſus eſt ad Dauid Nacham ad præmonendum, & Conciliandũ Regi Dauid, ſic miſſus eſt S. Dominicus ad Regem Galliæ, quum ibi ebulliabant hæretici, vt eos compeſceret doctrina & exemplo.

Iturus erat Philippus ſecundus Rex Catholicus ad accipiendum ſibi Regnum Angliæ, inito matrimonio cum Maria Angliæ Regina, mortuis Henrico VIII. & Odoardo, quod hæreſi Sacramentariorum cadebat, & nullus in tota Hiſpania gratior fuit, in conſpectu Principis, niſi Illuſtriſſimus hic potens

potens virtute, & ſermone, munditia cordis & laborum gratia ad compeſcendos hæreticos verbo & exemplo, adeo enim creuerat multitudo etiam potentium illius Regni hæreticorum tã multas iecerat hæreſis radices, in tantum ſe diffuderat contagij virus, vt niſi à validiſſimis propugnatoribus fidei Catholicæ eradicari nequiret, quare negotium, tanquam duci commiſſum eſt Illuſtriſſimo Bartholomeo de Carranza, qui ita diligens extitit operarius, vt ſua diligentia, ſuæ vitæ candore, laborum ſuorum gratia admiſſus fuit in Londino Legatus Apoſtolicus miſſus ad reconciliandos hæreticos, tota fere inſula reducta fuit ad obedientiam Pontificis, reſtitutus vſus ſacrificij miſſæ, bona quarum poſſeſſionem Magnates iam tenebant multis Eccleſiarum redditæ fuere. *Placere ſiquidem* (ait Theodoricus Rex) *meruiſti cunctis, cum ſemper diligenda cuſtodis, ſilentium in ſecretis, in actionibus efficaciam, & quod rarum eſt continentiæ bonum, crebra hominum vitia fecerunt cum multis praberet officia nulli tuam operam venditabas, vocabulum Principis nulla forde maculaſti ſeruans dignitatem nominis exercitatione virtutis.* Magna huius viri in actionibus efficacia, magnum in ſecretis ſilentium, cùm negotia ita ardua totius Regni tractaret, ſuo enim dictamine, ſuo conſilio, ordinatione ſua fere totius Britanniæ Regnum ſpirituale diſponebatur, melius de ipſo quã de Veſpaſiano diceret Egeſyppus, *Britanniam quoque inter vndas* (Hæreſeos) *adhuc latentem Romano Imperio* (Eccleſiæ) armis (exempli & doctrinæ) *cuius triumphata opibus Roma ditior, & Claudius* (Philippus) *conſultior.*

Ita glorioſus fuit in conſpectu Principis Catholici, quod cum hic adiret ad capiẽdam poſſeſſionem Regnorum, quæ ſibi Carolus Imperator Pater reliquerat, & renuntiauerat, voluit quod eius ſocius, eius amicus, & Confeſſor (videns quanti momenti ſua præſentia eſſet ad bonum fidei ibi conſeruandum & augendum) Britanniæ permaneret, vt aſſiſteret Reginæ, à dextris, & Apoſtolico legato, vt ſuo conſilio ſecurius firmaretur Religio Romana, & noua hæreſis euerteretur, quod fuit magnum fidelitatis præmium, *ſed quia gratiam Principis,* (proſequeretur Caſſiodorus *vbi ſupra*) *dignitas nuda non aſſerit, nec beneficium dici poteſt, quod nulla vtilitate ſentitur priuilegia tibi quoque, quæ tribuit ſchola tua, vt quos dignos fauore modo credimus, eos quoque maiori honore cumulemus,* & quæ maior vtilitas obtingere, huic viro poſſet, quod maius priuilegium, quis maior honor, niſi vtilitas, priuilegium, honor ſuæ ſcholæ, quæ ſemper exercetur in fide tuenda, dilatanda, propugnanda, ad quod faciendum relictus eſt hic magnus vir, qui ſemper hæreſeos victor extitit, doctrina & ſanctitate conſpicuus, & tanto mundi contemptu glorioſus, tanta humilitate ornatus, qua ita rapuit ad ſe gratiam Reginæ Mariæ, quod iſta eo inſcio & inuito Præſulatum Toleti impetrauit, vt refert Auuentus Miræus in ſua Bibliotheca de ſcriptoribus *ſaeculi.16.*

§. III.

Glorioſus in libris ſuis.

EGregiè Clemens Alexandrinus *l.1. ſtromatum cap.* 1. inquirit, an ſit aliquibus permittendum ſcribere, & ſua ſcripta poſteris dare? & affirmatiue reſpondens dicit, permitti debere eis qui veritatem prædicantes ſunt relicturi poſteris vtilitatem, alioqui futurum vt litteræ inutiles eſſent. *Pulchrum enim* (ait) *& honeſtum eſſe exiſtimo iis, qui poſtea ſunt futuri, bonos filios relinquere. Atqui filij quidem corporum, animæ autem fœtus ſunt orationes. Iam Patres eos dicimus, qui nos cathecheſi inſtituerunt, Philoſophia* (id eſt ſapientia) *eſt humana & facile communicatur, ſapientiam vocat*) ait comment. Hèrbetus) *bonam eius, qui docet doctrinam, ea eſt veluti ſemen quoddam abſconſum in anima eius, qui diſcit. Hæc autem ſpiritualis ſeminatio & plantatio, eſt ex qua qui per ſermonem à doctore generatur fit eius, qui ſeminat nempe Doctoris filius,* filius autem ſapiens lætitiæ gloria & corona eſt Patris ſui.

O quot filij, hoc eſt libri veritatem & ſanctã doctrinam ſapientia plenam ſunt geniti ab Illuſtriſſimo hoc viro, diuinum vtique munus fœcunditas eſt parentis, quam fœcundus in paruis voluminibus, quam prolificus Eccleſiæ in ſuis ſcriptis. Primum fuit Conciliorum omnium ſumma, toties repetito prælo typis data, propter ingentẽ vtilitatem, quam intulit Eccleſiæ, cui tam neceſſaria eſt priſcorum conſiliorum notitia ad regimen Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum, antequam ſumma iſta aurea lucem videret, moles ingentium voluminum conſiliorum terrebat ſtudioſos, ne in illorum lectura exercerentur, ante iſtam, vix inuenies ſcriptorem aliquem, qui eruditionem in Cõcillis oſtenderet præterquam in illis quæ in decreto Gratiani referuntur, Ibonis, & aliorum collectorum, at poſtquam Illuſtriſſimus Miranda reſumpſit ad breuiorem ſtylum, facilem reddidit Cõciliorum lectionem, fuit enim ſumma hæc veluti Iſaſoges, & inſtructio ad habendam illorum cognitionem, & ſic tot viri poſt ipſam extitere eruditiſſimi, qui deguſtantes huius hortuli flores magnos dedere fructus in Eccleſia cum magno in palæſtra litteraria profectu.

Huius operis vtilitas agnoſcitur, ex opportunitate

portunitate temporis in quo lucem vidit, quum ſcilicet congregandum erat Trid.Cõcil.cuius Patribus,nil magis iuuare poterat, quam lectio eius libri, in quo maiorum noſtrorum acta recopilata continentur, nihil enim ita reformationi Eccleſiæ conueniebat,in præſenti illius temporis ſtatu, quam præſentem habere Patrum noſtrorum charitatis ardorem,dolorem,& mortis contemptum,vt gregem ſibi traditum cuſtodirent, quod ſine nimio labore imo voluptate ſumma hæc epitomes præſtitit, tunc, & nunc præſtat, ſemperque præſtabit magno cum fructu,vnde bene ille alius de hoc libro ipſo cecinit.

Accipite hoc munus,toto pretioſius aureo
Vos,quibus eſt cor di nunc celebrare fidem
Degerit hac diuos, tum priſcos pagina mores
Et quis ſit vera Religionis amor
Si te læta iuuant,veterũ monumenta virorũ
Perlege,quid fugias,quidve ſequaris habes,
Nunc grates refero?en refero tam ſacra labori
Munera,qui retulit,munera tanta dedit.

Et doctiſſimus P.F.Franciſc.Longus à Coriolano in præfatione ad lectorẽ ſuæ Conciliorum ſummæ. *Ante nos*(inquit) *Barth.Carranza, vir ſanè inſignis eruditionis magna ſui ipſius laude ſummam Conciliorum,euulgauit,in qua plurimorum Conciliorum, ac Pontificũ decreta velut in compendio perſtrinxit. Et quidẽ opus illud à toto genere maxima laude,& commendatione dignum fuit;atque eo maximè,quod ex eo primum via ad hæc ſtudia,quæ prius aſpera erat facilior, ac ſuauior reddita fuit.* Hæc ibi.

D. Diegus Hurtado de Mendoza apud Rempub.Venetorum Orator& in Trident. Synodo Cæſareæ maieſtatis vicem gerens, in quadam epiſt. ad Authorem ita ſine fuco & adulatione ei alloquitur. *Hoc edito libro in quo breui compendio Conciliorum prolixitatem circumcidiſti,ita vt multa in eorum libris abundare in hoc nihil deeſſe oſtenderis, adeo praſtitiſſe viſus es, vt prudentiſsimi viri in eligendo magni Oratoris & Philoſophi in diſponendo maximi Theologi, in conſiderando, atque declarando quæcumq; legentibus impedimento ob difficultatem obſcuritatemque futura forent, partes compleueris.* Hæc prudentiſſimus & eruditiſſimus vir.

Et in quadam alia epiſtola ab alio miſſa ad Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Dominum D.Didacum Henriquez Almanſiũ, cui opus dicatur à Typographo, inter alia hæc habentur, *opus me hercle dignum, quod omnium Chriſtianorum manibus teratur, & cui poſt ſacra pagina biblia ſecundus honor ab omnibus deferatur.*

Gregorius Gallus Doctor Theologus Salmantinus *in præfatione huius operis an.*1549. *die* 20.*Iulij*, ſic fatur; *in qua* (*ſumma*) *tam piè & aptè, vt mea fert opinio, traduntur omnia, vt prorſus nihil addi aut demi citra flagitium queat, ea eſt ſanctiſſima eruditio ac facunda breuitas authoris;quare non eſt profecto, cui non precemur bene Bartholomeo Mirandæ viro inter Dominicanos, & religioſiſſimo, & doctiſſimo cuius ſtudium ad hunc modum ſemper fuit de Republica Chriſtiana,quam optime mereri.*

Opus igitur hoc immenſam Eccleſiæ in re litteraria inuexit vtilitatem,maximamq; commoditatem & acceſſionem ſtudiis,tum Sacræ Scripturæ,tũ veræ & antiquæ Theologiæ,neque enim integer, perfectus & abſolutus Theologus æſtimari,quis poteſt,niſi lectioni aſſiduæ D.Th.aut ſubtilis Scoti adiunctam habeat, Conciliorum & Pontificũ decretorum lectionem, quam breuiter, dilucide, & perfectè ex hoc paruo,etſi clariſſimo fonte hauriet, eſt enim velut locupletiſſimus index, quo veterem illam & ſanctiſſimam Eccleſiam, quis præſentem habere poteſt, ſuoſque mores, cum illius moribus conferat, vt dirigat, & emendet.

PARS I.

Expelluntur vmbræ quas inuexit in ſummam Conciliorum Pater Poſſeuinus.

Verum enim vero in hoc libro tunc temporis omnibus numeris abſoluto, duplicem næuum proſpexit vir doctiſſimus Antonius Poſſeuinus in ſuo Apparatu ſacro, ſub proprio Bartholomei Carrãzæ nomine, vbi ita loquitur, *quin & alicubi lapſus eſt in ipſa Conciliorum ſumma, ſic enim initio ſeptimæ Synodi vocat eam tertiam Epheſinam Synodum, quam antiqui omnes nominant Conſtantinopolitanam, eam nempe, quæ coacta eſt ſub Leone Iſaurico, ſed patet ex ipſo Concilio, quod inſertum legitur in ſeptima Synodo act.*6.*cauſa erroris videtur eſſe* (*dicit Bellarmin. Cardin.*) *quia iſti profanæ Synodo præſedit Theodoricus Epiſcopus Epheſinus, ſed & idem Carranza errauit, cum aſſeruit in Canone* 82. *ſextæ Synodi prohiberi imaginem Chriſti in forma agni, & Spiritus ſancti in forma columbæ, at Concilium non prohibet iſtiuſmodi imagines, ſed anteponit illis tantum imagines Chriſti in forma humana, vide fuſius Bellarmin. Cardinal. tom.* 1. *controuerſ.* 7. *lib.* 2. *de imag. ſanctor. cap.* 8. *eadem ferè repetit quantum ad primum næuum, verb. Conſtantinopolitana Synodus ſub Leone Iſaurico Ichonoclaſta.*

Cæterum hos næuos abſtergere facillime erit negotij, vt liber,& nitidior euadet glorioſemque reddet ſuum authorem, & quidem primus næuus facilime eleuatur, non enim magnus ita eſt, quod lapſus denigrans dici poſſit, ſic enim Concilium illud coactum ab Leone Iſaurico, ſine conſenſu Pontificis & ſine eiuſdem Legatis &

ſtus depingeretur ſub figura agni veteris, quæ illis temporibus ita erat in vſu, vt vix pictores pingerent Chriſtum in figura humana, tum etiam agnus fuit figura Chriſti futuri in vetere lege, & adueniente figurato ſcilicet Chriſto, in humana forma in hac debet depingi non forma agni veteris, quæ figura erat, idque bene probat ex Adriano Papa *in reſcripto de imaginibus*, & ſatis vtilis tunc temporis fuit hæc prohibitio in quo vrgebat Ichonoclaſtarum hæreſis, qui dicebant nos animalia venerari, quamuis enim Patres antiquas Chriſti ſub forma agni non prohibuerit canon ſed ſub forma agni, tamen voluerunt Patres, vt fideles aſſuefierent Chriſtum venerari ſub humana forma, vt perfectius in colorum varietate, omniũ oculis ſubiiciatur character ille, quo ſecundum hominem agnus Chriſtus Deus noſter, qui abſtulit peccata mundi effigiatus eſt, poſthac in imaginibus pro veteri agno erigi debere declaramus. Ratio ergo Concilij hæc eſt, quia agni imago ſignificare poteſt agnũ veterem qui fuit figura Chriſti; at non expedit, quod Chriſtus verus agnus, qui abſtulit peccata mundi effigiatur ſub ea figura; quæ ex diuina inſtitutione ſignificabat Chriſtum futurum, ſed vt ſignificatur, vt iam exiſtens verus agnus, qui abſtulit peccata mundi, quam rationem huius prohibitionis, non obſcurè dedit Adrianus Papa; *vbi ſuprà*, loquens de hoc Canone approbato *in 7. Synodo*, dicit: *Eaſdem Sacras Imagines venerantes ſtatuerunt* (PP. illius Concilij) *agnum Chriſtum Deum noſtrum ſecundum humanam figuram, & in imaginibus à nunc pro veteri agno retitulare.*

Dicit ſecundum Gabriel Vaſq. *n.* 14. cuius verba do; vt eius in conſequentia intentio dicto lucidius appareat: *Secundum dicendum immeritò redargui Carranzam quod illæ imagines non fuerint in vſu ſub veteri teſtamento, neque enim ipſe oppoſitum, vnquam docuit, aut ſomniauit, ſed ſolum dixit, ideo prohiberi imagines illas quod præſente veritate ceſſare debeat figura, quæ ratio expreſſa fuit in illo Canone, cũ dicitur veteres typos, & ſymbola veritatis amplectentes eas ſcilicet imagines quæ typus erant Chriſti auctoris gratiæ, gratiam imprimis curantes, & veritatem, id eſt; Chriſtum, tanquam legis plenitudinem acceptamus. Ideo enim Canon, & illius Scholiaſtes Carranza appellarunt Imaginem ſub forma agni typum antiquum, & ſymbolum veritatis, non quia imagines illæ in veteri teſtamento depoſitæ fuerint, ſed quia figura illa agni ſub qua Chriſtus figurabatur in veteri lege in multiplici ſacrificio agni exordium duxit. Porrò neque à Ioanne Baptiſta incepit, vt recentiores obiiciebant; ſed ille ſolum fuit primus qui digito ſuo illius veritatem, & legis complementum ſcilicet Chriſtum oſtendit dicens ecce Agnus Dei*, &c. Hactenus vir doctiſſimus, qui egregiè in his duobus oſtendit contra Antonium Poſſeuinum, Bellarminum, & alios recentiores non erraſſe noſtrum Archiepiſcopum, dum aſſerit prohibitum fuiſſe à Patribus depingi Chriſtum ſub figura agni veteris, hanc igitur prohibitionem manifeſtè denotant, verba vltima Canonis *poſthac in imaginibus* (Chriſti) *pro veteri agno erigi debere declaramus Chriſtum in forma humana*, & verba Adriani Papæ. ſtatuerunt PP. *Agnum Chriſtum ſecundum humanam figuram in imaginibus à nunc pro veteri agno retitulari*, quæ verba tam Concilij, quàm Pontificis adeo clarè indicant prohibitionem tunc iuſtam & ſanctam, vt violenta ſit quælibet expoſitio.

Vnde eruditiſſimus vir Ioannes Molanus *lib. 3. de Hiſt. SS. Imag. cap.* 20. agens de pictura S. Ioannis Baptiſtæ, ſic fatur. *Apud Græcos tamen cum agno non depingitur propter canonem* 82. *Trullenſ. Quo nonnulli arbitrantur eos ſugillare voluiſſe Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem, vnde hac de re conſultus à me D. Ioannes Cornutius Valcenenſis, qui annis aliquot Nicoſiæ Græco Archiepiſcopo in Cypro cohabitauit per litteras ita reſpondit, quid præ manibus loco agni habeat apud Græcos Diuus Ioannes, & memini, & in quibuſdam à me variis in locis adnotatis ſcriptum inueni manibus chartulam tenere, in quo Græco idiomate ſcripta ſunt hæc verba. Ego vox clamantis in deſerto parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Hæc ibi, quare non dubium quod lege Concilij Trullani prohibita eſt pictura S. Ioan. monſtrantis agnum Chriſti figuram.

Verum eſt, quod quamuis Canon iſte receptus fuerit pro tunc in Eccleſia latina, illum enim recepit Adrianus ſummus Romanus Pontifex, tamen iam fere emortua hæreſi Ichonoclaſtarum; & figura agni ſatis ſit apta ad ſignificandam Chriſti manſuetudinem, & patientiam, cœpit in Eccleſia Chriſti retitulari ſub figura agni non veteris, qui ſignificabat Chriſtum venturum & manifeſtandum ſub hac enim ſignificatione, quæ ad veterem pertinebat legem non veneratur, ſed ſub figura agni manſueti, quæ ſignificat Chriſtum præſentem; & ſic Romæ, & aliis Eccleſiis, paſſim iam figuratur Chriſtus ſub forma agni, quam digito monſtrat Baptiſta quod iam licet abrogata lege Trullana vnde vt notat idem, qui ſupra Molanus *lib. 2. cap.* 11. in Eccleſia latina ab antiquiſſimo tempore ante Concilium Trullanum communiſſima erat imago S. Ioannis Bapt. digito monſtrantis Chriſtum ſub ſpecie agni manſueti. Ita enim loquitur Piiſſimus ciuis Louanienſ. *Conſtantin. Aug. teſte Damaſo fontem ſanctum conſtruxit in quo & baptizatus eſt in labio autem fontis agnum*

ex auro puriſsimo fundentem aquam appendentem libras triginta; ad dexteram agni Saluatorem ex argento puriſsimo in lana agni B. Ioãnem Bapt. ex argento adſcripto hoc titulo; ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, grauem libras centum, Tharaſius in confeſsione fidei ſua in 7. Synodo act. 3. ſexta Synodi, omnia tum recte & diuine decreta edita traditoſque Canones recipio pracipuè tamen in quo aſsignatur quibuſdam in picturis agnum digito Pracurſoris demonſtratum feliciter effigiari. Hadrianus Papa Tharaſio act. 2. inuenimus in Synodica veſtra epiſtola etiam clare expreſſum, quod in ſexta Synodi diuine & legaliter pradicatis Canonibus recipitur pictura illa veneräda in qua agnus digito Pracurſoris demonſtratus graphicè eſt inſcultus, qui verum nobis agnũ nempe Chriſtum Deum indicat. Hæc ibi, ex quibus conſtat etiam in Eccleſia Græca apud multos etiam fuiſſe abrogatam legem Trullanam ex veneratione conſuetudinis Eccleſiæ Latinæ.

PARS II.

Vindicatur ab eo quod dicit P. Vaſquez.

TErtium, quod dicit Vaſquez *num.* 15. eſt erraſſe noſtrum Carranzam *in eo, quod addit nec in Canone illo continetur, nempe imaginem Spiritus ſancti ſub forma columba, & Magorum ſub figura ſtella fuiſſe prohibitam. non enim videtur aqua ratio harũ, atque prioris nam cum agnus figura fuiſſet in veteri teſtamento, vt Chriſtum venturum indicare, optima ratione potuit imago illius à Concilio prohiberi, quod iam veteres figura praſente veritate ceſſet; at vero columba fuit in lege Euangelica in qua Spiritus ſanctus apparuit. Matth. 3. ſtella quoque qua Magos duxit ad praſepe. Matth. 2. quare cum non ſint figura veteris teſtamenti, ac proinde non ſit earum eadem ratio, atque priores earum imagines nuſquam prohibita inueniuntur.* Hæc ille.

Verum enim vero in tertio defecit Vaſquez in quo non errauit Carranza, ſicut neque in duobus primis. Columba enim in aliquibus ſacrificiis veteris legis figura fuit Spiritus ſancti, qui pluribus aliis Symbolis etiam fuit præfiguratus, vt legenti Patres conſtabit. Columba enim portans ramum oliuæ poſt diluuium Spiritum ſanctum præfigurabat, vt aliqui Patres volunt, in Allegoriarum volumine; vnde columba vetus typus & obumbratæ veritatis Symbolum fuit Spiritus ſancti & ſtella Chriſti, cuius ratio eſt quia etſi ſub forma columbæ in nouo teſtamento apparuerit, ſicut ſtella vt conſtat ex citatis locis Euangelij, quia tamen nec Chriſtus manifeſtus tunc apparebat, nec Spiritus ſanctus ſonitu præeunte, ad eius aduentum innotuiſſet, adhuc erant hi typi obumbratæ veritatis Symbola, & ad vmbram veteris legis pertinebant, non enim erat veritas præſens in ſe manifeſtata apud homines, reſpectu quorum adhuc manebat vmbra operta, & ſic erant Symbola adhuc obumbratæ veritatis & prohibita à Patribus Trullanis ſub illa ratione, qua non ſignificabant veritatem præſentem, ſed obũbratam adhuc & hoc eſt quod dicunt, *veteres typos & obumbrata veritatis Symbola praſiguranteſque Eccleſia traditas amplectentes gratiam imprimis curantes, & veritatem tanquam legis plenitudinem acceptamus, quo igitur perfectius, &c.* amplectitur igitur Synodus Symbola, & præfigurationes huiuſmodi non condemnat, vt fidei contrarias, vt damnabant hæretici, ſed eas prohibet, quia cum ſint veritatis obumbratæ & non manifeſtæ, ſintque in ſe typi & Symbola & nõ veritas prohibet rotulari, & depingi ſicut aſſerente ipſo Vaſquez prohibet depingi Chriſtum ſub figura agni veteris, & quum Spiritus ſanctus apparuit ſub forma columbæ in Iordane, & Chriſtus ſub forma ſtellæ Magis adhuc erat lex vetus obligans, & ſic formæ iſtæ & figuræ erant veteres typi, & præfigurationes, & in hoc ſenſu ait Carranza prohibitas fuiſſe à Concilio, eſt enim omnium par & æqua ratio, quantum ad rationem Concilij.

Verum eſt quod ſicut contraria conſuetudine inualuit in Eccleſia, quod Chriſtus exprimatur in imaginibus ſub figura agni non veteris, ſed noui, manſueti, patientis & pacifici, ita inualuit conſuetudo, vt Spiritus ſanctus rotuletur ſub ſpecie colũbæ ob plures & egregias rationes D. Th. 3. *p. q.* 39. *ar.* 6. *ad* 4. ex Patribus eductas adducit, quæ perſeuerant, etiam poſt manifeſtã gratiæ plenitudinem, & ſic ad illas adnotandas depingitur Spiritus ſanctus ſub ſpecie columbæ magis, quem ſub alia ſpecie alterius rei, in qua apparuit, ſtella enim etiã depingi prohibetur, quia iuxta Chryſoſt. *hom.* 10. *in Matth.* Aug. *ſerm.* 7. *Epiph. & ſerm. ad Fratres in eremo.* apparuit magis per biennium ante Chriſti natiuitatem, quam opinionem non reiicit S. Tho. 3. *p. q.* 36. *art.* 6. *ad* 3. vnde ſtella hæc fuit Symbolum Chriſti futuri & ſub hac ratione non debet præfigurari iuxta decretũ Trullanum, & hanc ſententiã quæ valdè eſt probabilis ſecutus eſt noſter Carranza, non ergo errauit; verum eſt quod vſus Eccleſiæ inualuit, quod Magi ſub ſtella, illos ducente rotulentur ob rationes quas inducit S. Doct. *art.* 6. 7. & 8. quæ ibi videri poſſunt.

PARS III.

De controuerſia circa perſonalem Paſtorum reſidentiam.

SEcundus liber, quem cõpoſuit dum eſſet in Conc. Trident. eſt controuerſia illa celeber

celeberrima, de neceſſaria reſidentia perſonali Epiſcoporum, & aliorum inferiorum Paſtorum Tridenti explicata librum hunc ſanctiſſimum, vtiliſſimum, omnibus numeris abſolutiſſimum, nullus niſi hæretico dente momordit, nec mordebit; fuit enim ita acceptus, vt omni acceptione dignus, & ita illũ reddiderit glorioſum virum, quod eius ſententiã amplexata fuerit Tridẽtina Synodus, quantum ad aſſertionẽ, quã tuetur, tunc enim temporis incorruptelam abierat, quod multi Paſtorum & Paſtorum perſonaliter non reſidebant Eccleſiis ſuis, vt ſupra gregẽ ſuum inuigilarent, ſed eum mercenariis committebant, quibus non erat cura de ouibus, ſed aduenientibus lupis rapacibus fugiebant, & dimittebant eas in illorum manibus; vnde creuit ſanguinolenta hæreſis; recenſito autẽ hoc libro, qui ſanctã & Apoſtolicam doctrinam continet intelligentiores inſtructiores facti ſunt PP. Tridentini de iure diuino ſanxerunt, perſonalem Paſtorum reſidentiam, & ſic aſſertio libri conciliarem conſecuta eſt authoritatem, cui contradicere nefas eſt; vnde orta eſt in Eccleſia magna huius abuſus reformatio, quæ adhuc perſeuerat, & perſeuerabit protegente Sede Apoſtolica, quæ in hoc ſicut & aliis decretis Tridentini vigilantiſſima exiſtit, ad quod vt ſupra in principio huius tomi dicebam excitarunt, & ſolicitarunt Eminentiſſimus Caietanus *in comment. artic. 5. quæſt. 185.* in 2. 2. D. Thom. quod enodaui, extricaui, explicui, & Illuſtriſſimus Dominus Bartholomeus Carranza in hac præfulgenti controuerſia.

Contra hoc duos inſignes Doctores, qui veritatem, quæ ſemper in Eccleſia viguit, quod ſit de iure diuino reſidentia perſonalis Epiſcoporum & Paſtorũ, aliqui recentiores nouitate ducti inſurrexere cõtra quos ſatis ſuperque diſputatum eſt, nec video qua ratione in hãc nouitatem ſint prolapſi contra Trident. decretum & diffinitionem, & aſſerant reſidentiam Epiſcopi in ſua diœceſi non eſſe de iure diuino; ſed de humano in quo ſicut in ſuis legibus poteſt Pontifex diſpenſare. Ita Andreas Gerunda *lib. 2. de Epiſcop. diſp. 1. cap. 4. num. 12. & lib. 1. diſp. 1. cap. 4. num. 12. & 14.* ſed hoc ſatis benè explodunt Caiet. & Carranza & innumeri Authores quos dedi & ſecutus ſum *lib. 1. reſol. 3.* ſolum hîc addo pro horum Doctorum defenſione & pro veritate & antiquitate ſententiæ eorundem verba, quæ in fauorem Proſperi, & Hilarij dedit Cœleſtinus Papa *in ſua epiſtola ad Galliarum Epiſcopos, cap. 1.* vbi ſic fatur:

Horum circa Deum noſtrum ſolicitudo laudandã eſt tantum neſcio, quibus presbyteris illis licere, qui diſſenſioni Eccleſiarum ſtudent, ſunt apud nos proſecuti, vt indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium pertinaciter dicant prædicare aduerſantia veritati, ſed veſtra dilectioni iuſtius imputamus, quam illi ſupra vos habent copiam diſputandi, legimus ſupra magiſtrum non eſſe diſcipulum, hoc eſt non ſibi debere quemquam ad iniuriam Doctorum vindicare doctrinam, nam & hos ipſos à Deo noſtro poſitos nouimus ad docendum, cum ſit dicente Apoſtolo eis tertius locus intra Eccleſia deputandus. Quid illic ſpes eſt, vbi Magiſtris tacentibus illi loquuntur, qui, ſi ita eſt, diſcipuli non fuerunt? Timeo ne conniuere ſit, hoc tacere, timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui in talibus cauſis non caret ſuſpicione taciturnitas, ſi falſitas diſpliceret. Merito namque cauſa nos reſpicit ſi cum ſilentio faueamus errori; ergo corripiantur huiuſmodi, non ſit eis liberum pro voluntate ſermonem, deſinat, ita res ſunt, inceſſere nouitas vetuſtatem, deſinant Eccleſiarum quietem inquietude turbare, conantur ſæpè naufragio mergere, quos intra portum ſtantes ſtatio facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio quorum perfectis greſſibus veſtigia non mouentur. Habetote fratres chariſſimi pro Catholica plebis pace tractatam, ſciant ſe ſi tamen cenſentur presbyteri dignitate vobis eſſe ſubiectos, ſciant omnes, qui malè docent, quod ſibi magis diſcere competat, quam docere, &c. quæ ſatis aptè cõtra Gerundam in fauorẽ Caiet. & Carrãzæ ducuntur, illa enim indiſciplinata quæſtione ſupra hos quorũ aſſertionem comprobauit Synodus Trident. putat ſe habere diſputandi copiam, dũ contemptibili diſtinctione vim & energiã decreti eneruat, & infringit & nihil de nouo declararet, Concilium circa reſidẽtiam Paſtorum, quam dicit eſſe *de iure diuino*, de hoc ſatis quia plura dicta in ſuperioribus, hæc enim ſolũ hîc prærhibaui, vt non euacuetur gloria huius libri Authoris noſtri, quare corripui Gerundã, ne ſit ei liber pro prurigine nouitatis ſermo, & deſignat nouitas inceſſere vetuſtatem, & Eccleſiarũ quietem (reſidentiam in ſua Eccleſia Paſtoris) huius opinionis Gerundinæ turbare.

PARS IV.

De libro Catechiſmi compoſito ab Illuſtriſſimo Carranza.

VLtimus liber qui procellã excitauit cõtra Illuſtr. Archiep. & anſã dedit eius turbationi fuit Catechiſmus, qui in totũ prohibitus eſt *in Romano Indice pro tota vniuerſa Eccleſia.* & expreſsè prohibuit Greg. XIII. *in ſententia lata an. 1576. die 14. menſis April.* ibi *ex præmiſſis, & de aliis rationabilibus cauſis prohibemus dicti Catechiſmi liber ab eodẽ Bartholomeo Archiep. editus ſub cenſuris & pœnis in Indice librorum prohibitorũ contentis, à quocumque legi, retineri, vel imprimi poſſit.* Cẽſura grauis in huiuſmodi Catechiſmi manu-

ſctipta adſeruatur in Blibiothæ Rhegienſi, vt ex Eucherio Boneto Ordinis Prædicatorum, notat Poſſeuinus *tom.3. Appuratus Sacri in Catalogo m.5. qua in diuerſis Bibliothecis adſeruantur pag. mihi* 141.

Sed ex huius libri damnatione, non media gloria acteuit Archiepiſcopo Toletano, qui humilitet recognouit occaſionem, quæ oblata fuit huius libti inſcriptione Catholicis, vt de ipſo genetatetur vehemens in fide ſuſpicio, quare ad ipſius putgationem,& vt occaſio malæ ſuſpicionis (à qua corã Deo ſe immunem fuiſſe in hota mortis eſt profeſſus cotam notariis ex multis teſtibus omni exceptione maioribus) quamuis ſecundum allegata & probata iuſtiſſima extitetit Pontificia ſententia præſcriptus eſt libet hanc, & vt prohibitæ lectionis telegatus, & tanquam zizania extadicatus, à Campo Catholici Doct.& ſic ttiticũ ſanæ,& putificatæ doctrinæ, quã in aliis operibus ſeminauit, in hotreo ſeruatetur Eccleſiæ, vt tãquam pretioſus theſautus conſeruatur ab ſcoria depuratus,egregie Caſſiod. *lib.2.var.ep.29. ad Aloyſium Architectum*, agens de reparatione thermarum earumque expolitione inter cætera dicit. *Virgulta quoque noxia importunitate naſcentia, euulſis auferantur, ne radicum quidam capilli paulatim turgentes fabricarum viſceribus inſerantur, & more vipereo prolem ſibi fœcunditate contraria nutriat, vnde ſe cõpago diſrumpat.* Etenim articuli illi quos abiurauit tanquam de illis vehementet ſuſpectus ſecundum allegata, & probata, quid aliud ſunt quã *capilli quidam peſſimarum radicum hareticorum*, quos ne paulatim turgetent,& ſe fabricæ fundamenti fidei infereretut,& mote vipeteo prolem nutrirent,vnde compago illius diſtumperetut, & cadetet, ſupremus Eccleſiæ Architectus abſtulit & eradicauit tanquam virgula noxia importunitate in viridario illo ſapientiæ naſcentia, quod non in paruam illius pulchritudinem & gloriam ceſſit.

Pulchtè hoc eduxit Caſſiodot. *l. 3. ep. 11. ad Argolicum. Circumſpice itaque quam magnũ ſit canam Romam (canum Toletum) tibi potuiſſe committi, vt in illo ampliſſimo cætu iudicis videaris eminere ſuggeſtu. Quid erit ſuauius, quã in illa turba Summorum nobile protuliſſe iudicium, vbi tot Patriciorum corda prouocantur ad gratiam? vbi bonum factum celebratur ore ſapientum? Nunquid maiori laude virtus agitur, quam ſi rectè Roma* (Eccleſia Romana) *tractetur. Quas diuitias æſtimes aptiores quam in oculis Senatus conſcientiæ pretioſam gerere puritatem? & ante ipſum libertatis præmium nullis vitiis eſſe captiuum? locatus in medium cunctorum ad ſe trahit aſpectum, & totius vitæ iudicium promulgat fama populorum. Hæc te & animo concipere, & rebus euidentibus explicare, credibile apud nos faciunt, ſtudia litterarum vbi cognouiſti omne, quod deceat, & ad vſum vitæ glorioſa, animũ, nimirum inſtitutione formaſti. Fugiat ergo doctrina delictum. Indocilis eſt animi ad vitia trahi. Ædificatus libris locum non relinquit iniuriis. Ad tramitem recti hortentur, te tuorum te facta ſeniorum, admoneat lectionis auctoritas, deinde iudicij noſtri electio glorioſa, vt maiora de nobis ſumere poſſis, cum te, ea, quæ commiſimus implere cognoueris.* hæc ibi, quæ in noſtro Archiepiſcopo adimpleta ſunt, vt ex ptohibitione huius libti gloria nõ vulgatis accreſcat, cum enim in Cathedralibus Toletana locatus & iudex in ſuggeſtu conſtitutus, vt bonum factum ore omnium celebratetur, æquum erat, vt in oculis Eccleſiæ pretioſam conſcientiæ getetet putitatem, eiuſque gremium nullis vitiis captiuum, ad hoc enim libri huius præſcripto ordinata, vt cum ſtudiis ſuis Ptæſul cognouerit omne, quod dicat ad vſum vitæ glotioſæ animum ſuam hac inſtitutione formaret, & ſic fugiat doctrina ſua delictum, nam indocilitate pollet, qui non fugit. Et ſic ædificatus in libris, ſupra firmam Petram locum non relinquat Iniuriis.

His accedit quod libet iſte Cathechiſmi non eſt prohibitus quia exptcſſe hæreticus ſit, ſed quia continet pluta verba & propoſitiones, quæ vehementem generant ſuſpicionem de hætcſi in foro fori, & ſecundum allegata & probata; quod bene compatitur cum hoc, quod in foro poli nulla macula, nullove fidei næuo ſit auctor infectus, quare iure optimo fuit liber proſcriptus etſi auctot coram Deo & Angelis glotioſus, & immunis exiſtat, potuit enim facete non malo animo, phtaſes & modos loquendi non bonos, ſed quibus vtuntur hæretici ob quod ſuſpicionem vehementem genetent contta fidem ſentire illum qui illis vticur, multoties enim Patres Eccleſiæ, vetbis ambiguis, claris, & quibus vtuntur hæretici, & ipſa vtuntur ob quod apud multos vehementem hæreſeos ſuſpicionem generarunt, & tamen ab hæteſi vindicantur, qui ſi hodie, erecto S. Inquiſitionis Tribunali ea dicerent, & præfatis verbis vterentur dubio procul cogetentur ea abiurare de vehementi, non quia apud Deum eſſent deficientes à fide, ſed quia apud homines & iudices fidei rectiſſimos, iudicabitur illas propoſitiones ſuſpicionem contra fidem genetare, & ſic illarum purgationem iuſtiſſima ſententia exquirerent, quamuis, qui eas protulerit apud Deum ſanctus & fidelis extiterit, quia Eccleſia de hoc non iudicat; ſed ſecundum allegata & probata eſſe in illorum libris, quamuis in aliis recta eſſent & Catholica vetba. Sic enim S. Dionyſius Alexandrinus, qui vixit an.266. vt vehementer ſuſpectus de hæreſi

Artij

Arrij notatur à S. Baſilio *epiſt.* 41. de ipſo ſciſcitatus à Maximo & tamen ipſum à ſuſpicione liberat Athanaſius *in libro ſpeciali de ſententia Dionyſij*, & in comment. *de Synodi Nicænæ decretis*, teſtaturque Sanctum Doctorem ſanctè ſemper & Catholicè crediđiſſe, etſi quæ ambigua & doriuſcula dixit explanauit, & moliuit ad ſenſum Catholicum à ſe præintentum; & ſic ipſe S. Dionyſius ſe purgauit à ſuſpicione vehementi, quam huiuſmodi ambigua verba generarant, apud Dionyſium Summum Pontificem Apologia ad ipſum remiſſa quatuor libris comprehenſa, de .. a mentionem faciunt Hieronymus *lib. de ſcriptor. Eccleſiaſt. cap.* 96. Honorius A guſtodonenſ. *de luminar. Eccleſ. cap.* 70. E uſebius *lib.* 7. *Hiſtor. cap.* 21. ſic etiam S. Cyrillus Alexandrinus ſuſpectus fuit de hæreſi Apollinaris, & quod huius fermentum in ſuis libris aduerſus Neſtorium lateret, à quo ſe purum monſtrauit & vindicauit tum in declaratione duodecim Anathematiſmorũ tum nouo Apologetico, quia tamen adhuc inſiſtebant inimici, ipſum de Apollinariſmo accuſantes publice ſe purgauit & anathematizauit Apollinarij hæreſim in Cõcilio Epheſino *actio.* 7. & ſimilia multa inuenientur in Hiſtoriis Eccleſiaſt. Hæc duo ſufficiant ad monſtrandum, quod ſicut iſti Patres ad vitandum ſcandalum ſanctè ſe purgarunt ab hæreſis ſuſpicione, quæ generata eſt ex verborum ambiguitate, ex qua propter vigentem tunc hæreſim talis ſuſpicio originabatur (& maximè in S. Dionyſio qui diſcipulus fuit Origenis & eius dictis valde addictus, & Origenis libri pleni ſunt fermento Arrianiſmi) & ex hac purgatione non parua gloria illis accreuit. Ita in noſtro Archiepiſcopo quamuis ſanctiſſime, & iuſtiſſime à ſummo Pontifice ſecundum allegata & probata fuerit declaratur ſuſpectus vehementer de hæreſi propter verba ambigua, & dura in fide quibus vtuntur hæretici huius temporis, cum quibus (etſi defendendo fidem Catholicam Romanam) per multum temporis tractauit tamen illius ſuſpicionis purgatio, & hæreſum de quibus fuit ſuſpectus, abiuratio, tanta animi ſummiſſione, tanta alacritate & puritate cordis facta, omne fermentum hæreſeos purgauit, & factus eſt azymus ſynceritatis, & veritatis, ex quo magna gloria, facto ſpectaculo Deo, Angelis, & hominibus, illi eſt coram omnibus accumulata, vnde de ipſo videtur cecinisse epigramma S. Proſper Aquitanus *epigram.* 33.

Cum conſtans anima aduerſis non frangitur vllis.
Et fidei virtus intemerata manet
Nerit ineſſe ſibi Dominum patientia fortis
Inque ſuum domum, quod ſe terit reſerat.

Omitto ad longum diſquirere de duobus aliis ſcriptis huius Sapientiſſimi viri prælo datis quibus ingens ſuæ fidei Catholicæ Romanæ zelus ardens, & quem ſuo corde eius dogmata omnia inſerta habuerit luce clarius manifeſtatur & ſicut balſamus ex odore, & arbor ex bono fructu dignoſcitur. Primum eſt quo typis dedit *anno* 1554. ſcilicet *tractatus valde deuotus & vtiliſſimus de modo aſſiſtendi ſacrificio incruento miſſæ*, poſtquam in tota Britannia à qua erat relegatũ, iterum ſuis ſermonibus, & prudenti aſtutia introduxit, qui tractatus quot adduxerit vtilitates, maxime Idiotis & vulgaribus hominibus experientia ipſa monſtrauit, ad illius enim ſimilitudinem multi alij libri eiuſdem aſſumpti cuſi ſunt à Doctoribus fidelibus, cũ ingenti animarum fructu, & deuotionis incremento, hoc enim tractatu ſic excoluit agreſtium hominum animas vt dulciſſimos ſpiritualis alimoniæ fructus producerent, *&* *tanquam doctus agricola à dumoſis ſentibus purgat, laus enim excolentis eſt, ſi agreſte ſolum dulciſſimis fructibus amænetur*, ait Caſſiodor. *lib.* 5. *epiſt.* 39. *ad Apuleium.*

Secundùm eſt *concio illa celeberrima* habita ad Synodum Trident. prima Dominica quadrag. *ann.* 1546. (quæ etiam eum controuerſia de Reſidentia prælo ſudat) in qua quantus fidei candor, quantus animarum zelus, quantum deſiderium, vt Reſpublica bene ageretur, Eccleſiæ mores reformarentur, quanta elegantia & oratoria arte proceſſerit, quanta in Patres reuerentia, & auditorum fructu ipſamet concio manifeſtat, ipſe adhuc etſi defunctus loquitur, ipſe declarat ſuæ fidei ſynceritatem, & conſtantiã, & animi promptitudinem ad martyrium ſubeundum pro eius defenſione, quare ſententiam Pontificiam allegata & probata iuſtificarunt, quæ ſemper ſubſunt ſecundum ſe inſerto, cum non ſint indubitabilia, nec Pontifex dum ſententiam tulit eam eſſe veram ſecundum ſe pro Cathedra definiuit, etſi decreuerit, quod illi ſit ſtandum, illi obediendum, & obtemperandum, erit omnino temeratius qui contra illam, vel verbulo muſſitauerit, cum hoc tamen benè ſtat, quod ſemper fuerit Archiepiſcopi ſyncera fides Catholica Romana, & in ea ſumma conſtantia, vt ipſe ſæpius proteſtatus eſt, quamuis procella exorta euaſerit ſpoliatus à veſtibus, & vulneratus à cuſtodibus, qui cuſtodiunt ciuitatem qui etſi pallium Archiepiſcopale non abſtulerint, abſtulerunt tamen eius vſum ad tempus, vt cautior euaderet, in libris conſcribendis, (quod & faceret Summus Eccleſiæ cuſtos in multis antiquorum Patrum, ſi hodie viuerent & loquerentur ſicut olim fuerunt locuti,) vt enim Caſſiodor. *lib.* 11. *Variar. epiſt.* 9. *ad iudices Prouinciarum*

Reo iam vicinus eſt, qui malus putatur, quia tunc aliquid perſuadetur animo, quum intrauerit pectus apta ſuſpicio. quam æquiſſimo animo & ſuſtinuit, & purgauit Illuſtriſſimus Carranza ſecutus doctrinam Proſperi, *vbi ſuprà Epigramm.* 35.

Rectorum aduerſa pati, & tolerare modeſtè.
Ne querula in quoquam voce mouere Deum.
Cuius iudicio nulli parcetur iniquo.
Et perpet iuſtos gloria ſuſcipiet.

§. IV.

Glorioſus in ſententia iuſta contra ipſum lata.

SAnctæ memoriæ Gregorius XIII. ſummus Pontifex & in cauſis fidei Summus iudex *ann.* 1576. *die* 14. *April.* in Throno iuſtitiæ pro Tribunali ſedens, finem, & terminum poſuit cauſæ Illuſtriſſimi Carranzæ, quæ à tempore felicis recordat. Pauli Papæ IV. qui ab inquirendum & examinandum teſtes, ſpecialiter delegauit poteſtatem D. Ferdinando Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & auctoritate Apoſtolica pro Hiſpaniarum Regnis, contra hæreticam prauitatem Generali Inquiſitori, quam inquirendi poteſtatem confirmauit Pius IV. qui ſucceſſit Paulo & idem Pius ob varia ſuſpicionis motiua commiſit, Regi Catholico Philippo ſecundo conceſſit vt ipſe nominaret iudicem, qui contra Archiepiſcopum formaret proceſſum, & nominauit Bartholomeum Gaſparem Archiepiſcopum Compoſtellanum, ſed cum Pius IV. viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſſet, ſucceſſit Sanctiſſimus Pius V. qui iuſſit & mandauit, vt Archiepiſcopi Toletani perſona vna cum proceſſu ſub tuta cuſtodia ſibi tranſmitteretur, cumque ductus eſſet ad vrbem. Idem Pius V. in continenti in arce S. Angeli ſeruare, & fideliter cuſtodire præcepit, prout in ea vſque ad præſentem ſententiæ diem eſt cuſtoditus, interim cauſa pro eius grauitate, maturo iudicio, & deliberatione tractata, reuiſa, exagitata, & diſcuſſa fuit omnibus mediis, & terminis iuridicis adhibitis, allegantibus pro Archiepiſcopo Docturibus illius temporis maioris famæ D. Martino Alpizqueta, Nauarro, & D. Alphonſo Delgado ſcholaſtico & Canonico Eccleſiæ Toletanæ, qui in hoc negotio valdè inſudarant, vt ſuum Archiepiſcopum ab impoſitis ſibi Capitulis liberarent, ſed tandem ipſis præſentibus, vna cum Archiepiſcopo ſuo, Pontifex Summus ſententiam tulit, *quod Archiepiſcopus ex deductis in proceſſu ſe reddidit, & eſſe vehementer ſuſpectum de hæreſibus, & erroribus infrà ſcriptis, ipſumque tanquam taliter ſuſpectum, vt ſe de præmiſſis expurget, atque ex noſtra & eorum Catholicorum mentibus omnem huiuſmodi ſuſpicionem depellat, eas deteſtari, anathematizare, abiurare & reuocare debere, prout eidem Bartholomeo Archiepiſcopo iniungimus, & mandamus, vt coram nobis modo & forma ſibi danda, anathematizet, abiuret, & reuocet eaſdem hæreſes & errores, &c.* & infrà, *ſuper eiſdem eum amplius nolumus moleſtari, verum ne prædicti exceſſus maneant impuniti & vt efficiatur cautior in futurum ſimiliter decernimus eumdē Bartholomeum Archiepiſcopum ſuſpendendum, & amouēdum eſſe à dicta Toletana Eccleſia adminiſtratione per annos quinque à die præſētis ſententia computādos, & deinde ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum prout à dicta adminiſtratione per dictum tempus ſuſpendimus & amouemus, &c.* & poſtea pro congrua ſuſtentatione aſſignauit mille ſcuta aurea in auro pro ſingulis menſibus.

Igitur lecta iam ſententia Archiepiſcopo coram ſummo Pontifice, ipſe Archiepiſcopus ſuper Euāgelia Miſſalis propoſitionis de quibus ſuſpectus fuit declaratus, eas abiurauit, & poſt immediate, acceſſit ad pedes ſanctitatis ſuæ, qui ei ſic eſt allocutus, conſiderans incarcerationem tuam, quam bene & ſancte docueris & prædicaueris, vtor benignitate, & miſericordia qua ſi benè vtaris in futurum, cautela in viuendo, & exemplo maiorem poteris expectare, hæc eſt in ſumma ſententia iuſtiſſime lata ex actis probatis, & allegatis in proceſſu & humillima & ex corde facta abiuratio Archiepiſcopi noſtri, qui glorioſus valdè & victor contra eos qui ipſum deprimebant euaſit, vt iam dico.

Summa eſt Romanorum Pontificum pro puritate fidei & Religionis in vniuerſa Republica Chriſtiana conſeruanda, ſemper laudabilis vigilātia, & omnium Eccleſiarum ſolicitudo, eſt enim totius Ouilis Chriſti Paſtor, cuſtos, & Rector, cui nulli magis, ſalutem ſpiritualem tueri conuenit, cui officio nullus alius ſufficit, ſine Romani Papæ influxu, & adiumento, cum enim parens ſit vniuerſalis, & publicus, & genitus & natus eſt ad publicam Eccleſiæ ſalutem, cuius ſtatus publici tutor eſt, à cuius prudentia, & regimine, velut à filo bona valetudo ouium Chriſti, & liberatio à contagio hæreſis pendet, nihil enim aliud eſt Summi Pontificis Summa dignitas, quum cura alienæ fideliū ſalutis, ſalus enim priuatorum etiam Paſtorum, illius ſalus eſt, & horum puritas fidei ab illius puritate, vt à primo fonte dimanat, quare ipſi conuenit zizania, quæ poſſunt naſci, vt tritici incrementum impediant, coercere; & impedire ne ſuffocent verum fidei ſemen, & purum à paleis conſeruet in horreum, etſi enim rigor in ſententiis aliquando appareat, non rigor, ſed lenitas & Patris manſuetudo pro aliorum remedio

membro

membrorum, æquum eſt, vt aliquod particulare membrum dolorem & vſtionem patiatur, huius enim gloriæ eſt pati, vt cætera liberentur, & laudis encomium eſt, quod manus ſe periculo exponat, vt caput illæſum perſeuetet, quamnis enim fornax in quo purificatur aurum flammas euomat, vt terrorem videntibus incutiat, at flammis terrificantibus aurum depurat ab ſcoria, ſibi immixta, quovſque ad vltimum puritatis gradum deuemat.

Satis ad rem Caſſiodor. *lib. 4. variar. ep. 50. ad Fauſtum Præpoſitum*, vbi agens de monte Veſuuio, *qui hoſtilitate ſua agros fructibus cundat. Sed non in totum durus eſt euentus terribilis præmittit ſigna grauia, vt ſuſtineantur aduerſus, volat per mare magnum, cinis decoctus, & terrenis nubibus excitatis transmarinas quoque Prouincias puluereis guttis complet, & quid campania pati poſſit agnoſcitur quum malum eius in Orbis alia parte ſentitur. Videas ibi quaſi quoſdam fluuios ire puluereos, & arenam ſterilem impetu feruente velut liquida fluenta decurrere, ſtupens ſubito vſque ad arborum cacumina dorſa intumuiſſe camporum & luctuoſo ſubito calore vaſtata, quæ latiſſima fuerant viriditate depoſita, vouit fornax illa perpetua puniceas quidem, ſed fertiles arenas quæ licet diuturna fuerint aduſtione ſiccatæ in varios fœtus ſuſcepta germina mox producunt, & magna quadam celeritate reparantur, quæ paulo ante vaſtauerat, quæ eſt ita ſingularis exceptio Vnum montem ſic infremere, vt tot mundi partes probatur aeris permutatione terrere, & ſic ſuam ſubſtantiam vbique diſpergere, vt non videatur damna ſentire, longe, latéque pulueres rorat, &c.*

Quid ni, nonne S. Apoſtolica Petri mons Veſuuius eſt qui vſque ad altiſſimarum arburum cacumina intumet, quæ etſi lætiſſima fuerint viriditate cõſpicua ſubito calore vaſtat, & cõcretione aduſtionis cenſurarum comburit? nonne fornax eſt perpetua contrà morboſas, & hæreticàs doctrinas, ad quas ſanandas fertiles vbique terrarum arenas decretorum ſuorum, quæ ſi bene ſuſcipiantur germina ſalutaria mox producunt, & magna celeritate reparantur, ſi deuaſtata ex animo fuerint, hæc enim eſt ſingularis Sedis Apoſtolicæ exceptio, & priuilegium. Vnum montem ſic infremere, vt tot mundi partes probatur terrere, vt emendentur, & ſic ſuam ſubſtantiam (efficaciam decretorum, & ſententiarum) longe latéque pulueres ſuos rorat, vt nullum videatur damnum ſentire.

Ita contigit Archiepiſcopo noſtro contrà cuius propoſitiones infertiles & morboſas ex allegatis & probatis declaratas fornax Sedis Apoſtolicæ fertiles vouit arenas diuturna per ſexdecim annos ſiccatas aduſtione quas humilitate bene diſpoſitus ſuſcepit germina produxit ſalutaria & magna celeritate damnum ſuſpicionis reparauit. *Fuerunt enim* (ait Caſſiodorus & de Archiepiſcopo refert ſummus Puntifex) *apud illum virtutum omnium virum exercitualiu ſcrutiia* (è Cathedra & ſuggeſtu) *Quis enim non ageret bellum, qui illi potuit competens exhibere reſponſum? Quis tantum firmitate animi ſemper exegit, tanta verborum in aſſerenda veritate conſtantiam, vt merito ſe vitiſſe diceret hoſtem qui illo præſente vitare valuiſſet errorem. Hinc fuit quod eius obſequia reddiderunt prudentes, quia cautela ſemper adhibita erigit ſenſum, & dum culpam ſe formidat incurrere ſapientibus nititur aggregare.* Quot victorias in Britannia Belgio, Alemania de inimicis fidei reportauit Archiepiſcopus, tanta verborum in aſſerenda veritate conſtantia, tanta animi in fide Catholica Romana firmitate, vt dum cum illis ageret bellum, nullus hæreticorum competens potuit ad eius argumenta exhibere reſponſum, ita quod doctiſſimus Nauarrus alloquens pro illo ad Regem Catholicum Philippum ſecundum, *malleum hæreticorum* appellarit.

Aſt poſtea incautus ex allegatis & probatis declaratus cautela adhibita ſumma humilitate & ſummiſſa obedientia ſapientibus ſe aggregauit, vnde ex ſententia iuſta gloriam, & honorem, victoriámque de illis, qui ipſum calumniarunt conſecutus eſt, quamuis enim declaratus fuerit à ſummo Paſtore, *vehementer ſuſpectus*; tamen inimici, & calumniatores intendebant ipſum in hæreſes incurriſſe & per conſequens eſſe excommunicatum, per Bullam cœnæ, & ſic priuatum ſua dignitate, inhabilemque permanſiſſe ad quodlibet officium, & beneficiom Eccleſiaſticum, at Summus Pontifex declarauit ſecundum allegata & probata, nõ incurriſſe in aliquam hæreſim ſibi impoſitam, neque in aliquam pœnam pro ipſis à iure impoſitam, neque ſuam dignitatem amiſiſſe, ab omnibus enim illarum abiuratione, & publica anathematizatione ſe pleniſſime purgauit, & ſic liberum ſe conſtituit ab omni pœna, & ſuſpenſione ordinis, & officij contra hæreticos lata.

Quamuis enim pro pœna pœnitentiali (non ſtatuta in iure) illi fuerit impoſita ſuſpicio ab adminiſtratinne Eccleſiæ & fructuum ipſius, ad quinquennium (exceptis duodecim millibus ſcutorum aureorum in auro aſſignatis pro congrua) & in iure aliud eſt deponere, aut ſuſpendere aliquem ab ordinibus, officio & beneficio, aliud ſuſpendere ab adminiſtratione ad tempus alicuius Eccleſiæ, aut fructuum, hæc enim eſt pœna pœnitentialis arbitraria, & non iure ſtatuta, & datur non pro hæreſi, cui pœna ſtatuta

eſt à iure omnis ſuſpenſio & priuatio beneficiorum, ſed datur pro facto aut dicto, ex quo oriri poteſt vehemens ſuſpicio de hæreſi, vnde Illuſtriſſimus die ſequenti poſt datam ſententiam miſſam publicè, & coram magna populi Romani multitudine celebrauit, & omnes illum tanquam Archiepiſcopum tractabant ipſum Illuſtriſſimum vocitantes, ſtatim poſt ſentētiam latam, vnde per ipſam nullum ex titulis honorificis amiſit.

Verè quidem de noſtro Archiepiſcopo intelligitur Prouerb. 19. n. 11. *Doctrina viri per patientiam noſcitur & gloria eius eſt, iniqua prætergredi.* Magnum certe argumentum ſanæ doctrinæ, quam ſemper prædicauit, ſemper docuit, patientia, quam in ſeuero carcere exercuit, in quo illi aſtitit Deus & in vinculis non dereliquit, tantoque doctiorem ſe oſtendit, quanto conuincitur fuiſſe magis patiens, ſua prudentia tentatus per omnia, diſtulit iram contra accuſatores, quos bene notos habebat, & ſumma lenitate ex charitate amabat; longe fuit ab eo furor, longe inſtimulata iraſcibilis, protraxit narē, quæ fuit ſicut turris libani, quæ reſpicit contra Damaſcum, vnde magnus cum eſſet maximum attraxit ſpiritum lenitatis, quæ radix eſt totius Chriſtianæ Philoſophiæ, quare ita lōganimis extitit in aduerſis, quod ſæuientē fortunam, pudore victam in ſui adiutorium cōuerterit, fuitque tam magni animi, fortitudinis & ſapientiæ, vt ſuperiorem ſe exhiberet, & ſublimiorem omni iniuria, fortuna, & aduerſitate, vnde egregie Gregorius *lib. 2. in Ezechiel. homil. 21. Iudex doctrinæ patientia eſt, tanto igitur quiſque doctus oſtenditur quanto patiens fuerit, eſt enim menſura ſapientiæ, menſura patientiæ.* O quam ſapiens? quam prudens? Noſter Archiepiſcopus in tribulationibus, in anguſtiis, in longis itineribus, in carceribus, in falſis fratribus, in ſuſtinentia ſenēctiæ Pontificiæ, à qua ſe immunem coram Deo ſentiebat, in remiſſione iniuriarum, & innumeris aliis imbonitatibus quas ſuſtinuit, habebat enim longam & magnam, & tanto longiorem, & maiorem quanto in altiſſima dignitate conſtitutus ab omnibus ſuis fere derelictus omnibus ſuperior factus eſt, comprehendit enim eum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ Charitatem Chriſti, qua illos diligebat, & remittebat iniurias.

Huic hemeſtichio alterum, *eiuſdem verſus* apte conuenit *& gloria eius iniqua prætergredi*, quod ſic ſatis ad rem explicatur à quibuſdam. Aduerſa, probra, & iniurias prætergredi, ideſt diſſimulare, deſpicere, & quaſi non videre, non curare, nihil facere, ingens eſt non tantum ſapientia, ſed & gloria, ſplendor, & magnificentia, hoc enim indicat imo efficit hominē glorioſum, ſplendidum, & magnificum vtpote vituperio ſuperiorem, terra celſiorem, ac conſortio, felicitate, & gloria Dei, & Angelorum, quos nulla probra tangunt perfrui incipientem, vnde tranſit & tranſiliit ſuper præuaricationem (ſibi impoſitam) ſicut enim viatores ſi in ſordes, foſſas, & cloacas incidant, non per eas tranſeunt ne maculentur; ſic pariter ſapiens magno animo ſuperat, & tranſcendit omnia dicteria, conuitia, iniurias, eaſque quaſi viles & exiles infra ſe poſitas deſpicit pedibus calcat, imo quaſi in cœlo poſitus ex alto videt & ridet.

Glorioſus, ſplendidus, & magnificus extitit Archiepiſcopus, gloria, ſplendor & magnificentia orta ex ſententia iuſtiſſima ſecundum allegata & probata, quam contra ſe fulminauit Summus Eccleſiæ Iudex, & Rector, in qua tot probra, tot iniuriæ, tot conuitia quia male ſentire de fide dicebant accuſatores, & teſtes, continebantur, at his omnibus ſe ſuperiorem monſtrauit, tranſiit, pertranſiliit ſuper præuaricationem à fide, de qua fuit accuſatus, eam tranſcendit tanquam dicteria, quæ ipſum ſuſpectum reddebant, at ſuſpicionem vehementem, vehementi abiuratione expurgauit, & tanquam per veram & puram fidem Catholicam Romanam conſtitutus victor ad cœleſtem Patriam, foſſas, ſordes, cloacas, in quas incidiſſe iudicabat pars aduerſa tranſcendit & per eas non tranſiiſſe, nec eis maculatum fuiſſe declarauit Sedes Apoſtolica, quamuis de hoc vehementer ſuſpectus fuerit ſecundum allegata & probata, quod clara & diſtincta adiuratione & anathematizatione penitus exterſit; purificauit; liberum ſe oſtendit, & ſic accuſationes de macula hæreſeos exiles, debiles, & nullius efficaciæ infra ſe poſuit, deſpexit, pedibus calcauit, & quaſi in cœlo poſitus ex alto vidit & riſit ad pedes Sanctiſſimi Pontificis cōnuolutus glorioſus, ſplendidus, & magnificus euadens ex ſententia lata, ex qua non eſt in ſeruitutem tractus, qui lucere gratia dignitatis talem ſiquidem non oportet publicè ſuperari, quem amatorem fidei, & æquitatis conuenit inueniri, qui aſperas nonnunqam Eccleſiæ Romanæ curas aſperas valde inter hæreticos habitans ſermonis ſuauitate, & efficacia deliniuit, blandus alloquio ſupplicantium fidelis Patronus, accuſare neſciens commendare præſumens, qui tanta ſe animi puritate clarificauit, & in nihilo à parte Romanæ Eccleſiæ ſe diſſociari oſtendit glorioſa abiuratione, & anathematizatione ſibi impoſitorum, vnde egregie de ipſo S. Proſper videtur ceciniſſe *epigram. 52.*

Qui vult aduerſis ornatam ducere vitam
Et tolerare magis vult mala quam fugere;

Mens

Mens etenim recta, & puri ſibi conſcia cordis
Hoc plus ſplendeſcit, quo magis atteritur.

§. V

Glorioſus morti iam vicinus.

REaſſumo gloriam quam conſecutus eſt Archiepiſcopus noſter ex ſententia Pontificia in ſe lata, vt gradum ſuperiorem aſcendam gloriæ in ipſius triumphali morte ex *Pſal.* 115. *verſ.* 1. in quo ſic cecinit Regius Pſaltes: *Credidi propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ſum nimis.* ad quæ verba Aug. eiuſdem Pſalm. enarrat: *Dicat ergo iſte bonus ſeruus cantans Alleluya, ſacrificans Domino ſacrificium laudis et à quo auditurus eſt intra in gaudium Domini tui exultet, & dicat: Credidi propter quod locutus ſum, hoc eſt, perfectè credidi, non ait credidi, & locutus ſum, ſed propter hoc dicit locutum, quia credidit: Ego autem humiliatus ſum nimis. Paſſus enim eſt multas tribulationes propter verbum quod fideliter tenebat, fideliter impendebat, & humiliatus eſt nimis. Cur addidit, ego autem, niſi quia homo humiliari poteſt ab eis qui veritati contradicunt, nam ipſa veritas, quam crediſſet loquutur, eſt territus reſpexit humilitatem ſuam, & vt vidit non de ſe ſibi eſſe præſumendum: quantum enim ad ipſum hominem pertinet mẽdax eſt, ſed gratia Dei verax effectus eſt, ne preſſuris inimicorum cedens non loqueretur quod crediderat, ſed negaret.*

Archiepiſcopum Toletanum Hiſpaniarum Primatem videtur Auguſt. dum hæc loqueretur præſentem habuiſſe, canentem cum Dauide *Alleluya*, & ſacrificans Domino ſeipſo ſacrificium laudis, dum auſcultaret iuſtiſſimam Pontificis ſententiam credidi, perfectè credidi, in nullo à fide Catholica Romana diſceſſi, eam fideliter tenui, fideliter impendi, inter hæreticos quncumque abij, vbicumque habitaui, ob hoc ad Primatiam inuitus euectus ſum. Ego autem humiliatus ſũ nimis, & paſſus tribulationes multas, & vltimam ſententiam Pontificiam, fidem in Deum retinui etiam cum ipſe cogerer dicere me *vehementer dictum eſſe*; tráſfer Varablus. Cogebar carcere, ærumna, Inquiſitione, teſtibus, examine iudicum, at fidẽ in Deum ſemper retinui, at humiliatus ſum, coactus ſententia, abiurare, & vehementem ſuſpicionem purgare, conterritus reſpexi humilitatem meam videns non eſſe mihi de me præſumendum, etenim quantum ad me pertinet mendax ſum, ſed gratia Dei factus ſum coram populo ſuo verax; ne inimicorum preſſuris cedens, non loquerer quod credideram ſed negarem, vnde vota ſuo Domino credidit in conſpectu omnis populi eius Romani, in medio tui Hieruſalem Romanæ Eccleſiæ quam matrem nominat, coram qua ſe purgat à ſuſpicione cõcepta de ipſo, quia omnis homo mendax, vt autem mendax non ſuſpicetur, filius altiſſimi factus, trepidans ſpiritu fiduciæ impletus pene emortuo corde reuiuiſcit, non in ſe fidens ſed in eo qui linguas infantium facit eſſe diuerſas, qua filium pronuntiat liberum ab omni ſuſpicione tanquam filius liberæ non ancillæ, vnde clamabat cum Paulo II. *ad Chorint.* 1. *n.* 12. *gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* quod in ſimplicitate cordis & ſynceritate Dei & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. Poſt tribulationem, quam paſſus eſt Apoſtolus in Acáia, vbi ſuprà mudum grauatus fuit ſuprà virtutem, ita vt tædere ipſum etiam viuere, conſolatúſque fuerit à Deo, huius conſolationis cauſam aſſignat, *teſtimonium conſcientiæ ſuæ*, quæ ſemper fuit ſimplex, ſyncera, quia non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſatus fuit.

Hoc teſtimonium conſcientiæ propriæ, cui homo plus debet ſtare in cõſpectu Dei, quam teſtimonio aliorum qui iudicent ſecundum ea quæ foris ſunt, etenim ſemper habuit rectitudinem intentionis, in iis circa credenda proponit S. R. E. nec ab illa in apice diſceſſit coram Deo, hoc inquam conſcientiæ teſtimonium pleniſſimè exhibuit morti iam proximus, antequam ſacram Euchariſtiam ſumeret coram toto conuentu fratrum & coram tribus ſecretariis ſuæ cauſæ, quos ad ſe vocari iuſſit (ſic fans poſita pixide ſuper altare) vt ipſi qui in Sacri Tribunalis ſecreto hiſtoriam vitæ ſuæ bene norant etiam poſſent teſtimonium ferre. *Quod coram Deo veritatis cui ſuarum omnium actionum rationem erat redditurus nunquam dixiſſe, neque feciſſe, aut imaginaſſe, aut in mentem veneril aliquid diſtortum contra S. Sedem Apoſtolicam directè, vel indirectè, imo potius pro illius obſequio in Alemania, Flandria, Britanhia, Hiſpania & Concilio Trident. perſonam, & vitam periculis expoſuiſſe, & quod ex intimo corde ignoſcebat perſecutoribus ſuis; ſperans breui in Patria cæleſti pro ipſis rogare, præcipuè pro illis qui acrius ipſum ſunt perſecuti.*

Et cum vnus ex tribus Secretariis reſpondiſſet, quod iam cauſa terminata erat data & publicata ſententia, & ſic quod ipſi nihil iuridicè poterant ſcribere. Reſpondit Archiepiſcopus. *Verum eſt cauſam fuiſſe iam finitam, ſed tria habeo proferre in quibus me conſcientia non mordet. Primum me non habere ſcrupulum de odio quod modo aut vnquam habuerim, alicui eorum qui in ſuo proceſſu contra ipſum ſunt proloquuti; dictis, aut factis ſint perſecuti, imo potius pro ipſis preces continuas fundebat. Secundum ſententiam latam à Summo Pontifice iuſtam, Sanctiſſimam, & prudentiſſimam*

puram, & charitatem ſynceram, iuſtorũ animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis, viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace, etſi enim Archiepiſcopus non paucas incommoditatus fuerit paſſus ſpes illius immortalitate plena extitit, Deus enim tentauit illum, & inuenit dignum ſe, & raptus eſt in cœlum, vt gloria perfrueretur æterna, in paucis enim correptus, multis beneficiis eſt affectus, & glorioſus effectus in morte ſua maxime felicitatibus conſpicuus, ad quod tanquam aurum in fornace probauit illum & quaſi holocauſti hoſtiam accepit, fulgenſque eſt, & tanquam ſcintilla ſplendida in arundineto diſcurrit, hoc eſt inter hæreticos, & infideles, inter quos nunquam mentem, pedem intelligentiæ ſitiat, ſed velut ſcintilla, & fulgetrum emicans Angliæ, Flandriæ, Alemaniæ decurrit, volauit micans, & illuſtrans.

Vnde ſplendor iſte ad veſperam vitæ illi conſurgit, & cum ſe conſumptum putat, oritur, vt lucifer matutinus, habens fiduciam propoſita ſibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormit & eius faciem multi deprecabuntur ex Iob *cap. 11. verſic. 17.* ad quæ ſic Gregorius *lib. 10. Moral. cap. 12. Rectè lucifero iuſti anima comparatur, ſolem quippe præcurrens lucifer nunciat, & quid nobis ſanctorum innocentia, niſi ſequentis iudicis claritatem clamat? in eorum namque admiratione conſpicimus quid de veritate veri luminis æſtimemus, Sancti enim viri quia Summa medullitus diligunt, in infirmis dura patiuntur, ſed in fine gaudij lumen inueniunt quod habere in hoc ſpacio præcurrentis vitæ contemnunt, iuſto enim meridianus fulgor ad veſperum ſurgit, quia quanta ſibi claritas maneat cum iam occumbere cœperit agnoſcit. Hinc namque ſcriptum eſt. Timenti Deum benè erit in extremis qui in huius quoque vita adhuc certamine poſitus cum ſe conſumptum putauerit, vt lucifer oritur, quia foris cadens intus innouatur, & quo magis exterius aduerſa tolerat, eo vberius virtutum lumine interius corruſcat Paulo atteſtante, qui ait, ſed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tamen is qui intus renouatur de die in diem, vnde & apte ſubditur & habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, tanto namque ſpes in Deum ſolidior ſurgit, quanto pro illo quiſque potiora pertulerit, quia nequaquam retributionis gaudium de æternitate colligitur, quia non hîc prius pia in tribulatione ſeminatur. Hinc per Pſalmiſtam dicitur. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autem venient portantes manipulos ſuos. Quia igitur nunc per tribulationem ſeritur, vt poſt gaudij fructus metatur tanto maior fiducia mentem roborat, quanto hanc fortior pro veritate afflictio anguſtat. Vnde apte protinus adiungitur, & defoſſus ſecurus dormiet, quia bonis præſens labor perpetuam ſecuritatem parit, vnde & defoſſum ſecurum dormire iam nouerat qui dicebat. Ego enim iam delibor & tempus reſolutionis meæ inſtat, bonum certamen certaui, curſum conſummaui fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Quia enim contra mala tranſeuntia ſine defectu certauerat de manſuris nimirum gaudiis ſine dubietate præſumebat. Vnde & adhuc ſubditur, requieſces & non erit qui te exterreat, quia qui in ſolo æternitatis deſiderio figitur, nec proſperitate attollitur neque aduerſitate quaſſatur, dum nihil habeat in mundo quod appetat, nihil eſt quod in mundo pertimeſcat. Hinc eſt, quod Salomon ait non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit. & iterum dicit. Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit. Vnde & Sophar protinus adiungit, & deprecabuntur faciem tuam plurimi, &c.*

Mirabile laudis elogium ex his pro Archiepiſcopo Primate, & pulchra anazephaleoſis omnium quæ tam in vita, quam in morte glorioſa ex magnis tribulationibus contigere concinnatur iam ad portas mortis exiſtens innocentia ſua velut lucifer matutinus exoriens, claritatem iudicis diuini nuntiat, dum in infirmis dura patiens ſumma medullitus diligebat, ſuam circa eam puritatem proteſtans trina repetita confeſſione, & in fine gaudij lumen inuenit, & ſic ad veſperam vitæ fulgor meridianus effulſit, agnoſcens iam moribundus quanta ſibi claritas ſuperat poſſidenda apud Deum & homines & dum ſe in fama conſumptum per ſententiam Pontificiam putabat, vt lucifer oritur totius populi Romani publico de innocentia concentu, & publica acclamatione, & quo magis exterius aduerſa tolerauit, eo vberius virtutum lumine coruſcat, licet enim exterius homo correptus corruptus ſit, tamen intus innocens monſtratus renouatur, quotidie, de die in diem eiuſque ſpes ſolidior exurrexiſſe iudicatur, quo potiora ſuſtulit, dum ambulant ſeptem Eccleſiarum ſtationes flens ibat mittens ſuæ fidei & deuotionis ſemina, veniens venit portans manipulum bonorum operũ iam collectum vt nouam Eccleſiam Hieruſalem deſcedentem de cœlo tanquam ſponſam ornatam viro ſuo ingrederetur. Vnde terra defoſſus ſecurus dormit à perturbatione linguarum, nunc enim dormiens ſilet coram hominibus, cum veritas fidei ſuæ patet corã Deo dicẽs bonũ certamen certaui, fidẽ ſeruaui, & ſic ſõno meo dulciſſimo requieſco gloria apud Deũ, & homines Illuſtr. & cõſpicuus, quare (ait) ſic requieſco, vt nullus malcuolus valeat me exterrere ſũ tãquã leo, abſque terrore contra eos qui me accuſarunt, hi enim etſi bono zelo contra me depoſuerint anceps eſt, an fuerit ſecũdũ ſciẽtiã, vt enim ait Magn. Greg. *l. 4. Mor. c. 10.* agẽs de amicis Iob

quí ſub ſpecie boni zeli ipſum reprehendunt, ſic loquitur in perſona S. Iob de Archiepiſcopo Primate.

Viciſſim ſe amici eius increpationem ſubiiciunt, dumque ad contentionis verba proſiliunt, eã pro qua venerant causã pietatis amittunt. Qui quidem non praua hoc intentione faciunt, ſed quamuis percuſſo affectum exhibeãt, percuſſum tamen non niſi pro iniquitate crediderunt, dumque intentionem bonum, nequaquam locutio cauta ſubſequitur ipſa pietatis propoſitio in transgreſſionis vitium vertitur. Penſandum namque fuerat, cui & quum loqueretur. Iuſtus quippe erat ad quem venerant, ex anteacta eius vita debuerunt ea, quæ intelligere non valebant, illius verba pendere, qui etſi qua forſitan diuerſa ſentirent, dignum profectò erat, vt hæc humiliter dicerent ne percuſſo vulnere per immoderata verba cumularent, ſæpè enim quia intelligi non valent deterioribus diſplicent, vel facta vel vita meliorũ, ſed eo ab eis non temere reprehendẽda ſunt, quo apprehendi veraciter nequaquam poſſunt, ſæpe enim aliquid à maioribus diſpenſatorie agitur; quod à minoribus error putatur, ſæpe multa à fortioribus dicuntur, quæ infirmi idcirco diiudicant, quia ignorant. Quod bene bobus calcitrantibus illa teſtamenti arca inclinata ſignauit, quam quia caſuram credens leniter erigere voluit, mox ſententiam mortis accepit, quid eſt namque mens iuſti niſi arca teſtamenti, quæ geſtata à bobus calcitrantibus inclinatur, quia nonnunquam etiam qui benè præeſt dum ſubiectorum populorum confuſione percutitur ad diſpenſationis condeſcenſionem ex ſola dilectione permouetur, ſed in hoc quod diſpenſatorie agitur inclinatio ipſa fortitudinis caſus putatur imperitis; vnde & nonnulli ſubditi contra hanc manum reprehenſionis mittunt, ſed à vita protinus ipſa ſua temeritate deficiunt,& infra. *Quid eſt iuſtum de ſua condeſcenſione velle corrigere niſi inclinatam arcã ſuperba reprehenſionis manu releuare? Quid eſt iuſtum de incognita locutione reprehendere, niſi motum eius fortitudinis, erroris lapſum putare, ſed perdit vitam, quia arcam Dei tumide ſubleuat, amici igitur Iob dum contra eum quaſi in Dei defenſionem proſiliunt, diuini præcepti regulã ſuperbientes excedũt,*& infra, *Mira ſunt autẽ multa quæ dicũt, niſi in ſancti viri aduerſitatẽ dicerentur, in ſemetipſis igitur magna sũt, ſed quia iuſtũ virum transfigere appetunt, eiuſdẽ magnitudinis pondus perdunt, quin & quamlibet forte iaculum mittitur, vt dura ſaxa feriantur; ergo namque obtuſum longius reſilit, quo intortum fortius venit. Igitur amicorũ Iob dicta licet in quibuſdã valde ſint fortia, cum tamen ſancti viri fortem vitam feriunt, cunctum ſui acuminis mucronem retundunt. Quia ergo & in ſe ipſis magna ſunt, ſed contra B. Iob nullomodo aſſumi debuerũt iudex, quia incautè prolata ſunt ex perſonæ qualitate reprehendat.* Hæc ſatis ad rem Sum. Pont. Greg. Magn. quæ ſummè attendit in ſententia ferenda contra Primatem, alius Sum. Pont Gregor. item XIII.

Ea lõgiuſcule adduxi, quia ipſis delineatur tota ſeries negotij Archiepiſcopi Toletani, multa dixit, quæ aduerſarij non agnotiere, multoties diſpenſatoriè locutus incognita locutione, ab accuſatoribus, qui ab ipſis putatus eſt error, & erroris lapſum putarunt, cùm ex eius anteacta vita deberent ea quæ intelligere non valebant illius verba pendere, ſicut pepẽdit iudex ſummus & ea quæ ab accuſatoribus incautè prolata ſunt ex perſonæ qualitate moderauit, etſi enim in ſeipſis magna eſſent, quia tamen iuſtũ & innocentem coram Deo transfigere ſatagebant, eiuſdem magnitudinis pondus perdũt, & quamuis fortia eſſent, cum fortem vitam ferire intenderent, cunctũ ſui acuminis mucronem retuderunt, & quem dignum morte & priuatione officiorum diuitiarum, iudicabant immunem ab hæreſi, declarauit sũmus iudex. Quare benè *cap.4. verſ.*10. dicitur, *rugitus leonis & vox leanæ & dentes catulorum leonum contriti ſunt*, petra Eccleſiæ iudicante innocẽtem eſſe ab hæreſi Primatẽ Toletanum de illa accuſatũ, qui ereptus de tempeſtatis procella, ita pauore ſententiæ trepidat, vt ſpei fiducia exultet, quare ſecurus defoſſus dormit, vt *leo confundens mirmicaliones ſuos*; quare eius faciem multi deprecantur, & iacens defunctus in feretro in templo Mineruæ ſacræ, quod ſui ordinis Romanum eſt ſanctuarium viri innocentia & virtutum fulgores agnoſcentes, manus, pedéſque & inſulas dignitatis deoſculabantur, publicè acclamando *Sancte Dei intercede pro nobis*, hæc acclamatio non ſolum fuit facta à deuoto & fœmineo ſexu, ſed à viris grauiſſimis Epiſcopis & Archiepiſcopis & ſimilibus, viri etiã & fœminæ ſanctum virginem, martyrem vocitabant, qui ipſum videre non potuerunt ad ſepulchrũ accedentes orationes fundebant & ibant læti ſi puluerem illius acquiſiiſſent, alij vt olim fiebat ad Sanctorum & Martyrum ſepulturas, roſas, flores, & folia odorifera ſupra Archiepiſcopi mauſolæum ſpargebant, quid glorioſius? quid honorificentius? in vita & in morte coram Deo & hominibus honoratus eſt, & ſic mors illi gloriam intulit & honorem, vt enim ait Proſper *epigr.* 50.

Cuncta bonis prõſunt, quos & mors ipſa
Beatos
Efficit, vt ſumant præmia, principium.

§. VII.

Glorioſus in Funere.

Ad

AD eorum qui *ex hac vitiâ migrarunt felicitatem & infelicitatem momenti habet* (ſortiri funus illuſtre, aut ubſcurum, & ſcurrile.) *Ille igitur publicu praconiis, fauſtiſque omnibus ac celebri pōpa deducitur, religionuque humeris officiis, hoc eſt nocturnis cantionibus, ac carcorum ignibus quibus nôs Chriſtiani, piū vita diſceſſum ornandum exiſtimamus. Atque corporis elatio coniunctam cum mærore lætitiam, adfert*, dicit Grĕg. Nazianz. *orat.4 contra Iuſt. n.29.* agens de quodam imperatore, & ego adduco agens de ſepultura Primatis Toleti, cui magna accreuit felicitas ex honorifica & Chriſtiana ſepultura illi præſtita cum magnifica pompa, ſolemnibus officiis, & incredibili Populi Romani concurſu, vix enim expediti erant miniſtri funebres, ad ſepeliendum, & humandum corpus impediti à multitudine occurrente ad aſſiſtendum ſepulturæ viri inſti, qni defoſſus acquieſcit, & corpore ſoluta anima cū ſuis ſimilibus vna viuit, corpus vero venerandū & illis inſtrumentū in paſſiunibus & preſſuris tribulationum cū multo honore & cultu compoſitū, atque ornatum in Auguſto, ſacroque loco *ſitū eſt, quod veluti res chara magnique æſtimata atque recōdita in tempus regenerationis reſeruatur, multis & eximiis rebus præditum, propter quas ad alia corpora, quæ communi ac vulgari morte diſſolut a ſūt, nec cōparādū quidē eſt, idque in ſimili materia natura.* Verba ſūt Niſſeni *orat. de S. Theod.*

Hæc enim prærogatiua iuſtus honoratur hanc gloriā apud homines & apud Deū corpus emortuum vt ſine vita in æternū viuat conſequitur. Nā dic mihi ait Chryſoſt. *ho.4. ad Hebræos in expoſitio. Moral. Quid ſibi volunt claræ lampades? an nō eos tanquam athletas deducimus? quid autem hymni, an non Deum glorificamus & gratias agimus, quod eum qui exceſſit iam coronauerit, quod à laboribus liberauerit, quod eiecto metu eum apud ſe habeat, non ideo ſunt hymni? non ideo pſalmodia?* Hæc omnia ſūt lætantium bene quidem toto corpore defuncti Arhiepiſcopi Primatis Hiſpaniarum, & forſan myrrha, & aloes condito pretioſis & Archiepiſcopalibus induto, vt moris eſt in Eccleſia (quem egregie defendit Marcell. *lib.1. de ſacris cærem. ſect.13.*) Lectio aut feretro imponitur præeunte fratrum choro canētium in vnum hymnos funerales, & officia ad id deſtinata, & ſic deducunt athletam Dei ipſi gratia agentes, quod eum iam coronauerit, quod à laboribus, ærumnis perſecutoribus liberauerit, etſi ſflerent euntes venientes venient exultabant portantes manipulum ſuum, hymni enim & pſalmodiæ erant lætantiū ſigna, elatio enim corporis ſuper humeros, cum mœrore lætitiam adferebat adſtantibus omnibns, tam nobilibus quorum erat magna ſnmma, quam plebeis, quorum incredibilis numerus, corpus itaque venerandum, non ad Eccleſiæ & conuentus oſtium vt omnibus peruium pateret, ſed intra cancellos clauſum conſtituunt, nec enim populi impulſus acti forſan ſpiritu deuutionis impediri erat poſſibile, tātus erat fluxus, & refluxus eorum ad veneratinnem corporis aduentantium, vt nulla reſiſtentia adhiberi quiret, tantaque fuit hominū vtriuſque ſexus & omnis qualitatis, & nubilitatis multitudo, vt vix in Romana Curia niſi in funere Pij V. ſimilis fuerit viſa, voce interiori forſan muta ad funeris celebritatem, quod celebrabant non fletu, non planctu, non fœmineo vlulatu, quæ non cedunt in vſum & honorem defuncti, ſed laudibus vitæ quam honeſtiſſime inſtitutæ cantantes miſericordiā & iudiciū cātabo tibi Domine, & eius innocentiam publicātes, tantus erat curſus & occurſus vrbis, quod vt dicit Hieron. *de obitu Paulæ ad Euſtochium* tota ad funus eius vrbis turba conuenit & alibi *de obitu Fabiæ*, iam fama volat tanti prænuntia luctus, totius vrbis populum ad exequias congregabat, cuius multitudinis tāta fuit ad funus Archiepiſcopi concitatio, vt ne tumultus fieret in populo acclamante Primatis innocentiam, terræ datum eſt corpus ante tempus deſignatum.

Quia corpora Sanctorum in pace ſepulta ſunt *Eccleſ.44.n.14.* id eſt, in ſenectute bona, mortuus eſt enim Archiepiſcopus ætatis ſuæ *anno* 72. habuit liber Archiepiſcopatus & Primatiæ dignitatem *ſepemdecim menſes* cōcluſus in carcere *ſeptemdecim annos* egit, à carcere liberatus *ſeptemdecim* dies poſt quos in pace collectus eſt ad ſepulchrū; quæ maior gloria in hoc lachrymarū valle conſequi, aut deſiderari poteſt? (quā Abraham conſecutus eſt Gen. 25. *n.*8.) quā corpus tot tamq; longis & cōtinuis laboribus & ærumnis oppreſſum, perſecutoribus, & hoſtibus cū quibus eſt conflictatum, fretum, & fractum, requieſcere in ſepulchro inter ſuos cū quibus pacifice, & amice vixerat, & in ſepultura cōmunicare, cum illiſque ſepeliri, & quam magna ſit gloria communis tum fratribus ſepulchri, ſatis declarauit Ioſeph Geneſ. 49. *n.*31. qui noluit ſepeliri in Ægypto, in qua tantā adeptus eſt potentiam & imperiū, ſed cum Patribus ſuis in ſpelunca duplici, ſepultus eſt Archiepiſcopus noſter in Eccleſiæ fratrum ſuorum choro inter ſpeluncā duplicē inter ſepulchra duorū ſummorū Pontificnm, Leonis X. & Clementis VII. magna quidem in ſepultura gloria, quā magnā iudicabat Iub. *c. verſ.13. & 14. Nū enim dormiens ſilerē & ſomno meo requieſcerem, cum regibus & conſulibus terra qui ædificant ſibi ſolitudines, factus eis in ſepulchro æqualis* (ait Lyra) liberatus à tribulationibus & perſecutoribus iam ſecurus ab eorum impugnationibus, ad rem S. Proſper. *epigramm.23.*

Quod plerumque mali in ſanctos ſænire ſincentur.
Quodque bonis praui ſæpe noſcere queunt.
Abſque Dei nutu non fit qui corda ſuorum.
His etiam prælis glorificanda priuat
Creſcunt virtutum palmæ, creſcuntque coronæ.
Mutantur mundi prælia, pace Dei.

§. VIII.

Glorioſus in Sepulchro.

GLoriam in ſepulchro altero hemiſtichio eiuſdem ſententia poſuit Eccleſiaſticus, *c.cit.44.v.14.& nomen eorum viuit in generationem, & generationes, & per omnes ſæculorum ætates*, ideſt fama eorum in ſempiterna ſæcula perdurabit, huius famæ rectus appetitus, vt à radice dimanet à virtute eximia, quæ parit glorioſum nomẽ, & hoc ſplẽdidam glotiam apud Deum, & homines, qui vt periuit glorioſum nomẽ ſepulchrũ, & vrnam in qua buſta & cineres vſque ad tẽpus reſolutionis adſeruantur, & epitaphium in laudem, in vrna & ſepulchro iacentis inſcribunt ſine quo inglorium, & imperfectũ eſt. Egregie Plinius ſecundus *l.6.ep.10.ad Albinum.* agens de Ruffo Virgineo. *Libuit* (ait) *monimentum eius videre, & vidiſſe pænituit, eſt enim imperfectum, ſubit indignatio cum miseratione, poſt decimum mortis annũ reliquias neglectumque cinerem ſine titulo, ſine nomine iacere, cuius memoria orbem terrarum gloria peruagetur, at ille mandauerat, cauerat que, vt diuinum illud & immortale factũ verſibus inſcriberetur.*

Hic iacet Ruffus, pulſo qui vindice quondam.
Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed Patriæ.

Tam parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus conditoria extruere, omniaque hæredum officia præſumere. Nam cui non verendum, quod videmus accidiſſe Virgineo? cuius iniuriam, vt indigniorem, ſic etiam notiorem ipſius claritas facit. Monumentum ergo ſine nomine & ſine titulo inglorium eſt & imperfectum iniuriáque fit Magnati, ſi ſine Epitaphio ſit ſepulchrum in quo ſit Epigraphis laudatoria virtutis & facinorum ibi quieſcentis, pompa enim funeris temporaria & tranſit cito, at monumenti titulus perennis, eiuſque glorioſa memoria orbem terrarum peruagetur.

Neque in congrue vertus Plini; pro titulo ſepulchri Primatis inſctibi poterant in ſuæ conſtantis virtutis memoriam.

Hic iacet Carranza pulſo qui vindice quondam.
Imperium aſſeruit & ſibi, ſed Patriæ.

Etenim ſua abiuratione, & anathematizatione eorum de quibus ſecũdum allegata eſt probatus ſuſpectus vehementer ita expulit. Vindicem ſupremum à ſe, vt deinceps nullus poſſet ſuper eiſdem ipſum moleſtare, aut conturbare, quo aſſeruit, & conſeruauit Imperium Primatiatus, *& ſibi & Patriæ*, quæ gloriatur tanto Paſtore tanta excellentis innocentiæ prærogatiua fulgente, vnde Summus Pontifex Gregorius XIII. vindex Archiepiſcopi & ſententiæ latæ ſupremus iudex declarauit, quod Eccleſia Toletana ipſum Primatem Bartholomæum debebat in tabulis Eccleſiæ inſcribere, in quibus cæteri Archiepiſcopi in marmoreis lapidibus ſuo ordine inſcribũtur, ne hoc titulo ſepulchrali priuaretur ſignum clarum, quod nulla infamiæ nota fuerit denigratus per ſententiam à qua nõ ſe purgaret abiuratione facta, quidni? nonne Imp. & Sum. poteſtatem Pont. aſſeruit, firmauit, defenſauit non ſibi, ſed Eccleſiæ, Hiſpania, Britannia, Flandria, Alemania, Tridenti contra hæreticos illius vindicis crudeles & impios quos ita expulit, ita deuicit, vt corã ipſo nec mutare auderent, quare verius Epitaphium, & titulus Ruffi Archiepiſcopo inſcribi poteſt virtute enim vixit, memoriæ viuit, ſama per ora volat, ſpiritus aſtra tenet.

Sapientiam ipſius narrant populi & laudẽ eius laudat Eccleſia, ſiquidem eius vniuerſale caput idem Pont. qui ſententiã in illũ tulit vt iudex ſecundum allegata & probata, vt Pater vniuerſalis perſonam Archiepiſcopi qualificauit hunc titulũ & Epitaphiũ (quod prius conſuluit cum Sacra Congr. Eminentiſſim. Card. Inquiſitionis Generalis) eius ſepulchro inſcriptum litteris magnis ſculptis apponi iuſſit.

Epitaphium ſepulchri.

Domino Bartholomeo Carranza Nauarro Dominicano Archiepiſcopo Toletano Hiſpaniarum Primati, genere, vita, doctrina, concione atque eleemoſynis claro magnis muneribus à Carolo V. & Philippo Rege ſibi commiſſis, animo in proſperis modeſto, & aduerſis æquo, obijt an. 1579. die 2. May Athanaſio, & Antonino ſacro ætatis ſuæ 72.

Mirabile quidem teſtimoium de innocẽtia viri vix ſentẽtia lata eſt contra ipsũ à iudice ſupremo Eccleſiæ iuſtiſſ. & Doct. & iã transformatur amanter in Patrem pientiſſimum, vindicans Archiepiſcopũ ab omni næuo, quem inflexerat ſententia publicans ipsũ Illuſtrẽ & clarum genere, vita, doctrina, concione, & eleemoſynis, attribuens omnibus veri Paſtoris animi æquitate in aduerſis, & in proſperis modeſto, quibus virtutibus condecorato à Summo Pont. innocens coram Deo oſtenditur. Egregie Peluſiota *lib. 3. epiſtol.* 397. ad rem loquitur. *Non parum, vir optime verum quantum maximum edi poteſt virtutis indicium exhibes, qui bonam potius famam colligere, quam ingentes opes*

cumulare

cumulare in animam induxeris, quamobrem ſi in hac ſententia perſtiteris non defuturi ſunt, qui te laudibus vehant, ac prudentiam tuam ad omnes mortales deferant, attendit Archiepiſcopus ad bonam famam ſuam, & ſuæ Eccleſiæ conſeruandam non ad diuites, & abundãtes ſuæ dignitatis colligendos in hoc dictamine perſeuerauit in tribulationibus, & ærumnis, & longo carcere, & fuerunt laudatores omni acceptione digni, & ab aſſentatione remoti, qui encomiis & titulis honorificis, ipſum euexerint,& prudentiam, cæteráſque virtutes, quibus pollebat ad omnes mortales deferrent, ne ſine nomine iaceret & eius memoria orbis terrarum gloria repleret glorioſo & illuſtri Epitaphio in æuum duraturo omnibus legendu conſpicuo, hinc ferè ſimilem titulum poſuit Gregorius Nazianzenus, Baſilio Magno de quo in ſuo Epitaphio, ſic canit merẽs

Clarum veri præconium lumenque coruſcum
Chriſtigenis, animi nempe decore nitens
Paululũ adhuc terris ſpirabas omnia Chriſto
Largitus mentem, pectora, verba, manus
Oſtudia amplaque amicitiæ domus, ô bona Athena
O vita ſanctæ, puta beata diu,
Sciſtote vt voti compos Baſilius in Axe eſt
Gregorióſque ſolus viccula fert labiis.

Ferè eadem dicit Gregorius XIII. de Archiepiſcopo Toletano.

§. VLTIM.

Glorioſus in Cælis.

Vicit Archiepiſcopus noſter periodo omnium certaminum tam in litteris, quam in perſecutionibus ſuis, quas & paſſus eſt tot glorioſas coronas conſecutus, quot pugnas aggreſſus, tot victorias quot certamina, tot triumphos, quot bella impugnãtium, & ſic triphantium more; poſt lucratam indulgentiam, viſitando ſeptem Eccleſias Romanas, & pleniſſimum anni ſancti Iubileum ſibi & ſuis à ſummo Pontifice ſingulari gratia indultum., quadrigis intrat vrbem, in qua illi reddenda erat à iuſto Iudice Deu corona iuſtitiæ, puſt vitæ mortalis certamina, in agone enim contendit, vt incorruptam acciperet coronam, quum alij & non pauci vt corruptibilem acciperẽt cõtendebant, ſic enim cucurrit Toletanus Præſul non quaſi incertum ſic pugnauit, non quaſi aërem verberans; caſtigans corpus & in ſeruitutem redigens, ne forte cum aliorum Prædicator extiterit ipſe reprobus efficeretur, talibus enim hoſtiis promeruit ingredi immortalitatis viam, & quandã diuinitatis quæ in ipſo prius relucebat apprehendere inamiſſibiliter apprehendit vtiquẽ & ſuorum laborum tanquam præmium debitum accepit in cœlo certo agnoſcens nõ in hac vita appoſitam eſſe mercedem hominibus, ſed poſt huius abſolutionem certaminis: Hîc enim cucurrit vt illic ad palmã perueniret, hîc certamen illic præmiũ. Non enim illa hîc lõgeuæ ætatis gratia eſt, denique Abel cito uccidit, Cain ſuperuixit, ita mors innocentiæ fuit, & vita ærumnæ vt vitiere miſerrimum fuerit, mori beatũ itaque vira corporis mors eſt animæ, & rurſus corporis mors animæ libertas, dum enim ſumus in corpore ſeruit anima noſtra, & miſera quidem ſeruitute, quia de Paradiſo exulat, & à ſuo Principe peregrinatur, vbi autem fuerit iſtius carnis abſoluta vinculis in illum purum, & ſplendidum ſuperiorẽmque reuolat locum, & qui adſuit Domino Deo ſuo ſanctorumque habitaculis fruitur, & beatorum gaudet conſortiis, quod nullam iam habeat cum mortuo ſocietatẽ, & contuberniũ cadaueri dereliquerit, aſpirat ei cæleſtis gratia, nec vlla iam curarum humanarum ſolicitat exagitatio cum coram Deo mors eius ſomnus fuit, à quo excitatus vidit gloriam Dei, illi appropinquauit, Deo & Angelis cõfabulans, forsã enim fas non eſt dicere mortuus eſt, nam proborum virorum (quorũ numerum ipſe quoque augebat) ſomnus moleſtiarũ finis fuit bonorũ initiũ, ſiquidẽ certaminum finis coronarũ principiũ extitit.

Igitur Præſulẽ noſtrũ glorioſum exiſtere in cælo ibique frui ſanctorum habitaculis, & beatorum ſpirituũ cõſortiis grauiſſima ſunt indicia, & non contemnenda argumenta, à fide, charitate, & firma ſpe, quibus viuens condecoratus, à patientia, à fortitudine, qua tut ſupportauit labores, ærumnas, falſas accuſationes, carceres & imbonitates, eius priuationem bonorum, ſententiã contra ſe latã, nefanda hæreſeos audiendo, & ſimilia ex quibus innocens iudicatus non paruam eſt conſecutus gloriã, & triumphales de inimicis palmas, & victorias, fuit enim & docuit vt dicit Pont. in titulo ſepulchri, & ſic manus eſt in regno cælorum, clarus enim extitit eleemoſynis, ac pia in pauperes miſeratione, quas præmiſit vt ſibi in æternis manſionibus tabernaculũ præpararẽt. Magnus vtique Antigoniſta, qui in palæſtra dũ viueret ſpectaculũ Deo, mundo, Angelis, & hominibus, & certantẽ ſpectauere Dominus, Angeli, homines, mundus vniuerſus, & in agone vincẽs, præmiũ certaminis, & virtutis in cæleſti patria iam accepit, non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur remunerari in gloria, tot exercitia virtutum, imo potius eã gloria & honore coronare.

Neque eſt vltimo loco reponendum, ſed magni habendũ & æſtimandũ in confirmationẽ, quod Præſul Toletanus ab egreſſu animæ à corpore ſecuritatẽ habuit ſuæ gloriæ, & beatitu-

Beatitudinis in cœlo, ſic eoim cuidam viro ſanctitate conſpicuo, & contemplationi diuinorum valdè dedito. Igitur in Conuentu S. Mariæ ad Minorum Ordinis Prædicatorum Religioſus inhabitabat ſingularis virtutis, & orationis, in ſpiritu vidit S. Antoninum, & quod colloquebatur cum Hiſpaniarum Primate dicens, quod Deus ipſum ad ſe vocabat vt frueretur eius conſortio, & viſione in præmium ſuæ virtutis, & tribulationum, quas pro ipſo ſuſtinuit. Ita refert in Epiſtola quam miſit eius Confeſſor F. Dominicus de Alcola ad Eminentiſſimum Cardin. Burgenſem.

Neque eſt minoris ponderis ad confirmandam huius gloriæ cæleſtis ſecuritatem, caſus, quem refert Illuſtriſſimus D. D. Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitaous *in 4. p. hiſtoriæ ſui Ordinis lib. 2. cap.* 54. iam erat morti vicinus Archiepiſcopus, & Dominus Rodericus de Carraoza, cum illi referret quanta fidelitate bona ſua diſtribuiſſet, poſt multa concluſit, Illuſtriſſime Domine nihil opto, nihilque deſidero in gratificationem obſequiorum meorum, niſi quod vnam petat à Domino dum fuerit in eius diuino conſpectu, vt breuiter inhabitem in domo Domini in cœlo, vt ſic liberer ab intolerabilibus mundi huius ærumnis, imbonitatibus, & laboribus. Promiſit Pontifex ſe id præſtitutum. O res admiranda? ſequenti die ac exequiæ, & funeralia ſunt completa ipſe Rodericus in morbum incidens, & decumbens in eodem cubiculo & lecto ſui Præſulis, eadem ferme infirmitate ac ille vitam finiuit poſt decem dies, vnde multi non temere dicebant, quod Archiepiſcopus iam in conſpectu Agni amictus ſtola candida adimpleuit promiſſum ſuo conſanguineo & domus ſuæ propoſitum, & ſic ipſe glorioſus exiſtit in cœlo duplici laureola & Doctoris, & Virginis, nam Virginem obiiſſe depoſuerunt Medici, qui ipſum dum aperiretur ad condiendum myrrha & balſamo attente inſpexerunt, & id ex indiciis indubitabilibus adfirmarunt, quare adſerendus eſt ciuis cæleſtis Patriæ de quo Proſper. *Epigr.* 17.

Caleſtem ad Patriam Chriſto redimente vocatus.
Vitam labentis temporis hoſpes agit.
Dumque ad promiſſam requiem non per ſua tendit.
Mundana patitur multa pericla via.
Qua nunc obſeſſa verſis, non plana ſecundis.
Aut frangit trepidos, obligat aut dubios.
Inter quot laqueos currentem ad gaudia vitæ.
Non capiet mundus cui via Chriſtus erit.

Termino iam Archiepiſcopi Hiſpaniarum Primatis meritiſſimum elogium verbis Gregorij Nazian. *orat. 11. quaſt. de funere ſororis ſuæ Gorgonia. Paſtorem laudans domeſtica prædicaui, non tamen quia Paſtoris noſtri & domeſtica, ideo falſa, ſed quia vera ideo laudabiliter, vera autem non modo, quia iuſta, ſed quia nota. Nec vero ad gratiam loqui conceditur, quippe cum auditor tanquam peritus, quidam arbiter, inter orationem, & veritatem ſiet, vt immeritas laudes improbant ita merita efflagitant ſi modo probus & rectus ſit. Quo circa non hoc vereor ne vltra veritatis metas proſilirem, ſed illud contra ne infra veritatem ſubſiſterem, ac procul à rei dignitate remotus laudatione mea gloriam ipſius imminuerim, quandoquidem difficile ſit, tum actionem, tum ſermonem ipſius, laudum ornamentis adæquare. Illud autem cum abſurdiſſimum ſit propinquos conuitiis inceſſere, vel accuſare, vel aliquomodo lædere, hoc enim minimè pium cenſemus, imo ſcelus omnium maximum iudicamus. Oratione tamen & elogio aliquid nos facere arbitramur, maiorémque improborum qui nos ad gratiam locutos criminantur, quam bonorum qui meritas laudes expoſcunt, rationem habeamus cumque nos ab exterorum laudibus prædicandis ea cauſa non deterreat, quod eorum virtus haudquaquam perſpecta, & teſtata ſit (quamquam id multo æquius fuerat) amicitia tamen & ſubeunda multorum inuidia metus nos impediat, quominus notos laudemus, eoſque potiſſimum qui extremum vitæ diem clauſerunt, & à quibus gratiam inire ſtudere nimis iam ſerum ſit, quippè qui vt alia omnia ita laudatores, etiam vituperatores reliquerunt*, dixi.

Omnia ſubiicio iudicio S. R. E. finitum eſt, die 22. Nouembr. 1656. ætatis meæ 70. anno completo, cum inceptum fuerit, die prima eiuſdem menſis, eodem anno.

APPENDIX II.

Aliquarum Apoſtolicarum Bullarum circa Paſtoram etiam Cardinalium & Canonicorum perſonalem, Reſidentiam & Epiſtolarum Regis Catholici Philippi III. circa eandem Reſidentiam Canonicorum.

Conſtitutio ſuper reſidentia Epiſcuporum, Metrapolitanorum, & aliorum Eccleſiis Cathedralibus Præfectorum etiam S R. E. Cardinalium.

Vrbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Sancta Synodus Trident. ſub recolendæ memoriæ Paulo Papa III. prædeceſſore noſtro, ad diſciplinam Eccleſiaſticã reſtaurãdam, prouide ſtatuit, vt omnes quacũque, dignitate, gradu & præeminẽtia fulgẽtes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis quibuſcũq; quouis nomine, & tit Præfecti apud eas perſonaliter reſidere

reſidere deberent, alias, ſi per ſex menſes continuo abeſſent, amiſſionis quartæ partis fructũ vnius anni pœnam ipſo iure incurrerent: quod ſi per alios ſex menſes in abſentia perſeuerarent, tunc aliam quartam partem fructuum huiuſmodi eo ipſo amitterent: creſcente vero contumacia Romanus Pontifex ſuprema eius auctoritate in ipſos abſentes animaduertere, & Eccleſiis ipſis de Paſtoribus vtilioribus prouidere poſſet. Deinde ſub felic. rec. Pio I V. etiam prædeceſſore noſtro eadem Synodus declarauit, omnes eiſdem Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſiis Præfectos, etiam ſi S.R.E. Cardinales forent, obligari ad perſonalem reſidentiam in ſua Eccleſia, vel Diœceſi faciendam, nec abeſſe poſſe, niſi ob legitimas cauſas, in ſcriptis approbandas: & in eorundem decretorum Concilij executionem idem Pius I V. prædeceſſor per ſuas ſub plumbo ſub Dat. 7. Kal. Decemb. 1564. expeditas litteras, monuit eoſdem, præfatis Eccleſiis Præfectos in virtute Sanctæ obedientiæ, ac vltra pœnas in eodem Concilio contenta, ſub priuatione eorum à regimine, & adminiſtratione ipſarum Eccleſiarum, ac amiſſionis facultatum teſtandi, & diſponendi aliiſque pœnis, ſuo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis, mandauit eiſdem, vt in Eccleſiis præfatis omnino perſonaliter reſidere deberent. Denique certior factus, quod multi eorundem præfatorum erant inobedientes, motu ſuo proprio commiſit Cameræ Apoſtolicæ Auditori Generali, vt contra illos vſque ad ſententiam procederet, & ſibi deinde referret ad effectum in eos priuationis, & depoſitionis ſententiam in ſuo conſiſtorio ſecreto pronuntiandi. Succeſſiuè alij etiam Romani Pontif. contra non reſidentes diuerſa edicta publicari fecerunt, ac piæ mem. Greg. XIII. etiam prædeceſſor noſter per ſuum decretum conſiſtoriale declarauit, decreta eiuſdem Concilij de perſonali reſidentia, in Eccleſiis prædictis facienda, etiam in S.R.E. Cardinalibus locum habere, quocumque titulo illis præeſſent, ita vt à reatu & pœnis in dicto Concilio ſtatutis non excuſarentur; niſi abſentiæ cauſa in ſcriptis approbata foret, ſcientiáque vel tolerantia non excuſaret eoſdem Cardinales, nec alios Epiſcopos. Similis quoque mem. Clemens Papa V I I I. etiam prædeceſſor noſter, per ſimile conſiſtoriale decretum pro obſeruantia reſidentiæ perſonalis ab eodem Concilio ordinatæ, ſub pœnam inhabilitatis ad maiores dignitates, & Eccleſias obtinendas. Et prout in præfatis Conciliis, ac litteris Apoſtolicis, conſiſtorialibúſque decretis latius continetur. Cumque etiam nos edicta contra non reſidentes ſæpius publicari fecerimus; & tamen prædictis menſibus aliqui, etiam S. R.E. Cardinales, Metropolitanis, ſeu Cathedralibus Eccleſiis ex conceſſione Apoſtolica Præfecti, ſuæ obligationis ad perſonalem reſidentiam in eis faciendam, immemores in graue animarum ſuarum detrimentum, ac ouium ſibi creditarum præiudicium ab eiſdem Eccleſiis abeſſe continuarent, etiam ſub prætextu ſuorum titulorum Cardinalatus, præſertim Epiſcopalium, prope vrbem, ſeu in vrbis diſtrictu reſpectiue conſiſtentium, & quod in eadem vrbe in conſpectu, & præſentia noſtra moram traherent. Nos pro noſtro Paſtorali debito, nedum animarum præfatarum, ſed etiam Eccleſiarum, indemnitati prouidere volentes, in conſiſtorio noſtro ſecreto declarauimus, eoſdem S.R.E. Cardinales, qui aliis Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus præerãt, & apud eas non reſederant, nec reſidebant, non feciſſe, nec facere illarum fructus ſuos, etiam ſub prætextu, quod alicui ex dictis Eccleſiis Epiſcopalibus, quibus Cardinales in ordine priores præeſſe ſolent præſideant, & ibi vel in vrbe commorentur, aut cuiuſvis tolerantiæ, vel facultatis, præterquam per breue ſpeciale noſtrum, vel Romani Pontificis, pro tempore exiſtentis, ſibi conceſſæ, ideoque eoſdem Cardinales monuimus pro prima vice, vt ad reſidentiam huiuſmodi ſtatim ſe conferrent, ſub amiſſionis fructuum eo ipſo incurrendam & alij Canonicis pœnis, animo etiam procedendia vlteriora, ſi non paruiſſent, & prout in decreto noſtro conſiſtoriali plenius habetur. Quia vero abinde citra non omnes, prout tenebãtur, noſtra mandata exequuti ſunt, nos, vt omnino debitum ſuum agnoſcant, & animabus ſubiectis, quantum nobis ex alto conceditur, magis conſultum ſit, vlterius prouidere volentes Concil. Trident. decretis, & litteris Apoſtolicis, motuique proprio, ac conſiſtorialibus decretis præfatis in hærentes, illorumque tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererẽtur, pro plene inſertis & expreſſis habentes, motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præfata Concilij decreta, litteraſque Apoſtolicas, ac primo dictum motum proprium, decretáque conſiſtorialia præfata, & in eis contenta, quæcumque hac noſtra conſtitutione perpetua confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus aduerſus quécunque prætenſum non vſum, vel contrarium vſum innouamus, & pleniſſimè reſtituimus inſuperq; omnes & ſingulos, Eccleſiis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus quocunque nomine, ſeu titulo Præfe-

ctos, etiam S.R.E. Cardinales à præfatis ſuis Eccleſiis abſentes, in virtute ſanctæ Obedientiæ, ac ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, amiſſioniſque tam fructuum earundem Eccleſiarum pro tempore quo abſentia durauerit, quàm facultatum teſtandi,& diſponendi de bonis ſuis, à Sede Apoſtolica ſibi alias conceſſarum eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, necnon priuationis à regimine, & adminiſtratione: ſuarum Eccleſiarum huiuſmodi, aliiſque pœnis, noſtro, & Roman.Pontificis pro tempore exiſtentis, arbitrio infligendis, diſtrictè præcipiendo monemus, vt omnibus poſtpoſitis quantocitius, in Romana Curia; videlicet moram trahentes intra vnum, extra eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiam exiſtentes intra quatuor menſes, à die publicationis præſentium, in locis infra ſcriptis faciendæ, computandos, quos pro tribus Canonicis monitionibus, peremptoriiſque dilationibus, & terminis reſpectiuè eis aſſignamus, & aſſignatos eſſe volumus, ſe itineri committere, & legitimis itineribus ad Eccleſias,ſeu Diœceſes ſuas proficiſci, & ſe perſonaliter conferre, ac ibidem,vt tenentur reſidere debeant; eiſdémque Præfectis poſtquam perſonaliter ad reſidendum ſe contulerunt, necnon quibuſcumque aliis ſuas Eccleſias quandocumque perſonaliter reſidentibus, ſub eiſdem pœnis, etiam eo ipſo reſpectiuè incurrendis, iniungimus ne ab eorum Eccleſiis diſcedāt, niſi prius obtenta noſtra, & Rom.Pont.pro tempore exiſtentis,per Breue, ſeu litteras miſſiuas licentia: Illos etiam, qui in poſterum per nos, ſeu Rom. Pontif. ſucceſſores noſtros, alicui præfatarum Eccleſiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium, quouis nomine vel titulo Præfecti fuerint, etiamſi S. R. E. Cardinales quandocumque fuerint, vel ſint, ſub eiſdem pœnis etiam eo ipſo reſpectiuè incurrendis debeant, & quilibet ipſorum debeat infra præfatum tempus, à die eorum promotionis ad aliquam Eccleſiarum præfatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, vt præfertur, ex nunc aſſignamus, pariter ſe itineri committere,& ad Eccleſias; ſiue Diœceſes ſibi commiſſas, ad perſonaliter in eis reſidendum,conferre, & reſpectiue poſtquam reſidere incœperint, ab illis non diſcedere, niſi obtenta prius à Nobis & Rom. Pont. pro tempore exiſtente,licentia præfata. A quarum pœnarum incurſu nolumus poſſe aliquem ſe excuſare prætextu & ratione cuiuſcumque ſeruitij, quomodolibet præſtiti, & præſtandi pro gerendis, & tractandis negotiis quorumcunque Principum, etiam Imperatoris, & Regum,aut Rerumpublicarum, Regnorum ac Prouinciarum, nec ratione proſecutionis, ſeu defenſionis quarumcunque litium ſeu controuerſiarum, etiam Eccleſiaſticarum, vel ineundi fœderis aut cuiuſcunque alterius negotij, etiam grauiſſimi & ſpeciali mentione digni, tractandi, vel diſtantiæ locorum, aut breuitatis, temporis ob quam non videatur expectanda Sedis Apoſtolicæ licentia præfata antequam à ſuis Eccleſiis, & Diœceſibus diſcedant, aut ratione cuiuſcumque alterius cauſæ, vel occaſionis, etiam publicæ, vel alias fauorabilis, & æque piæ, etiam cuiuſlibet vtilitatis, ſiue neceſſitatis Eccleſiarum & perſonarum præter quam perſonalis intereſſentiæ in Synodis Prouincialibus, vel Congregationibus, ſeu aſſembleis generalibus in quibus Eccleſiaſtici interuenire ſolent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ officij Epiſcopatibus, vel Eccleſiis maioribus præfatis adiuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari ſolent, & tunc pro tempore, quo illæ Synodus, Congregationes, & Aſſembleæ, exercitiumque muneris, ſeu officij publici; ipſis Eccleſiis adiuncti,actu durauerint, quibus finitis, recto tramite ad Eccleſias præfatas, ſibi commiſſas ſe conferre debeant: nec etiam à prædicta reſidentia,& pœnarum præfatarum incurſu volumus excuſari S. R. E. Cardinales, nunc, & pro tempore exiſtentes, alicui præfatarum Eccleſiarum præfectos, ſeu præficiendos, etiamſi tanquam in ordine priores aliquem ex dictis titulis Epiſcopalibus, prope Vrbem, vel in eius diſtrictu conſiſtentibus, obtineant, & in poſterum obtinuerint, & in prædictis Epiſcopatibus titularibus, vrbi proximis reſederint, vel in Romana Curia in ſuis titulis reſpectiue, etiam nobis, ac Rom. Pont. ſucceſſoribus noſtris ſcientibus; videntibus, & quomodolibet tolerantibus, moram traxerint; ita vt nulla noſtra, ac Rom. Pont. ſucceſſorum noſtrorum, conniuentia, taciturnitate, & ad quarumcunque functionū, & actionum Pontificalium, etiam publicorum & ſolemnium celebrationem, receptione & admiſſione vnquam tueri ſe poſſint, & pro præmiſſorum & infra ſcriptorum inuiolabili obſeruatione committimus,& mandamus dilecto filio C. A. generali Auditori, nunc, & pro tempore exiſtenti, quatenus contra omnes & ſingulos prædictos, tam in Vrbe quam alibi & vbique locorum, nunc, & pro tempore commorantes, & in ſuis Eccleſiis, ſeu Diœceſibus non reſidentes per affixionem ad valuas Baſilicæ Sancti Petri, ac in acie Campi Floræ, & quoad præſentes in Romana curia ad abundatiorem cautelam, etiam Domi dimiſſa copia procedat: & conſtito ſibi quantum ſufficere videbitur

inſpecta, & manu Regia, de contrauentione & inobedientia præfatis vſque ad ſententiam excluſiuè procedat: & deinde nobis & Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti referat, vt nos, ac Romanus Pontif. pro tempore exiſtens in Conſiſtorio ad ſententiam declarationis incurſus pœnarum, ac reſpectiuè priuationis, ſeu diſpoſitionis, aliarumque punitionum præfatorum inobedientium, valeamus, & ipſe Pontifex Romanus pro tempore exiſtens, valeat procedere, volumus tamen, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas etiam S R.E. Cardinales citra Mõtes vel Mare exiſtentes, per quatuor, alios vero vltra Montes, vel Mare degentes, per ſeptem menſes continuos à reſidentia, in præfatis Eccleſiis facienda, ad effectum viſitandi limina Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, iuxta ſacros Canones, ac Apoſtolicas Conſtitutiones pro qualibet viſitatione excuſari, ita tamen vt tunc illis durantibus viſitationes huiuſmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus ſe diuertant, Cardinalibus vero nunc, & pro tempore exiſtẽtibus in caſu vocationis Sedis Apoſtolicæ ad electionem Rom. Pontificis faciendam accedere ſolent ad locum Conclauis ad hoc deſignati concedimus licentiam diſcedendi ab Eccleſiis præfatis ſibi commiſſis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipſius Sedis Apoſtolicæ, & extra reſidentiam in loco in quo electionem huiuſmodi celebrare continget commorandi & permanẽdi vſque ad peractam electionem, ac etiam poſtea per duos menſes poſtquam Romanus Pontifex coronationis ſuæ inſignia ſuſceperit; quo tempore elapſo præfati Cardinales niſi illico, vt præfertur, ad Eccleſias præfatas quibus præſidere eos contigerit ſe contulerint ſubiaceant pœnis ſupradictis; præſentes quoque litteras omniaque & ſingula in eis contenta de ſubreptionis, obreptionis, ac cuiuſcumque nullitatis, aut inualiditatis vitio intentioniſque noſtræ ac quocunque alio defectu quantumlibet ſubſtantiali etiam ex eo quod in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, vel prætendentes, & præſertim iidem Eccleſiis prædictis, nunc & pro tempore præfecti, etiam eiuſdem S.R.E. Cardinales præmiſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati, & auditi, ſolemnitatiſque & quæuis alia ſeruanda, & adimplenda, nullatenus ſeruatã, & adimpleta, & cauſæ propter quas præſentes emanauerint, adductæ, verificatæ, ſeu alias ſufficienter, aut etiam in aliquo iuſtificatæ non fuerint, ac quocumque alio colore, prætextu, occaſione, & cauſa, etiam in corpore iuris clauſis, & alia quacumque quantumuis rationabili, iuſta, & priuilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſario exprimenda foret, à quoquam notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius, vel controuerſiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci non poſſe; nec ſub quibuſlibet ſimilium, vel diſſimilium conſtitutionum, ſiue diſpoſitionum, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores & ſucceſſores noſtros, ac etiam per nos factarum, & faciendarum, reuocationibus, ſuſpẽſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, pro tempore quomodolibet factis, comprehendi; ſed ſemper ab illis excepta, perpetuoque valida, firmaque & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere ac per omnes & ſingulos, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inuiolabiliter obſeruari, ſicque & non aliter in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, Nuntios, & prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac quoſcumque alios, quauis authoritate, & poteſtate fungentes, ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, declarandi, interpretandi, & definiendi facultate, vbique iudicari, interpretari, declarari, & definiri debere, ita vt ſi vnquam aliquod dubium, ſeu hæſitatio ſuper præmiſſis, ſeu eorum aliquo oriri, vel ſuſcitari contingat, nullus præter nos, ac Rom. Pontif. ſucceſſores noſtros poſſit præſentes litteras quouis modo interpretari, & declarare, ac irritum, & inane, ſi ſecus à quoquam quauis authoritate contigerit attentari, decernimus; non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtol. etiam in Conciliis vniuerſalibus, Generalibus, Prouincialibus, & Synodalibus editis, & edendis, ac Cancell. Apoſt. regulis, etiam primæ, & cuiuſlibet ſecundæ editionis & quatenus foret opus, etiam de non tollendo iure quæſito, ſtatutis quoque etiam iuratis, & conſuetudinibus etiã diuturnis, & immemorabilibus Eccleſiarum præfatarum, & cuiuſlibet earum, & licentiis, alias quam, vt præfertur impetratis, ac priuilegiis, & indultis, etiam Apoſtolicis, eiſdem Eccleſiis, earumque Præſulibus, quomodolibet, & ex quacumque cauſa, hic forſan de neceſſitate exprimenda, conceſſis etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet emanatis, ac quocunque iuramento & per eoſdem, Eccleſiis huiuſmodi præfectos ſub quouis prætextu, vel cauſa præſtito, & præſtando, quod fuiſſe, & fore nullum, ac irritum, & minimè obſtare, nemini

minique ſuffragari, quominus ab integra obſeruatione præſentium in aliquo excuſari poſſit declaramus, & quatenus opus ſit decernimus, necnon omnibus & ſingulis, quæ prædeceſſores noſtri præfati in ſuis litteris, & decretis præfatis voluerunt non obſtare, quibus omnibus,& ſingulis,eorum omnium & ſingulorum tenores præſentibus,pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes ad effectum præſentium pleniſſime, ſpecialiterque & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus etiam quod ij, qui duabus, vel pluribus Eccleſiis præfatis, ex earum vnione, vel alias ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica, quocumque nomine, vel titulo præfecti ſint, vel pro tempore erunt, à reſidentia, & pœnis huiuſmodi excuſentur, dummodo in earum altera in qua de iure reſidere debent, verè, & perſonaliter reſideant, exceptis tamen, vt præfertur, Eccleſiis Epiſcopalibus, vrbi proximis, quibus Cardinales in ordine priores præeſſe ſolent: reſidentia enim ſi quæ apud præfatas Eccleſias titulorum Cardinalium fieret, aliquam excuſationem eiſdem Cardinalibus, vt præfertur, non præſtaret, quominus ipſi in alia, vel aliis Eccleſiis præfatis, quibus eos etiam pro tempore præfici contigerit, reſidere omnino teneantur, quodque vt præſentes,& in eis contēta quæcumque ad omnium notitiam amplius deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere poſſit, eædem præſentes per aliquem, ſeu aliquos ex Curſoribus noſtris, vt præfertur in valuis Baſilic. S. Petri, & in acie campi Floræ affigantur, & publicentur, quæ ſic affixæ, & publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, afficiant, & arctent, vt præmittitur perinde ac ſi vnicuique eorum perſonaliter intimatæ & notificatæ fuiſſent. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die 7. Decemb. 1634. Pontificatus noſtri anno 12.

M. A. Maraldus.

I. Sauinier.

Die 18. Decemb. 1634. affixæ & publicatæ fuerunt ſupraſcripta litteræ ad valuas Baſilic. S. Petri & in acie Campi Floræ & aliis locis ſolitis, & conſuetis, vt moris eſt, per me Andream Scalmanum SS. D. Noſtri Papæ Curſ.

Pro Magiſtro Curſorum.

Dominicus Mangilius Curſor.

BVLLA PAVLI V.

Super reſidentia Præbendatorum Miniſtrorum S. Officij.

PAVLVS PAPA V.

Vniuerſis & ſingulis Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in Caſtellæ, Legionis, & Aragonū, necnon Hiſpaniarū & vtriuſque Siciliæ Regnis, atque Dominiis chariſſimi in Chriſto filij noſtri Hiſpaniarum Regis Catholici ditioni ſubiectis, Apoſtolicæ Sedis authoritate deputatis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Alias per Nos accepto, quod dudum poſtquam fel. rec. Innocentius Papa VIII. prædeceſſor noſter motu proprio tunc Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis per Sedem Apoſtolicam deputatis, & quos infra quinquennium deputari contingeret in Caſtellæ, & Legionis, ac Aragonum, & Siciliæ, necnon Valentiæ, & Maioricarum, & Minoricarum Regnis & Principatu Cathaloniæ, reliquiſque locis temporali dominio clamem. Ferdinandi Aragonum, & Siciliæ Regis, & Eliſabethæ eius conſortis tunc in humanis agentium, Reginæ Caſtellæ, nunc vero chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico ſubiectis, & illis, quos ipſi Inquiſitores qui tunc erant, & pro tempore forent, ſuum haberent fidei Catholicæ & Officij inquiſitionis huiuſmodi Conſultoribus, vel Procuratoribus, Promotoribus, Notariis, carcerum Cuſtodibus, Nuntiis, ſiue Curſoribus, & aliis Miniſtris prædicti officij exercitio opportunis, & teneri ſolitis eorumque officia, & miniſteria huiuſmodi actu exercentibus, & quoad in officio, & miniſteriis prædictis inſiſterent, infra quinquennium fructus, redditus, & prouentus quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ tunc obtinebant, & in poſterum obtinerent, etiamſi Canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, & officia in Cathedralibus, Metropolitanis, vel Collegiatis, & Dignitates ipſæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis poſt Pontificales maiores, vel Collegiatis Eccleſiis principales forent, & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia huiuſmodi conſueuiſſent, qui per electionē aſſumi, eique cura immineret animarum, & illorum ratione percipi ſolita, quotidianas diſtributiones, anniuerſaria, & alia emolumenta quæcumque cum ea integritate percipere, & exigere libere valerēt, cum qua illa perciperent, vel haberent ſi in eiſdem Eccleſiis perſonaliter reſiderent, etiamſi in illis primam reſidentiam perſonalem non feciſſent conſuetam, & ad reſidentiam, diuiniſque intereſſendum interim in eiſdem minime tenerentur, nec ad id à quoquam valerent compelli per ſuas litteras huiuſmodi ad aliud quinquennium, & deinde piæ mem. Alexander PP. VI. etiam prædeceſſor noſter ſecundum quinquennium & litteras huiuſmodi, ad vnum, & deinde ad alterum quinquennium, ſucceſſiuè fel. mem. Iulius Pap. II. ſimiliter prædeceſ-

ſor

ſor noſter quinquenniũ per Alex.predeceſſorẽ ſecundo prorogatũ huiuſmodi ad aliud quinquennium etiam ad omnes & ſingulos alios procuratores & Miniſtros, ſeu Officiales & Nuntios officij, aut exercitij Inquiſitionis tã in Regnis, & dominiis, & locis prædictis, tunc, & pro tempore Apoſtolica authoritate deputatos, ſeu miſſos, vel alias quomodolibet deſtinatos, & in huiuſmodi fidei exercitio, verſatos, ſeu illud exercentes, aut ad officium Inquiſitionis huiuſmodi pertinentia negotia ſolicitantes, & procurantes, prorogauerat, & extenderat. Ac idem Iulius prædeceſſor, voluerat, atque decreuerat, quod dictus Inquiſitor Generalis Capitula Eccleſiarum, in quibus Canonicatus & præbendæ & Dignitates, alia beneficia huiuſmodi forent, necnon alios quoſcumque locorum ordinarios ad reſpondendum prædictis omnibus de huiuſmodi fructibus, ſeu cenſuris Eccleſiaſticis, & etiam priuationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos pro tempore obtentorum, pœnis, quas eo ipſo poſt terminum eis per generalem Inquiſitorem huiuſmodi præfigendum, niſi eiſdem officialibus & miniſtris de fructibus & emolumentis huiuſmudi reſponderent, aggrauare poſſet, & quod ſtaretur dicti Inquiſitoris generalis litteris eius ſigillo munitis, & manu ſua ſubſcriptis, & cum in pluribus ex dictis Eccleſiis duo canonicatus, & totidem præbendæ exiſterent, qui iuxta ipſarum Eccleſiarum ſtatuta, & priuilegia & indulta etiam iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ac per piæ mem. Sixtum IV. & forſan alios Romanos Pontifices pariter prædeceſſores noſtrus conceſſa, nonniſi per Magiſtros in Theologia & in vtraque, vel altero iurium Doctores, ſiue licentiatos obtineri, & illos pro tempore obtinentes ab Ipſis Eccleſiis, niſi de Prælatorum & Capitulorum Eccleſiarum eorundem expreſſa licentia vltra menſem ſe abſentare nequirent, etiam ſub pœna priuationis non ſolum fructuum, ſed etiam Canonicatuum, & Præbendarum prædictorum. Idem Iulius prædeceſſor omnes & ſingulas ſuas, & prædictorum prædeceſſorum ſuper præmiſſis cõfectas litteras, & in eis contenta quæcumque ad Inquiſitores, Conſiliarios, & Officiales, Miniſtros, Nuntios, & alias perſonas circa officium Inquiſitionis huiuſmodi intentas, qui aliquos ex dictis Canonicatibus & Præbendis Magiſtralibus; & Doctoralibus obtinerent etiam ad hoc vt in illis non reſidendo, fructus, redditus, & prouentus, ac diſtributiones, & alia iura & emolumenta eis ratione illorum debita, & debenda alias iuxta dictarum litterarum tenorem percipere poſſent, & deberent, & ob non reſidentiam, etiam ſine dicta licentia priuationis, & alias pœnas huiuſmodi non incurrerent, primum, & vltimum quinquennium, ac ſingulas litteras prædictas, etiam cum extenſione illorum ad Canonicatus, & Præbendas Doctorales, & Magiſtrales, huiuſmodi cum derogationibus ac omnibus, & ſingulis aliis in eis contentis clauſulis, ad effectum perceptionis fructuum, ac quotidianarum diſtributionum, & aliorum emolumentorum pro omnibus & ſingulis prædictis ad aliud quinquennium extenderat, & ampliauerat, & quatenus primo protogatum quinquennium huiuſmodi finitum foret, aliud quinquennium à fine tunc forſan elapſi quinquennij computandum cum omnibus & ſingulis extẽſionibus, ampliationibus, derogationibus, & aliis in dictis literis contentis clauſulis de nouo conceſſerat, & executoribus præmiſſis, quod prædicta & alia in dictis litteris vltimis cõtenta ſub ſententiis & aliis pœnis in illis appoſitis obſeruari facerent, licentiã dederat, & quia vnus in Caſtellæ & Legionis & alius in Aragonum Regnis Inquiſitores generales deputari exiſtebant, etiam aliqua Capitula Eccleſiarum in quibus Canonicatus & præbendæ etiam Magiſtrales, ſeu Doctorales & alia beneficia huiuſmodi intenti negotiis D. Fidei obtinebant quibus Capitula huiuſmodi de illorum fructibus, ac diſtributiunibus, & aliis emolumentis iuxta huiuſmodi indultũ reſpondere debeant, ad fugiendum ſolutiones, & exhibitiones, ſeu reſponſiones huiuſmodi fructuum, diſtributionum & emolumentorum, aſſerebant ſe tantum teneri ad reſpondendum illis qui in Regnis Caſtellæ & Legionis ac Granatæ ſeruirent officio inquiſitionis huiuſmodi, dictus Iulius prædeceſſor voluerat, & decreuerat quod quilibet dictorum duorum generalium Inquiſitorum præmiſſa quæ per literas prædictas ſoli Inquiſitori generali conceſſerat & commiſſa fuerant, ad effectum præmiſſorum faceret & cuiuſlibet ipſorum aſſertioni, in eaſque perſonas ſui Regni ſeu commiſſiones ad eũ pertinentes concernebant, ſtaretur, & omnia eorum quilibet facere valeret, quæ Inquiſitor generalis facere poſſet, & capitula Eccleſiarum, ac alios qui ad hoc tenebantur, ad reſpondendum perſonis officio inquiſitionis, vt prædicitur intentis de fructibus & diſtributionibus quotidianis, ac aliis emolumentis tibi ratione Canonicatuum, & præbendarum, etiam Magiſtralium & Doctoralium, aut aliorum beneficiorum per eos obtentorum alias debitis, etiamſi ipſæ perſonæ Canonicatus, & præbendas etiam Magiſtrales & Doctorales, ſeu alia beneficia huiuſmodi obtinentes in Regnis prædictis & aliquo ex eis, vbi dicta beneficia habeant,

beant, officio Inquiſitionis huiuſmodi non ſeruirent ſub eiſdm pœnis & cenſuris compellere poſſet. Et deinde etiam felicis recordat. Leo Papa X.etiam prædeceſſor noſter,quinquennium vltimo prorogatum huiuſmodi ad aliud quinquennium primo, & poſtmodum ad alterum quinquenniū quo ad omnia & ſingula præmiſſa, omneſque & ſingulas dictorum prædeceſſorum litteras prorogauerat & ampliauerat, & ſucceſſiue re.me.Clemens Pap. V I I. ſimiliter prædeceſſor noſter,vltimo dictum quinquennium per prædictum Leonem prædeceſſorem prorogatum, omneſque & ſingulas prædictorum prædeceſſorum litteras prædictas & in illis contenta quæcumque ad aliud quinquennium à fine vltimi quinquennij computandum etiam quoad eus, qui tunc ex vobis Procuratotibus, Solicitatoribus, Conſultoribus, Officialibus, & Miniſtris prædictis erant, ſeu interim forent Pontificali dignitate prædíti, per alias ſuas litteras extenderat, & ampliauerat, ac pro tempore exiſtenti dictorum regnorum, & Dominorum Inquiſitori Generali, & Ordinarios locorum & Capitula huiuſmodi, ad reſpondendum vobis, & dictis Procuratoribus, Solicitatoribus, Conſultoribus, aliiſque Officialibus, & Miniſtris durante quinquennio huiuſmodi de fructibus,redditibus& prouentibus,ac diſtributionibus anniuerſariis,& aliis in ſingulis litt. Innoc.Alex.Iul.& Leon.prædeceſſorū huiuſmodi contentis,tam per ſe,quàm per alium, ſeu alios, ad id ab eo pro tempore deputandos, ſub cenſuris, & pœnis, ac modis, & formis præmiſſis compellendi plenam & liberam facultatem conceſſerat. Et deinde ſimiliter fel. mem. Paulo Papa III. pariter prædeceſſori noſtro expoſito quod vos & dicti Conſultores, Procuratores, Officiales & Miniſtri Officij Inquiſitionis huiuſmodi pro extirpandis cuiuſcumque hæreſis fomentis & præſertim nouiter ad fidem conuerſis in ipſa fide orthodoxa conſolidandis adhuc in Regnis, & Dominiis prædictis opportuni, & neceſſarij eratis, ac propterea in Eccleſiis, in quibus beneficia Eccleſiaſtica obtinebatis,& obtinere ſperabatis, reſidere non poteratis. Idem Paulus prædeceſſor noſtris in ea parte ſupplicationibus inclinatus, vltimo dictū quinquennium omnéſque,& ſingulos prædictas litteras ac in illis contenta quæcumque ad aliud quinquennium à fine eiuſdem vltimi quinquennij computand. etiam pro Conſultoribus,Procuratoribus,Solicitatoribus, & Officialibus, ac Miniſtris prædictis, qui tunc erāt,& interim forent, Pontificali dignitate prædíti per alias ſuas litteras extenderat, & ampliauerat ac tunc pro tempore exiſtēti dictorum Regnorum Inquiſitori generali Ordinarios locorum ac capitula huiuſmodi ad reſpondendum vobis, & dictis procuratoribus & ſolicitatoribus, aliiſque officialibus,& miniſtris durāte quinquennio per eū vt prædicitur prorogato de fructibus, redditibus, & prouentibus, ac diſtributionibus, anniuerſariis, & aliis in litteris Innocentij Alexandri, Iulij, Leonis, & Clementis prædeceſſorum, ac ſuis huiuſmodi contentis tam per ſe, qnam per alium, ſeu alios ad id ab eo deputatos, & pro tempore deputandos, ſub cenſuris & pœnis ac modis & formis in dictis litteris contentis cogendi liberam & plenam facultatem conceſſerat, & dictum quinquennium cum ad aliud ſecundum quinquennium prorogauerat, prout in ſingulis litteris prædictis, partim ſub plumbo & partim ſub forma breuis expeditis plenius dicitur contineri. Succeſſiue re.me.Iulio etiam Papa III. ſimiliter prædeceſſori noſtro pro parte veſtra expoſito quod eædē cauſæ vrgebant.Idem Iulius prædeceſſor noſtris in ea parte ſupplicationibus inclinatus quinquennium vltimo prorogatum huiuſmodi & ſingulas litteras prædictas, necnon ſingula in eis contenta quæcunque ad aliud quinquennium, à fine quinquennij vltimo loco prorogati huiuſmodi computan. pro omnibus & ſingulis inibi expreſſis perſonis inquiſitionis huiuſmodi actu inſeruientibus, dicta auctoritate Apoſtolica prorogauerat, ampliauerat, & extenderat, & quatenus vltimo dictum quinquennium finitum foret, aliud quinquennium à fine vltimi dicti quinquenij computandum, quo durante vos, ac omnes alij ſub ſingulis litteris prædictis comprehenſi, indultis & facultatibus in litteris huiuſmodi contentis, vti, frui, gaudere de nouo profeſſis, de nouo conceſſerat & quaſcunque cauſas ſuper huiuſmodi rebus quibuſuis aliis, quam ipſi generali inquiſitori, tam intra quam extra Curiam Rotæ Auditoribus ac etiam Cardinalibus commiſſas ad ſe auocauerat,eaſque in quouis ſtatu eſſent, eidem generali Inquiſitori quatenus opus eſſet de nouo commiſerat, & deinde ſanctæ mem.Paulus Papa IV.etiā prædeceſſor noſter quinquennium vltimo prorogatum huiuſmodi ad aliud quinquennium & fine vltimo dicti quinquenij computādū etiam prorogauerat & extenderat, Fel. re.Pius Papa IV. ſimiliter prædeceſſor noſter quinquennium per Paulum IV.prædeceſſorem huiuſmodi vltimo prorogatum prædictum, ad aliud quinquennium, à fine quinquennij tunc vltimo loco prorogati huiuſmodi computandi prorogauit,& extendit, & piæ mem. Pius Papa V. pariter prædeceſſor omnes & ſingulas prædeceſſorum huiuſmodi ſuper præmiſſis confectas litteras, & in eis contenta quæcumque approbauit

cuit & confirmauit, ac quinquennium per Pium Papam IV. prædeceſſorem prorogatum huiuſmodi, ac ſingulas litteras prædictas cũ omnibus & ſingulis extẽſionibus, ampliationibus, derogationibus, decretis, & aliis in eiſdem contentis clauſulis, pro vobis, ac Cõſultoribus, Procuratoribus, Secretariis, Fiſcalibus, relatoribus, ac Cõmiſſariis veſtris, ad has cauſas deputatis dumtaxat à fine quinquennij vltimo prorogati huiuſmodi computandum, ad aliud quinquennium prorogauit, & extendit & quatenus opus eſſet, vltimo dictũ quinquennium à dicto fine incipiendum de nouo conceſſit; ita quod, interim vos, ac Conſultores, & alij prædicti fructus, redditus & prouentus quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, per vos vel alios prædictos tũc temporis obtentorum & impoſterum obtinendorum etiamſi Canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, poſt Pontificales maiores, vel Collegiatis Eccleſiis, huiuſmodi principales fuiſſent, dummodo ipſæ parrochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, aut alia beneficia Eccleſiaſtica curam animarum habentia non exiſterent, ac illarum ratione percipi ſolita quotidianas diſtributiones, anniuerſaria & alia emolumenta quæcũque cum ea integritate percipere & exigere valeretis, cũ qua illa percepiſſetis, vel habuiſſetis; ſi in eiſdem Eccleſiis ratione illorum perſonalem reſidẽtiam præſtitiſſetis ſingulis diurnis & nocturnis horis, ac proceſſionibus & aliis diuinis officiis intereſſendo etiamſi primam reſidentiam perſonalem non feciſſetis conſuetam, & ad reſidentiam ac diuinis intereſſendum interim eiſdem minimè teneremini, nec ad id à quoquã inuiti cõpelli poſſetis, de nouo conceſſit, omneſq; & ſingulas clauſulas ſuper huiuſmodi rebus, quibuſuis aliis, quam ipſi Generali Inquiſitori extra Curiã cõmiſſas ad ſe auocauit, illaſque in quibuſuis ſtatu & terminis conſiſtentes eidem Generali Inquiſitori, perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ, ad id per ipſum Generalem Inquiſitorẽ pro tẽpore deputand. quatenus opus eſſet de nouo commiſit. Deinde fel. record. Gregorius Papa XIII. etiam prædeceſſor noſter eorundẽ prædeceſſorum ſuper præmiſſis confectas litteras & in eis contenta quæcunque per binas ſuas priores, ſubdat, videlicet die 6. Aprilis, Pontificatus ſui, anno 5. confectas litteras cõfirmauit, & approbauit, ſuoſque plenarios effectus ſortiri debere decreuit, ac quinquenniũ per Piũ V. prædeceſſorẽ prorogatum, ſingulaſque litteras prædictas, cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis pro vobis & Conſultoribus, Procuratoribus, Secretariis fiſcalibus, Relatoribus, ac Cõmiſſariis veſtris; ad has cauſas deputatis dumtaxat, & dũmodo actu officia ſua exercerent, ad alia duo quinquẽnia prorogauit, & ampliauit, ac extendit, & quatenus quomodolibet vltimũ quinquenniũ tunc lapsũ eſſet aliud quinquennium à fine cuiuſlibet quinquennij prædictorũ incipien. ad ſuum & eiuſdẽ ſedis beneplacitũ de nouo cõceſſit & vltimo dictum quinquenniũ huiuſmodi ad aliud quinquenniũ prorogauit, ac deinde re. me. Sixtus Papa V. pariter prædeceſſor noſter omnes & ſingulas prædeceſſorũ huiuſmodi ſuper præmiſſis cõfectas litteras & in eis contenta quæcũque approbando, vltimo dictũ quinquẽnium, ad alios duos annos prorogauit, & quatenus opus eſſet, de nouo cõceſſit, ac poſtmodũ fel. re. Gregor. XIV. ſimiliter prædeceſſor noſter bienniũ à Sixto V. prorogatum huiuſmodi ad aliud quinquenniũ à fine vltimo dicti biennij extẽdit, & prorogauit; ac quatenus opus eſſet, de nouo cõceſſit. Ac S. M. Clemens Papa VIII. etiã prædeceſſor noſter deinde quinquenniũ à dicto Gregorio prædeceſſore prorogatũ ád quinquennium ſemel, iterũ, ac tertio de quinquennio in quinquenniũ prorogauit, & quatenus opus eſſet, de nouo conceſſit, & ſubinde nos vltimũ quinquenniũ per Clementem prædeceſſorem prædictũ, vt prædicitur, prorogatũ, & conceſſum huiuſmodi, ac ſingulas litteras prædictas, cũ omnibus & ſingulis, ampliationibus, derogationibus, decretis, & aliis eiſdẽ litteris contentis clauſulis, pro vobis & Cõſultoribus, & Procuratoribus in Curia Romana, & alias vbilibet reſident. Secretariis, Fiſcalibus, Relatoribus, ac Cõmiſſariis noſtris ad has cauſas deputatis, actu tamẽ inſeruiẽtibus, ad aliud quinquenniũ proximũ à fine vltimo prædictæ prorogationis cõputan. Apoſtolica auctoritate prædicta prorogauimus, ampliauimus, & extẽdimus & quatenus vltimo dictũ quinquenniũ per Clementẽ prædeceſſorẽ, vt prædicitur, prorogatũ finitum exiſteret, ad aliud quinquenniũ de nouo à dicto fine incipien. cõceſſimus, & alias prout in ſingulis prædeceſſorũ noſtrorũ prædictorum, & noſtris deſuper in ſimili forma breuis ſub dat. Videlicet die 20. Sept. 1605. Pontificat. noſtrĩ anno primo, expeditis litteris plenius continetur. Nunc autẽ conſiderantes cauſas eaſdẽ propter quas præmiſſa hactenus cõceſſa ſũt, hodie adhuc ſubſiſtere, eoſdẽq; Inquiſitores vberioribus & amplioribus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, dẽque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſingularum litterarum prædictarum etiã noſtrarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haben. ac omnes & ſingulas eorundem prædeceſſorum, ac etiam prædictas noſtras litteras & in eis contenta quæcunque Apoſtolica authoritate prædicta tenore præſentium innouantes, omneſque & ſingulos defectus, ſi qui in eiſdem interuenerit, ſupplentes vltimum quinquennium per nos, vt prædicitur

prorogatum(& conceſſum huiuſmodi ac ſingulas litteras prædictas cum omnibus & ſingulis extenſionibus,ampliationibus,derogationibus , decretis , & aliis in eiſdem litteris conrētis clauſulis,pro vobis,ac cōſultoribus, & preurarnribus in curia Romana , & alias vbilibet reſidentibus, Secretariis,Fiſcalibus, Relatoribus ac Commiſſariis veſtris , ad has cauſas deputatis;actu tamen inſeruientibus, ad aliud quinquennium proximum à fine vltimo dicti quinquennij computandum,dicta Apoſtolica auctoritate per præſentes prorogamus,ampliamus & extendimus, & quatenus vltimo dictum quinquenniam per nos, vt prædicitur prorogatum finitum exiſtat, aliud quinquennium de nouo à dicto fine incipiendum concedimus,ita quod interim vos ac conſultores, & omnes alij miniſtri & officiales prædicti hactenus deputati,& durante quinquennio huiuſmodi deputandi, actu tamen inſeruientes,omnes fructus,red ditus,& prouentus quorumcunque beneficiorum Ecclesiaſticorum,per vos,vel alios prædictos ad præſens obtentorum,& in poſterum obtinendorum, etiamſi Canonicatus & præbendæ, non tamen Theologales, quibus actu deſeruiri ſolent,dignitates,perſonatus,adminiſtrationes,vel officia in Cathedralibus, etiā Metropolitanis , etiamſi poſt Pontificales maiores , vel in Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi principales fuerint,dummodo beneficia ipſa parrochiales Eccleſiæ , vel eorum perpetuæ vicariæ,aut beneficia curam animarū habentia non exiſtant ac illarum ratione percipi, exigi & leuari ſolitas quotidianas diſtributiones & ea quæ manualia nuncupantur,& anniuerſaria & alias obuentiones & emolumēta quæcūque eum ea integritate percipere, exigere & leuare valeatis, & prædicti omnes officiales & miniſtri valeant cum qua illa percipereris,exigeretis,vel haberetis, ſi in eiſdē Eccleſiis perſonaliter reſideretis, & dicti officiales ac miniſtri ſeu omnes prædicti reſiderent ſingulis tam diurnis , quam nocturnis horis , anniuerſariis & proceſſionibus & aliis officiis intereſſendo , etiamſi in illis primam reſidentiam perſonalem non fecerítis,nec prædicti officiales & miniſtri omnes fecerint conſuetam,& ad reſidendum ac diuinis intereſſendum interim in eiſdem minime teneri , nec ad id à quoquā inuitos cōpelli valere auctoritate Apoſtolica vobis cōcedimus , & indulgemus , non obſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis , & ſingularum Eccleſiarum prædictarum,etiam Toletanus & Hiſpalenſis & quarumlibet aliarum,etiam Parrochialiū & Metropolitanarum priuilegiis, ſtatutis , & conſuetudinibus iuramento,& confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, necnon quorumcunque ſexus teſtatorum ac defunctorum diſtributionibus & ordinationibus, ac omnibus illiſque in ſingulis litteris prædeceſſorum prædictorum & noſtris huiuſmodi non obſtare conceſſa fuerant cæteriſque cōtrariis quibuſcumque,volumus autem quod Eccleſiæ & beneficia huiuſmodi debitis propterea non fraudentur obſequiis, ſed in his congrue ſupportentur onera conſueta,quodque præſentium tranſumptis,etiā impreſſis manu alicuius Notatij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis , eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur quæ ipſis originalibus adhiberetur ſi forent adhibiræ vel oſtentæ Dat. Romæ apud S.Petrum ſub annulo Piſcatoris,die 5.Mar.1610. Pontificatus noſtri anno 6.

Carta de ſu Mageſtad para el Embaxador de Roma, ſobre que no ganen los Prebendados los fructos en auſencia.

EL REY.

Dvque Primo,el Procurador General del eſtado Eccleſiaſtico de la Corona de Caſtilla y de Leon,y algunas Igleſias deſtos Reynos me eſcriuieron y hicieron Relacion el año paſado de ſeys cientos y dos que eſtando diſpueſto por todo derecho,y nuebos decretos del Santo Concilio de Trento, que todos los Prebendados Reſidan en ſus Igleſias donde Tubieren Prebendas, y que no ganen los frutos de ellas de otra manera: de algunos años a eſta parte muchas perſonas con ſinieſtra Relaciō hauian ,traydo y Pretendiam ganar Breues de ſu Santidad para que ſeles dieſen los frutos en auſencia,como particularmente le hauia traydo vn D. Iuan de Mendoza Arcediano de Salamanta,y D. Iuan Fernandez de Cordoua , Chantre y Canonigo de ellas , y vn Iuan de Rojas Canonigo de Zamora , y otras ; y que ſi ſe dieſe lugar a eſto , con ellos y con otros muchos prebendados , que preciſſamente eſtan occupados en las caſas que les permite el derecho quedarian las Igleſias tan ſolas,que el ſeruicio del culto diuino vendria en gran diminucion y ſerian defraudadas de ſus miniſtros,y leuarian los auſentes los frutos que noles perteneçen.Suplicando me el dicho Procurador General y las Igleſias eſcriuieſe,como lo hice a tres de febrero del dho año de 602. al Duque de ſeſſa vueſtro Anteceſſor en eſa Embajada,ſuplicoſe a ſu Santidad en mi nombre con mucha inſtancia que atento a las dichas cauſas tubieſe por bien mandar ànular y reuocar los dichos Breues y no permitir ſe dieſē otros ſemejantes en ninguna manera ,ni abrir puerta a coſa de que tanto daño ſe ſigue alas Igleſias de mis Reynos,y ſeruicio del culto diuino. Y agora el dicho Procurador General me ha hecho relaciō que con la diligencia que ha hecho en eſto el dicho Duque ſe remedio por entōces el dar ſe los dichos Breues, y que agora ſe comienca a pretender lomiſmo: y eſpecial mente por vn Doctor Gerony mo de leyua , Canonigo de Seuilla y otros que lo intentan:

yntentan: Suplicando me eſcriuieſſe a ſu Santidad, y a vos, para que con tiempo ſe atajaſe vn ynconuiniente, de que tanto daño recesurtan las dichas Igleſias. Y por ſer eoſſa tan prejudicial, y contra el ſanto Concilio de Trento os encargo ymando que en Recuiendo eſta ſupliqueu à ſu Santidad en mi nombre con particular inſtancia ſe ſirua tener lamano en conceder los dichos Breues como lo eſpero de ſu Beatitud. Y de los officios que hareis en ello como en negocio que tanto ymporta y en que me tendre de vos por ſeruido. De Valladolid à 12. de Nobiembre de 1605. Yo el Rey. Por mandado del Rey noſtro ſeñor Franciſco Gonzalez de Beredia.

Carta de ſu Mageſtad para el Embaxador de Roma cerca de lo miſmo.

EL REY.

MArques Pariente el Procurador General del eſtado Eccleſiaſtico de mi Corona de Caſtilla y Leon me ha hecho Relacion que en algunas ocaſiones que me han ſignificado los inconuenientes que peideeen las Igleſias de eſtos mis Reynos en el ſeruicio del culto diuino de que ſu Santidad conceda breues particulares para que ganen los Prebendados frutos de ſus Prebendas ſin reſidirlas he maudado eſcriuir ſobre ello algunas cartas para que ſe remediaſe como ſe ha hecho cō el fauor y aſiſtēcia de mi Enbajador en ſa Corte. Y que vltimamente à 11. de Nob. de laño paſado eſcriui al Duque de Eſcalona vueſtro pradeceſſor la carta cuya copia va aqui para que ſuplicaſe à ſu Santidad ſe ſeruiſſe tener la mano en conceder los dichos breues: y que ſin embargo deſto el dho Duque obtuuo vno para que vn D. Gieronymo Pacheco Canonigo de Iaen con ocaſion de ſer ſu Secretario en eſa Embaxada Goze los frutos de la dicha Prebenda por tres años ſin auer cumplido el Primero de la Reſidencia ni en trado iamas en la dicha Igleſia: y que eſtos incōuenientes con loſque antes ha referido y loſque en particular padece aquella Igleſia, teniendo muy poco numero de Prebēdas, y eſas repartidas en las Igleſias de Iaen y Baeza, y otros auſentes por ſeruicio de ella, en ocupaciones juſtas, de mas de las Prebendas que oy eſtan vacas por hauer fallecido muchos, con que las dichas dos Igleſias han quedado en la mayor ſoledad de miniſtros que jamas han tenido, y que el dicho Duque tiene otros que pudieran ayudarle, aunque eſtubiera en eſa Embaxada como ſolia. Suplicandome el dho Procurador General eſcriuieſſe ſobre ello à ſu Sātidad, y a vos de manera que con breuedad ſe reuocaſe el dho breue, y la dicha Igleſia de Iaen no ſea moleſtada con el, niſe concedan otros ſemejantes. Y yo lo hetenido por bien, y os mando que en Reciuiendo eſta ſupliqueis à ſu Santidad en mi nombre congrande inſtancia, ſe ſirua (attento las dichas cauſas, y laſque mas os pareciere Repreſentarle para el dicho fin) reuocar el dho Breue que aſi concedio al dicho D. Gieronymo Pacheco, y tener la mano para conceder de aqui adelante otros ſemejantes pues ſe ſiguen de ello otros incōuenientes que ſe han dicho y otros que ſe dejan conſiderar. Y paraque eſto ſe conſiga aſiſtireis, y ayudareis a la Perſona que ennonbre del eſtado Eccleſiaſtico de eſtos mis Reynos tratare allj deſto negocio. En que me tenre de vos por muy ſeruido. De San Lorenço el Real a 27. de Agoſto de 1606. Yo el Rey, por mandado del Rey nueſtro Señor. Franciſco Gonzalez de heredia.

Carta de ſu Mageſtad para el meſmo en quele manda procure que ſu Santidad Reuoque eſtos Breues de ganar los frutos en auſencia.

EL REY.

MArques Primo, & Procurador General del eſtado Eccleſiaſtico de mis Reynos de Caſtilla y Leon me ha hecho Relacion que hauiendo ſignificado los daños y inconuenientes que las Igleſias de ellos padeeian en el ſeruicio del culto diuino de que ſu Santidad concedieſſe breues à Prebendados de ellas para vſar los frutos de ſus Prebendas ſin reſidirlas eſtando auſentes de las Igleſias yo hauia ſeruido fauore cerle yntento eſcriuiendo ſobre ello a ſu Santidad y a mis en bajadores en eſa Corte para que hiſieſen diligēcia en que ſe Reuocaſen los tales Breues que noſe concedieſen de nuebo otros ſemejantes en ninguna ocaſion: Y que en particular os eſcriui a 26. de Agoſto de 606. hicieſedes inſtancia con ſu Beatitud Reuocaſe el breue que hauia concedido à vn D. Geronimo Pacheco Canonigo de Iaen para gozar los frutos de ſu Prebenda por tres años ſin reſidir y que no ſolo le hauia reuocado antes le hauia vuelto a Reualidar. Y que Tambien ſe hauia concedido otro Breue ſemejante a 20. de Marzo paſado a vn D. Bernardino de Ledeſma electo. Canonigo de Zamora. De loqual no ſolamente Reſultan los inconuenientes que otras vezes me ha referido el Procurador General ſino que ſe eſperaban otras ſemejantes conceſſiones que ſerian en notables ruinas de las Igleſias ſpecialmente de la de Iaen de la qual eſtan oy ſiete Prebendadores en eſa Corte ſin que vengan a reſidir ſus Prebendas, Supplicandome volvieſe a eſcriuir a ſu Santitad de nuebo ſobre ello, ò a lo menos a vos. Y por ſer eſte negotio de tanta conſideracion y el introduir ſe eſtos breues, tan prejudicial a las dhas Igleſias, y diminucion del culto diuino y muy juſto ponerſe en ello con breuedad el remedio neceſſario, os encargo y mando, que en reciuiendo eſta, ſupliqueis a ſu Santitad con inſtancia en mi nombre que atento a las cauſas que os eſcriui el dicho dia 26. de Agoſto, que le repreſentareys, y las que mas os pareciere a eſte propoſito ſe ſirua tener por bien en todo Caſo de reuocar, anular y dar por ningunos los dhos Breues concedidos a los dichos Canonigos

nigos Pacheco y ledeſma y tener la mano para no conceder de aqui adelante otros ſemejantes en ninguna manera, como lo eſpero de ſu Beatitud, y de los officios y diligencias, que hareys en ello: en que me tenre de vos por muy ſeruido, y en que me auiſeys de lo que ſu Santidad proueyere cerca deſto. De San Lorenço el Real a 13. de Agoſto de 1607. Yo el Rey. Por mandado del Rey nueſtro Señor, Franc. Gonçalez de Heredia.

Carta de ſu Mageſtad para ſu Embaxador en Roma, en la miſma materia.

EL REY.

ILuſtre D. Franciſco de Caſtro, Duque de Taurisano, a 12. di Nouiembre de 605. y 27. de Agoſto del de 606. eſcriui al Duque de Eſcalona, y Marques de Aytona vueſtros predeceſſores en eſta embaxada ſuplicaſen a ſu Santidad mãdaſe renocar los Breues que auia concedido a algunos Prabendados de las Igleſias deſtos Reynos, para ganar los frutos de ſus Prebendas ſin reſſidirlas, y tener la mano para no conceder otros por las cauſas, que vereys por las copias de mis cartas, que van con eſta. Y agora por parte del eſtado Eccleſiaſtico ſe me ha ſuplicado tenga por bien eſcriuir de nuebo à ſu Santidad, y a vos ſobre eſto. Y por ſer tan neceſſaria la Reſidencia de los Prabendados en las Igleſias, para que los officios diuinos ſe celebren cõ la auctoridad y decencia que conuiene, os encargo y mando, que en Reciuiendo eſta deis à ſu Santidad la que va cõ ella en vueſtra creencia y les ſupliqueys en mi nombre, viuamente tenga por bien, que de a qui adelãte no ſe deſpidan Breues para que los Prebendados de las Igleſias deſtos Reynos ganen los frutos de ſus Prebendas eſtando auſentes de ellas, en caſo que la tal auſencia ſea porſus particulares fines pues lo contrario eſtan per judicial para las dichas Igleſias: en lo qual aſiſtereis à la perſona que en nombre del dho eſtado Eccleſiaſtico tratare ahi dello, en que me tendre de vos por ſeruido. De Madrid à 24. de Março de 1614. años. Yo el Rey. Tomas de Angulo.

Carta de ſu Mageſtad para ſu Santidad, ſuplicandole lo miſmo.

MVy Santo Padre, al Duque de Tauriſano de mi Conſejo, y mi Embaxador eſcriuo, que en mi nombre hable à V.B. ſobre que no ſe concedan breues para ganar frutos de las Prebendas deſtos Reynos, ſin reſidirlas. Supplico à V. Santidad ſe ſirua oyrle, y dandole entero credito à lo que cerca deſto dixere, mandar tener la mano en conceder los dichos Breues que por ſer tan del ſeruicio de Nueſtro Señor y bien de las Igleſias Reciuiere en ello ſingular Gracia de V. Beatitud, cuya muy ſanta perſona noſtro Señor guarde y ſus dias acreciente a bueno y proſpero Regimiento de ſu vniuerſal Igleſia. Eſcrita en Madrid a 24. de Marco de 1614.

De V. Santidad muy humilde y deuoto hijo, Don Felipe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ieruſalem, de Portugal, de Nauarra, de las Indias. &c. que ſus muy ſantos pies y manos beſa. El Rey. Thomas de Angulo.

BVLLA CLEMENTIS VIII.

Vt Eccleſiæ præſentes faciant Procuratoris ſtatus Eccleſiaſtici exiſtentes in Comitiis.

Dilectis filiis Cõgregationi Generali Procuratorum, ſeu Deputatorum, Capitulorum, tam Cathedralium, quam Metropolitanarum Eccleſiarum, Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ad opidum de Madrid, aut aliò conuocatis, & pro tempore conuocandis.

Clemens Papa VIII.

DIlecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem exponi nobis nuper fecistis vobis, Eccleſiarumque veſtrarũ negotiis quæ in dies occurrunt tractãdis, admodum expedire vobis procuratores generales apud nos & in Sedem Apoſtolicam, & in curia catholici Hiſpaniarum Regis habere de gremio Eccleſiarum veſtrarum, ſeu etiam quarumcũque Regnorum præfatorũ collegiatarum, per vos ſeu maiori veſtrũ parte aut generali congregatione huiuſmoi abſoluta per Eccleſiam Toletanam & Commiſſarios à vobis deputatos ſeu deputandos & eligẽdos, vſque id cũ maiori eiuſdẽ generalium procuratorũ fiat. Nobis humiliter ſupplicari feciſtis quatenus procuratoribus ipſis nunc, & pro tempore exiſtentibus, omnes & ſingulos fructus, redditus & prouentus, iura, obuentiones, & emolumẽta quæcunque, in quibuſuis rebus conſiſtentia, necnon diſtributiones etiam quotidianas, etiam manuales ſolis præſẽtibus, & actu reſidẽtibus dari ſolitas, pro tẽpore quo apud nos, & Sedem Apoſtolicã, & curiã Regis præfati ad huiuſmodi negotia reſederint, & quoad Procuratorẽ apud Sedem Apoſtolicã commoraturũ etiam per ſex menſes poſt completum eius Procurationis officium concedere, aliaſque in præmiſſis opportune de benignitate Apoſtolica conſulere dignaremur. Nos igitur ſupplicationibus huiuſmodi inclinati, ac commoditate eorundem pro tempore exiſtentium Procuratorum prouidere volentes illis per præſentes concedimus, & indulgemus, quatenus durante deputatione huiuſmodi ad reſidendum in Eccleſiis in quibus ipſi Canonicatus, & præbendas ac dignitates, & officia aliave beneficia obtinuerint,

rint (dummodo tamen dignitates ipſæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis Eccleſiis actu poſt Pontificales maiores non ſint, ac Canonicatus & præbendæ huiuſmodi Doctorales, Magiſtrales, aut Pœnitentiarij, ſeu de lectura minimè nuncupentur, quos pro tempore obtinentes in ſimilibus Procuratores deputari nolumus) à quoquam nullomodo cogi, aut compelli poſſint, & nihilominus omnes & ſingulos ac quoſcunque fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque, ac vndequaque prouenientia, & in quibuſcunque rebus, & frugibus, necnon diſtributiones etiam quotidianas, ac etiam eas quæ duntaxat à ſolis præſentibus, ac diurnis & nocturnis horis Canonicis, & aliis diuinis officiis perſonaliter intereſſentibus, ac dictæ Eccleſiæ actu & realiter inſeruientibus dari, & concedi ſolent, manuales, & quocunque alio nomine & vocabulo nūcupentur, etiamſi in illis primam, & eam quam vocāt rigoroſam reſidentiā non fecerint pariformiter & perinde, ac ſi inibi præſentes & in illis per ſe ipſos, etiam quotidie Horis tam diurnis quam nocturnis aliiſque perſonaliter inſeruiſſent, & diuinis officiis ſupradictis intereſſent actuque inſeruirēt. Mādantes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac indignationis noſtræ nec nō excommunicationis latæ ſententiæ eo ipſo incurrend. pœnis; dilectis filiis Decanis, Archidiaconis, Prioribus, Præpoſitis, Cantoribus, Scholaſticis, Canonicis, & Capitulis, ac Theſaurariis, ſiue Depoſitariis Eccleſiarū in quibus dignitates Canonicatus, & præbendæ, ac beneficia huiuſmodi fuerint, aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, quacunque præfulgeāt dignitate, quatenus præfatos fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones & emolumēta, diſtributiones etiam manuales & alia iura præfata, dignitatū, Canonicatuū, Præbendarum ac officiorum, aliorumque beneficiorū huiuſmodi Procuratoribus præfatis nunc, & pro tempore, vt præfertur exiſtentibus etiam quoad Procuratorem apud Sedem Apoſtolicā cōmoraturum per ſex menſes poſt completā & finitā eius deputationē, prout ipſis ſi apud Eccleſias huiuſmodi perſonaliter reſiderent & horis præfatis & aliis diuinis officiis perſonaliter intereſſent, darentur realiter & cū effectu, cōſignent & portēt, ac ab eis ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurū, præſtari, & cōſignari faciant. Non obſtantibus præmiſſis ac Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus, vniuerſalibuſque Cōciliis, edictis ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Eccleſiarum huiuſmodi etiam iuramēto, cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate aliā roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam illis eorumque Præſulibus, & Capitulis aliiſque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis in contrariū forſan quomolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, etiāſi in illis caueatur expreſſe, quod nulli fructus alicui, niſi perſonaliter reſidenti dentur. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, eorū omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum præſētibus exprimerentur, pro plene & ſufficienter expreſſis haberi volumus, illis alias in ſuo robore permāſuris, hac vice duntaxat harum ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque cōtrariis quibuſcunque. Nos enim procuratoribus ipſis ſic deputatis, vel pro tempore deputandis, iuramenta de obſeruandis ſtatutis, & conſuetudinibus ſupradictis, per eos iam forſan præſtita, & præſtanda authoritate & tenore præmiſſis relaxamus, ipſoſque ob illorum non obſeruationem periurij reatum, aut cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas incurrere non poſſe, nec debere, ac ſi ſecus ſuper id à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane decernimus. Quocirca dilectis filiis, cauſarū curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, ac noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Hiſpaniarum Regnis Nuntio & eiuſdem ſtatus Eccleſiaſtici Commiſſariis pro tempore exiſtentibus per præſentes mandamus, quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium, ſeu alios procuratoribus præfatis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtētes faciāt authoritate noſtra eos præmiſſis omnibus & ſingulis, iuxta præſentium tenorē pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoquā quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus quibuſuis excommunicationibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & cōſuetudinibus præfatis. priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium quomodolibet cōceſſis approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importātes, mētio, ſeu quæuis alia expreſſio

habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus contrariis quibuſcunque, aut ſi Decanis, & Capitulis præfatis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datũ Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima octaua Februarij milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, Pontificatns noſtri anno ſexto. M. Veſtrius Barbianus.

APPENDIX III.

Epiſtolarum Athanaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani

contra

Abuſum aliquorum Epiſcoporum, qui Conſtantinopoli habitabant relictis ſuis diœceſibus, & ouibus derelictis.

Anazephaleoſis Epiſtolarum.

VIxit Præſul iſte temporibus Andronici Imperatoris, vt mortiferam ex Nicephoro Gregora, circa annum Chriſti 1303. (rexitque Cathedram Conſtantinopol. an. 8. cur poſtea renuntiauit ob tumultus & perſecutiones aliorum Epiſcoporum, quia eos in ſuis Epiſcopatibus reſidere vrgebat) Pontifici Rom. Benedicto II. hic IX. hic ex vita monaſtica (quam *otioſum* dicit Gregoras, quia illam profitentes, ſedent ſecus pedes Domini eius attributa, & perfectiones contemplantes) ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum ob virtutum ſingularium merita euectus, videns corruptelam ſui temporis, qua ducti multi Epiſcoporum regiam habitabant, relictis ouibus ſuis, rabidis lupis, delaniandis, quod proprium eſt mercenariorum, epiſtolas valdè vtiles conſcripſit, quibus & reſidentes laudat, vnde Epiſcopo Cretæ dicit, *quod voluntas, quã reſidendi habebat, fortis, viriliſque animi, ac rurſum tantum aſpicientia, verique Paſtoris, vere, ac legitimè certantis, & nomini, ac vocationi ſua reſpondensit, viſa eſt: non autem mercenarij, & fugientis non ſolum, ſi lupum videat, ſed ſi vulpem, vnde gregi Chriſti Principis Paſtorũ, damnum crees, & anima ſua infinitos praparet cruciatus, cur iſte non potius vitam priuatam viuere maluis, ſi cogitabat ſuccumbere, ſeque non oues paſcere, pro quibus ſanguinem ſuum Chriſtus profudit?* quod argumentum latiſſimè, & grauiſſimè proſequitur noſtris epiſtolis ſuadens, & perſuadens valids rationibus, ad perſonalem Paſtorum reſidentiam vt conſtat *ex epiſt.* 2. quæ eſt *ad Epiſcopum Sardenſium*, virum alias ſapientem, & eruditum qui ſua inani ſapientia, & eruditione, reſidere in ſua diœceſi recuſabat, quem ita ex ſacris litteris, & ex Paſtoris officij definitione reuincit, ita argumentorum efficacia concludit, vt clariſſimè conſtaret, nihil poſſe ad illa reſpondere. Vnde deſiderat vt Concilia prouincialia congregentur, vt hoc tam ſalubre Chriſti documentum exequatur, & concludit; *ſed calamitatem, & miſeriam, vt tempore ipſo facile mala ſubeunt? quale eſt hoc monſtri, quod nunc ortum eſt, vt reperiantur Epiſcopi, qui santum dent conſilium, ſuamque dicant ſententiam, non autem quí decreta. ſententiamque maiorum, tum priuatè, tũ publicè confirment, & ſanciant.*

Et epiſt. 3. ad Epiſcop. Apamea. Quẽ grauiſſime obiurgat ob abſentiã à ſua diœceſi, & ordinat quod ad ſe veniat, vt litteris acceptis ab eo abſolueretur à cẽſuris quibus ligaturs erat, vt bona cõſciẽtia eat ad munus Paſtorale adminiſtrandũ, *& vt debet verus Paſtor, reſideat ſancte ad ſanctũ arum de qua tibi participandũ eſt, ſicut Dominus pronũcianis, dignum eſſe operarium mercede ſua. Quamobrem* (ait Athanaſius) *non eſt exiſtimandum, tibi diu quauis ex cauſa abeſſe: quia potius faciendum tibi eſt, vt celeriter ire poſſis, ad eam Eccleſiam, qua tibi addita eſt, & commendata, vt ei praſis.*

Epiſtola 4. ad eundem Apamea Epiſcopum. Poſtquam ſuadet, vt ea quæ ſubreptæ fuerant ab Apamæana Eccleſia, ei reſtituant, vt ipſe Eccleſiam ſibi commẽdatam adire poſſit, éum qui honorare, à quo cuncta ſunt, *ita iuſtis & mirificis modis diſpoſita, atque diſtributa, vt vel grues ſuo tempore canãt, neque ſint omni tempore, neque omnibus graculi. Ego vero* (ait) *eum cui grex Chriſti, commiſſus eſt, ſi dignitatem muneris norit, iniquum eſſe arbitror, non vſque ad ſanguinem, ei ſtudere, & incumbere. Niſi fortè ignoratis Deum eſſe qui dixerit. Petre amas me? paſce oues meas*, quibus verbis Patriarcha clarè ſentit eſſe de verè diuino reſidentiam perſonalem Paſtorum; vnde paulo infra ad abſentiam eorum, *ſolum ſex mẽſes* pro modico tempore deſignat, his verbis *ſcis enim, qui amplius ſex menſibus à diœceſi abfuerint, niſi eos grauis morbus teneat, Canonibus, & legibus firmatum eſſe, vt ſacerdotium, & gregem amitterent. Verum nouum conſilium, & ſceleratum hic à ſceleratis hominibus excogitatum eſt, ſcilicet, mittitis aliquem, qui ſicut mulgere gregem, ipſi vero in vrbe Conſtãtinopoli, expectastis propter praſecturas ciuiles, ſubſcriptiones, intempeſtiuas ordinationes, adde etiam bullas, & decreta, & tanquam impunè ſit vobis futurum, ita procul, à diœceſi commiſſa recedetis;* quibus verbis clarè reiicit Paſtorum ſubſtituros ad regendas oues in abſentia.

Epiſt.

Epiſt.5. ad Epiſcopos ad Diœceſes ſuas proficiſcentes, eos mirificè inſtruit, quæ reſidentes in ſuis aris & Epiſcopatibus, habent populos docere, ad quæ paſcua ſalutaria, ad quos latices ducere, vt bibant de fontibus Saluatoris, eſt valdè egregia, & dogmatica, atque doctrinalis.

Ab epiſt.6. ſe ad Imperatorem conuertit, vt Epiſcopis iubeat ad ſuas ire Diœceſes, & inter alia ſic ei fatur. *Cur non iubes* (Imperator) *Paſtoribus illarum ciuitatum, vt quiſque eorum cum grege ſuo ſit, vt tum precibus Deo adhibendis, tum admonitionibus, & obiurgationibus ſuos à peccatu ſeruent atque ita Deum placent, vt minas aliquando remittat. An ſi tu oues paſtori committeres, deinde illas quidem derelictas inuenires, illum vero quieti ſua ſuiſque cupiditatibus indulgere, & ſeruire, dic obſecro, relinqueres ne Paſtorem impunitum? Non patimur oues pecudes impunè negligi, & patiamur Paſtores animarum, impunè ſeipſos paſcere, & non oues? Quid, quaſo, apud Deum excuſabimus?* vt infrà, explicans zelum animarum pro ardebat, ſubdit. *Aut igitur iube ſingulis quibuſque ad Diœceſes proficiſci ſuas, aut ſinant me ad vnum è ſuis gregibus ire, & me iure iurando obſtringam, numquam ab eo diſceſſurum, ipſi vero vrbem Conſtantinopolim ſibi inter ſe diuidant. Quod ſi nolueris propter tuam erga eos reuerentiam, cogere vt faciant quod facere debent, ego ſuſcepta cauſa, velint, nolint ex vrbe pellam, reddamque audaciæ huius rationem Deo.* O ſancta audacia! O feruens animarum zelus!

Eadem ferè repetit, *epiſt.7. ad eundem Imperatorem*, & addit cauſas ex quibus poteſt abeſſe Epiſcopus à ſua diœceſi. Prima eſt poſtquam dixit. *Profecto graue ſupplicium manet in eum, qui paſtorem arcet ab ouili.* (videant qui Epiſcopos temporalibus priuant & non ſolum ab ouili ſed à regno expellunt) *vt ſingulis annis Synodo interſit.* Secunda *ſi propter neceſſitatem ad vtilitatem animarum pertinentem, ab Imperatore, aut Patriarcha ſtatim reuerſurus vocetur. Quod ſi aliter Epiſcopis & Imperatori videatur, ſiue quid ſecus fiat, minime ipſe ſequar, neque aſſentiar vllo modo.* Vnde epiſtol.8. concludit, ad Imperatorem pertinere, *iuſtitiam, temperantiam populis ſancire, & quid* (ait) *iuſtius, quam ſi Epiſcopus, quiſque iubeatur, velit, nolit ad diœceſim ſuam redire? An non hoc debitum ſoluere tenentur, idque Canone ſancitum eſt.*

Hanc Anazephaleoſim Summariam doctrinæ valdè neceſſariæ conſtitui, vt deſiderium excitarem meo Lectori, integras Patriarchales epiſtolas perlegendi, in quibus planè inueniet compẽdiũ totius materiæ, de ſacra Paſtorum reſidentia; nullum fermè eſt argumentum ab ſcriptoribus poſteriorum ſæculorum inuentum, quod in his epiſtolis, tanquam in theſauro opulentiſſimo reconditum non inueniatur, eſt enim Patriarchæ ſalutaris doctrina veluti depoſitum, quod immutatum ſeruare debent Paſtores Euangelici, & quod ſeruare iubent Concilia, & Summi Pontifices, Regeſque Catholici.

Athanaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtolæ octo, de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia.

De Athanaſio Patriarcha Conſtantinopolitano ex Nicephori Gregoræ hiſtoria Romana lib.6. cap. 11. 12. & 13.

IN Patriarchicum ſolum Conſtantinopoli ſuccedit Gregorio Cyprio, Monachus quidã Athanaſius nomine qui otioſam Gani Montibus vitam viuebat: homo quidem rudis ille litterarum, ſcilicet alioqui bonus & admirandus quantum ad Monaſticam vitam attinet, quique fortunatus vere dici potuiſſet, ſi ſuum illud inſtitutũ tenuiſſet per omnem vitam; ſcilicet male vtique tractari, & Pont. & clericos oportebat & luere pœnas dignas ea improbitate qua contra Gregoriũ vſi fuerunt, ſtatim itaque zelo diuino exacerbato plenum oculum in eos coniecit &c: Nam qui Cõſtantinopoli inuenti ſunt eos in ſuam quoque Metropol. miſit; *ne*, inquit, *hic deſidentes aliquid malum contra vos ipſos & me conſcatis &c.* recte ſanè, dicebat enim æque eſſe, vt ſuam quiſque Eccleſiam paſceret, vt Patriarcha Conſtantinopolitanam, & vt præſentes ouium ſuarum agerent curam, non autem, vt emolumentis inde acceptis in vrbe morarentur. Non multo autẽ poſtquam ex oriente reuerſus fuiſſet Imperator Andronicus, detruſo in carcerem Conſtantino Porphyro genito & eius familiaribus ob affectatæ Tyrannidis ſuſpiciones ſcriptam reſignationem offert Athanaſius, quartum iam annum eo ſacerdotio fungens; cuius cauſa erat omnium Pont. & Monachorum & laicorum, ſpiritualem illius rigorem conferentium, tumultus, &c.

Athanaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus Epiſcopo Cretæ, volenti proficiſci ad Epiſcopatum ſuum.

CHariſſime mi Frater, & Comminiſter, gratia tibi & pax à Deo. Conſilium iſtud tuum ac voluntas quæ ad aures meas perlata eſt, fortis, viriliſque animi, ac ſurſum tantum aſpicientis, verique Paſtoris, verè ac legitimè certantis & nomini ac vocationi ſuæ reſpondentis viſa eſt, non autem mercenarij, & fugientis non ſolũ ſi lupũ videat, ſed ſi vulpem. Vnde gregi Chriſti, principis Paſtorum

ſtorum damnum creet, & animæ ſuæ infinitos præparet cruciatus, cur enim iſte non potius vitam priuatam viuere maluit ſi cogitabat ſuccumbere, ſeque, non oues paſcere pro quibus ſãguinem ſuum Christus profudit. Quemadmodum non venit huic in mentem, eius qui maledictio eum afficit, *qui opus Domini facit negligenter?* quamuis facere nomine ſimulet in cuius alioqui inſidet, quod de inſipiente ſcriptum eſt, *qui dixit in corde ſuo non eſſe Deum*, neque enim Deum ponit ne qui hoc in conſpectu eius facere audent ex quorũ numero & ordine, faxit Deus ne ſimus; adſcribatque nos inter fideles diſpenſatores, concedatque benignè, vt præſto ſimus Principi Paſtorum ad perficiendum quæ oportet, ponamuſque animas pro ouibus eius qui ſimul & demonſtrauit & edicto ſanxit, quod omnibus Paſtoribus (ſi quando alias) hodie maximè cõuenit cũ nõ ſolũ lupi graues, impij inquam, & hæretici in gregem Domini irruũt, ſed ex nobis ipſis, vt Apoſtolus ait, viri & mulieres non verentur Chriſtianos à Chriſto diſtrahere & auellere. Quã ob rem veris Paſtoribus non eſt tutum non vigilare, & nõ circumquaque omnia luſtrare, ouéſque errantes ſolum quærere, ac non magis ſolicitos eſſe pro iis quæ non errant, perterritos horum tẽporũ tenebris quæ iuſto Dei permiſſu, ac iudicio nobis illatæ ſũt, quia ſcilicet non ita viuimus, & vt decet qui nos vocauit. Sed, ô animarum noſtrarũ detrimentum? ô ingentes pœnas nobis ob noſtras libidines, & perturbatas voluntates, quæ hoc malum peperunt infligendas? hoc inquam malum vt gens Sancta per omnes campos & montes vitio Paſturum abſentiũ diſperſa ac diſſipata erret. Quare, quo celerius iſtud tuum debitum tibi inſpiratũ perſolueris, ſanctumque propoſitum perfeceris, tanto cum maiore lucro perfeceris. Debent hoc facere omnes boni Paſtores quicumque hoc nomine digni ſunt, ita vt qui ceſſarit nõ ſit impunè ceſſaturus. Etenim ſi quiſque Paſtor in Diœceſi qui illi obtigit, vel biduũ morétur experiri liceat, per multa peccata & damna non eſſe futura in populo. Perinde námque eſſe videtur, gregem abeſſe ab Paſtore, vt cæcum duce carere. Sanè augentur oues & in tuto ſunt cum præſunt veri Paſtores, nun autem qui ſolum ebibant lac & lana tegantur; omnique ſtudio & arte ſe ipſos, nun oues paſcant. Quod malum Deus ab ouili noſtro auertat, multiplicétque in eo potius quidquid diuinum deoque gratum etenim ſi quid de te auditum tantum eſt à multis de tuo ad diœceſim reditu, (quod alioqui ab omni Epiſcopo fieri debet) continuo viſũ eſt omnibus laudabile, nẽpe oues ablatas fortiter recuperare, non ablatas conſeruare viriliter, interdũ etiam alienas adiungere ad noſtras, tum errantes & admiſſas quoad fieri poſſit, quærere, ac veſtigare & inuentas in numerum eorum qui ab errore alieni ſunt, hæc inquam, quam grata Deo & Deo dediti fuerint? Idcirco quod voluiſti quia honeſtiſſimum erat, laudauerũt curdati & prudentes omnes, & imprimis Imperator ipſe qui non ſolùm approbauit, ſed magnifica verba fecit nactus hanc occaſionem Eccleſiæ vtilem, imitatus eloquentiſſimum illum virum cum quo (quoties pro Eccleſia illud dicendum eſt ad vtilitatem multorum) nemo orationis ſuauitate, copia & elegantia certare poteſt, & vſque adeo, vt dixi, propoſitum conſiliumque tuũ aptum & congruẽs viſum Imperatori eſt, vt Synodicis litteris, & edicto ſuo decreuerit, vt ex Epiſcupatu, Metropoli Menonbaſienſi ſubiecto, ducenti aurei annis ſingulis tibi redderentur, quo etiã beneficio nos obligauit, vt non ſolum propter Religionem Imperatorem laudemus & pro eo omnes Eccleſiaſtici preces adhibeamus, ſed propter variam, multiplicẽque beneficentiam atque prouidentiam. Hoc exẽplo factum eſt, vt Epiſcopus Sardenſis, præ ſtudio & cupiditate eundi celeriter ad requirendas oues ſuas, non excuſarit pericula impedimenta itineris, ſenectutem, temporiſque incommoditatem, quas omnes difficultates vicit animus ipſius promptus. Quẽ, Imperator, cum laude dignum iudicaret, & ad debitum ac ſalutare munus excitare vellet, prouidit vt eſſet, vnde illi neceſſaria cõmoda ſuppeterent, ſcilicet ſuo conſilio & auctoritate perfecit, vt decreto Synodi & edicto Regis, Metymnenſis Metropulis ei addiceretur, vt tibi hactenus addicta fuit, idque duplici nomine & cauſa, & vt Metropulita præſidio ſeptus eſſet ad regendum & vt populus ipſe Metymnenſium commodius faciliuſque regeretur, ac propter vicinitatem oues ſcabiuſæ curari poſſent oppurtunius; tum bene valentes conſeruari, & excitari ad honeſta opera. Vtrumque enim veſtrũ maledicto afficit ſcriptura ſancta, ſi cum ſuis Paſtures non vſque ad ſanguinem in iis quæ diximus efficiendi perſiſtatis, donec vt confidimus, Deus nobis propitius pacem, tranquillitatẽ, ac ſalutem cuiuſque Paſtoris gregi reſtituat, quod vt faciat placãdus, flectẽduſque nobis eſt, & nuſtris rectè factis, obedientia & vita Chriſtiana implorandus. Ita enim fiet, vt legem diuinam ſeruantes, quæ turpiter viuentes iuſte amiſimus precibus Beatæ Mariæ reſtituantur, Vale in Chriſto.

Athanaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus Epiſcopo Sardenſium, epiſt. 11.

NOſti quemadmodum ſapientia diſcipulos ſuos doceat. *Ne* (inquit) *reprehendas*

das ſceleratos, *ne te oderint*, tanquam ſapientes tantum reprehendere oporteat, vt quicunque fratres amant viciſſim amẽtur. Opportunè hinc principiũ ſumpſiſſe videbor, qui ad te virum ſapientem, & in litteris ſanctis eruditum ſcribam, ſcio te non ignorare, quæ ſanctis Apoſtolis de conſtitutione rerũ Eccleſiaſticarũ ſancita ſunt, ex quibus vnũ eſt, vt quiſque Paſtor intra ſuos fines inſiſtat propter pacem & charitatẽ quarum eſt Ieſus arctiſſimum vinculũ, quod ſolui non poteſt. Scis præterea, vt quales nos eſſemus, appareret, quibus notis verum Paſtorem deſignantibus, magnus ille Pontifex Chriſtus, munus Paſtoris diffinieret: nẽpè mutua in illum charitate. Deinde non ignoras ornatum probi Paſtoris, qui ſit animas gregis ſui euidẽter cogniturus de quo ſcriptum eſt *bonus Paſtor animam ſuã ponit pro ouibus ſuis*, & quod Gregorius cognomento Theologus edisſerit; non vnum quẽuis diſcipulum ad Euangelium mittit, neq; qui mittitur, quomodocunque mitti, ſed qui veritatis, virtutiſq; ſtudio tantũ intẽtus ſit, vacuus, & expeditus omni cura, omniq; impedimento liber, ſine ære, ſine virga, vna tunica, nudis etiã pedibus, tanquã non poſſint aliter, *ſpecioſi eſſe pedes euangelizantium pacem & cætera bona*. Intellexiſti etiam quis ſit mercenarius & qualis; de quo pudet me tum dicere, tum tacere, cum ſatis ipſe ſtatus temporum, & rerum eum oſtendat, atque coarguat. De quo ſi attẽtè audiam Prophetas, cũ in mei ſimiles Paſtores his verbis inuehuntur; *Paſtores paſcunt ſe ipſos non oues*; & illud ô Paſtores, qui perditis oues paſcuæ. Item, *pretio reſpondent ſacerdotes, ſacerdotes legem Domini occultarunt, & legem meam violarunt, & ſancta mea profanarunt*. Item illud *lanis ouium induti, & mactare quod pingue eſt, lac bibere, hæc*, inquam attentè audiens quid faciam ne metuam eos; qui me redarguunt, & clarè ob oculos mihi ponunt, qualis ſim? quæ ſi fabulas putat qui in ignem illum extremum non intuetur mihi certè non fabulæ. ſed ita horribilia omnia eſſe videntur, vt horrore excedant, conſummẽtque medullas. Neque tamen curamus facere pro viribus ne propter aliquod ex his vitium, ac ſcelus conſtricti vinculis arctiſſimis, pœnis ſempiternis afficiamur, ſed potius damus operam vanis contentionibus iudiciiſque ad libidinem noſtram corruptis, aut ab eo quod fieri oportuit abducimur. Quæ enim facere ſolent qui ſtatũ Eccleſiæ perturbare moliũtur; hæc iſti quæſtus gratia faciunt, ſcilicet cum à principio conſtitutum eſſet, vt bis quoque anno Synodus haberetur, poſtea vero commodius videretur haberi ſemel; ne oues propter crebram abſentiam Paſtorum facilè à lupis inuadi poſſent. Noſtra nunc ætas neſcio an aliquid prudentioris conſilij prouidens, an corruptius iudicãs, hoc quoque ſuſtulit; vnde grauia & noua mala ſuſcitauit & curam Paſtoralem in pecunias pauperum corrodendas contulit, grege lupis relicto: magna vero diligentia & vigilantia locum Epiſcopi ornarunt, vt deſertis ſuis legibus apud Reginam Conſtantinopolim accubarent: Denique maluerunt breui voluptate contenti carni indulgere; quam cum populo Dei laborare, contemptis legibus diuinis, quæ prohibent ne paulis per quidem impunè à grege abeſſe, ac niſi vt Apoſtolus ait, *inimicus viderer verum eloquẽs* poſſem aliquid verè dicere, quid, quæſo iuuat iſtos Epiſcopos & Paſtores in vrbe morari, niſi (omittam alia) vt Patriarchas alios moueãt, alios eligant, nec ſi idem diu ſit Patriarcha res omnes Eccleſiaſticæ compoſitæ ſint, quod præclarum facinus ex eo tempore facere iſti conſueuerũt, ex quo Cõſtantinopoli potiti ſumus. Quod quidem cum reliquis malis non eſt ambiguum, & incertum quin iram Dei nobis augeat; quãdoquidem toleraſſe Deum mundi peccatum diſcimus, eremi vero peccatum nequaquam, ſimiliter veriſſimũ eſt, neque Paſtores qui gregẽ negligunt impunitos, multoſque diceſſuros, tãetſi fortaſſe non ita videatur iis, qui ſpontè velamen obtendunt ne limatam euangelij veritatem aſpiciãt, ſicuti cum Moyſes legitur populo Iſraël, quos quidẽ exiſtimabã ſublato iam velamine, reuelata facie videre; ſed, ô calamitatem & miſeriã, vt tẽpore ipſo facilè mala ſubeunt: quale eſt hoc monſtri, quod nunc ortum eſt, vt reperiantur Epiſcopi qui tantũm dẽt cõſilium, ſuamque dicant ſententiã, non autẽ qui decreta, ſententiaſq; maiorũ tum priuate, tũ publicè confirment, & ſanciant, itavt iã in cauſis pauperum nobiſcum quidem ſentiã, qui pariter iudicant non tamen in cauſis diuitũ, atque nobiliũ, quamobrem non conuenit mihi cum his conſeſſoribus iudicibus iudicare. Si pax munere Dei conſecuta fuerit, & conſiliũ frequẽs cogi contigerit, corrigẽtur hæc omnia, quod ſi ſecus euenerit; quandoquidem neſcimus, quid proximus dies ſit allaturus) iudex ille qui falli non poteſt Eccleſiæ ſuæ conſulet. Hoc te ſcire volui, ne moleſtum eſſet venire, Vale.

Gratia & pax tibi à Deo omnipotente, Athanaſius Patriarcha Conſtantinop. Epiſcopo Apameæ.

EXiſtimo te non ignorare quid Baſilius ille Magnus ad Gregorium ſcripſerit de eo, vt excluderet muliereulam, quam domi hab bat; & quemadmodum iuſſerit, niſi ſtatim excluderet, ceſſaret ab officio ſacerdotali redditurus Deo rationem ceſſationis, futuruſque cuncto populo anathema ſi nõ ceſſaret, ſed potius abſque reuerentia Deo offerret, quibus verbis demonſtrauit quantum damni & iacturæ faceret qui dignitatem adeptus non exerceret miniſterium rectè & aſſiduè, ſunt itaque facta Sanctorum Patrum exempla nobis; vt quæ nobis facienda ſunt cum iis comparemus, quæ gratia Sanctorum per eos aſpirauit; in quæ aſpiciendũ eſt, vt in ſolẽ aſpicere ſolent, qui lumen deſiderant

rant. Quamobrem tibi hoc exemplar inſculpimus, vt quandoquidem Eccleſiam tibi cõmendari voluiſti gregem Chriſti ad paſcua viridia & ſalubria omni ſtudio agas, & ducas, defendaſque eum ab beſtiis non quibuſcunque; ſed Arabicis tum corporalibus, quæ cernuntur, tum ſpiritualibus, quæ non cernuntur; & vt debet verus Epiſcopus) reſideas ſancte ad ſanctã arã de qua tibi participandum eſt, ſicuti Dominus pronunciauit *dignum eſſe operarium mercede ſua.* Quamobrem non eſt exiſtimandum licere tibi diu quauis de cauſa abeſſe, quia potius faciendum tibi eſt, vt celeriter ire poſſis ad eam Eccleſiam, quæ tibi addita eſt, & commendata vt ei præſis: hoc autẽ facies ſi prius reſtitui feceris quæcunque ſiue te conſcio, ſiue non conſcio ſurrepta eſſe conſtiterit; vt benignè Deus ſua cuique noſtrũ tribuere velit quod erit ſuo tempore iucundiſſimũ, quæ quidem ſublata sũt ab iis, qui hanc labem Epiſcopis aſpergere volunt, vt dum ipſi aliis inſidiantur, & iniurias ingerũt, culpa in eos qui mali Paſtores ſunt, trãſferatur alioqui quemadmodum ire licebit in aſpectum eorum quorum damna & iniurias in humanè contempſeris: à quo tamen omni ſe iniuria liberandos eſſe ſperabãt, aut quemadmodũ cogemus eos, vt magiſtratũ ferant, niſi quod Zachæus faciebat, hoc idẽ nos fecerimus? ille enim *ſi quid aliquem defraudabat, reddebat quadruplũ,* & Dominus pios omnes iubet ab auaritia abſtinere, quod quidẽ qui nõ fecerit & docuerit: quemadmodum non erit anathema populo? eſt enim peius nõ facere hoc, quã quo Gregorius ille quẽ dixit, fecit; quãto facilius & leuius id male potes corrigere? alioqui vtrũq; immo quicũque nõ emẽdantur à Chriſto Principe Paſtorũ puniẽtur. Ergo poſtquã hoc perfeceris, veni ad nos, vt litteris acceptis à nobis abſoluaris, & cõfirmatus, eas bona cõſcientia ad munus Paſtorale adminiſtrandũ. Quandiu enim nõ vereberis hæc quæ facis facere, nos quidẽ te à diœceſi tua abſẽte, rei non erimus tuæ vacationis eorũque malorum, quæ ex abſentia & vacatione naſci neceſſe eſt, neque eorum bonorum interceptores, quæ ſi adeſſes opere & ſermone facere poteras & debebas. Concedat tibi cunctiſque fidelibus, Deus, quod commodum eſt.

Athanaſius Patriarcha Epiſcopo Apameæ.

TErtio iam ad te ſcribo, mi Frater, & Cõminiſter; quandoquidẽ binis meis litteris ſuperioribus quas ad te miſi, nõ *ſtetit verbũ velut in ore duorũ teſtiũ,* ſicut ait ſcriptura sãcta. Hortamur ergo te quia hoc ius poſtulat, vt quæ ſurrepta ſunt, iis quibus ſurrepta eſſe cõſtat reſtituãtur, vt cũ reſtituta fuerint, ipſe Eccleſiã tibi commendatã adire poſſis cũque honorare à quo cuncta ſunt, ita iuſtis & mirificis modis diſpoſita atque diſtributa, vt vel grues ſuo tempore canãt neq; ſint omni tẽpore neque omni loco graculi. Ego vero eũ cui grex Chriſti cõmiſſus eſt ſi dignitatẽ muneris norit, iniquũ eſſe arbitror, nõ vſque ad ſanguinẽ aſſiduè & ſtudere, & incũbere. Niſi fortè ignoratis Deũ eſſe qui dixerit: *Petre amas me? paſce oues meas;* ſed hei mihi! non iã Paſtores oues paſcũt, ſed ouibus tanquã pane paſcunt. Iam horribilia illa mala malorũ Paſtorum, quæ Propheta Ezechiel deſcribit ſumma licentia irrepſerunt, quæ ſi talia, tãque grauia vobis videntur; age, optimè vir, cõtentus eſto tua diœceſi, permane in ea; factis cum ouibus tuis vſque ad ſanguinẽ illis affixus, quas quidẽ nunc in myrtetis, inter ficus & roſas, atque in montibus diuina prouidentia cuſtodit. Neque enim quod certiſſimum eſt virga & baculo tuo Paſtorali fit, vt in paſcuis virentibus pacis & bonorum cæleſtis Hieruſalem, eæ ſint, ſcis enim qui amplius ſex menſibus à diœceſi abfuerint; niſi eos grauis morbus teneat; Canonibus & legibus firmatum eſſe, vt ſacerdotium & gregem amitterent. Verum nonũ conſilium & ſceleratum hic à noſtræ ætatis hominibus excogitatum eſt: ſcilicet mittitis aliquem qui ſciat mulgere gregem, ipſi vero in vrbe Conſtantinopoli expectatis propter præfecturas ciuiles, ſubſcriptiones, intempeſtiuas ordinationes; adde etiam bullas & decreta; & tanquam impunè ſit vobis futurum, ita procul à diœceſi vobis commiſſa receditis, & alia huiuſmodi, vt cui quælibet committitis. Oportebat potius cunctis Epiſcopis vndique in vnum cõgregatis, ſuam cuique diœceſim funiculo diſtributionis circunſcribi; atque ita Patriarchæ partẽ ſuam à vobis aſſignari, aut vos à Patriarcha priuari, & quid prodeſt laboraſſe vos in deligendo ac conſtituendo Patriarcha, ac poſtea inſultare, & efferri in eum; & vita ipſa atque factis irridere, nulla ne ad breue quidem tempus Canonum, & legum ratione habita; quem ſi veſtris fortaſſe libidinibus reſiſtere videatis (continuo crimina fingitis, & eum, eum infamia, atque dedecore eiicere contenditis. Ad quid vero neceſſe eſt ad ſuam quemque diœceſim ire (propriam dico, aut ſibi commendatam) niſi vt lupos inde arceatis? Quod ſi fortaſſe huc vos incitat & trahit tum ſtudium atque deſiderium conſulendi multorum ſaluti; idque vobis propoſitum eſt, tum ſcientia tam multa vt hinc poſſitis etiam quæ extra fines veſtrarũ diœceſum poſita ſunt gubernare: Ad extinguendam ſitim hanc, huiuſque ſtudij ardorem, veniat in mentem illius cui plurimæ ſanctarum litterarum ſcientia Theologi cognomentum dedit, illiuſque paruæ Sozimorum diœceſeos, itavt vel propter reuerentiam illius excellentis viri, vel propter æqualitatem honoris quo contenti eſſe debitis, quiſque veſtrum intra ſuos ſe fines contineat. Quamobrem exiſtima frater deberi à te hoc vſque ad ſanguinem, vt cum ouibus tuis ſis & viuas. Hoc idem cæteris Epiſcopis ſtudium eſto; ipſis quidem & eorum gregibus ſalutare, neque enim hoc præſertim tẽpore

pore

p ore ſupplicia effugiet Paſtor, qui cũ grege nõ laborat, in quẽ profecto cõueniat quod Dominus ait *vidit lupũ venientẽ & relinquit oues, & fugit, & lupus rapit eas*; quæ qui non audit ſententiæ huius authorem contemnit. Etenim niſi hoc fiat, quorſum iſte veſter cõuẽtus? quid cõmodi adferr, aut ſi quid boni hic agitis dicite. Ego enim niſi Sacerdocio labẽ aſpergeret oratio multa demonſtrarem indecora & ab Eccleſiæ conſtitutione aliena, quæ ex iſto veſtro in hanc vrbem conuentu proficiſcuntur.

Athanaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epiſcopis ad Diœceſes ſuas proficiſcentibus epiſt. 5.

SIquid eſt aliud neceſſarium; idque omnibus maxime eſt, fratres & compaſtores mei: neceſſarium præſertim magiſtris Eccleſiæ S. Scripturam reuereri, metuere, & diligenti perſcrutatione examinare, atque ad perficiẽda quæ in ea mandata ſunt promptos, expeditoſque eſſe cunctos Chriſtianos niſi prorſus inſaniant. Dominus enim eſt qui hortatur perſcrutari ſcripturas; & ex eis tum præterita, tum pleraque in poſterum futura diſcere & docere vnde ſalutis ſuæ cupidis ſemper ſtudiũ fuit. Moſem & Prophetas audire, verbũ enim iudicat nos vt is qui mẽtiri nõ poteſt docuit. Quare omnis ſcriptura diuinitus inſpirata ſalutaris & vtilis eſt ad examinandũ quod conueniens eſt & honeſtũ & ad erudiendum atque corrigẽdum. Vtilis inquã nõ ſolum iis qui turpiter viuunt ſed magis iis qui ſobrie & continenter; iis vero qui Paſtorali dignitate & gradu qualicũque præditi & ornati ſunt & ipſa vita æterna, & lucerna pedibus eorũ, viaque certiſſima ad faciẽdas Dei iuſtitias, ex ea enim diſcimus per quẽ & à quo facti & ad quẽ rẽdamus; quibus quidẽ iniũctũ eſt munus docẽdi & non vtcunque, ſed ita paſcẽdi, vt eum qui paſcere dedit viciſſim amemus, ſcientes quis eſt qui venit, & iterum venturus, eſt ad iudicandum viuos & mortuos: & ſcientes quod Paſtores qui Dei præcepta vel propter reuerentiam & motũ vel propter charitatẽ animo ſeruarint ad dexteram poſiti, incredibili ſplendore fulgebunt, qui vero non ſeruarint ad ſiniſtram erunt ad omne genus cruciatuum damnati & quod eſt omnium intolerabiliſſimum atque acerbiſſimum procul à conſpectu Dei eiecti & perpetuo conſcientiæ morſu exagitati, rurſus vero qui munere Paſtorali recte defuncti fuerint coram Angelis & hominibus laudabuntur, vtpote probi, fideles, & prudentes atque grati quique ſal, & lumen fuerint hominibus, nihil quod vtile atque commodum eſſe prætermittentes, qui non verbis ſolum ſed factis & virtutes tradiderunt, & vitia expulerunt, cunctis præcipientes vt declinarent à malo & facerent bonum. Ad quod quidem bonus Deus legem non ſcriptam naturæ inſculpſit gratis, deinde ſeruos mittere non deſtitit qui nuntiarent Dei voluntatem non ſolum inuitatis ad cœnam & nuptias, ſed iis etiam qui erant in viis & ſepibus cum ornatu nuptiali, cæteros autem non ſic ornatos vincula & tenebras manere. Rogo quicunque Paſtores appellamur, demus operam vt in eorum numero, reperiamur, quos Deus occulto ſuo iudicio, quod ipſi ſoli notum eſt ad vocandum inuitatos miſerit obſecro & obteſtor ne obliuiſcamur, neve iuſſa mandataque eius qui miſit abiiciamus, ac negligamus ſicut ij qui corda habent crapula & ſolicitudinibus mundi grauata & depreſſa. Qui quidem vigilare & orare iuſſi ſumus tãquam non aliter futura tormenta vitare poſſimus, neque aliter coram Deo ſiſti innocentes oſtenſuri vtrum minis datis ad menſam negotiati fuerimus, an potius in fundo, atque ſudario occultauerimus, vt quidam præ nequitia & ignorantia feciſſe accuſati ſunt. Horribiles profecto ſunt minæ nobis Paſtoribus præpoſitæ niſi vigilauerimus, quibus mandatum, commiſſumque eſt tradere conſeruis, tum verbo, tum factis vera dogmata & vitæ perfectæ normã, tum repoſcere rationem progreſſus ſpiritualis, vigilanter tuba canere, ne romphæa animam alicuius corripiat alioqui ex manibus noſtris repetendam, denique inceſſanter explanare quæ ſit Dei voluntas, & cum olim ad hoc opus multi miſſi fuerint, noſtrum eſt timere, ne in labores eorum ingreſſi pœnas demus, ſi minus laboremus. Quod vtinã ne nobis eueniat quibus donata ſunt non ſolum quæ typis & ſymbolis deſignata ſunt, quæque Prophetæ atque iuſti expetierunt, ſed etiam gratiæ diſpenſatores facti ſumus. Quare niſi aperto capite munera Dei quæ neque oratione conſequi neque mente comprehendere licet perpetuo prædicauerimus, quicunque huiuſmodi dignitate Paſtorali præditi ſumus haud dubie in manus Dei incidemus: niſi inquã prædicauerimus quemadmodum ex nihilo cuncta Deus effecerit, quam admirabilia exiſtant ex omni parte vniuerſitatis rerum hominem beneficia quæ nobis promiſſa ſi mandata Dei perfecerimus, quæ rurſus minime ſuppliciorum propoſitæ ſi non perfecerimus, & niſi prædicauerimus, quod qui male vixerunt irato Deo ab hac vita recedent demus pœnas daturi ſempiternas. Præterea repetere voces Prophetarũ quas illi ad reuocãdum à vitiis hominum genus adhibuerũt: Item commemorare aduentum Domini & bona inde profecta, tum mortem probroſam, ſepulturam & reditum ad vitam, aſcenſum ad cœlos, miſſionem Spiritus Sancti, tributumque hominibus Spiritum Sanctum, Apoſtolos miſſos in vniuerſum mundum vt baptizarent; ac docerent, quæcunque ipſe ſeruare præceperat, quibus ſe Chriſtus promiſit ſemper adfuturum. Ad hæc inſtare diem illius magnæ iræ & calamitatis propter multitudinem ſcelerum; quando draco ille ex improuiſo

prouiſo ad corrumpendos omnes aderit. Item Eliæ & Enoch redditum ad incumbendum ſaluti hominum aduerſum diabolum, quē Dominus præſentia aduentus ſui deſtituet. Præterea dicemus de rapiendis obuiam Chriſto quādo cœli magno impetu tranſibunt terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur. Quæ quidem cum expectentur; quales quæſo ad quam ſanctos nos eſſe oportet; debemus etiam commemorare iudicium extremum ſubſellia appoſita præſidentem iudicio antiquum dierum libros apertos fluuium ignis, deinde eos qui ad dexteram erunt commendatos bonis operibus proceſſuros in reſurrectionem vitæ; eos vero qui ad ſiniſtram proceſſuros in reſurrectionem iudicij. Hæc ſunt quæ à nobis ſunt ſēper populis inculcanda & honeſtæ vitæ exemplo commendanda, atque conſulenda; quæ quidem cū Deo nos copulant. Hoc eſt illud Euangelij bonos fideleſque diſpenſatores dare cōſeruis ſuis in tempore menſuram tritici, confirmare inquam fratres, vt contemptis bonis terrenis ſoli virtuti & Deo adhæreant. In his vigilare & hæc meditari debemus fratres; ſi magno miniſterio cui præſidemus ſatisfacere velimus, ac non potius illos imitari proſcriptos, profligatoſque diſpenſatores, qui dum, vt illis videtur moram Dominus facit edunt, & potant: quos cum venerit idem, vt minatus eſt diuidet. Quæ omnia non ſolùm nos inclamare debemus, ſed etiam fidelibus hominibus commendare, qui poſſint, & alios docere, itavt nihil ſit faciendum quod à ſancta Scriptura alienum ſit, debemus præterea eos, qui peccauerint pœnis & locis ad eas ſoluendas deſcriptis ſecundum Canones Patrū afficere; diſtinguētes ſanctum à prophano: impie enim agunt quidam qui multos eorum violant; neque meminerunt, quod ſcriptum eſt; *impij tranſierunt fines*, & illud *maledictus*, qui terminos à Patribus poſitos tranſgreditur, & quod eſt in Euangelio: *qui ſoluerit vnum ex mādatis minimus vocabitur in regno calorum, qui autem fecerit & docuerit magnus.* Omni itaque ſtudio laborandum eſt, vt concupiſcentias carnis, quæ militāt aduerſus animum ſuperēt omnes fideles: admonendique ſubinde quemadmodum clamat Paulus vas electionis; neminem eorum qui peccatis operam dant poſſederunt regnum cælorum. Qui cum nos hortetur, vt eū imitemur ſecuti ipſe Chriſtum; Beatos Paſtores, qui eum ſecuti imitatique fuerint. Tametſi enim non ſint imitabiles illius excellentiſſimæ virtutes (qua ſumus ignauia & inertia) illud inquam viuere ex manibus & Euangelium ſine ſumptu ponere: nobis tamē ſatis eſt ſi præbeamus nos operarios cibo dignos; ac non potius bona pauperum hianti ore deuoremus. Hortādi præterea, vt à rectis quod aiunt auribus & vigilantes clamorē illum mediæ noctis inprouiſum & ſubitum expectent; ne nihil cogitantes & in ſcelere occupati aut voluptati, vel ſomno indulgentes aduentum illum illuſtriſſimorū pulcherrimi Sponſi non ſentiant, vt enim admoneremur vigilandum eſſe horam noctis appellat Dominus illuminatiſſimum illud tempus, vtinam nunquam nati eſſent quibus claudendum eſt & fruſtra ſtandum, atque pulſandum quibus tolerabilius leuiuſque fuiſſet igne conſumptos eſſe, quam audire illud; *non noui vos.* Quamobrem Paulus; *ne erretis*, inquit, enumerans, ſcilicet quæ à regno Chriſti arcent & excludunt, quæ omnia niſi vobis diſcipulis eius nos commemorauerimus, atque denūciauerimus, væ nobis? caueamus ergo ne debito quod commune eſt omnium Paſtorum populos fraudemus; debito inquam fungendi *pro Chriſto legatione* Deo per nos hortāte, ne quis ſemel raptus cōmittat, vt ad nuptias intrare prohibeatur, eos vero qui alios decipiunt tanquam falſos Apoſtolos & impoſtores adhibitis ſanctis ſcripturis redarguamus, ac prodamus commemorato exemplo decem virginum, ſagenæ miſſæ in mare illius induti ſordidè; aliiſque huiuſmodi hæc diu nocte debent ſinguli Paſtores gregibus ſuis inculcare, quæ tamen neceſſaria ſunt quam eſt reſpirare animanti, neceſſarium inquam omnia iudicia & teſtimonia Dei denunciare, itavt ab hoc officio neque eos ſuperbia & elatio retrahat neque altitudo Dei, *id eſt* proſperitas & opulentia: quin potius ſi tempus poſtulet pro legibus & ſtatutis diuinis ſanguinē fundere, quoniam nō poſſit aliter Paſtor Chriſtum amare, qui Magiſtrum finibus charitatis circumſcripſit cum dixit Apoſtolus, *quis nos ſeparabit à charitate Chriſti*; deinde cauendum nobis eſt, ne vlli cito manus imponamus non ante iuſtam ætatem, non ſine titulo, non extra fines diœceſis. Teſtimoniū dicāt nō quiuis, ſed graues homines, qui educationē eius & mores norint, anne ſit iracundus, an ſuperbus, an ebrius, an auarus, an pugnax, an dicax, an percuſſor, an petulans, an illiteratus. Poſt ordinationem vero curandum eſt, vt ſacra reuerentur ac religioſè tractare, & adminiſtrare diſcat, myſteria præſertim Euchariſtiæ & baptiſmi, ne quæ ſanctiſſima ſunt ab aliquo deliro indecore & temere adminiſtrare doceātur. Ad hæc prouidēdum ne cuiuis pateat aſcenſus in ſuggeſtum; neque docere liceat in Eccleſia, niſi ei qui caſtitate etiam & temperantia atque pietate præditus ſit. Item vt nihil eorum, quæ ad edendum idonea ſunt offerantur in Eccleſia præter oleum, ceram & thus. Nemini ſine probatione, aut pro munere Euchariſtia detur niſi permiſſu & conceſſu Patris ſpiritualis. Ne liceat impune non vacare in feſto Reſurrectionis, neque ingredi in fines alterius: in coniugiis caueatur pueritia, propinquitas ſanguinis, adoptio & ſuſceptio in Baptiſmate, videndum eſt etiam, vt coniugium non ſolum licitum ſit, & conceſſum, ſed decorum quoque: ne inquam puella ſeni nubat, neue ante benedictionē vnà cubent.

cubent. Ieiunia quatuor temporum ne ſoluantur, neque ieiunia quartæ, & ſextæ feriæ. Eleemoſyna, temperantia iuſtitia, & veritas ab omnibus fidelibus colantur. Soluere Eccleſiis decimas & primitias, celebrare Memorias Sanctorum, meminiſſe propinquorum precibus, abſtinere à fornicatione, ſanguine, & ſuffocato, à præſtigiis, incantationibus, obſeruationibus ſuperſtitioſis, ab omni ſpecie diuinationum non comprehendere cum hæretico niſi ſit ſponſor qui canones ſeruare non didicit, eum neque baptizari neque Monachum fieri liceat. Monachum qui à Monaſterio aufugerit qui receperit aut ordinarit puniatur. Denique repetenda ſunt, & commemoranda frequenter à Magiſtris Eccleſiæ quæ fideles f[illegible]cere debent, & tanquam peſtes abominari. C[illegible]mmemorandus etiam ignis ille in cõſ[illegible]ione ſæculi expectandus. Tum exec[illegible]lla mundi lues; nefarij inquam Ant[illegible] aduentus, ne ſi improuiſo nihil p[illegible]tatis, adfuerit iniquus ille atque ſup[illegible] extollitur ſupra omne quod di[illegible]s; multi in errorem inducantur, cum [illegible]n in flammam ignis coniiciendi. H[illegible], p[illegible]or, Paſtorum opus ſit, hæc cura, & [illegible], vt quæ Patribus viſa ſunt, quæque [illegible]are tenuerunt, illa ad temperandos, & regendos fideles adhibeamus: & qui ea non ſeruarint, quæ ſeruare non ſoluere iuſſi ſumus, hos maledictis grauiſſimis anathematum afficiamus, ante omnia vero baptizatos omnes hortari debemus, vt vſque ad ſanguinem integerrime ſeruẽt quæcunque Chriſtus præcepit: affirmantes abſque operibus mortuam eſſe fidem; & quod non omnis qui dicit *Domine*, *Domine*, intrabit in Regnum cœlorum; & illud qui non amat me, ſermones meos non ſeruat. Hæc & alia huiuſmodi ex ſacris ſcripturis, niſi iis qui ea ignorant expoſuerimus quemadmodum erimus fideles diſpenſatores? nè quæſo oſcitanter, atque negligenter, ſed cum timore potius atque tremore, ſine vlla cunctatione, Euangelia ſancta diſſeramus, docentes cœlum, & terram tranſitura verba autem eius nequaquam. Dicamus fruſtra fortaſſe dictum eſſe in ſcriptura; nemo erret; nemo inquam, neque eorum qui antea fuerunt, neque eorum qui poſtea erunt. Eſt autem nobis primum, qui Paſtores ſumus, nauandum virtuti; docendumque omnino, quod eſt in ſanctis ſcripturis, eos qui Chriſtum eiuſque ſermones reuerenter obſeruauerint, eos, inquam ab eodem Chriſto confirendos, declarandos, & coronandos, ac gloria ſempiterna eſſe honorandos qui cum corpore, & ſpiritu honorarunt nunc, inquam iam fideles, atque prudentes declaratos; ad nuptias, & immortales illas delicias admittendos, vt cum pulcherrimo illo ſponſo Eccleſiæ domino noſtro Ieſu Chriſto ſemper ſint; cui honor, & imperium in ſæcula.

Eiuſdem Athanaſij Conſtantinopolitani Patriarchæ ad Imperatorem, vt iubeat Epiſcopis ire ad ſuas Diœceſes Epiſt. 6.

Si vrbes in Oriente vaſtari, & funditus interire ſcis, quod malum Deus auertat, cur non iubes, qui curam omnium à Deo ſuſcepiſti, vrbes deſeri, & ad nos venire habitatores earum. Immò potius in gratiam Epiſcoporum hoc prohibes? Sin autem per gratiam Dei hoc tua prudentia, & iudicio aſſequeris, puniri nos à Deo, non vt pereamus, ſed vt conuertamur, cur non iubes Paſtoribus illarum ciuitatum, vt quiſque eorum cum grege ſuo ſit vt tum precibus Deo adhibendis, tum admonitionibus, & obiurgationibus ſuos à peccatis ſeruent, atque ita Deum placent, vt minas aliquando remittat. An ſi tu oues Paſtori committeres, deinde illas quidem derelictas cerneres, illum verò quieti ſuæ ſuiſque cupiditatibus indulgere, & ſeruire; dic obſecro, relinqueres ne Paſtorem impunitum. Non patimur oues pecudes impune negligi, & patiamur Paſtores animarum impune ſe ipſos paſcere, non oues? quid quæſo apud Deum excuſabimus? vtinam ne illud nobis exprobretur. *Omnes quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.* Quod enim preces, & vigilias præ ignauia non curant; & nos quia his vacamus, rident plane oſtendit nihil eos male, nec aliud eis eſſe propoſitum, quam Patriarchas mouere, & munera accipere in iudicio, & cætera alia committere quæ ipſe ſtatus temporum docet. Aut igitur iube ſingulis quibuſque ad Diœceſes proficiſci ſuas, aut ſinant me ad vnum è ſuis gregibus ire, & me iureiurando abſtringam nunquam ab eo diſceſſurum, ipſi vero vrbem Conſtantinopolim ſibi inter ſe diuidant. Quid enim infelicius eſſe poteſt, quam in cæteris ciuitatibus licere cuique Paſtori ſuos quantum poteſt, & ius eſt regere atque gubernare, in ſola vero hac vrbe iudicem eſſe quicunque velit? verum ſi mihi credis, Religioſiſſime Imperator, fac vt hos potius triſtitia afficias, quam Deum. Etenim ſi quando alias nunc maxime Epiſcopos cum gregibus ſuis mori oporteret. Quod ſi nolueris propter tuã erga eos reuerentiam, cogere vt faciant quod facere debent; ego ſuſcepta cauſa, velint nolint ex vrbe pellam, reddamque audaciæ huius rationem Deo.

Eiuſdem Athanaſij ad eumdem Imperatorem de eadem re. Epiſt. 7.

SI verum eſt quod dici ſolet; qui gregem Paſtore priuat vtrique periculum creare, profectò graue ſupplicium manet] eum qui Paſtorem arcet ab ouili, debetque qui Paſtor eſt vſque ad ſanguinem pro grege Chriſti non relinquendo Paſtores perferre, niſi cum opus fuerit in Synodo ſingulis annis ad agendum de rebus neceſſariis paulisper abeſſe. Quibus concluſis celeriter reddendum illi ſit, ſi credit ſe redditurum rationem ſummo Paſtori Chriſto, etſi dignus eſt nomine Paſtoris: niſi forte etiam propter neceſſitatem ad vtilitatem animarum pertinentem ab Imperatore aut à Patriarcha ſtatim rediturus vocetur. Quod ſi aliter Epiſcopis aut Imperatori videatur, ſiue quid ſecus fiat minime ipſe ſequar, neque aſſentiar vllò modo, neque enim rationem habebit Deus cauſationum noſtrarum, & cupiditatum, ſed rationes repoſcet de veritate, iuſtitia, diuiniſque legibus, & ſtatutis.

Eiuſdem ad eumdem, de eadem re. Epiſt. 8.

MEmento ſcripturæ quæ iubet contriſtare potius homines quam Deum. Tibi vero, Imperator, cur graue videatur, iuſtitiam, temperantiam, miſericordiam populis tuis ſancire; & inde non modo nullum incommodum reportare, ſed potius operibus bonis conciliare Dei miſericordiam? quid iuſtius, quam ſi Epiſcopus quiſque iubeatur, velit nolit, ad Diœceſim ſuam redire? An non hoc debitum ſoluere tenentur; idque canone ſancitum eſt? nonne Paſtorum præſentia poteſt, hoc præſertim tempore, populum ad preces excitare? Quæ enim alia ſpes Chriſtianis relicta eſt niſi quæ in precibus poſita eſt? quod ſi cupiunt in hac vrbe habitare diuidant illam inter ſe, &c.

FINIS.

INDEX

INDEX

Rerum, & verborum notabilium, quæ in hoc Tomo continentur.

Prior numerus Paginam, poſterior numerum deſignat.

A

Abbas.

ABBATIBVS quodnam præcipuum munus incumbat. p. 200. n. 13
an Abbates & Prælati regulares in ſua diœceſi, domo, & prouincia habeant reſpectu ſuorum ſubditorum plenam Epiſcopalem iuriſdictionem. 262.34

Abſentia.

Abſentia honeſtæ cauſæ non requirit cauſa cognitionem, nec Epiſcopi approbationem. 138.6
Abſentia vnius hebdomadæ ſi non adſint infirmi, &c. parua eſt materia temporis. 139.26
Abſentiæ ſpatium ſingulis annis ſiue continuum ſiue interruptum nullo pacto debere duos aut ad ſummum tres menſes excedere, ita Concil. Trident. 166.2.
quæ Abſentia debeat munerari iuxta intereſſentiam in Choro eiuſdem anni. 245.56
Quanto tempore limitetur abſentia Parrochi. 140 n. 3.
Abeſſe tota die quando nullus infirmatur, nec laudat, nec vituperat Barboſa. 139.27.28
An ob tyranni vel populi inſolentis perſecutionem licita ſit abſentia. 98.6
An abſentes à loco Eccleſiæ non lucrentur diſtributiones etiamſi ſint occupati in eius vtilitatem. 227.12.
Iure communi abſentes quibus ex cauſis à perceptione emolumentorum expreſsè non excludantur. 221.11
An vltra bimeſtre non concedatur licentia abſentiæ Parrocho, niſi ex graui cauſa cognita & approbata ab Epiſcopo. 172.7
an Abſentia in propria diœceſi fiat propter aliquod munus, & Reipublicæ officium Epiſcopatibus adiunctum. 108.14
An qui non abſens eſt in euidentem Eccleſiæ neceſſitatem nec fructus nec diſtributiones lucretur. 227.5.
Alternatiuæ forma dicitur vera & perſonalis reſidentia. 175.5
An abſentiæ cauſa adæquata non ſit infirmitas. 223.12.
Quantum ad tempus abſentiæ aſſignatum, eodem modo Concilium remittit Parrochorum conſcientiæ, ac remiſit timoratæ Epiſcoporum conſcientiæ. 138.4
Priuilegium abſentiæ ad lucrandum in abſentia cũ ſit contra ius commune, ſtrictè eſt interpretandum ſeruata vocum & verborum propria ſignificatione, remiſſiuè. 245.47
Priuilegium abſentiæ eſt diminutiuum cultus diuini. ibid. 48.
Propter ſimplicem licentiam abſentiæ non excuſatur quis à perceptione fructuum, ſed ſolum excuſabit eum vt non priuetur ex Felino. 172.2
Abſentiæ tempus limitatur ad trimeſtre vnius anni non continuatum. 136.13
Neceſſitas eundi ad Concilium generale, vel Prouinciale, præbet iuſtam abſentiæ cauſam. pag. 5.16.
Aliud eſt veram eſſe cauſam abſentiæ, aliud quod ſit verum impedimentum. 237.3
An hodie ſubſiſtat priuilegium abſentiæ ad lucrandum fructus, quod conceſſit Pontifex Regibus Galliæ. 244.30
An ex conſuetudine liceat abeſſe plus quam per tres reſidentia poteſt, & debet cogi. 235.3
Qui habet priuilegium abſentiæ ad duos, & tres menſes, ſi vltra hos menſes abſens ſit in anno, poteſt vti integris menſibus priuilegiis, ex Bonac. 245.55.
Legitimæ abſentiæ cauſas decernit Sacro-ſancta Synodus Tridentina. 95.2. & 3
Pœnæ impoſitæ à Tridentino ſolum comprehendunt abſentes. 161.11
An primus dies abſentiæ in Epiſcopo ſit ille in quo exit à ſua diœceſi. 164.7

Abſolutio.

quæ Abſolutio iuridica debeat eſſe. 226.6
an Abſolutio ab excommunicatione lata à iure, ex iure ipſo pertineat ad legiſlatorem. 250.8
Qui relaxando legem, an impediat abſolutionem. 250.10.& 11.
an Abſolutio à cenſura non ſit diſpenſatio aut relaxatio legis. 251.14.& 15

Abſtinentia.

an Abſtinentia à carnibus ſit eſſentialis. 300.3
quæ Abſtinentia ſit medium proportionatum ſecundum Medicinæ regulas ad præſeruationem infirmitatis imminentis. 274.55

Ao non ſit de eſſentia ieionij quadrageſimalis abſtinentia à lacticiniis, ſed à carnibus. 294.5
An circa diſpenſationem in abſtinentia à carnibus non adeatur Epiſcopus, ſed Parrochus. 288.3
Quod præceptum non conſtituat materiam abſtinentiæ. 358.25
Abſtinentia à carnibus eſt magis de eſſentia ieiunij quam vnica comeſtio, ex Thom. Sanchez. 397.4
an Abſtinentia à carnibus ſit neceſſariò requiſita ad ieiunium Eccleſiaſticum. 292.1

Actio, Actus.

Actus gregem commiſſum paſcendi, principem locum tenet in Epiſcopo. 5.9
Actus gregem commiſſum paſcendi, principem locum tenet in Epiſcopo. ibid.
an Actiones merè extrinſecæ non ſint humanitus ex intentione. 352.6
Per quos actus perſonales teneatur Epiſcopus ad curam animarum. 4.3
quis Actus debeat eſſe externus. 338.11
an Actus externus non ſit incompoſſibilis cum intentione orandi. 339.19
an ratione Actus interni coniuncti externo incurratur pœna lata ab Eccleſia. 341.4
Actus Epiſcopales ſunt triplicis differentiæ. 4.8
Diſtinguit tria humanarum actionum genera idem D. 425.3
Actus Epiſcopales ſunt triplicis differentiæ. 4.8
an Actio exterior ſit ſatisfactoria obligationi præcepti. 354.33. & 34.

Adrianus.

Adrianus ſecundus in cauſa Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani iniuſtè depoſiti direxit nuntios ad Baſilium Imperatorem. 106.3
ob quod Adrianus Papa conceſſit Carolo Regi ius & poteſtatem eligendi Summum Pontificem & ordinandi Apoſtolicam ſedem. 109.24

Agens.

Agentia principalia tenentur ad perfectionem ſuorum ſtatuum ex propria virtute. 120.18

Altare.

an Altare ſit proprius beneficij locus. 406.7
Quid nomen *Altariſta* deſignet. ibid. 10. & 11

Alternatiua.

an Alternatiua remoueat obſtaculum reſeruationis Pontificiæ. 179.1 & 5
An vt gaudeant alternatiua Epiſcopi debeant verè & perſonaliter reſidere in ſuis Diœceſibus & Eccleſiis. 175.1
Pontifex ſolum excludit à priuilegio alternatiuæ Epiſcopos, qui voluntariè abſunt. 159.5
Qui violentia excluditur à ſua Diœceſi. 176.6
Qui conditionem ponere incipit, & habet temporis tractum, an impediatur violenter, quod gaudeat alternatiuæ priuilegio. 177.7. & 8
Qui violentia excluditur à ſua Diœceſi, & abſque voluntate id faciat, an debeat priuari ab alternatiuæ priuilegio. 177.6
an in Alternatiua ſit quidam contractus permutationis ſub conditione, ſi Epiſcopus reſideat, quam ponit Pontifex. 180.7
An ſi attendantur duo menſes ſibi aliàs competentes iure ordinario in illis alternatiua non ſit remotio obſtaculi per ſe & ex vi priuilegij. 180.6
acceptatio Alternatiuæ facta ex vi regulæ habet vim cuiuſdam contractus nominati permutationis. 179.3 & 4
Sub diuerſis Pontificibus diuerſa fuit alternatiua. 176.9
Propter quod tota alternatiua dicatur remotio obſtaculi, & permutatio. 180.9
an vſus Alternatiuæ priuilegio conceſſus ad diem & horam reſidentiæ referendus ſit? 181.2
Quam reſidentiam exigat alternatiua. 181.1

Anniuerſaria.

Anniuerſaria, manualia, & feſtiuitatum dotationes diſtribuuntur iuxta Eccleſiæ cuiuſlibet ordinationem, ex mandato Pont. 220.6

Apoſtoli.

Apoſtoli prius fuerunt Cardinales, quàm Epiſcopi. 76.18
Apoſtoli prius ſunt Cardinales Orbis quàm vrbis. 76.19
Apoſtoli in triplici circumſtantiarum ordine poſſunt conſiderari. 76.15

Archiepiſcopus.

an ſi Archiepiſcopus Toletanus vult reſidere Romæ teneatur dimittere Archiepiſcopatum. 90.30
Archiepiſcopus Hiſpalenſis omnium ferè Eccleſiarum immediatus Parrochus. 143.6
an Archiepiſcopi poſſint diſpenſare in legibus latis à Concilio prouinciali. 256.6.7

Aſſignatio.

quæ Aſſignatio debeat fieri ab eo qui poteſt & debet iudicare de eiuſdem Eccleſiæ vtilitate. 229.5.6

Aſſiſtentia.

an Aſſiſtentia propria in Concilio non ſit admodum neceſſaria. 98.11

Attentio.

Vtrum præter internam attentionem Intentio formalis, vel virtualis ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ requiratur. 351.1
Hanc attentionem requiri qui negent. ibid. 2
Aliud eſt attentio ad orationem vocalem aliud intentio orandi vocaliter. 331.7
quæ Attentio dicatur triplex. ibid. 8
An neceſſaria ſit attentio intrinſeca ad ſatisfaciendum obligationi præcepti Eccleſiæ de recitandis horis. 359.17.18.19
An ad orationem poſſit requiri duplex attentio. 341.1.2.
Quæ ex tribus attentionibus requiratur. 337.1
An non attendere, ſed ſe voluntariè diſtrahere ab oratione, quæ non eſt ſub præcepto non ſit peccatum mortale. 340.1
Quid præceptum attentionis exigat. 340.31.32
triplex eſt Attentio quæ orationi vocali poteſt adhiberi ex S.Thom. 332.20.21.22
quæ Attentio requiratur, quæ ſit neceſſaria ad rectam pronunciationem. 336.4
propter quid Attentio intrinſeca mentis ſit neceſſaria. 336.5.
An ſint cenſuræ contra non habentes attentionem. 337.3.
Attentio ad verba quatenus ſunt inſtituta ad cultum Dei eſt ſufficiens, remiſſiuè. 343.2
An poſſit eſſe vera locutio cum Deo ſine attentione interna. 336.9
an Attentio interior ita præcipiatur, vt non ſatisfiat præcepto ſine illa. 341.9
An quamuis mortaliter quis peccat non habendo internam attentionem, huius omiſſionem non poſſit præuenire Eccleſia. 382.5
In qua intentione imbibita ſit attentio neceſſario requiſita. 339.16
An ex ſuppoſitione quod ſit neceſſaria attentio interna ad ſatisfaciendum præcepto de recitando, & quod quis mortaliter peccet recitando ſine attentione tenetur fructus reſtituere pro rata. 382.8.
Internam attentionem ad ſatisfaciendum penſo horarum Canonicarum non requirit, qui ſentiant. 335.1

Attriti.

Attritio.

Attritio cognita ſimul cum ſacramento ſufficit ad iuſtificationem & reconciliationem cum Deo. 24.12

Auguſtinus.

Dioi Auguſtini ad Cleruio & vniuerſam plebem Hypponenſem ſe excuſaoris epiſtola. 97. 1. & 2

Auguſtin... voluerit approbariooem eleti ioteruenire. 49. 12

Auguſtious ſolus ſucceſſorem Eradium deſignauit 50.13

B

Baptiſma.

An differens Baptiſma vltra rempus peccet contra conſtirutionem Eccleſiæ. 364. 19

Bartolomaus à Miranda.

Bartholomæus à Miranda idem ac Carraoza. 124. 10. & 11

Beneficiarius, Beneficiatus.

A... Beneficiarij Hiſpalenſes & ſimiles qui habent obli... dicendi miſſam coram populo, liberi ſint ... applicandum ſpeciali applicatione pro illo qui ... ſtipendium dederit. 187. 5

An Beneficiatus qui poſt acceptum Beneficium ſex menſibus uon dicit officium diuinum, teneatur iure naturæ & non ſolum iure Eccleſiaſtico reſtituere fructus Beneficij pro rata omiſſionis. 377.10

An Beneficiarius & Altariſta ſint eiuſdem notionis. 406. 13

An Beneficiarius etiam ante poſſeſſionem teneatur recitare. 386. 1

An poſt conſtitutionem Pianam Benéficiarius qui omittit vno die recitare officium diuinum, non ſatisfaciat quantum ad reſtitutionem fructuum, etiamſi ſequenti die dicat officium omiſſum. 398. 1

Ao ſi teſtator dicat quod beneficiatus perſonaliter aſſiſtat, ſed hoc habeatur ex conſuetudine aut ſtatuto, poſſit Papa validè ſine cauſa diſpenſare, quod per ſubſtitutum reſideat. 428, 5. & 6

An Beneficiarius pauper poſſit fructus titulo paupertatis applicare. 403. 8

An Beneficiarius omitiens horarum debitam recitationem peccet contra iuſtitiam commutatiuam. 374. 2. & 3

Qui Beneficiati teneantur publicè officium dicere & cantare in Eccleſia ex lege poſitiua humana. 200.8

An qui non recitat officium aſſignatum ab Eccleſia Beneficiarius ſit ſiue penſionarius teneatur in conſcientia ante omnem iudicis ſententiam fructus reſtituere. 398. 1

An Beneficiarius ſi intra annum omittat recitare per decem dies nihil reſtituat, ex Ioanne de la Cruz 383.6

An Beneficiarius quicumque ſit miniſter Eccleſiæ, & intra eius politicum conſtitutus. 390. 22. & 23

An Hiſpana conſuetudo ſit rationabilis quod Beneficiarius ſuppleat ſeruitium ſui Beneficij per ſubſtitutum. 408. 3

An ſi aliqua Eccleſiarum ad pinguiorem venerit ſtatum teneatur Beneficiarius illa retenta aliàs dimittere. 440. 8

Ao Beneficiarius qui interius voluntariè diſtrahitur teneatur ad reſtitutionem. 381. 1

Ao Beneficiarius qui plura beneficia retinet iuſte, teneatur ad plura officia. 389. 14. & 15

In Beneficiario duo debita diſtinguuntur, ex S. Thom. 408. 4

Etſi Beneficiarius mortaliter peccet contra legem Eccleſiæ an ſatisfaciat legis naturalis obligationi, quam habet ex vi beneficij. 324. 6

An etſi Beneficiarius non interuiat dicendo officium, ſeruiat tamen Eccleſiæ in ordine Clericatus. 375. 8

An Beneficiati cum cura & ſine cura etiamſi alia habeant munia adſcripta ipſi Beneficio, teneantur reſtituere omnes fructus pro rata omiſſionis recitandi officium diuinum. 379. 1

Quid excuſet Beneficiarium pauperem. 404. 9

An Beneficiarius qui cauſa ſtudij abeſt cum licentia, ſi nullos fructus percipit, non teneatur recitare. 387. 3

An Beneficiarius teneatur recitare qui ratione belli, peſtis &c. percepit fructus. 385. 5

Quis Beneficiarius ſit appellandus, ex Caiet. 386. 2

An Beneficiarius non teneatur recitare & per conſequens nec fructus reſtituere ante captam poſſeſſionem. 386. 3

Inter Beneficiatos animarum curam habentes actualem, & Canonicos qui habent reſidentiam in ſuis Eccleſiis, quid diſcriminis intercedat. 204. 28

Beneficiatus non tenetur reſtituere aliquid fructuum ſi minus quam vna hora officij diuini omittat, ex Bartholomeo à S. Fauſto. 166.25

An beneficiatis non habentibus curam animarum debeatur congrua. 188. 9

An ex iure naturæ præcisè ſumpto non peccet contra iuſtitiam Beneficiatus qui non recitat officium diuinum. 377. 3. & 4

Beneficiati religionem ingredientes toto anno nouitiatus, fructus reſiduos faciunt ſuos. 167. 2.

Beneficiati quandonam ſint in poſſeſſione libertatis. 188. 16

An Beneficiati accipientes decimas, ſacrificiaque celebrantes coram populo, pro populo debeant offerre. 189. 19

An Beneficiatus ex iure naturali teneatur ad aliquid recitandum. 372. 33

An Beneficiati Hiſpalenſes recipiant decimas vt non ſolum coram populo, ſed pro populo miſſam ad Tertiam dicant. 187. 4

Quandonam Beneficiatus non teneatur offerre ſacrificium pro populo remiſſiuè. 188.17

In Beneficiario duas diſtinguit obligationes S.Thomas. 419. 18

An Beneficiati teneantur ad horas canonicas non ſolum ex præcepto Eccleſiæ ſed etiam ex iuſtitia commutatiua. 372. 26

An Beneficiarij teneantur reſtituere fructus quos non faciunt ſuos iuxta ratam omiſſionis horarum ſuarum canonicatum. 329. 43

An Beneficiatius ſponte ſua acceptans Beneficium, acceptet etiam onus illi annexum. 389. 13

An Beneficiatus teneatur quotidie recitare. 383. 4

An Beneficiati ſacrificium ad tertiam pro populo adſtante offerant. 188. 11

An pro ratione omiſſionis teneatur fructus reſtituere Beneficiarius. 323. 11

Beneficia ſunt propter miniſtros ex Caiet. 390. 19

Beneficiarius altari ſeruire dicitur & de altari viuere. 406. 8. & 9

Beneficiarius non recitans officium non facit fructus ſuos, remiſſiuè. 321. 10

An ordinari Beneficiati & Religioſi ad horas canonicas teneantur iure diuino, & humano. 371. 23. & 24

An vt beneficiarius aut Clericus in Sacris ſæcularis teneatur dicere officium voce ſenſibili, vt ſatisfaciat præcepto. 323. 1

Beneficium.

Dum qui beneficij groſſam acquirit & illius ſit dominus, an non acquirat dominium abſolutè. 159.12

An Beneficium quod à ſua origine habet ſeruitium annexum, hodie nullum habeat ſeruitium. 416 9. & 10

An Beneficium illius qui religionem ingreditur ſit infra probationis annum alicui conferendum. 167. 5

An multiplicitas Beneficiorum ſit contra ius naturale largè ſumptum. 410.1

Quibus caoſis honeſtantibus actum, licitè poſſit qois plura beneficia accipere. 413.7

Plutes cauſas excoſaotes pluralitatem beneficiorum ponit Nauarrus. 412. 2

Cur pluralitas beneficiorum habeant rorpitudinem contra ius oaturæ, ratio affertur. 437.3

An multitudo beneficiorom ſimplicium habeat turpitudinem. 423.6

Qoorum Beneficiorum collatio facta illitetato ſit nulla. 421. 11

An Beneficiatus non recitans vno vel altero die teneatur aliquid reſtituere. 166.22

An perpetuitas quæ eſt de ratione beneficij ſit ſolum importotia. 407.7

Rationem vt relaxetur ius naturale circa pluralitatem beneficiorum addit Nauarrus. 422. 2. & n.3

Conc. Trident. pluralitatem beoeficiorum omoino probibet. 416. 6

An ſi quis habeat beneficium Eccleſiaſticum ratione cuius tenetor veritate, & tranſactis ſex primis menſibus, ſi oon recitet teneatur fructus reſtituere pro rata omiſſionis. 385.1

An ex iure aotiquo omne beneficium ſimplex reſideotiam perſonalem habeat cooſtitutiooe ſua ſibi annexum. 408 1

Qui ratione Beneficij aut aliorum titulorom eſt obligatus ad applicandum ſacrificium, oequit aliud ſtipendium accipere. 189. 26

In beoeficij fundatione an cautum ſit vt vacet beneficium abſeote Beneficiario. 167. 3

An quis beneficio ſine animarum cura per alium deſeruire poſſit. 419.24. & n.25. 26

Ao ſi beoeficiom maiorem partem annuæ ſuſteotationis fructibus ſuis noo tribuat, oon obliget ad reſtitutionem. 389. 1

An quaodo collatio eſt Beneficij nullis ſobiecti litibus aut turbationibus poſſeſſio ſit liquida. 387. 4

Quod beneficium non detur in ſolum titulum, reſerſeruatis omnibus fructibus pro penſione, ſine conſenſu reſignatarij, & coocceſſione Papæ. 393. 5. & nom.6

An ſi quis habear plura beneficia qoorum quodlibet non eſt ſufficiens, & omnia ſufficinnt, teneatur ad recitationem officij, Etſi non recitet reſtituere. 389. 3

An nihil iooouandum ſit in beneficiis ſimplicibos. 418. 9

An iuri naturæ aduerſator, qood quis habeat beoeficia plura curam habeotia animarum, etiamſi ſint duo taotum. 439. 1. & num. 2

Ao plora beneficia ſimplicia ex conſuetudine ooo requirentia reſidentiam, non habeant incompatibilitatem io eadem perſona ex natura rei. 420. 31

An beoeficium tenue ſit Beneficium inſufficiens ad ſuſtentandum Clericum. 390. 26

Seruitorium beneficium ex Eccleſiæ ſtatuto requirit perſonalem reſideotiam. 417.1

Beneficia ſimplicia ſeruitoria an ſint ex ſua prima inſtitutiooe, & exigant iure commuoi reſidentiam, remiſſiue. 409. 1

Ao qui ratiooe beneficij teneator recitare horas canonicas ſub mortali, ſi non recitat, teneatur reſtituere fructus correſpondeotes officio omiſſo. 384.1

Ao ſit iosta cauſa diſtribuendi plura beneficia eidem perſonæ, quæ io pios vſus fructus beneficiorum impendat. 421. 1

Quod Beneficium non indocat perfectam recitandi gatiooem. 389. 9

An is cui datum beneficium in commeodam in vtilitatem ipſius Commendatatij, tunc habeat legitimum titulum, ratione cuius percipit fructus. 387. 1

An Beneficium detor propter officium. 321. 11

An is qui poſſidet beneficium etiamſi ſit lis, teneatur recitare. 388, 1. & n.2

Vicaria perpetua an ſit Beneficium Curatum. 169. 8

An ſit motiuum ſufficiens ad excuſandam pluralitatem beneficiorum ſimplicium opulentior ſuſtentatio, qoam exigit is qui alias cenſetur dignus 423. 1

An vni poſſit duplex dari beneficium ſi prius non ſit ſufficiens. 432.5

An Beneficium etiam cum cura detur propter officium recitandum. 380. 4

Quæ ſit prima radix quam ius commune conſtituit iocompatibilitatis beneficiorum ſimplicium. 409. 2

An in beneficiis curatis ſit obligatio Parrochi applicare ſacrificium ouibus ſuis applicatione ſpeciali. 186.9

Quid io Beneficiis omnino ſimplicibus ſit ſine ſeruitio. 411. 2

An in beneficiis curatis ad hoc moueat nobilitas, vt ſi inter nobilem & plebeium, ſit fere æqualis litteratura beneficium debeat dari oobili. 421.13

An ſit peccatom mortale plura beneficia etiam præſtimonia habere. 413. 11

An ſit ſufficiens motiuom relaxandi ius iuſtitiæ diſtributiuæ in conferendis pluribus beneficiis vni perſooæ habenti parentes, &c. 421. 1

Qui fructus conſtituant Beoeficium perfectum. 390.24

An ſi iura humana cooſuetudine ſint abrogata poſſit quis habere pluralitatem beneficiorum ſimplicium. 410. 4

An qui ſimoniace habet beneficium poſſit vti compoſitionis Bulla. 190.6

Beneficiorum coerceroatio eſt diſſona ratiooi naturali. 453. 7

An plura beneficia corata dentur io commeodam perpetuam. 431. 7

An ille qui habet plura beneficia ſufficieotia ad congruam, oon poſſit procorare, quod ſibi alia conferantur. 417. 13

An iure decretalium omne beneficium ſimplex ſeruitorium quamuis tenue reſidentiam exigat. 406.12

Ao cooſuetudo poſſit obtinere quod beneficiom ſeruitorium, etiam eius ſeruitium per ſubſtitutum ſuppleatur. 408. 7

An is qui iniuſtè retinet plora beneficia, qui etſi teneatur reſtituere omnes fructus, noo teoeatur tot officia dioioa recitare, quod ſont iniuſtè retenta. 393.5

An qui habet fructus ſufficieotes ex patrimonio oequeat fructus beneficij expendere niſi in pauperes & alios pios vſus. 438. 4. & n.5.6. & 7

Ao omne beneficium ſeruitorium requirat iure naturali reſidentiam perſonalem. 412.1

Quandonam multitudo beneficiorom iure optimo reputetur incompatibilis. 437. 2

Ao ſi traoſierint cauſæ diſpenſaodi, teneator quia relioquere plura beneficia. 422. 1

Si ingreſſus beneficij Parochialis ſint pingues, tenetur Patrochus plurium perſooarum & frequentius audire confeſſiones voluotarias, quàm ſi ingreſſos tenues ſiot. 130. 30

Beneficia ſimplicia noo reqoirunt reſidentiam ex generali cooſuetodine ex Garzia. 418. 2. & n.3. 4

Ao habere plura beneficia ſit contra ios oaturale. 410. 2.& n.3

An ſi ſemel fiat collatio ab Epiſcopo, conſtituatur beneficium propriè. 407.6

Ao obtinens beneficium quod ſit ſimplex non teoeatur in eo reſidere. 418. 6

An tenoitas beneficij io Capellano, aut pinguitas ſit attendeoda. 391. 39

An non poſſint vltra congruam multiplicari in voo plura beneficia etiam ſimplicia. 414. 2. & o.1

An pluralitas beneficiorum ſimplicium iure naturali ſit incompatibilis. 419. 27
An habens Beneficium ſimul habens penſionem teneatur dicere horas Canonicas. 397. 1
An obtinere plura beneficia ſimplicia non ſit abſolutè contrarium iuri naturali. 432. 4
An pluralitas beneficiorum ſimplicium quando non ſufficiunt ad congruam Beneficiati ſimplicis ſit à iure conceſſa, 440. 5.& num.6.& 7.
Beneficia inferiora Eccleſiaſtica præſertim curam animarum habentia perſonis dignis & habilibus conferantur ex Conc. Trid. 126. 26
An ſi quis habeat fructus magni & opulentiſſimi patrimonij poſſit recipere beneficium etiamſi valde pingue ſit. 438. 1
Vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, ex Trid. 419. 20
Per generalem conſuetudinem beneficia ſimplicia onus reſidendi exuerunt ex Lotherio. 418. 10
An plura beneficia curam animarum habentia vni perſonæ conferantur. 411. 10
An beneficia ſimplicia data in titulum inſpecto iure communi requirant perſonalem reſidentiam. 418. 11
An nullus poſſit habere beneficia in duabus Eccleſiis. 406. 5
An in iure triplex cauſa diſpenſandi in pluralitate Beneficiorum aſſignetur, 421. 4.& n. 5.
An in beneficiis ſeruitoriis nullus ſit diſpenſandi vſus, 411. 4 & n. 5.
An onus annexum beneficio imperfecto, ſit recitare quotidie totum diuinum officium. 390. 6
An Beneficio compoſitionis vti poſſint quicunque rem alienam quacunque forma & modo etiam illicito acquiſita retinent, creditore non comparente, dummodo non acquiſierint ſub ſpe & fiducia huius compoſitionis 196. 3 n. 4.
An ſi quis recipiat beneficium curatum ſine intentione promouendi ſe ad Sacerdotium iure naturæ adſit illi titulus ſufficiens ad percipiendos fructus, & 366. 15 num. 16.
Beneficium datur ſub obligatione exercendi officium, non tamen ſub conditione ex Palao. 162. 21
An filius ob importunas preces parentum acceptans beneficium faciat illius fructus. 387. 1
Quæ pluralitas beneficiorum difficile contineretur ſine notabili damno animarum ſibi commiſſarum. 423. 2
An propter Diaconatus officium iure naturæ detur beneficium. 375. 12
Vtrum ſit abſoluendus qui habet plura beneficia. pag.423 1.
Iure communi antiquo ſeruitoria Beneficia requirunt reſidentiam. 405. 1
Beneficia curata an non dentur, niſi in concurſu præmiſſo examine coram Epiſcopo & examinatoribus Synodalibus. 148. 17
Vnde ſit illicita & contra ius naturæ pluralitas beneficiorum ſimplicium. 437. 1
Beneficium non datur ſimpliciter propter officium. 162. 18
Triplex admittitur Beneficium ſimplex. p.404 1.
An ſit beneficiorum ſimplicium pluralitas iure naturali illicita. 413. 4
An ſi attendatur ad beneficia diſtributa tria ſint attendenda 424. 4 & n. 5.
An poſſit conſuetudine fieri quod quis habeat plura beneficia ſimplicia, etiamſi quodlibet ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem. 431. 1
An in beneficiis omnibus ſimplicibus, & dignitatibus ſeruitoriis & non ſeruitoriis, ſufficiens ſit motiuum nobilitas. 411 2.
Quæ nobilitatis magnitudo, quæ litteratura, propter quæ detur beneficium. 193 29.
An ſecluſa lege Eccleſiaſtica auferente dominium fructuum à Beneficiato non recitante non ſit obligatio iuſtitiæ reſtituendi. 377 13.
An Beneficium detur propter officium diuinum dicendum. 376 2.
An non ſit contra ius naturæ quod quis habeat beneficium vnum etiam curatum & aliud in commendam. 431 1.
Quid ſit tertium genus beneficiorum ſimplicium, & 407. 1.num.2.& 3

S. Bernardus.

S. Bernardus Cardinalis qualitates quomodò exprimat. 79.4
Attributa à S. Bernardo Cardinalibus data reſidentiam omni ex parte requirunt. ibid. 5.

Breuiarium.

Omnia alia Breuiaria Romanæ Eccleſiæ inconformia derogauit Pius V. 309.6. & num. 7 & 8
An qui data opera omiſſo Breuiario Romano recitat aliquoties per Breuiarium Dominicanum cum peccet mortaliter teneatur fructus reſtituere. 394.1
Intelligentia conſtitutionis circa Breuiarium vnde deducatur. 310. 17. & n. 18
An nullus poſſit vti Breuiario quod non ſit Romanum, 395. 10. & n. 11. & 12
An Breuiarium ecclè diſponi nequibat niſi ordinem & modum recitandi quotidianum introduceret Papa 311. 6

Bulla.

An Bulla omnes confeſſiones comprehendat. 287. 5
Quid in calce Bullæ cœnæ contineatur, 190. 8 num.9
Per quæ verba reuocetur compoſitio facta per Bullam cruciatæ. 190.2
An Bulla cruciatæ reuocetur per Bullam cœnæ. 190.16

C

Canonia, Canonicus.

An Canonicus tranſacto triennio citari debeat perſonaliter, ſiue abſit de licentia Epiſcopi ſiue ſine illa. 204. 31
Virum Canonici ex iure poſitiuo teneantur choro aſſiſtere, ibique Diuinum Officium cantare. 199. 3
Canonicus coadiutor ex vi coadiutoriæ non tenetur ad recitandum diuinum officium extra chorum 329. 1
Conſuetudine ſtante Canonicus poteſt lucrari diſtributiones quotidianas, ex Garzia. 235.2
Si Canonicis habeat duos Canonicatus an debeat comitari Epiſcopum in cuius Eccleſia reſidet. 244. 29
Canonia quæ eſt beneficium Eccleſiaſticum primo & per ſe non eſt præmium virtutis, ſed merces laboris 201.29
Qui Canonici lucrentur diſtributiones. 243 26 & n.27
An Canonici ſi à ſuis Eccleſiis vltra tres menſes abſint quolibet anno priuentur pro primo anno dimidia parte fructuum quos fecerunt ſuos. 204.29
An nec poſt biennium, nec poſt triennium completum poſſit Canonicus priuari ob non reſidentiam. 204.30
An teneantur Canonici de iure communi pſallere ad minus in choro. 359. 6
An ſi Canonicus qui ex conſuetudine, ſtatuto, aut fundatione choro aſſiſtit attentione & deuotione debita ſatisfaciat obligationi recitandi officium. ibid. 7
An iure Pontificio Canonici teneantur priuatim recitare Diuinum Officium. 199. 6.

Vtrum Canonicus non recitans Canoniæ groſſam teneatur reſtituere, 392. 1 & 3.

An quando Canonicus ex illius præbenda honeſtè ſuſtentari poteſt pro ſui gradus qualitate, liceat ſibi eidem Canonico aliquam ex dignitatibus conferre. 432. 2

An nouus Canonicus nihil penitus recipiat de fructibus primi anni. 386. 5

An Canonici teneantur recitare officium diuinum primo anno cum in illo ius acquirant ad fructus dandos. 386. 3

An ſi Canonicus omittat horas ſatis ſit vt reſtituat quartam partem fructus pro rata. 381. 13

An Canonicus in exilium miſſus, aut in carcerem detruſus nocens iuridicè probatus cum reipſa ſit innocens, poſſit recipere emolumenta diſtributionum. 214 4

An licet Canonicus peccet & dignus ſit diſtributionibus, priuari nullo iure conſtet. 224. 11

Vtrum Canonicus excommunicatus ob publicam Clerici percuſſionem, poſſit menſes quos habet ex indulto Apoſtolico computare, vt recuperet abſentiam, & ſic diſtributiones lucrari ſicut lucrantur qui menſibus illis abſunt à Choro. 225. 1

An priuilegium quod Canonicus Pœnitentiarius poteſt lucrari ſit contra ius commune, & ſit ſtrictè intelligendum. 229. 2

An Canonicus iniuſtè condemnatus poſſit à iudice repetere omnia nocumenta ſibi obuenientia etiam litis expenſas. 224 8

An Canonicus non per modum attentati, ſed per modum querelæ fructus recuperet, & diſtributiones. 224. 9

An Canonici capitulares Eccleſiarum ſiue Cathedralium ſiue Collegiatarum inſignium, poſſint diſtributiones lucrari 130. 21 & 22.

An ſi Canonicus fuerit iniuſte excommunicatus, Canonici quibus diſtributiones ſunt partitæ ſi non facti ſunt ditiores, ad nihilum teneantur. 224. 7

An ſi Canonici receperint diſtributiones, poſſint eas ſibi retinere. 227. 11

Cantores qui Deorum templis præ cæteris erant harmonici, Canonicos dicebant priſci. 201. 21

An ſtatutum per quod permiſſum eſt Canonicis quatuor menſes abeſſe quolibet anno ab Eccleſia, ſi à ſede Apoſtolica confirmatum, non cenſeatur derogatum per Concilium. 301. 2

Vtrum Canonicus magiſtralis prædicaturus in ſua Eccleſia per octo dies fiat præſens & lucretur diſtributiones ante ſermonem 230. 13. & 15

Cuius Canoniæ antimoniæ duplex ſolida ſit concordantia. 227. 9

An Canonicus Pœnitentiarius dum negotia ad confeſſiones attinentia cum pœnitentibus tractat, aut confeſſiones audit, lucretur diſtributiones. 229. 1

An Canonici primo anno nihil lucrentur & quid de illius anni fructibus fiat. 386. 1

An poſſit conſuetudo introduci, quod Canonicus qui per quadraginta annus inſeruit Eccleſiæ iubiletur, & in abſentia lucretur fructus & diſtributiones quotidianas. 238 1

Conſuetudine & priuilegio poteſt introduci non ſolum quod Canonicus ſatisfaciat ſuæ obligationi, ſi choro aſſiſtat priuatim recitans, ſed etiam ſi abſens à choro alium ſubſtituat, ex Palao 359. 10

An Canonicus ex vi Canonicatus non teneatur ad aliud quam ad aſſiſtentiam religioſam in choro, 359. 14. 15. & 16

An Canonicus à Papa diſpenſatus etiam ſine cauſa in reſidentia tutus ſit in conſcientia. 437. 1

An Canonico qui deſeruit per vicarium amouibilem, poſſit Epiſcopus cauſa ſtudij licentiam non reſidere concedere. 150 4

An Canonici non reſidere poſſint vltra tres menſes à Concilio aſſignatos. 303. 1

Canonici omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos debent obire officia ex Cone. 240. 9

Quod ſtatutum Canonicos à reſidentia in choro excuſet. 301. 1

Canonicus etiam ex vi conſuetudinis immemorialis non poteſt lucrari diſtributiones quotidianas tribus menſibus recreationis à Concilio conceſſis, ex Congreg. apud Garziam. 235. 2

An poſſit conſuetudine introduci, vt Canonici alliciantur ad aſſiſtendum officio nocturno. 236 4

An Canonici intereſſentes diuinis fiant quotidie Creditores pro rata intereſſentiæ diuinorum illius ſtipendij quod eſt vltra groſſam aſsignatum. 204. 23

Vtrum Canonici diſtributiones quotidianas quæ propriæ ſunt tales faciant ſuas. ibid. 24

Canonicus an poſſit reſeruare diſtributiones quotidianas, quas lucratus eſt per totam vitam ſuam. ibid. 25

Canonicus qui habet priuilegium abſentiæ ad lucrandas diſtributiones non poteſt per iudicem cogere Capitulum ad diſtributionum reſtitutionem, quas bona fide partitum eſt in reliquos Canonicos ex Bonac. 245. 50

Priuilegiatus habet ius ad fructus & diſtributiones à die quo Romæ expeditæ ſunt Bullæ priuilegij non à die ſubſcriptionis ſupplicæ, ibid. 51 & 52.

An Canonicus & Portionarius ſatisfaciant intereſſentes choro non cantantes, 358. 1 & 2.

An ex conſuetudine ſtatuto & fundatione Eccleſiæ poſsit fieri, quod Canonici lucrentur diſtributiones quotidianas quamuis non recitent. 358. 3

An dum Canonicus lucratur fructus, diſtributiones lucretur, 240. 4 & 5.

An diſpenſatus in nonreſidentia non lucretur fructus, niſi id expreſsè concedat Pontifex in diſpenſatione, 241. 6 & 5.

Quod Canonicus aut dignitas alicuius Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ inſignis habentes ſufficientes prouentus omnino non reſideant, introduci nequit. 234. 40

An Canonici ex naturali æquitate, & iuris naturalis efficacia adſtringantur ad intereſſentiam Chori. 200. 19

Cauſæ quibus Canonici & Præbendati excuſantur ne amittant diſtributiones, afferuntur. 231. 1

An Canonicus non aſsiſtens Choro, non recitans officium diei, &c. teneatur fructus reſtituere, iuxta Bullam Pij V. 306. 1

An conſuetudine introduci poſsit vt aliqua hebdomada vnus Canonicus non occupatus, & abſolutus à reſidentia, pro alio ſubſtituatur, 240. 7 & num. 8.

Quonam ſtrictiori iure teneantur Canonici intereſſe Choro ad Diuinum Officium celebrandum ideoque debitum cultum exhibendum. 200. 18

An Canonicorum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium, reſidentia non ſolum ſit perſonalis præſentia, ſed quotidiana ſtatutis temporibus intereſſentia. 199. 11

Si Canonicatus eſt in eodem loco vbi eſt Parrochialis, an poſsit vtrique inſeruire & habere diſtributiones quotidianas. 151. 2

An Canonici & Præbendati exiſtentes in ſeruitio Regiæ Capellæ, poſsint lucrari fructus ſuorum Canonicatuum. 244. 31

An ſtante conſuetudine miſſus Canonicus ad negotium Eccleſiæ poſsit lucrari diſtributiones quotidianas. 235. 3

Prouentus ex Canonia ad quot capita reducũtur. 202. 2

Canonici non poſſunt vltra tres menſes abeſſe vigore cuiuſcumque ſtatuti aut conſuetudinis, ex Conc. 204. 32

Cantare.

Maiores in choro non debent Cantare, ſed meditari quæ ab inferioribus cantantur, ex Caier. 359. 9

Capella, Capellania, Capellanus.

an Capellaniæ cum onere miſſarum dentur iuuenibus. 391. 41

an Capella ſit incompatibilis cum Canonicatu& Parrochiali. 419.7

An vſque ad quadraginta dierum ſpatium poſſit non celebrare nec per ſe, nec per alium Capellanus. 429. 5

an Capellanus ius habeat ad percipiendos fructus. 391. 42

An cum Capellania eſt inſtituta ad aliquas miſſas dicendas cum onere coadiuuandi in cura animarum in Eccleſia Parrochiali, teneatur Capellanus ad reſidentiam perſonalem ſicut Parrochus.407.11

Quandonam abſque vacantia teneatur celebrare Capellanus. 429. 4

An etiamſi quotidie ex vi fundationis teneatur celebrare Capellanus poſſit vna vice in hebdomada non celebrare. 429. 3

an ſi Capella fundetur cum obligatione certi numeri miſſarum, & inſeruiendi Eccleſiæ in diuinis, teneatur hoc adimplere Capellanus. 429. 6

an Capellaniæ fundatæ authoritate Papæ aut Epiſcopi ſint beneficia habentia ſeruitium ad altare. 407. 4

An ſint quædam Capellaniæ inſtitutæ & erectæ authoritate Epiſcopi, vt ſint ſpirituales. 407. 5

an Capellanus teneatur recitare illis diebus quibus fructus beneficij correſpondent in ea parte quæ correſpondet, 391. 43. & 44

an Capellanus qui ex propriis bonis fundauit Capellaniam teneatur recitare, etſi non recitet fructus reſtituere. 385. 1

An habens Capellaniam collatiuam quæ eſt beneficium Eccleſiaſticum, & obligat ad recitandum horas Canonicas ſi litterarum vacet, & non ſit in ſacris ſatisfaciat, & non teneatur reſtituere fructus. 396. 7

An eo ipſo quod Capellanus fundauit Capellaniam, iam bona illa facta ſint Eccleſiaſtica. 385. 3

Capitulum.

ſi Capitulum temporibus deſignatis ad diuina celebranda, & ipſum celebretur, an Capitulares illi intereſſentes poſſint lucrari diſtributiones. 230. 20

An Congregationes capitulares habendæ non ſint, eo tempore quo diuina officia celebrantur. ibid. 24 & 26

an Capitulum eo ipſo quod aliquem Præbendatum mittit ad aliquod negotium, declaret; quod abſentia illius ſit in euidentem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem & 226. 2. 4

Cardinalis.

quæ Cardinalium declarationes non ſint receptæ in Hiſpania. 233. 17

In ſchiſmate poſſunt Domini Cardinales conuocare Concilium. 71. 39

an Cardinales excipiantur à reſidentia perſonali ſuorum Epiſcopatuum. 134. 19

Cardinales ſi ſint Epiſcopi & Paſtores iure antiquo non poſſunt eximi lege aliqua generali. 92. 4

An vbi ſunt Cardinalium declarationes receptæ, illis ſit omnino obediendum. 233. 21

An teneantur Cardinales aſſiſtere Papæ, vt conſulant in rebus agendis, concernentibus totam Rempublicam Chriſtianam? 92. 11

an Cardinalis ex vi Cardinalitiæ dignitatis eſt liber à reſidentia in Epiſcopatu multum diſtante à Romana Curia, 91. 1. & 2

Ioannes XXII. expreſſè excipit Eminentiſſimos Cardinales à reſidentia beneficiorum curam animarum habentium. 93. 14

an Cardinales Papæ aſſiſtentes habeantur pro reſidentibus. ibid 15

an Cardinales Epiſcopi non teneantur reſidere ſiue ante Cardinalatum ſiue poſt ipſum Epiſcopi conſecrentur. ibid. 21. & 22

an Cardinales non poſſint ex Curia Romana diſcedere ſine licentia expreſſa Papæ. 92. 13

Cardinalis eſt adſtricta iure Vniuerſalis Eccleſiæ, cuius bonum præferendum eſt bono particulari. ibid. 10

An ex vi officij debeant perſonalem reſidentiam Cardinales. 80. 7

Inter Papam & Cardinales ex vi Cardinalatus, non eſt tantum ſimplex vnitas, ſed etiam quædam identitas. ibid. 8

Cardinales ſunt cardines Romanæ Eccleſiæ, quibus oſtium Pont. adiutus, totam vniuerſalem gubernat Eccleſiam. ibid. 9

Dignitas Cardinalitia altior eſt quam Archiepiſcopalis & Patriarchalis, ex Eugenio I V. ibid. 10. & 11.

Cardinalatus dignitas cum Sede Apoſtolica vniuerſam regit Eccleſias. ibid. 12

Eugenij IV. teſtimonium illuſtre. ibid. 13

An ſub mortali teneantur non abeſſe per multum tempus. ibid. 14

Cardinalatus an incompatibilis ſit cum Epiſcopatu. 93. 5

An ex vi Tridentini non tenentur Cardinales Epiſcopi non reſidere Romæ, ſed ſolum tenentur reſidere in ſua Diœceſi, ſi non aſſiſtunt Romæ. 94. 23

Cardinalis etſi habeat ex vi ſuæ dignitatis ſponſam ſuam Romanam Eccleſiam vt coadiutor Papæ, tamen dum eſt Epiſcopus habet aliam. ibid. 27

Cardinalatus & Epiſcopatus videntur eſſe incompatibiles de iure. 76. 24

Cardinalium Papæ aſſiſtentium tres ordines diſtinxit idem B. Sylueſter. ibid. 10. & 11

An Canonici deputati ad ratiocinium faciendum habeantur pro præſentibus in choro. 237. 16

Promotus ad Cardinalatum an Epiſcopatum priùs habitum retinere poſſit, vel etiam ad illum eligi. 6. 20

Cardinalitiam dignitatem iure humano introductam eſſe in Eccleſia, & ſummum Pontificem poſſe illam extinguere, qui aſſerant? 75. 1

Ante Bonifacij V I I I. tempora pauciſſimis Cardinalibus, idque raro, & nonniſi ex graui cauſa Epiſcopatus iura demandabantur. 95. 3

Officium & dignitas Cardinalium Romanæ Eccleſiæ ex primario ſuo obiecto, & exercitio, originem ducit à iure diuino & Eccleſiæ traditione 75. 3

Cardinales lumina & columnæ Eccleſiæ. 77. 31

Cardinales, flores orbis electi ex vniuerſa Eccleſia vt viri excellentiſſimi in vita & doctrina, ex Caiet ibid. 32

An ad Cardinales rerum arduarum pertineat deciſio. 78. 33

Ab exordio Eccleſiæ ſicut & hodie ſummis Pontificibus in regenda gubernandaque Eccleſia vniuerſali aſſiſtunt Cardinales. 75. 8

Cardinales B. Sylueſter coadiutores ſuos in Concilio generali

generali congregatos vocauit. ibid. 9
Quas circumſtantias debent ſeruare Cardinales. 56. 40
Quando Sacra Rota Romana niſa declarationibus Cardinalium ſententiam tulit, an ſit iuridica declaratio. 121. 7
An declaratio Cardinalium deroget priuilegium Eugenianom vniuerſitatibus conceſſum. 153. 6
qui Cardinales priuilegiati. 90. 35
Quoad primum & ſecundum DD. Cardinales ſuccedunt Apoſtolis, quatenus coadiutores ſummi Pontificis. 76. 16
Quale ſit præcipuum exercitium eximiæ dignitatis Cardinalitiæ. ibid. 20
Quanti æſtimandi dignitas Cardinalitia. 77. 24
Cardinalium quod officium. 29. 2
Quo priuilegio non poſſint vti Cardinales in ſuis titulis. 262. 14
Cardinales aſſumpti ſunt in adiutorium gubernationis totius orbis. ibid. 21
Cardinalatus dignitas maior eſt dignitate Archiepiſcopali. 76. 12
Cardinal. in conuocando Concilio de fidibus, ad quos pertineat conuocare, 71. 41. & 42
Si vnus ſit ſolus Cardinalis in Conclaui an poſſit eligere Summum Pontificem. 56. 48
an Cardinalis Epiſcopus excuſatus ſit à reſidentia perſonali in ſuo Epiſcopatu? 92. 7
Si Doctor grauis & claſſicus declaratione Cardinalium vtatur, eſt in vtroque foro amplectenda. 122. 10
Cardinalibus interpretibus quæ authoritas data ſit, ex Zippeo. 121. 4
officium Cardinalis primarij quod. 79. 1
Cardinalis non eligitur in Epiſcopum, ſed postulatur. ibid. 2
Cardinalis ex vi ſui officij tenetur aſſiſtere ſummo Pontifici, & illum coadiuuare. ibid. 3
Ab inſtitutione ordinis Cardinalitiæ dignitatis ſacro Collegio aggregati ſunt Cardinales Epiſcopi. 88. 12
Facta à Cæleſtino Papa reuocata ſunt, quòd ſine Cardinalium conſenſu ea fecit. 77. 29
Cardinalis an poſſit eligi ad quemcunque Epiſcopatum. 6. 23
An duo Cardinales in Conclaui remanentes ius eligendi habeant. 56. 47
Cardinales ſunt flores Orbis electi ex vniuerſa Eccleſia. ibid. 21
An non poſſint Eminentiſſimi Cardinales in ſede vacante ea quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ Pontificis. 262. 11
Cardinalis dignitas quantùm ſit ſublimis, & aliis excellentior; 75. 6. & 7
Quandonam electio ſolis Cardinalibus conceſſa eſt. 56. 38
Cardinalatus officium & dignitas ex traditione habetur Eccleſiæ. 78. 41
Cardinalatus Romanæ Eccleſiæ in quot diſcipulis ſit ſignificatus de iure diuino? 92. 8

Circumſtantia.

quæ Circumſtantia aggrauans ſit ex præcepto confitenda. 401. 16

Clauſula.

Quid, *propoſitis pœnis* in Bulla Piana intelligendum veniat. 395. 9
an Clauſula ex certa ſcientia appoſita in confirmatione facit eam ſpecialem, etſi non inſeratur tenor rei confirmatæ. 301. 3
Quid illa verba *quantum eis Deus dederit*, ſignificent. 339. 29. & 30
an Clauſula motu proprio & ex certa ſcientia ſuppleat vitium ſubreptionis, & obreptionis. 430. 6
vbinam Clauſula *motu proprio & ex certa ſcientia* non operetur excluſionem inhabilitatis ſubiecti, 430. 5. & 4
Quid per verba *Infirmorum deſiderium* veniat notatu dignum, 267. 18. & 19
Cum in aliquo priuilegio alicui perſonæ conceſſo, aut communitati ponitur clauſula, quod vt derogetur, quid requiratur. 152. 3
per Clauſulam generalem non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, an non ſufficienter declaretur voluntas Pontificis derogatoria huius priuilegij. 153. 4
an Clauſula *ex certa ſcientia* idem valeat ac *de plenitudine poteſtatis*, & ſuppleat ea omnia quæ conſiſtunt in iure. 302. 4. & 17
An etſi poſita clauſula *ex certa ſcientia*, ſit confirmatio ex certa ſcientia & confirmet actum aliàs de iure inualidum. 301. 2
Quid per verbum *niſi diſpenſetur*, ſignificetur, 258. 15. & 16

Clemens.

Clemens VIII. cur duos viros Hiſpanos reprobauit in examine Epiſcoporum. 190. 11
S. Cl. quot annis quoad externa gubernatit. 43. 25
Clemens non renuntians poterat ex vi præfatæ electionis immediatè poſt Petrum in Cathedra ſedere. 43. 19
ſolus Clem. fuit immediatus ſucceſſor Petri. ibid. 24
Clemens VIII. conſtituit & decernit officium ſæculare, & expreſsè Inquiſitoris generalis officium non excuſare Epiſcopos à reſidentia perſonali in ſua Diæceſi. 114. 3
Clemens immediatè electus à Petro electioni ſuæ cur renunciauit. 55. 35
Clementis Papatui vera fuit renunciatio. 43. 11
an Clemens propriè renunciauit. ibid. 12
An fuerit immediatus ſucceſſor Petri. ibid. 13
Clemens verbo & oratione inſtabat, & Linus & Cletus exteriora miniſtrabant. ibid. 14
Clemens V. ſedem mutauit ad inſtantiam Philippi Francorum Regis. 37. 6
Clement V. decernit eum immunem ab irregularitate qui iniuſtum aggreſſorem pro tuenda propria vita occidit, 85. 33. 34. & 35
Clemens VIII. noluit concedere cuidam Epiſcopo exercenti officium Inquiſitoris generalis in curia Regis Catholici, & non reſidenti, quod etſi fructus faceret ſuos, poſſet gaudere alternatiuæ beneficio. 178. 2
Clemens primus poſuit in executione in Eccleſia vt publicè officium conſtaret ex ſeptem horis. 323. 2
Clemens V. determinát legem ſuperiorem tolli nec diſpenſari poſſe per inferiorem. 246. 3
De correctione fraterna quid ſenſerit Clemens Papa. 65. 6
Cauſa renunciationis Clementis à Papatu. 43. 21

Clericus.

Ab omnibus & ſingulis Clericis ſæcularibus in pſallendo idem modus & ordo in diuinis officiis & Canonicis horis obſeruetur, ex Conc. 315. 2
Clericus non recitans, aut non reſidens non tenetur reſtituere ante ſententiam iure naturali, ex Syluestro remiſſiuè, 420. 28. 29. & 30
licet Clericus non reſidens priuetur beneficio non tamen reperitur coarctari, vt fructus reſtituere teneatur, ex Abbate. 162. 17
an Clericus & Canonicus Romanos aduena Mediolani non teneatur legibus Romanis. 319. 19
an Clericus ordinatus ad titulum Patrimonij ſolum peccet

peccet mortaliter contra Religionem, 321. 11. & 13
an Clerici ſæculares in ſacris & Beneficiati Archiepiſcopatus Mediol. in quo recitatur officium Ambroſianum exiſtentes in ſua diœceſi teneantur tale officium recitare, 317. 8 & 9.
quandonam Clericis liceat manu propria pugnare, victoriæ cauſa. 83. 8
Nulla communitas clericalis, ſiue regularis, ſiue ſæcularis, rei ablatæ ſibi recuperandæ cauſa, & à qua ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè eſt expoliata poteſt ſine grauiſsimo ſcandalo & peccato mortali pugnare propria manu. ibid. 9
Clericus poteſt vlterius ſibi accipere ex fructibus beneficij, quando vltra id quod ex officio debet longe plus laboris & induſtriæ impendit in Eccleſiæ vtilitatem, ex Card. de Lugo. 194. 26
an Clericus victum & veſtitum ſibi artificiolo, vel agricultura abſque officij ſui detrimento poſsit parere. 391. 37
an Clerici etiamſi habeant magna bona patrimonialia poſſint ea & eorum fructus ad quod voluerint expendere. 439. 12
an Clericus Canonicus Milanenſis ſi vadat Romam aut extra Diœceſim ſuam Mediolanenſem, & è contra, & quot modis hoc poſsit contingere, 318. 1. & 2
an Clericus Romanus non poſſit vti Breuiario Ambroſiano, ſi paucis diebus quam viginti, aut triginta Mediolani exiſtat. ibid. 3
An non ſit licitum ſine peccato mortali Clerico Romano recitanti officium Romanum, vel vno die recitare Officium Ordinis Prædicatorum, aut Carmelitarum, &c. 317. 1
an Clericus Romanus non ſatisfaciat niſi recitet in Breuiario à Pio V. diſpoſito, ex eodem. 371. 18
Et cur. ibid.
Chriſti præceptum impoſitum eſt Clericis ne propria manu pugnent, ex SS. Patribus. 83. 15
an Clerici percuſſor publicus eo tempore quo excommunicatus eſt toleratus diſtributiones non lucretur. 226. 4
Clericus ex hoc ipſo quod ſit clericus in ſacris tenetur dicere horas canonicas, ex S. Thoma, 368. 5. & 6 & 7
Clericus poteſt percipere fructus beneficij Curati in abſentia cauſa ſubditorum, ex Panormitano. 148. 8
an Clericus poſſit ex reditibus Eccleſiaſticis viuere ſecundum decentiam ſui ſtatus. 193. 14
Clericus ex reditibus poteſt viuere ſecundum qualitatem beneficij, non tamen ſecundum qualitatem perſonæ. 194. 15
Omnes ordines Clericorum ordinantur ad altaris miniſterium. 84. 22
quando Clericus duplici mortali maculetur. 321. 9
cum Clericus priuatur propter non reſidentiam, an cogatur reſtituere fructus. 161. 23
an Clericus Romanus per tres aut duos dies exiſtens aduena Mediolani poſſit vti Breuiario Ambroſiano, ita vt ſatiſfaciat penſo diuini officij. 319. 8
an Clericus habens bona patrimonialia in articulo neceſſitatis proximi non poſſit vti bonis beneficij, ſi aliàs habeat bona patrimonialia quibus ſuſtentetur 439. 15
An excommunicetur quicumque Clericus qui communicauerit ſcienter & ſponte cum excommunicatis à Papa. 335. 54
Clerici debellatores ſacrorum Canonum ſunt contemptores. 84. 16
an Clerici pugnantes etiam ob iuſtam patriæ defenſionem etiam cum merito vitæ æternæ incurrant irregularitatem. 85. 32
Licet ex iure gerere bella iuſta meritorium ſit, tamen Clericis illicitum. 84. 25
In quo caſu poſſit Clericus bellum gerere. 83. 6
In quo caſu non ſit licitum. ibid.
an Clericus diues ex patrimonio poſſit ex iure duas pitancias pro vno ſacrificio accipere niſi aliud obſtet, 439. 13. & 14
An ex vi matrimonij in Eccleſia latina amittatur Clericatus. 398. 4
teneantur Clerici & Epiſcopi in bello propriis manibus pugnare in defenſionem Regni & patriæ ex Araujo. 85. 29
Clericus in duobus dicitur non reſidere. 18. 4

Coadiutor.

an Coadiutores viuente coadiuto non ſint verè & propriè Canonici. 330. 2
quandonam Coadiutor habeat ius ad beneficium. 240. 6
Coadiutor in parrochialibus non releuat Parochum in totum, ſed datur in adiutorium onerum. 170. 11
ſi Coadiutor datur ab Epiſcopo propter illiteratoram, infirmitatem &c. non poteſt abeſſe ſine Epiſcopi licentia, qui prouidebit de alio idoneo, 143. 3. & 4

Commendatarius, Commenda.

quandonam Commendatarius non habeat Canonicum titulum, nec diſponat de fructibus vt verus Beneficiarius. 388. 3
An commenda perpetua dicatur titulus qua ius approbat modum habendi beneficia in commendam. 431. 6

Concilium.

Concilium immemorialem conſuetudinem excluſit iuxta Cardinalium declarationes. 433. 16
Concilium Tridentinum ſolum requirit licentiam nouam à Papa conceſſam, vel ab Epiſcopo cognitam & approbatam ratione ſtudij. 149. 25
Concilium generale ſine authoritate Papæ acephalum eſt. 72. 3

Conclaue.

Conclaue ſolum eſt ordinatum ad electionem ſummi Pontificis. 262. 12

Confeſſarius, Confeſſio, Confeſſor.

Quodnam ius habeat Confeſſor. 400. 14
An ſi Confeſſarius ſolum imponat pœnitentiam, vt in illam mutet pœnam purgatorij poſſe hanc per alium ſatisfacere. 396. 4. & 5
an Confeſſarij poſſint excuſari ab officij diuini recitatione. 326. 15. & 16
Quis poſſit à Confeſſario quncumque abſolui. 349. 36
quemnam Confeſſor teneatur denunciare. 350. 51
An hæreticum non externum teneatur denunciare Confeſſor. ibid. 52
An non ſit neceſſum quod Confeſſarius qui diſpenſat aut dat conſilium, id faciat intra confeſſionem. 287. 2
An tam integritas confeſſionis quàm dolor de peccatis cadant ſub præceptum diuinum de confeſſione. 341. 5. & 6
quemnam Confeſſor teneatur denuntiare. 350. 51

Confirmatio.

an Confirmatio in forma ſpeciali dicatur in qua eſt inſerius tenor rei confirmatæ. 301. 5

Congrua.

an Congrua taxetur ex hominum æſtimatione. 420. 32

Conſuetudo.

an Conſuetudo immemorialis non ſit mera gratia Principis. 304. 12
an Conſuetudo poſſit interpretari legem diuinam. 133. 9. & 10
an Conſuetudo & ſtatutum ad ius humanum pertineant. 428. 7

an

an Conſuetudo humana non poſſit præualere contra legem diuinam. 418. 14
An leges nouæ ſoleant immemorialibus conſuetudibus derogare, niſi quoties irrationabiles viſæ ſunt legiſlatoribus. 233. 8. & 9
Non excludi immemorialem conſuetudinem exiſtimat Palao. 233. 10
Conſuetudo immemorialis præſumitur ex fundatione, vel priuilegio, aliove iuſto titulo dimanare. 233. 11
Quæ rationabilis conſuetudo videatur. 230. 14
An contra naturam rei non poſſit eſſe conſuetudo etiam immemorialis. 135. 3. & 4
aliud Conſuetudo immemorialis, aliud Principis priuilegium. 304. 5
quotieſcumque Conſuetudo à lege vt iniqua & irrationalis damnatur ac reprobatur, tunc damnata eodem pacto cenſebitur quæuis conſuetudo etiam immemorialis, ex Couarruuia. 531. 31. & 32
An immemorialis Conſuetudo non excuſet à reſidentia, in Cathedralibus & Collegiatis inſigni bus. 532. 3
immemorialis Conſuetudo an non comprehendatur in reuocatione conſuetudinis, etiam dictione vniuerſali. 235. 4. & 5. & 6
an Conſuetudo rationabilis debeat reſpicere rationis honeſtatem. 234. 36
quæ Conſuetudo irrationabilis dicatur. ibid. 37
Conſuetudo irrationabilis eſt, quæ eſt contra ius diuinum aut naturale, ex Sanchez & aliis. ibid. 39

Corpus.

Corpus humanum tripliciter conſideratur. 270. 54. & 55. & 56
Corpus non eſt perfectum quod non poteſt à ſe membra putrida abiicere. 61. 9

Curatus.

quandonam Curatus teneatur ſubſtitutum conſtituere qui Sacerdos ſit. 200. 17
Curatus ad quid non teneatur ſub mortali. 129. 22
Curatus an debeat obtinere licentiam ab Ordinario in ſcriptis. 167. 6. & 7
an Curati teneantur quoties celebrant offerre pro populo, à quo accipiunt decimas. 189. 20
an Curati etſi iure diuino teneantur pro omnibus ſuis ſacrificium offerre, non ſint obligati ad applicandum ſacrificium ſpeciali applicatione, ſed pro iſta poſſint accipere nouum ſtipendium. 187. 2
Curatus non tenetur audire confeſſiones ſubditorum quoties illi volunt confiteri, ſed quoties indigent, & illis eſt neceſſarium confiteri, ex Ioanne Medina. 130. 33
an Curati non poſſint abeſſe ſine cauſa per Epiſcopum cognita & approbata. 153. 7
Quandonam lege charitatis non teneatur curatus. 129. 23.
Quandonam vituperatione ſit dignus & venialiter peccet. ibid. 24
An arctiori vinculo debeant reſidere Canonici quam Curati. 152. 9
Cogendi ſunt Curati ad ſubeundum per ſe ipſos, & non per ſubſtitutos ea munia ad quæ tenentur. 126. 27. & 28
Curatus inferior qui vltra duos menſes abfuit à ſua reſidentia poteſt, & debet cogi per Epiſcopum ad reſtitutionem fructuum pro rata temporis abſentiæ, ex Sacra Congreg. 171. 3
Quando tenebitur Curatus audire confeſſiones. 130. 35
An ſi non ſit alius qui docere poſſit, quam ipſe Curatus, tunc adſit publica vtilitas. 151. 3

D

Damaſus.

Damaſus Papa in Epiſcopos inuehitur. 125. 20. & 21

Dauid.

Dauid ob famis neceſſitatem crimen non commiſit, dum panes propoſitionis comedit. 273. 5

Decima, Decimatio.

An iure naturæ præciſo non teneatur quis dare decimas ad ſuſtentandos miniſtros Eccleſiæ. 377. 12
quæ Decimatio ſit tropologica & impropria. 272. 4
cus Decimarum poſtquam tertiæ datæ ſunt Regi Catholico, valde imminutum eſt. 188. 5

Decretum.

In quibus decretis Eminentiſſimi Cardinales comprehendantur. 89. 54
In quibus Concilium Tridentinum non ſit receptum in Germania. 90. 25
Patrum Concilij Trid. decretum. 155. 1. & 2
Qua ratione Decretum iſtud cohæreat cum illo, in quo ipſo iure ſubtrahuntur fructus omnes, pro rata temporis abſentiæ. 155. 5
in Decretis pœnalibus etiamſi dicatur quod pœna incurratur ipſo facto abſque vlla declaratione, intelligitur de declaratione pœnæ, non vero de declaratione criminis. 158. 2
quod Decretum comprehendat ſolum Epiſcopos priuatiuè quoad omnes alios. 162. 6
an Decretum Concilij intelligatur in coadiutoribus Parochorum cum titulo curæ animarum. 145. 1
per Decretum Concilij non eſt derogatum indultis Apoſtolicis, ex Cong. Card. 245. 46

Deus.

Deus voluit ad ſacerdotes quæ Eccleſiæ diſponẽda ſunt pertinere, non ad ſæculares poteſtates, ex Ioanne PP. 109. 21.

Diaconus.

an Diacon i iure naturæ etiamſi non recitent horas Canonicas fructus faciant ſuos. 375. 13

Dionyſius.

Dionyſius primus parœcias, ſed non Diœceſes Epiſcopatuum diuiſit. 22. 3. & 4

Diſpenſatio.

in Diſpenſatione iuris diuini de reſidentia perſonali quæ intelligatur conditio. 157. 1.
per Diſpenſationem auferatur matrimonij ſpiritualis & corporalis obligatio. 27. 45
quandonam Diſpenſator peccet mortaliter peccato acceptionis perſonarum. 417. 9. 10
an Diſpenſatus in vnica comeſtione non ſit diſpenſatus in eſu carnium. 596. 2
an Diſpenſatus abſolutè in abſtinentia à carnibus ſit etiam abſolutus à lege ieiunij. ibid. 1
Ante actualem diſpenſationem materia voti de eleemoſyna eſt ex natura rei oppoſita cum materia voti paupertatis. 100. 10
Qui nullatenus indigeant diſpenſatione ad edendum cibos Paſchales delicatos ratione infirmitatis. 276. 2
Quæ diſpenſatio tacita non ſubſiſtat iuridicè aut extraiudicialiter. 115. 6
an Diſpenſatio Pontificia eſſet iniqua, ſi ceſſante cauſa non ceſſaret. 117. 3
an Diſpenſationem à cibis quadrageſimalibus poſſit facere ſuperior regularis cum ſuis ſubditis. 270. 49
Quodnam non videatur diſpenſatio ſed interpretatio legis per epiikiam. 255. 11
quouſque Diſpenſatio à Papa ſit facta, materia voti ingrediendi Religionem eſt impeditiua maioris boni. 100. 9
an Diſpenſatus in lege ieiunij de non edendo niſi ſemel,

mel, non ſit diſpenſatus in eſu carnium, & lacticiniorum. 294.3
quis poſſit Diſpenſate tam in impedimentis dirimentibus, quàm non dirimentibus. 258.1
dum inferior Diſpenſat in lege ſuperioris quid requiratur. 253.6 an ſtatim ac cauſa motiua diſpenſandi ceſſauit, ſtatim ius diuinum exerat vires ſuas. 127.2
quæ temporales Diſpenſationes non reſidendi faciendæ ab Epiſcopo. 254.6
Diſpenſatio circa cibos quadrageſimales an ſit facienda imponendo præceptum ne quis cibos noxios manducet. 281.1
An quando cauſa eſt dubia requiratur diſpenſatio facta virtute Bullæ à Medico ſpirituali. 285.13
quæ Diſpenſatio non ſit propria. 248.7
Dominus nuium poteſt cedere iuri ſuo; & ſic eum Paſtore diſpenſare, vt velit ei concedere, quòd abſit à cuſtodia perſonali gregis. 22.6
Quot modis ſumatur diſpenſatio. 278.1
ad quam Diſpenſationem requiratur cauſa ſufficiens. 242.7
Quid ſit publica generalis diſpenſatio. 281.8
an Diſpenſatus in eſu carnium, ſit diſpenſatus in præcepto de vnica comeſtione. 295.1
Ad quem poteſtatem diſpenſandi in lege plenaria habere pertineat. 277.22
an Diſpenſator ſine cauſa beneficiorum ſimplicium mortaliter peccet, ſi plura eidem perſonæ vltra congruam diſtribuat. 411.1
Quid requiratur ad diſpenſandũ in lege Papali. 278.7
An ad gubernatores ciuitatis, qui iuridicè petunt diſpenſationem attineat de cibis paſchalibus prouidere. 272.7
an ad Diſpenſationem latè ſumptam requiratur notoria certa & euidens defectus legis. 278.2
quæ Diſpenſatio ſine magno ſcandalo totius Eccleſiæ concedi non poſſit. 275.8
In qua relaxatione conſiſtat diſpenſatio. 251 & 7.18
quæ Diſpenſatio poſſit fieri ab Epiſcopo. 259.9
An exiſtente cauſa dubia opus non ſit diſpenſatione. 285.14
an Diſpenſatio inferiorum in lege ſuperioris non derogat authoritati & iuriſdictioni ſuperioris. 257.9
an Diſpenſatio propria ſit legis relaxatio implicita. 279.5
an requiratur Diſpenſatio ex iure antiquo, remiſſiuè. 416.3
vnde Diſpenſatio tacita poſſit dici virtualis, ex eodem. 115.8
quæ Diſpenſatio ſit obligatio implicita obligationis præcepti naturalis, conſeruandi ſalutem corporis politici. 281.2
an ſi Diſpenſatus à Prælato in euidenti neceſſitate de vnica comeſtione, ſit ſimpliciter diſpenſatus de ieiunio. 298.5.& 6
An in Canonicatibus requiratur diſpenſatio, vt quis plures habeat. 416.2
an Diſpenſatio ſit ſtricti iuris & ſtrictè interpretanda. 300.13
An propter periculum imminentis contagij concedatur diſpenſatio. ibid.15
an Diſpenſatio ſubreptitia in exprimenda falſitate impugnari poſſit. 174.8
an detur Diſpenſatio tacita & virtualis. 115.2
An actu graſſante peſte & epidimia ſit quis diſpenſatus. 263.1
an quando Diſpenſatio non eſt debita, poſſit legiſlator imponere multam. 290.7
An quando periculum eſt dubium non requiratur diſpenſatio Bullæ. 285.19
quæ Diſpenſatio ad ſolos diuites extendatur. 264.6

Diſtractio.

an Diſtractio inuoluntaria ſit contra ſubſtantiam orationis. 336.11
quæ Diſtractio aut diuerſio interior licet voluntaria deſtruat attentionem virtualem requiſitam ad orationem. 338.17

Diſtributio

quænam Diſtributiones ſint ſtipendia quædam perſonalia, quæ ex redditibus Eccleſiæ, Canonicis, & Beneficiariis, ſeu Clericis Cathedralium diuinis Officiis intereſſentibus pro diuino officio in choro dicendo tribuuntur. 203.10
An ſi quis priuetur diſtributionibus quotidianis, priuetur fructibus beneficij. ibid.21
an cum Diſtributiones ſint diſtinctæ à nomine fructuũ non veniant diſtributiones quotidianæ. ibid.22
cur Diſtributiones quotidianæ propriæ dicantur Manualia. 202.12
quæ Diſtributiones impropriè dicãtur, ex Zerol. 203.13
an Diſtributiones omnes quotidianas percipere debeant illi qui licentia legitimè obtenta ſtudiorum cauſa abſunt. ibid. 4
quæ Diſtributiones ſint maſſa communis. ibid. 16
An requiratur quod in libello ſimplici ad Pontificem ſiat expreſſa mentio de diſtributionibus impropriis. ibid.17
quæ Diſtributiones ſint reali onere grauatæ. ibid.18
Quæ obligatio ſit ex iuſtitia orta ex contractu, quo quis ſe obligat aſſiſtendi choro, etiam ſi non ſint diſtributiones ſibi acquirendæ. 228.4
An ſuppoſito quod diſtributiones quotidianæ ſint aſſignatæ, (non conſentientibus Canonicis) non poſſit introduci conſuetudo perpetua, quod diſtributiones iſtæ illis non dentur. 238.5 & 6
An ſufficiens cauſa ſit neceſſitas, vt abſentes à choro percipiãt diſtributiones. 224.1 2.& 3. an ſi quis defendẽdo iura Eccleſiæ iniuſtè, vel iuſtè excommunicetur, ipſi debeantur diſtributiones ab Eccleſia pro cuius defenſione excommunicatur. 228.23.24
An pœna priuationis diſtributionum ſolum incurratur ob abſentiam à Choro vltra menſes vacantiæ, quos habent ex indulto Apoſtolico. 226.2
Conſuetudo introducta poſt Conc. Trid. de lucrandis diſtributionibus quotidianis, an ſit maioris vacationis quam trium menſium. 235.1
An Tonſura non ſit ſufficiens cauſa, vt Canon lucretur diſtributiones quotidianas. 237.1. non debent lectori diſtributiones quotidianæ pro illis horis, quibus legit, ex diſpoſitione iuris communis, ex Garzia. 229.7
quæ Diſtributiones affectæ ſint oneri penſionis 20.8
an Diſtributor libere inſtitutus poſſit ſeipſum inter pauperes computare. 196.46
an diſtributiones quotidianæ non ſint fructus beneficij, nec in iure veniant nomine fructuum. 202.11
an Diſtributiones quotidianæ dentur aſſiſtentibus in choro. 382.7. conſuetudo an poſſit introduci, quod neque abſentibus quacumque cauſa etiam infirmitatis diſtributiones dentur. 225.2
à quibus Diſtributiones ſint expoſtulandæ. 145.53.& 54
An quod infirmis dentur diſtributiones poſſit conſuetudine introduci. 237.1. an poſſit introduci conſuetudine, quod anniuerſariorum diſtributiones abſentibus dentur. 237.1 an ſi quis aſſuetus ſit non reſidere, ſi in infirmitatem incidat, & Capitulum faciat habere notitiam ſuæ infirmitatis, lucretur in conſcientia diſtributiones toto tempore infirmitatis. 223.9.11
an ſi Diſtributio attendatur quomodo fit, ſi poſtponantur digniores, iſtis fit iniuria & peccatur contra iuſtitiam diſtributiuam. 423.3

an Diſtributiones ex natura rei ſolum debeantur realiliter præſentibus. 236. 5
Diſtributiones quotidianæ an dentur præſentibus, ſiue realiter ſiue fictione iuris. ibid. 6
An intereſſentia ſolùm ſit ſufficiens ad lucrandas diſtributiones ſine cantu. 359. 13
Infirmis non debent dari diſtributiones quotidianæ, ex Garzia. 238. 3
An duæ partes diſtributionum ponantur loco fructuum, & tertia relinquatur intereſſentibus. 245. 49
An conſuetudo introduci poſſit, aut fieri ſtatutum à Papa confirmatum, quod diſtributiones non dentur intereſſentibus, ſed applicentur fabricæ Eccleſiæ. 238. 2. & 3
Quod introductum eſt lege, aut priuilegio, aut conſuetudine, quis abſens lucretur fructus, poteſt etiam introduci conſuetudine quod lucretur diſtributiones quotidianas. 236. 1
An ſtudẽtes lucrẽtur diſtributiones quotidianas. ib. 2
An ſi non adſit conſuetudo poſſint lucrari diſtributiones quotidianas. ibid. 3

E

Eccleſia.

ECCLESIA. An non poſſibile aliquem in pluribus Eccleſiis deſeruire. 409. 8
Antiquitus in Eccleſia nullus Præsbyter aut Epiſcopus poterant conferre Baptiſma niſi duobus anni temporibus. 364 8 9. & 19
An poſſit eſſe conſuetudo in aliqua Eccleſia quod non ſint diſtributiones dandæ his qui interſunt diuinis. 238. 1
Eccleſiarum partitiones & Epiſcopatuum iuriſdictiones, & ouium paſcua non à Chriſto facta ſunt, ſed à ſummis Pontificibus iure & prudentia humana. 22. 2
an Eccleſia tenuis ſit ſi Parochiani ad decem non aſcendant. 440. 11
Eccleſia in tribunali contentioſo ſolum damnat aut abſoluit ſecundum actus externos. 351. 60
An Deus poſſit conferre Eccleſiæ directam iuriſdictionem in actus mere internos. 334. 40
an vtilitas Eccleſiæ ſotas extra ciuitatem exerceatur. 227. 13
quam fundator Eccleſiæ non exigat conditionem. 305. 2
ſi Eccleſia Parrochialis ſit iuris patronatus laici, & præſentetur idoneus, qui debet approbari, etiamſi ſint magis idonei non præſentati, cur priuandus eſt priuilegio ſtudendi in vniuerſitate inſigni, conſtituto Vicario idoneo. 149. 21
An ex iure poſitiuo nullatenus permittatur duas ſimul partæciales Eccleſias poſſidere. 411. 9
In quibus caſibus poſſit quis habere plures Eccleſias. ibid. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21
an Eccleſia Cathecumenos & eos qui ſua nomina dederunt vt baptizentur non poſſit excommunicare. 364. 18
an poſſit Eccleſia præcipere actum internum vt coniunctum externo. 382. 4
an Eccleſia non ſolùm poſſit ſed de facto determinauit tempus in quo obliget præceptum diuinum de Baptiſmo. 364. 20
Eccleſia de actibus merè internis & prout ſeiuncti ab externis ex natura illorũ non iudicat, remiſſiuè. 343. 1
Quemnam poſſit Eccleſia excommunicare. 346. 1
an Eccleſia poſſit infidelibus determinare tempus vltra quod non poſſint differre Baptiſmum. 363. 3
an quacunque determinatione facta ab Eccleſia ſua lege circa quantitatem orationis fundendæ ab ordinatis in ſacris poſſit Pontifex in illa diſpenſare. 373. 39
An pro omiſſione attentionis internæ Eccleſia nec puniat nec punire poſſit obligando ad reſtitutionem. 382. 10
Eccleſia præſumit iure optimo Epiſcopos in ſua cauſa iudices eſſe integriores, quam Parrochus etiam in propria. 138. 15
an Eccleſia non poſſit præcipere quotannis fiat confeſſio Sacramentalis. 343. 1
an præceptum Eccleſiæ annuæ confeſſionis ſit modificatio præcepti diuini. 344. 2
an Eccleſia cogatur emere laborem ſpontaneum. 195. 27. & 28
Non omnia bona Eccleſiarũ ſunt pauperibus largiẽda niſi forte in articulo mortis, ex S. Thoma. 438. 9
an poteſtas Eccleſiæ non ſe extendat ad præcipiendum annuam confeſſionem de peccato omnino interno. 345. 19
an Eccleſia poſſit determinare tempus præcepti diuini de Baptiſmo ſuſcipiendo à Cathecumenis. 363. 1
An ij qui ordinantur debeant ali ab Eccleſia. 389. 7
an præceptum Eccleſiæ ſit de oratione vocali. 367. 2
Valde cenſendus felix qui vnam Eccleſiam benè ac fructuosè gubernat. 89 23
Quid alienum ſit à prudenti Eccleſiæ gubernatione. 348. 32
Exhortatio à tota Eccleſia facta eſt magnæ efficaciæ. 71. 36
an Eccleſia ſub excommunicationis pœna probet actum internum. 347. 12
an Eccleſia fundetur in præſumptione. ibid. 13
cum Eccleſia militaris ſit corpus myſticum, viſibile, & ſenſibile, oratio eius quæ ſit per miniſtros neceſſario eſt vocalis & ſenſibilis. 323. 3
in præceptis Eccleſiæ cuius materia non eſt indiuidua, an qui non poteſt illa ſeruare in totum ſeruet in parte. 296. 3
an Eccleſiæ ſubſint gubernationi & diſpoſitioni Summi Pontificis. 220. 3
an euidens Eccleſiæ vtilitas ſit cauſa excuſans, & quid veniat notandum. 226. 1
an Eccleſia poſſit punire actum internum & intentionem prout coniunctam actui externo. 365. 3
Qua ratione poſſit Eccleſia iudicium facere de actibus internis. 332. 23
an Eccleſia poſſit reſeruare peccata omnino interna. 348. 14
Penes quid conſideranda ſit Eccleſiarum tenuitas. 440. 10
an ſi Eccleſia ferat excommunicationem contra non adimplentes ſuum præceptum, incurratur excommunicatio. 344. 4. & 5
quid poſſit Eccleſia contra non adimplentem præceptum de annua confeſſione. ibid. 6. & 7
An non poſſit Eccleſia excommunicare illum qui ob defectum doloris facit nullam & inualidam confeſſionem. ibid. 8
An peccatum mortale ſit ſcindere Eccleſiæ vnitatem in quacumque re graui ad diuinum cultum attinente. 307. 10
An poſſit duplex Eccleſia Cathedralis in titulum dari. 89. 17. & 18
Quæ cauſa ad Eccleſiæ vtilitatem pertineat. 421. 6
an Eccleſia non ſolum intendat per Officium Diuinum deuotionem Eccleſiaſticorum promouere, ſed etiam totius populi aſſiſtentis. 200. 5
an fundator Eccleſiæ poſſit facere ſtatutum vt Canonici lucrentur fructus in abſentia vltra tres menſes Tridentinos. 305. 2
an qui plures Eccleſias retinet vnam quidem titularam, aliam ſub commendatione retinere debeat. 435. 3
an Eccleſia poſſit præcipere actus internos prout coniuncti ſunt actibus externis. 355. 42

Vnde

vnde Eccleſia dicatur tenuis. 440 16. & 17
Eccleſiæ prælatio magnum quiddam eſt, ex Chryſoſtomo. 125. 18
Eccleſiæ Monarchia eſt ex Chriſti inſtitutione. 72. 7
Eccleſia non habet poteſtatem ad deponendum Monarcham Eccleſiæ. 73.8
An non poſſit habens duos Canonicatus in duabus Eccleſiis acquirere ius percipiendi diſtributiones quotidianas illius Eccleſiæ in qua nõ reſidet. 540.1
Si quis ob delictum confugiat ad Eccleſiam an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica. 177.9
Quæ determinatio ſit conformis vſui primitiuæ Eccleſiæ. 315.3
Ad quot capita poſſunt reduci crimina à Papâ patrata quæ ſcandalizent Eccleſiam. 67. 2
An Chriſtus potuerit impendere Eccleſiæ ſuæ iuriſdictionem in actus merè & purè internos. 334.42. 43. & 44
vtilitas Eccleſiæ, vel Epiſcopatus in communi & genericè, an excuſet à reſidentia Parochorum. 173. 11
audita eſt Eccleſia contra Anaſtaſium ſecundum, qui orationibus iuſtorum percuſſus interiit. 69. 13
in Eccleſia tam hodie quàm antiquitus an fuerint leges Pontificiæ & conſuetudines diuinum præceptum de reſidentia perſonali interpretantes. 134. 18
An poſt Bullam Martini V. in Concilio Conſtant. inductam & ab vniuerſali Eccleſia receptam, excommunicatus toleratus admittatur in conſortium ciuile, & Eccleſiaſticum. 425. 7
Qui emendari nolens non vult audire Eccleſiam, & perſeuerat pertinax in peccando cum ſcandalo, habendus Ethnicus. 60. 5
Eccleſia etiam conciliariter congregata iure naturali, non habet aliquid in regimine Monarchico, cuius immutabilis inſtitutio ſupernaturalis adæquatè prouenit à Deo auctore ſupernaturali. 73.12
Qui incumbit curæ Eccleſiæ communis, an à cura Eccleſiæ particularis ſibi commiſſæ. 6. 19
an cum Eccleſia præcipit orationem vocalem quæ ſit vera oratio reſpectu Dei, præcipiat attentionem internam. 343. 5
Inter regimen Monarchicum ab hominibus inſtitutũ, & regimen Monarchicũ Eccleſię diſparitas. 73.12
Quæ intentio Eccleſiæ vt det Miniſtris ſuis non indigentibus. 194. 21
An vbicunque datur malitia moralis actus exterioris poſſit Eccleſia circa illam exercere ſuam iuriſdictionem. 347. 57
an Eccleſia matrix miſſam tertiæ applicet pro populo. 188.8
Romanæ Eccleſiæ priuilegium à ſummo Pontifice traditum auferre nitens, in hæreſim labitur. 30. 3
Non licet vigore cuiuſlibet ſtatuti aut conſuetudinis vltra tres menſes ab Eccleſiis abeſſe, ex Conc. Trid. 232. 1
An dare aliquid miniſtris Eccleſiæ ſit de iure diuino & morali. 342. 6
Eccleſia ex vi cuius prouidentiæ & poteſtatis ſibi conceſſæ à Chriſto Domino poſſit præcipere aliquem actum internum. 335. 47
Priuilegium dedit Chriſtus Romanæ Eccleſiæ, vt omnes ei ſicut Chriſto obediant, ex S. Thoma. 73.14
Quis non ſatisfaciat Eccleſiæ præcepto de oratione vocali. 369. 17
Cuinã electo poterit Eccleſia obedientiã negare. 49.4
quæ Eccleſiæ ex fundatione ſua habeant omnes fructus partitos in diſtributiones quotidianas. 202. 4
Eccleſia nondum ſub anathemate decreuit reſidentiam perſonalem Paſtorum. 16. 11
Quid nomine Eccleſiæ non intelligatur. 65.7. & 8
An reſiſtendum ſit in faciem Papæ publicè dilanianti Eccleſiam. 70. 29
an Eccleſia non poſſit cum ſtrepitu iudicij interiora cordis iudicare. 334.34
Dictamen politicum Eccleſiæ regimini valde accommodatum. 54. 28
Chriſtus ſponſam ſuam, Eccleſiam nempe variis ſtatibus, officiis, & gradibus decorauit & miro ordine, diſtinxit, ex Card. Turrecremata. 76. 13
Eccleſiæ Romanæ firma remanet ſententia de Petri ſucceſſoribus. 42. 17
an poſtquam Eccleſia Beneficiatis & ordinatis in ſacris determinauit officium & preces Canonicas quas recitare tenentur, obligatio orandi vocaliter eſt ſub mortali. 377. 5. 6. & 7
Romæ quinque Patriarchales Eccleſiæ. 88 3
Patriarchales Eccleſiæ ſingulæ ſeptem Cardinales Preſbyteros habent. ibid.4
An delegata ſit poteſtas in Eccleſia ad deponendum Papam fidelem. 69. 21
an Eccleſia nequeat prohibere neque actum internũ ſecundũ ſe nec prout cõiunctũ actui externo. 340.2 & 3
an Eccleſia poſſit & de facto præcipiat actus internos quatenus iuncti ſunt actibus externis. 342. 1
An nemo poſſit habere duas Eccleſias ſine periculo animæ, niſi diſpenſatiuè per Papam. 409 7
an in Eccleſia eſt poteſtas electiua Papæ, ſecluſo Papa. 63. 13
Vnde magna morum corruptela in Eccleſia ſerpſerit. 136. 3

Effectus.

Effectus ex natura ſua ſignificat ſuam cauſam. 347. 23

Electio.

Quam electionẽ inualidam eſſe Palazeda aſſerat? 49.3
An Pontificis ſequentis affirmatiuam opinionem electio ſit dubia, an certiſſima. 47. 9
Modi eligendi ſibi ſucceſſorem quot. ibid. 1
A quibus fiebat electio temporibus S. Petri. 55. 36
An Pontificis vtentis opinione probabili electio poſſit caſſari. 46. 6
Eligere ſibi ſucceſſorem licèt iure Canonico humano ſit prohibitum, id auferre poteſt Pontifex. 45.10
Verba illa implicitè prolata à Chriſto Petro & ſucceſſoribus, *paſce oues meas*, denotant poteſtatem eligendi ſibi ſucceſſorem. 46. 4
quænam Electio dicatur nulla? 48. 2
An difficultas intercedat dum omnes conueniunt in Electione. 49. 9
Modus & forma Electionis pendet ab electoribus. 45. 19

Epiſcopus.

an Epiſcopus poſſit diſpẽſare in reſidẽtia perſonali Parochi per octo mẽſes, vt operi pio vacare poſſit 145.14
an Epiſcopus non poſſit cogere aliquem in beneficio ſimplici reſidere. 418. 8
Cuius ſacramenti ſit ſolus miniſter Epiſcopus. 261.16
An vltra bimeſtre graui ex cauſa poſſit Epiſcopus licentiam concedere Parrocho, vt perſonaliter non reſideat 145. 15. & 17
An in denuntiationibus præambulis non poſſit diſpenſare Epiſcopus. 255. 9
Epiſcopus ab aliquo actu ſibi proprio abſtinere poteſt, & per alium magis idoneum exercere. 8.36
an poſſit Epiſcopus concedere cauſa examinata licentiam non reſidendi ſtudiorum cauſa Vicario perpetuo. 150. 1
Epiſcopus tenetur copulatiuè ad reſidentiã & opus. 8.34
an poſſit Epiſcopus in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis tres ſacros ordines dare in tribus diebus extra tempora. 261. 5
Si Epiſcopus in hoc fuerit negligens tenetur ipſe ex propriis reſtituere pauperibus aut fabricæ quibus tenebatur Parrochus. 160. 9

an Epiſcopus aut Parrochus, qui maiorem habet laborē, plus propter illum ſibi reſeruare poſſint. 381.18

ſi Epiſcopus recreationis cauſa vel alio motiuo commoretur in aliquo Monaſterio Regularium exempto, an valeat tunc vti alternatiua. 178.6

An ad vrgentem neceſſitatem pertineat, quod Epiſcopus abſens ſit à propria Eccleſia, vt ſit in Concilio generali, Prouinciali, aut Nationali. 98.10

an ſi Epiſcopus factus Inquiſitor generalis fiat de nouo Archiepiſcopus, aut Epiſcopus noui alterius Epiſcopatus, ſit neceſſaria noua diſpenſatio. 116 n.12.

An iure Eccleſiaſtico Epiſcopi & Cardinales perſonaliter poſſint bellum gerere. 82.1

Prohibentur ſub mortali culpa Epiſcopi & Cardinales bellum gerere. ibid.2

An Pontifex poſſit in hoc diſpenſare. ibid.3

Quanam conſtitutione teneatur iure naturali Parrochus & Epiſcopos reſidere in Parrochia & Epiſcopatu ſibi aſſignato. 415.4.5.& 6

An Epiſcopi teneantur accedere ad Curiam vocati à Rege, & ibi reſidere quantum negotij grauitas ad bonum publicum attinentis exigit. 110.33

ſi Epiſcopus non det licentiam Parrocho, non eſt tutus in conſcientia ſi diſcedat; & non reſideat. 140.1

An poſſit per bimeſtre non reſidere. ibid.2

antiquitùs Epiſcopus ſenectute, vel infirmitate, aut ſummis occupationibus adſtrictus ſibi ſucceſſorem quem Clero proponebat, deſignabat. 50.14

An Epiſcopi præcepta generalia iuris diuini & poſitiui, quæ tempus ſuæ obligationis non determinant, non poſſint determinare niſi ex commiſſione ſummi Paſtoris. 362.12. 13. & 14

an nullus Epiſcopus authoritate propria poſſit aliquid immutare, circa præcepta diuina Sacramentorum. ibid. 15

An ex tacita Pontificis conceſſione poſſit Epiſcopus diſpenſare in impedimētis dirimentibus. 258.2.3.4

an Epiſcopus poſſit diſpenſare ante contractum matrimonium. ibid. 5

an Epiſcopus cauſa cognita & approbata, vt conuenienti vt in vtilitatem ipſius Parrochi poſſit vltra bimeſtre illi licentiam conferre, vt non reſideat. 145 12. & 13

an Epiſcopus poſſit prohibere, ne Parrochus per biduum adſit ſub pœna pecuniaria. 141.1

Si Parrochus ſæpius incidat an poterit Epiſcopus ſub excommunicatione id prohibere. ibid.2

an Epiſcopus aut Cardinalis Epiſcopus poſſit occupare Parrochum habentem actualem animarum curam, & in ſuo ſeruitio ſit exercens officium Prouiſoris, Vicarij, alteriúſve muneria ſui regiminis in Diœceſi ſua vltra bimeſtre à Conc. conceſſum. 144.1

an Epiſcopus vel Parrochus ſi non eſt ſimpliciter pauper, poſſit ſibi applicare fructus male perceptos ex non reſidentia. 197.61

an Epiſcopus ſit legatus à Papa ad Principes & à Principibus ad Papam, an ſit neceſſarium requiſitum, vt Epiſcopus excuſetur à reſidentia perſonali. 106 7. & 8

ſi Epiſcopus ſciat aliquem irretitum irregularitate, & ipſum ordinat, an cenſeatur diſpenſare in irregularitate. 115. 5

an Epiſcopus poteſtatem confirmandi ſimplici Sacerdoti poſſit delegare. 260.1

Epiſcopus, non ex ſuppoſitione, ſed abſolutè & ſimpliciter tenetur ad curam animarum. 4.2

An Epiſcopi animus non poſſit cognoſci, quod ſit inſcrutabilis. 181. 7

An Epiſcopi teneantur accedere ad Comitatum ſi Rex iubeat & præcipiat. 112.10

de Epiſcopis Cardinalibus Oſtienſi, Præneſtino, Albanenſi, & aliis Romæ reſidentibus, Cardinalis Petri Damian. ſententia. 87.1.& 2

Quo tempore Epiſcopi & Abbates ad bella procedebant. 81.3.4.5 6.7.8 9.& 10

Quæ pœna non habeat locū hodie, niſi in Epiſcopis, & aliis Eccleſiæ Præfectis minoribus. 156.13.14

Qua conſuetudine non poſſit Epiſcopus cogere Canonicos ad pſallendum in choro. 359.12

In quibus caſibus ſuperior poſſit vocari Epiſcopus. 268.37

An actu graſſante peſtilentia, non debeat Epiſcopus diſpenſare. 279.8

an Epiſcopus poſſit ſiue in Synodo ſiue extra ſancire ne Parrochus vltra hebdomadam aut vltra biduum abſit ſine eius licentia & approbatione. 138.9

Concilium non poteſt impedire quin Epiſcopus poſſit reſeruare cognitionē cauſarū abſentiæ. ib.10

Epiſcopus debet compellere Parrochum, qui per biennium non reſidet, licet poſtmodum reſideat ad reſtituēdos fructus illius tēporis quo abſēs recepit. 160.8

an Epiſcopus vel Capitulum ſi ipſi incumbat, vel Epiſcopus de conſenſu Capituli, vel iſtud cum aſſenſu Epiſcopi poſſit diſpenſare cauſa iuſta cū Canonicis, vt abſentes lucrentur ad tempus etiam diſtributiones quotidianas. 253.1

Quæ Pontificia confirmatio implicitam habeat & tacitam commiſſionem diſpenſandi datam Epiſcopis in ſuis diœceſibus. 257.3.& 4

An non poſſit Epiſcopus concedere licentiam Parrocho non reſidendi ſtudiorum cauſa ad quinquennium, vt poterat ante Trid. ex iure cōmuni. 147.1

an Epiſcopi prudentes ſe debeant putare Romanos Pontifices in ſuis diœceſibus. 256 17

ſi Epiſcopus reſidens in ſua Eccleſia capitur à Turcis, Pyratis, & violenter ducatur in captiuitatem, gaudeat alternatiua. 177.12

an poſſit Epiſcop. pro viſitatione ſuæ diœceſis vti opera Parrochi vltra quadrimeſtre ſingulis annis. 145.21

etiamſi Epiſcopus abſens ſit timore mortis cadentis in conſtantem virum, vtrum gaudeat alternatiua. 177.1

an Epiſc. teneatur diſpenſare in interſtitiis. 289.3

an poſsit Epiſcopus qui vniuerſalis eſt Medicus totius Diœceſis dare conſilium, vt tota ciuitas carnibus veſcatur. 289.4

an Epiſcopus tranſacto primo trimeſtri ad diœceſim reuertatur, ibique reſideat per aliquot dies, poſsit iterum abſentari per trimeſtre anni ſequentis. 136.14

Quando eſt maxima cauſa & vrgens, poteſt Epiſcopus diſpenſare contra canones, ea Tabiena. 247.5

Epiſcopus qui ſubſtitutum conſtituit, an ratione tituli & dignitatis poſsit fructus percipere. 24.24

vtrum Epiſcopus non reſidens per annum poſsit fructus quos diſtribuere debet pauperibus partim reſtituere, partim reſeruare reſtituēdos ſequenti anno. 197.65

An dum Concilium & ſacra Congregatio concedit, vt Epiſcopus ea cauſa graui, poſsit concedere licentiam non reſidendi Parrocho, per aliquod tempus debeat hoc tēpus intelligi vltra bimeſtre. 151 6

Epiſcopus qui omnino non prouidet de Vicario, & adminiſtratore Sacramentorum, tenetur reſtituere fructus ſibi correſpondentes ratione illius Eccleſiæ, cui non prouidet de Vicario & adminiſtratore. 168.3

ſi aliquis Epiſcopus vir ſit inſignis ſapientiæ, Concilij & induſtriæ & in rebus agendis magnæ dexteritatis, quæ omnia longa experientia cōgnita habet Pont., ſiue iſte Epiſcopus Cardinalis ſit ſiue non, an ſit legitima cauſa, vt Papa diſpenſet in reſidentia. 104.4

Epiſcopus excuſatur à reſidentia ex conditione ſuæ perſonæ; & quæ illa ſit. 7.27

Niſi Papæ voluntas ita clarè expreſſetur poteſt Epiſcopus Cardinalis Romæ reſidere tutus in conſcientia. 94. 14. & 15

Epiſcopus curet vt Præsbyteri ſaltem diebus Dominicis & Feſtis ſolemnibus, ſi curam habuerint animarum tam frequenter & ſuo moneri ſatisfaciant, Miſſas celebrent ex Conc. 185. 2

An ſicut cum vna perſona propter timorem cadentem in conſtantem virum poſſit diſpenſare, & ad id teneatur Epiſcopus in ieiunio quadrageſimali. 276. 4

Votum longæ peregrinationis qood excedat ſpatium trium menſium ſi fiat ab Epiſcopo qui habeat actualem onium curam, & non ſit expreſsè dipenſatus an ſit irritum ipſo facto. 100. 5

an Epiſcopus in ſua Diœceſi poſſit pro aliqua neceſſitate præcipere quod omnes qui capaces ſunt ieiunent. 361. 4

an Epiſcopus ſit verè ſuperior habens Iuriſdictionem ſpiritualem in ſuas oues. ibid. 5

An ſi quidam Epiſcopus fecit votum peregrioationis Hieroſolymitanæ, quod Pontifex non declarauit eſſe irritum & nullum, imò potius illud commutauit, an ſit validum. 100. 3

Epiſcopus per ſeipſum, ceſſante impedimento legitimo, plebem docere debet. 4 4

an Epiſcopi monitio debeat præcedere hanc priuationē quā incurrit Parrochus non reſidēs, vt reſideat. 156. 2

Epiſcopus ſatis prudenter facit qui tale votum emiſit. 103. 38

an nec Epiſcopus pro Epiſcopatu ſuo, nec Papa pro vniuerſa Eccleſia teneantur applicare Miſſæ ſacrificium. 184. 29

vtrum Epiſcopi poſſint ſe abſentare. 98. 5

an Epiſcopus poſſit cauſa ſtudiorum Parrochis dare licentiam, vt non reſideant per ſeptennium. 147. 6 & 7

ſi Epiſcopus concedat de facto licentiam Parrocho, vt litem proſequatur, & Parrochus bona fide abſentet ſe, vltra bimeſtre an faciat fructus ſuos. 173 14

an Epiſcopos poſſit diſpenſare in lege Pontificia ad tempus pro bono regimine ſuæ Eccleſiæ. 254. 7

an nomine Epiſcopi veniant ſuperiores regulares. 261. 2

quandonam Epiſcopus illa permutatione, & alternatiuæ priuilegio non gaudeat. 179. 5

Epiſcopus non poteſt cogere obtinentes beneficia ſimplicia aliquod perſonale ſeruitium ſuis beneficiis impendere. 418. 5

In Canonibus Concilij generalis non poteſt Epiſcopus diſpenſare niſi ex magna cauſa neceſſitatis, ex Barboſa. 247. 4

an Epiſcopus habeat iuriſdictionem, *in habitu*. 178. 5

An ſi vrgens neceſſitas diſpenſandi Epiſcopum oriatur ex paupertate non teneatur Epiſcopus facere expenſas, vt à Pontifice impetretur diſpenſatio. 259 15

an ſi Epiſcopus fecerit votum alicuius magnæ peregrinationis, teneatur ſub præcepto ad illud implendum, etiam non reſidendo & ſic voti adimpletio ſit vrgens neceſſitas. 99. 1

ſi Epiſcopus cognoſcat & approbet cauſam abſentiæ, & iudicans eſſe grauem, licet ſit in vtilitatem ipſius Parrochi, an faciat fructus ſuos. 171. 6

an Epiſcopus qui ſub conditione expreſſa vouit Religionem teneatur petere licentiam, & diſpenſationem in reſidentia. 101. 18

Epiſcopus licet poteſtatem iuriſdictionis in oues immediatè accipiat a Pontifice, tamen dignitas Epiſcopalis immediatè eſt inſtituta à Chriſto Domino. 22. 7

Epiſcopus ex priuilegio eſt diſpenſatus quod ſemper in ſua Diœceſi non reſideat. 90. 34

non poteſt Epiſcopus ante citationem per editum punire Parrochos in quarta fructuum parte. 156. 11

Epiſcopus ex Concilio Vicarium debet approbare. 140. 1

An ſi filius Regis Epiſcopus per annum non reſideat fructus Epiſcopatus non poſſit ſibi applicare ad congruam. 197. 73

an Epiſcopi inconſulto Summo Paſtore poſſint lege ſua determinare ſuis ouibus tempus quo obligat oratio præcepta iure diuino. 361. 1

an Epiſcopus poſſit diſpenſare in legibus Pontificiis. 251. 16

vt Epiſcopi poſſint abeſſe à ſuo Epiſcopatu à quibus cauſæ legitimæ abſentiæ ſint approbandæ. 170. 7

An prius debeat Epiſcopus implere votum quàm fiat Epiſcopus. 103. 42

an Epiſcopus tale munus exercens tutiſſimus erit in conſcientia, non reſidendo perſonaliter. 114. 9

Ea quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi exercere debet. 4 5

officia Eccleſiaſtica non exigunt neceſſariò Epiſcopos ad eorum exercitium, & ideò à reſidentia non excuſant. 6. 8

An cum vrgens neceſſitas adeſt deſideriorum infirmorum petentium eſum carnium in quadrageſima poſſit Epiſcopus & debeat ſupportare cum illis diſpenſando, vt maius in eis periculum euitetur 366. 12. & 13

qua ratione Epiſcopus à reſidentia excuſetur abſque præcepti violatione. 5. 10

Quid antiquitus ab Epiſcopis ſolum fiebat. 260. 6

an Epiſcopos Papa vocet in ſollicitudinis partem. 254. 2

Epiſcopi armati lorica & galea velut monſtra Eccleſiæ primò viſi ſunt. 81. 2

an Epiſcopus teneatur reſtituere ſi ex omiſſione damnum temporale adueniat, vel Eccleſiæ, vel alicui ex ſubditis. 168. 6

Epiſcopi tranſlatio, depoſitio & ceſſio non tam conſtitutione canonica, quàm inſtitutione diuina ſoli ſunt Romano Pontifici reſeruata, ex Innocentio III. 95. 5

An ſi diuerſa ratio Epiſcoporum reſpectu Sum. Pont. 256. 13

an Epiſcopi ſint membra & pars corporis Papæ. 256. 14

an poſſit Epiſcopus eandem licentiam concedere Canonico, cuius Canonicatui eſt annexa Parochialis. 150. 3

Qui defendendi Epiſcopi, qui in aciem ibant. 81. 12

an Epiſcopus qui comitari debet, debeat eſſe ille in cuius Eccleſia eſt Canonicus. 244. 88

Quo tempore gaudere debeant Epiſcopi alternatiua. 175. 8

In Belgio & Germania debent intereſſe in Comitiis ordinum Epiſcopi. 109. 15

an Epiſcopus eo ipſo quod iure ordinario habeat curam & iuriſdictionem in ſuas oues, eodem iure habeat poteſtatem diſpenſandi in legibus Papæ. 278. 14

An tempore epidemiæ & ad fugiendum contagium poſſit Epiſcopus diſpenſare, ne tota ciuitas ſacrum audiat. ibid. 15

an Epiſcopus qui vouet Religionem, ſi Papa diſpenſauerit, ſi iudicatur à viris quod cauſa non ſit ſufficiens excuſetur à petitione illius. 101. 23

an Epiſcopi in legibus latis in Concilio diœceſano poſſint diſpenſare. 255 2

Quamuis regulariter nequeat Epiſcopus in lege Pontificis, aut Concilij, poteſt tamen in caſu vrgentis neceſſitatis, quando ad Pontificem aditus non patet, ex Thoma Sanchez. 277. 16

licet Epiſcopus peccet contra iuſtitiam, quod ex officio ſuo teneatur aliquid reſtituere. 168. 5

Epiſcopi Præſulatum non poſſunt deſerere quacumque occaſione abſque authoritate Romani Pontificis. 119. 8

an Epiſcopus poſſit edicere ne Canonici ſine eius licentia abeſſe poſſint. 152. 10

Epiſcopus depoſitus propter culpam, an de iure communi non poſſit iterato ad Epiſcopatum reuocari. 95 8

Epiſcopi non faciunt votum non deſerendi gregem ſibi commiſſum, ſed ſolum eſſe præceptum inducens obligationem perpetuam, ex Caiet. 119. 11

ſi Epiſcopus ſit diſpenſatus in reſidentia an gaudeat alternatiuæ priuilegio. 178. 1

An neceſſitas vrgens excuſet ab obſeruanti præcepti etiam diuini poſitiui.

Super eo quod factum eſt poteſt Epiſcopus diſpenſare in lege Pontificis aut Concilij, non tamen in eo quod faciendum eſt contra canones, ex Syluestro. 247. 3

an Epiſcopus in loco exempto ſuæ Diœceſis verſans, ſit apud Diœceſim ſuam. 178. 4

Epiſcopus poteſt auferre à confeſſore quod non confiteatur oues. 28. 53

An liceat Epiſcopo habere duos Canonicos in ſuo ſeruicio qui lucrum facient fructus ſuæ Præbēdæ, ac ſi præſentes eſſent, non tamen distributiones quotidianas, 243. 23. & 24

qui Epiſcopi meretricibus ſimiles 125. 22

Epiſcopo alicui ſemel aſſignato ouium grege, ex iure naturali ſequitur obligatio ad reſidentiam perſonalem. 22. 8

Epiſcopis quæ poteſtas conueniat. ibid. 10

Ad non reſidendum per bimeſtre, an requiratur licentia expreſſa Epiſcopi. 142. 2

an Epiſcopus poſſit diſpenſare in legibus Pontificiis & Conciliaribus, quando materia leuis eſt. 248. 1

Quæ commiſſio tacite Epiſcopis ſit conceſſa. 261. 13

Epiſcopus expulſus per violentiam, aut per eandem detentus ingredi ſuam Diœceſim eſt affectus pro ipſa reſidentia. 177. 10

an Epiſcopus tantum poſſit in ſua diœceſi quantum Pontifex in toto orbe. 251. 19

an Epiſcopus conſideratus ante legem Pontificiam poſſit in ſuo Epiſcopatu, quod Pontifex in toto orbe ibid. 20. & 21. 22

Contra ius diuinum eſt, quod Epiſcopus abſit à ſua diœceſi. 16. 8

licet Epiſcopus violenter detineatur, ne ſuum ingrediatur territorium, an in alieno gaudere poſſit alternatiua. 177. 2

Epiſcopus Romanus eſt ſummus Pontifex Petri ſucceſſor & Chriſti vicarius. 34. 15

Maior comitatus conceditur Epiſcopo viſitanti, quàm Cardinalibus. 79. 45

Finito negotio ad quos vocatus eſt Epiſcopus, ſi illo anno non fuerit vſus priuilegio menſium ſibi conceſſo à Tridentino, an poſſet illo vti, 104. 2. & 3

Epiſcopi qui ſunt in ſtatu perfectionis non niſi Summi Pontificis authoritate Epiſcopalem curam poſſunt deſerere. 119 4

an Epiſcopus gaudeat priuilegio alternatiuæ, etiamſi verè & perſonaliter reſideat in aliquo loco exempto, ſito tamen intra Diœceſim ſuam. 178. 1

Epiſcopus in his quæ ſunt de genere permiſſorum poteſt, ex rei natura, & ex ipſo iure diuino intra propriam diœceſim ea omnia, quæ ſummus Pontifex poteſt in Eccleſia Dei vniuerſali, niſi per ſacros canones aut per ſummum Pont. prohibeatur, ex Barboſa. 247. 2

an Epiſcopi ex vi ſubordinationis ad Papam tanquam illius Vicarij ordinarij, participent poteſtatem diſpenſandi in legibus Pontificis, 249. 15. & 16

Epiſcopus poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa ex detentione violēta Clerici in carcere 250. 1

an Epiſcopi poſſint diſpenſare vbi ſpecialiter diſpenſatio non eſt inhibita. ibid. 2

an Epiſcopus poſſit abſoluere ab excommunicatione lata à iure per legem vniuerſalem. ibid. 3

An ſit cauſa ſufficiens ad diſpenſandum quod aliquis Epiſcopus non reſideat, quod ſit Inquiſitor generalis. 114. 8

Epiſcopi non accipiunt à ſummo Pontifice poteſtatem regendi gregem, ſed immediatè à Deo. 22. 9

An filius Regis Epiſcopus poſſit differre reſtitutionem quouſque Patre, vel Matre mortuo adeat hæreditatem. 197. 64

An ſi ex omiſſione culpabili Vicarium non conſtituit Epiſcopus teneatur fructus reſtituere. 168. 4

Licentia in ſcriptis & cauſæ cognitio & approbatio Epiſcopi an requiratur, tum vt fidem legitimæ abſentiæ in foro externo faciant Parrochi, tum vt omnis deceptio, & inanis prætextus abſcindantur. 171. 9

In quonam poſſit diſpenſare Epiſcopus. 151. 2

Diuerſimodè obligantur ex iure diuino ad reſidentiam perſonalem Epiſcopi, ac obligantur Parochi, ac alij inferiores animarum Paſtores. 119. 9

An ſuppoſita probatione Pontificia in reſidentia propter cauſam quam illi Rex propoſuit, ſi Rex præcipiat Epiſcopo vt accedat ad Regiam Curiam, & ibi exerceat munus & officium perpetuum vt Conciliarij, &c. teneatur Epiſcopus præcepto regio obedire. 112. 8

an Epiſcopi Cardinales ex Priuilegio Pontificis gaudeant alternatiua. 179. 1

an Epiſcopi teneantur accedere ad Curiam regiam vel imperialem ad iuſſum & vocationem Regis. 108. 5

Vtrum ſi per Epiſcopum ſtet non nominare Vicarium idoneum tempore abſentiæ Parrochi, Epiſcopus teneatur reſtituere fructus pro rata temporis abſentiæ. 168. 1

Quis item nomine Epiſcopi. 141. 2

an Epiſcopus non reſidens poſſit continuare trimeſtræ vnius anni cum anni ſequentis trimeſtri. 135. 1

Epiſcopi titulares obligantur ad reſidendum ex natura rei, & iure diuino. 23. 15

tria Epiſcopum à vinculo reſidentiæ abſoluunt. 5. 11

An præſentia Epiſcopi per menſem integrum ſufficiat ad effectum, vt gaudeat alternatiua. 181. 6

Epiſcopi an formaliter habeant votum. 119. 12

Quid dicat Epiſcopus in ſua conſecratione. ibid. 13

Quid iuret Epiſcopus. ibid. 14

Epiſcopus an poſſit per Papam diſpenſari, & illius votum non deſerendi gregem an poſſit diſpenſari. ibid. 15.

cur Epiſcopus non poteſt ex iure diuino deſerere gregem, benè tamen Curatus. ibid. 16

Epiſcopus quo iure obligationem habet paſcendi gregem 28. 55. & 56. 57

Epiſcopus vnius Eccleſiæ an teneatur reſidere iure diuino in ſua Diœceſi. 90. 33

An eo ipſo quod Epiſcopus contradicat Parrocho religionem ingredi volenti, ſummus Pontifex illi licentiam & libertatem concedit. 168. 12

Si odium inter Epiſcopum & plebem ſit quid agendum. 24. 26

Quid ſit ratio ſuccedendi in ſummum Pontificatum Romanum Epiſcopum. 34. 23

Epiſcopus an ſit ſufficiens ad regendum gregem ſuum adiutum miniſtris prudentibus & doctis. 24. 25

an ſi Epiſcopus eſt feudatarius debeat prius obedire

Regi

Regi quàm Pontifici. 108.10
an Epiſcopi pro fide pugnantes excuſari poſſint. 81.11
an ſi Epiſcopus in fraudem alternatiuæ & vt oſtendat ſe velle permanere, exercet munia Epiſcopalia in diœceſi, & habet vno vel altero die ante finem menſis diſcedere à diœceſi, an gaudeat alternatiua. 181.9
vtrum Epiſcopus non reſidens per trimeſtre à Concil. conceſſum, gaudeat alternatiua. 175.1
Epiſcopus poteſt in ſua Diœceſi, quidquid Pontifex in tota Eccleſia, niſi aliquid Pontifex reſeruet, ex Th. Sanchez. 277.11
quæ poteſtas Epiſcopis conceſſa exorbitet. 262.7
an poſt acceptationem alternatiuæ menſes ſuos Martium & Septembrem ita acceptauit Pont. quod Epiſcopus, ſiue reſideat, ſiue non in illis beneficia vacantia prouidere nequit. 180.11.& 12
vtrum Epiſcopus poſſit ſecum in iuramento diſpenſare ſicut cum aliis. 255.4
an aliquis Epiſcopus excipiatur qui non poſſit diſpenſare. 256.5
an Epiſcopi poſſint non reſidere propter aliquod officium Epiſcopatibus coniunctum. 110.27
an in multis quæ propria ſunt Papæ non poſſint pro vna vice diſpenſare Epiſcopi. 252.2.3.& 4.
an ad hoc vt Epiſcopus reſidens per horam vel diem prouidere poſſit beneficia ex vi alternatiuæ, debeat habere animum ibi permanendi & reſidendi. 181.8
vſque ad Bonifacium VIII. nullus Epiſcopus volebat fieri Cardinalis. 77.23
an Epiſcopus ſine adiunctis coniudicibus poſſit multare Canonicus habens capitulum tempore diuinorum officiorum extra caſum vrgentem. 231.25
an Epiſcopi abſentes alia ex cauſis enumeratis à Concilio, debeant gaudere alternatiua. 175.6
an Epiſcopi qui abſunt ex cauſis à Concil. approbatis gaudeant alternatiua. 179.6
an licet negotium quod quis per alium perficere poſſit, non excuſet, nec Epiſcopus ad hoc poſſit dare licentiam. 173.9
an excommunicatus non toleratus nullomodo ſatisfaciat penſo horarum, quæ in choro Eccleſiæ dicuntur. 225.4
an Epiſcopi & Parrochi ea facilitate qua ſibi applicabunt fructus in Epiſcopatu & Parrochia, poſſint non reſidere. 197.53
Epiſcopalis dignitas non eſt maior Cardinalitia. 76.17
ſi Epiſcopus iudicauerit Parrochum valde vtilem futurum, ſi munus exerceat Inquiſitoris, an poterit illum abſentē ſi Parrochia pro præſenti habere. 145.9
an Epiſcopus poſſit ex cauſa in legibus Pontificiis diſpenſare in multis caſibus. 257.10
quæ ſententia in fauorem DD. Epiſcoporum afferatur. 180.4.
an vltra bimeſtre vel trimeſtre quoad tempus reſidendi ſit paruitas aliqua materiæ ſuperaddenda quæ excuſet à mortali Epiſcopos & Parrochos 165.8.
quodnam Epiſcopi iuramentum faciant. 112.9
an Epiſcopus poſſit ſicut in legibus Summi Paſtoris ita in legibus Concilij generalis. 257.1
an poſſit Epiſcopus ſubdelegare poteſtatem conferendi ordines ſacros ſimplici Sacerdoti. 261.17
an tempore peſtis poſſit Epiſcopus diſpenſare vt tempore quadrageſimæ poſſint tam viri quàm mulieres carnes comedere. 268.31.32
an Epiſcopi poſſin diſpenſare in legibus Papæ. 249.13
cui debeat parere Epiſcopus in occurrentia mandatorum ſimultanea. 110.36
ſtatus Epiſcopalis & Religioſus vt ſeſe habeant reſpectu perfectionis. 8.37
Epiſcopus tenetur Eccleſiam ſuam defendere; cuius defenſionis cauſâ abeſſe poteſt. 5.14
Epiſcopus Romanus an poſſit ſibi eligere ſucceſſorem. 45.15.16.17.
Epiſcopi immediatè accipiunt poteſtatem non à Deo, ſed à ſummo Pontifice, ex Vaſquez. 22.5
an Epiſcopus qui intra tres menſes non conſecratur amittat Epiſcopatum. 280.6
an Epiſcopus poſſit excommunicare, caſus reſeruare, aut omnia ſubditorum vota diſpenſare aut commutare. 249.14
Epiſcopus an non debeat obligari ad Chorum, ne per hoc à maioribus obligationibus retrahatur. 200.9
an Epiſcopus peccet ſi non diſpenſet vbi petet ratio diſpenſandi. 266.15
Epiſcopi dicuntur Vicarij Papæ & illius Corepiſcopi. 148.11.
an Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu poſſit diſpenſare in legibus Pontificiis. 246.1
an Epiſcopi iure diuino ſint ſummo Pontifici ſubordinati. 248.10

Euagatio.

an in illa oratione quæ cadit ſub præcepto diuino Euagatio deliberatiua, ſine exteriori occupatione ſit peccatum mortale. 342.5
an ſi Euagatio ſit ſolum ſecundum actum interiorem licèt ſit grauis ſit peccatum. 342 3.& 4
Euagatio ex propoſito ſemper eſt cum mortali ex Caiet. 332.18.& 19

Euangelium.

in Euangelio multa ſunt omiſſa, quæ per Apoſtolos ſunt ſuppleta ſcripto & verbo. 78.40

Excommunicatio, Excommunicatus.

quam Excommunicationem poſſint ſoli Inquiſitores abſoluere. 249.38
an Excommunicatus debeat eſſe toleratus vt poſſit ante ſententiam ſibi retinere diſtributiones. 225.1
an Excommunicatus nullum influxum habeat in lucrum diſtributionum. 226.5
an ante Concil. Conſtantienſ. non eſſet diſtinctio Excommunicati tolerati & non tolerati. 225.6
an Excommunicatus poſſit lucrari diſtributiones ſi choro aſſiſtat, ſi iuſta fuit excommunicatio. 224.10
an Excommunicatus non toleratus non lucretur diſtributiones, imò ſit incapax eas lucrandi. 226.3

Executio.

cuiuſnam Executio reſpiciat malum imminens communitati. 277.7
quæ Executio non ſuſpendi poſſit, ex Concilio. 148.14

F

Fabrica.

Quid nomine Fabricæ intelligatur. 402.1

Facultas.

an Facultates de non promouendo præterquam in caſibus à iure expreſſis conceſſa ad annum tantum ſuffragentur. 148.16

Fructus.

An quando in fauorem Cardinalium reſeruantur omnes Fructus loco penſionis, & ſolus titulus datur reſignatario, is teneatur recitare. 392.1
an dimidia pars Fructuum Canonicis & Beneficiariis nouis dentur. 386.4
Sub qua clauſula generali Bullæ compoſitionis includatur compoſitio fructuum ex non reſidentia. 191.16.
Sub qua clauſula vniuerſali comprehendatur compoſitio ſupra fructibus male perceptis ob non reſidentiam paſtorum. 190.7
Qui lucrentur fructus Beneficiorum ſuorum. 227.10
Fructus an ſint ſtipendia quæ dantur ob cauſam, & beneficium

beneficium propter officij monera exequenda. 160. 1
An in fructuum reſtitutione ſit etiam paruitas materiæ ſuperaddenda quæ excuſet ab obligatione reſtituendi. 165. 9
Quinam ante poſſeſſionem nullos fructus acquiraot. 387. 5
An teneatur qois fructus Beneficij reſtituere, niſi aliàs iuuet dicere Officium Cardinali, aot Epiſcopo eiuſdem ordinis ſi dicat officium ſui ordinis 317. 4. & 5.
qui Fructus tenues dicantur. 440. 18
qui Fructus eaſdem cooditiones habeant ac diſtributiones. 404. 12
An detur paruitas materiæ in reſtitutione fructuum. 165. 21.
an Fructus primi anni etſi differantur non auferuntur. 386. 2
Froctus dantur Clerico, vt aſſumptus in partem domini viuat de patrimonio Chriſti, & noo cogatur mendicarę. 375. 11
Pœna ſubtractionis quartæ partis fructuum lata contra Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, non videtur quod infligenda ſit Parrochis propter abſentiam ſex menſium. 155. 10
qoi Fructus exprimi debesnt io valore ad impetrandum beneficium à Summo Pontifice. 202. 2
An qui paucos Fructus recipit ob aliquem caſum teneatur recitare, 390. 15. 16
An ſi filius non percipiat fructus, nec pater ex eius coonſenſu non percipiat, conſentaneum ſit, vt non cogatur ad horas. 387. 2
Ao qui iniuſtè retinens iure naturæ tenetur reſtituere fructus. 393. 3
Non facere fructus ſuos, & non facere omnes fructus ſuos, an idem ſit Conc. 159. 4
An actualis fructuum perceptio incipiat à poſſeſſione. 386. 2
quæ Fructuum amiſſio dependeat ab intentione non recipiendi Sacerdotium intra annum. 365. 2
An poſſit introdoci qood fructus primi anni applicentur hæredibus Canonici defuncti, dentur etiam diſtributiones. 236. 1
quorum Fructuum priuatio fieri nequit iure purè humaoo. 366. 12
an Fructus non dentur niſi ratione totius officij paſtoralis. 184. 27

Fundatio, Fundator.

quæ Fundationes oon ſint cootra ius commone. 222. 16
ao ſi Fundator anniuerſarij feſtiuitatis dotatæ, expreſsè dicat quod noo diſtribuantur niſi inter præſentes & abſentibus perſonaliter non dentur, licet Inquiſitores ſint, an ex vi priuilegij Pontificij poſſint lucrari. 220. 1

G

Gratia.

an GRatia vni facta, fiat omnibus. 229. 12

Gregorius.

Gregorius X. ſtatuit vt electio celebraretur in Conclaui à quo egredi nullo modo poſſint Cardinales, niſi electo Summo Pontifice. 56. 39
Gregorius Papa ordinat Maximiano Epiſcopo Syracuſano, vt latorem ſui decreti reſtituat in ſuam Parrochiam à qua abſena fuit cauſa infirmitatis. 237. 2

H

Hæreſis, Hæreticus.

quis ſit HÆreticus mentalis. 347. 19. & 20
An quotieſcumque aliquis hæreticus mentalis ſuam hæreſim propalat exterius, dicatur externus hæreticus. 350. 56
An ſignificatio hæreſis ſit bona cum habeat pro fine bonum animæ. 350. 57
Quænam poſſint eſſe ſine hæreſi interna. 350. 47. & 48
quæ Hereſis habeat propriam rationem pœnæ. 349. 37
an Hæreticus à die declarationis criminis fiat omnino incapax bonorum. 158. 5
Ad comitandam hæreſim quid requiratur. 347. 11
an Hæreticus ſiue ſua natura occultus, ſiue omnino & totaliter occultus, ſiue per accidens ſit excommunicatus. 346. 5
Quis vere hæreticus exterior dicatur. 348. 34

Horæ Canonicæ.

An etſi Concilium non det licentiam non recitandi ſpatio ſex menſium nec releuet ab obligatione ſoluendi penſum horarum, manifeſtè releuet ab obligatione reſtituendi fructus, 376. 21. & 22
Obligatus ad horas Canonicas tenetur ex præcepto diuino attendere. 342. 9
an Horarum Canonicarum penſum ſi eo modo quo diſponit Eccleſia, ſoluatur facillimo negotio adimpleatur, 329. 49. & 50
An ex priuilegio quale habent regulares poſſit ſatisfieri penſo horarum ipſas mentaliter dicendo, 323 4 & 5
An qui omittit etiam vnum diem imo & vnam horam, ex ſeptem horis Canonicis teneatur reſtituere. 383. 1
an Horæ Canooicæ intermitteodæ dum adeſt viſitatio diuina & mentis exceſſus, 327. 29. 30. 31. & 32
An ſoluto coadiutus teneatur horas canonicas legere. 330. 3
An qui ſine attentione dicit horas Canooicas peccet contra ius poſitiuum Canonum. 342 2
An præceptum de recitandis horis non ſtrictius obliget, quàm præceptum de ieiunio. 326. 9
An ſi quis alicui parti horæ omiſſæ cum peccato mortali correſpondeat aliqua pars fructuum, quæ magna ſit, & ſufficiens ad mortale in materia furti non ſit reſtituenda. 402. 12
An recitare horas Canonicas ſit noo ſolum de iure humano ſed etiam diuino. 341. 20
Nullus in recitandis horis Canonicis extra formulam Breoiarij diuagetur ad alias formulas aliarum Eccleſiarum. 310. 11
Vtrum ad horas Canonicas teneantur Beneficiati iure diuino & humano. 342. 7
Ao qui non recitat ſeptem horas Canonicas ſeptem committat mortalia peccata. 399. 1
Quomodo abſque detrimento Reipub. aut proximi poſſit quis etiam ſoluere horarum Canonicarum penſum. 327. 25
Ordinem horarum tranſmutare an mortaliter peccet, cui incumbit chori diſpoſitio. 316. 5
An ſi qois ex conſuetudine genita, vel ex indeuotione, &c. vt breuius penſo horarum ſatisfaciat mutat officium peccet mortaliter. 314. 2
Non eſt reus peccati mortalis commutans qualitatem horarum, ex Caiet. 308. 12
An materia grauis ſit vna ex horis Caoonicis Breuiarij Romani. 320. 3
Præceptū recitandi horas Canonicas iuxta præſcriptam formam in Breuiario continet ſubſtantiam & modum, ex Raphaële de la Torre. 308. 10
An qui horas Canonicas recitaret qoolibet Breuiario à ſede Apoſtolica approbato noo teneatur reſtituere fructus. 394. 7
Quandonam non ſatisfiat præcepto de Horarum recitatione. 322. 5
Vnde Eccleſiaſticus rigor in recitandis horis Canonicis diſſoluatur. 326. 13

Item

I

Ieiunium.

In IEiunij die quoties quis carnes edit mortale crimen committit. 294 2

an qui ſrangit Ieiunium non habeat inobedientiæ ſpecialis malitiam ſed generalis. 357.19

An qui vnica comeſtione carnium frangit Ieiuniom vnum duntaxat committat peccatom. 295.8

Ao vnica comeſtio magis videatur in præcepto Ieiunij præſuppoſita, taoquam communiter intellecta, quàm expreſſa. 293.3

An ſit plus comedere carnes, quam non Ieiunare: 297.6.

an dicantor non Ieionae qui in quadrageſima prandent, aoteqoam veſertioum celebretur Officium. 313.24.

an in præcepto Ieiunij quadrageſimalis determinetur ab Eccleſia hora prandij. 312.16

an dum ſerpit io ciuitate lues peſtifera debet diſpenſari cum commonitate in Ieiunio quadrageſimali. 277.5.

An quis noo teneatur dimittere officiom laborioſum vt Ieionet. 326.10

Cur anticipare ſine cauſa horam prandij in die Ieiunij noo ſit peccatum mortale. 312.21

An hora prandij ſolum ſit quædam cooditio extrioſeca eſſentiæ Ieiuoij. ibid.22.23

Ao præceptum Eccleſiaſticum Ieiooij ſit negatiuum. 291.1.

An in tantum quis diſpeoſatur à lege Ieiunij, in quantum petat eius indigentia. 296.5

An ille qui io virtute Bullæ comedit ooa & lacticinia verè ieiunet, & ad Ieionium teneatur. 296.6

an ſi quis frangeret Ieiuniom intemperatè comedens duplici ſe inquinaret malitia. 356.5.& 6

An non tam qaalitate ciborum Ieiunium conſtet; quàm in vnica comeſtione. 293.5

Si pericolum contigerit noo eſt ſeruanda conſuetudo Ieiunandi, quia vtilius ſcandalum naſci permittitur, qoàm veritas relinquiror. 266.8

quòd Ieiunium quadrageſimale ſit antiquum, quid ſequatur. 263.2

An bellom immioeos excuſet ab obligstione Ieiuoij. 270.51.

modus obſeruandi Ieiunium quadrageſimale an non vous omnium erat. 292.2

an cauſa æſtimata à Ieiunante rationabilis abſqoe fraude, licet reipſa rationabilis non ſit ſufficiat vt quis excuſetur à Ieiuoio, & petat diſpenſatiooem præcepti & legis. 269.38

An quando imminet epidemia peſtifera lex Ieionij quadrageſimalis ſit contra æquitatem iuſtitiæ. 271.60.61.

Quantitas cibi duarum vnciarum in die Ieiunij an frangat mortalliter Ieiunium, ex Diana. 135.10 & 11.

Quæ ſit forma adæquata Ieiunij. 299.10

an Ieiunium ſit de iure oaturæ. 134.15

Ao dupliciter peccet contra virtutem temperantiæ qoi frangit Ieiunium. 357.21

Ioannes XXII.

Ioannes XXII. conceſſit quod Prælati Eccleſiaſtici faciant iuramentum fidelitatis. 108.12.13

Imperator

Imperatores tyrannicè, & de facto ſummos Pontifices ritè& Caoonicè electos depoſuerunt. 66 21.

an Imperator, Rex aut Princeps abſolntus non poſſit iure politico regio, aut imperiali, declarare aor quolibet modo abſoluere à præcepto diuioo de reſidentia perſooali. 109.17

quo tempore Imperatores, Reges & Principes mittebant Epiſcopos ad alios Reges qui fungerentur officio Legati & Oratoris. 116.2

Iuſtiniani Imperatoris ad Epiphanium Archiepiſcopum & Patriarchaoi Conſtantinop. Epiſtola. 108.7

Innocentius

Innocentius III. illos qui diebus quadrageſimalibus carnes propter ingentem inediam coacti ſunt comedere, excuſat. 265.5. & 6

Ionocentius IV. ſtatim atque coronatus fuit Pontifex omnes Cardinales Epiſcopos à Curia abiecit. 92.6

Inquiſitor

ex vi priuilegiorom, Inquiſitores lucrari qualia emolumenta poſſint. 220.2

an Inquiſitor generalis immuois ſit à vioculo reſidendi perſonaliter, ex Vaſqoe. 114.4

Inquiſitor generalis etſi Iuriſdictionem immediatam habeat à Pontifice cuius index eſt delegatus, nominatim tamen proponitur à Rege. 113.1

Et ſi Inquiſitor generalis attendat caoſis fidei, & in extirpandis hæreſibus, an ſit neceſſariom quod ſit Epiſcopus. 114.7

an Inquiſitoris officium excuſet Parrochum à reſideotia perſooali. 145.4

quæ Inqoiſitoribus debeaotur. ibid.5.

quid Inqoiſitor generalis attendere debeat. 114.5

officium Inquiſitoris generalis viris aliis non Epiſcopis commiſſum eſt. 113.1

an officium Inquiſitoris generalis ooo excuſet à reſidentia. 154.10

vnde Ioquiſitores lucrentur diſtributiones qootidianas, 243.17.18.

Intentio.

quamnam Intentionem iooctam oegligentiæ, & omiſſioni puniat Eccleſia. 367.19

An pœna noo ponatur propter Intentionem ioternam. 367 17.& 18

In quibus caſibus admittenda benigna Papæ Intentio. 327.26 & 27.

Quandonam mens euagetur in coottariom Inteotioni orandi. 338.18

quæ Intentio ſine attentiooe ad orationem coocipi nequeat. ibid.14.15.& 16

an aliqoalis Inteotio ſaltem virtualis ſatisfaciendi præcepto requiratur. 352.11

an Intentio benigna ſummi Pontificis de facto non extendatur ad occaſionem repentioam. 328.41

quæ Intentio virtualis ſit etiam virtualis attentio. pis. 343.7

Iudex, Iudicium

ao iudex in cauſa dubia ſpeculatiuè poſſit ſe determioare ad ſerendam ſententiam determinatam. 286.23

an noo ſit idem Iudicium de Parrochis, ac de Epiſco. 254.1.

Iuramentum.

an Iuramentum habeat ſubintellectam conditionem. 255.3.

Ius

Quæ relaxatio dioini iuris fuerit facta ob cauſam tenuitatis. 440.9

an Ius ad conſeruandam vitam in homine certum ſit & antiquius. 285.16

omnia Iura naturalia quibus obligantur paſtores gregis dominici ad reſidentiam perſooalem adnomerantur, 19.7. 8. 9. & 10

Quodnam ius non fuerit acceptum indiſtinctè & abſolutè, 780.7. & 8

an Ius tertij non intelligatur derogatum, niſi exprimatur in priuilegio derogatorio. 222.24

Ius medium inter dioinum & humanum, ex Bannez, 36.6. & 6

An relaxatio iuris naturalis fiat à diſpenſatore & diſttibutore vniuerſali. 421. 8
Quis titulus ius expeditum non conferat. 393. 3
Expreſſum iure Canonico non eſt, vt in diebus ieiunij ſemel tantum comedatur. 293. 1
An fictione iuris ſit determinata perſona. 193. 2
An nullum ſit ius diuinum aut naturale obligans Beneficiatos aut Clericos, in ſacris ad aliquam precem recitandam. 372. 32
quo iure quis obligatur ad finem, obligatur etiam ad medium. 15. 5
An in iure nullum ſit veſtigium quo probetur obligatio pro ouibus ſactiſic. applicandi. 185. 3
In Inſtitutione euangelica implicitè continetur ius diuinum. 35. 18
An contra ius diuinum non poſſit, vllo tempore præualere conſuetudo. 133. 8
Ad quem pertineat iuris diuini interpretatio. 134. 17
Ius naturale quandonam non obliget. 61. 12
Non eſt contra ius diuinum Euangelij, nec contra ius naturale eligere ſibi ſucceſſorem. 45. 11
quandonam Ius naturale relaxatum eſt & Canonicum diſpenſatum. 422. 2
Ius diuinum interpretandum tradit Chriſtus ſummo Eccleſiæ viſibilis Capiti, & ipſius Vicario in terris. 109. 18.

L

Lector.

an LEctores, Confeſſores, Prædicatores poſſint mutare Officium in breuius. 316. 3
an Lectores & Prædicatores pro matutinis & laudibus lucrentur diſtributiones. 229. 10
Ad valorem naturalem ſufficientem, & ad tutamen conſcientiæ, an licentia ſcripta requiratur à Concilio. 142. 4
Quo priuilegio aliter poſſint vti Lectores, 370. 7. 8. & 9
an Lectores, Confeſſarij poſſint in rigore loquendo præuenire tempus occupationibus ſuis. ibid. 10. & 11. & 12. & 13.

Legiſlator.

an Legiſlator nunquam præſumatur reprobare conſuetudinem tanquam iniquam niſi id exprimat. 233. 19. & 20
Quæ materia in ordine ad finem legiſlatoris non ſit per ſe primo intenta. 311. 7
quid Legiſlator aut diſpenſator attendere nec debeat, nec poſſit in ſua lege vniuerſali facienda, & diſpenſatione concedenda toti communitati. 277. 8
An quando Legiſlator reprobat aliquam conſuetudinem tanquam iniquam & irrationabilem etiam deroget immemorialem. 233. 18
An quando quis acquirit quaſi domicilium in aliquo loco, an tunc efficiatur ſubditus legiſlatoris. 319. 12
licet Legiſlator aliquam conſuetudinem abroget, quia irrationabilis & nociua Reipublicæ, & bono communi, in qua derogatione etiam comprehendatur conſuetudo immemorialis. 234. 28
Non poteſt legiſlator aliquod præceptum ponere, quod non oporteat in caſu aliquo prætermitti, ex S Thom. 271. 61. & 63
Legiſlator humanus poteſt diſpenſare in lege humana, & huius obligatio dicitur humana. 28. 54
Legiſlator poteſt reddere in pœnam aliquos incapaces dominij propter aliquod delictum. 158. 8
An nequeat Legiſlator humanus legem ſtatuere ea conditione, vt nunquam contra ipſam valeat conſuetudo derogare. 234. 26
an Legiſlator humanus poſſit conſtituere ſub ſpeciali reſpectu materiam præcepti in materia alicuius præcepti. 357. 16
quæ pœna Legiſlatori intelligatur ex vi legis reſeruata. 250 9.
an Legiſlatoris voluntas non ſit ita libera, quod poſſit ſub mortali obligare, ſi materia leuis eſt. 311. 2

Lex.

an Lex Pontificia obligationem inducant. 249. 19. 20
An conſuetudo poſſit abrogare legem cuiuſcumque humani Legiſlatoris. 233. 24. & 25
Lex diuina inſtituta eſt ad ordinandum hominem ad Deum, & Politia humana ordinat homines ad inuicem & in ordine ad bonum Politicum. 109. 19
quando Lex imponit pœnam non taxando tempus quo incurratur debet præcedere ſuperioris monitio, vt quis pœnam incurrat. 156 4
An inferior poſſit diſpenſare in lege ſui ſuperioris. 248. 8
Leges iuſtæ non ſunt niſi adſit caſus & articulus neceſſitatis, 85. 30. & 31
An ſecundum diſpenſationem ſuperioris non obliget lex ieiunij. 267. 22
An lector ſanctæ Scripturæ dum actu legis lucretur diſtributiones. 230. 17
Lex ieiunij non obligat ex quocumque detrimento ſalutis vel ſanitatis. 267. 23
An computatio dierum, menſium adducta ſit eligenda, quando lex non exprimit à quo tempore menſis incipiat. 164. 4
an nulla Lex præter Pontificiam poteſt cogere vt alicui priuato operi pio applicentur fructus. 404. 12
an Lex & præceptum debeat eſſe de materia honeſta. 357. 18
Cauſa rationabilis excuſat ab obſeruatione legis humanæ. 273. 9
An leges de actibus pure internis per ſe ſumptis non ſint neceſſariæ. 334. 41
An quando adeſt periculum graue imminentis infirmitatis Reipublicæ, non obliget lex, 271. 5. & 6
An quanto grauior eſt lex, eo maior & vrgentior requiratur cauſa. 261. 3
quæ Lex non dicatur pœnalis. 395. 6
Lex priuata an ſit dignior quam publica. 168. 11
quæ mora ſufficiat in loco vt quis ſit obligatus legibus loci. 319. 13
An ſemper ſubſiſtat quamuis derogetur lex ad quam reſpicit ſemper ſententia. 304. 6
Quid directe cadat ſub præcepto legis. 333. 32
Qui viri adhibendi in ferendis legibus. 70. 34
De ratione legis eſt quod reſpiciat bonum commune inducendum. 278. 13
In lege lata quis modus non reſpiciatur. 313. 3
A quo legis tota obligatio oriatur. 253. 5
vt Lex obliget ſub mortali quid requiratur. 311. 1
an Lex humana pœnalis actum externum reſpicit, vel internum prout coniunctum externo. 382. 3
In legibus Hiſpanicis indicitur à Regibus Epiſcopos & Clericos ſuis perſonis Regem in bello debere iuuare. 85. 28
Quæ conſuetudo vim legis habeat ex totius Eccleſiæ aſſenſu. 293. 2
Quænam ſuis legibus intendit vitare Legiſlator. 52. 12.
Vbinam non impetet lex humana quod quis actiuè exequatur actionem quæ eſt pœna in ſe ipſum. 398. 3
Mortaliter peccat abrogando leges quibus Reſpublica conſeruatur. 53. 13
Tranſgreſſio legis humanæ ob mortem corporalem euitandam, non eſt ſemper peccatum mortale, vnde metus mortis ſæpe excuſat. 273. 6

L

Lex ieiunij non obligat com notabili detrimento ſalu-
tis. 273.7
Fortior eſt Lex diuina & naturalis, quam omnis lex humana. 273.8
quando Lex prohibet & reprobat cõſuetodinem ſolum intelligitur de conſuetudine quæ non habet iuſtum moriuum, ex Bonacina. 234.32
Lex Pontificia & præceptum Pij V. primo & per ſe ſolum attendit ad derogationem,& excluſionem varietatis & diuerſitatis Breuiariorum. 309.9
An auferibilis ſit aut mutabilis lege ſtante quælibet Politia ciuilis Monarchia,ex Gerſone. 72.4
conſuetudo & Lex an non obligat extra territorium iuriſdictionis Principis ferentis legem & upprobantis conſuetudioem. 320.21.22
in nouo teſtamento Lex de Curdinalibus obſeruari debet, & ita à iure diuino dimanat. 75.5
Lex diuina poſitiua non obligat in mortis periculo, quando udeſt metus cadens in conſtantem virum. 273.3.
quandonam Lex diuina poſitiua non obliget homines. ibid.4.
Leges obligantes ad reſtitutiones afferuntur. 158.6
an Lex charitatis & rectæ gubernationis quid expoſtulet. 249.17.18
Legis obligatio non ceſſat, quando finis & ratio adæquata legia ceſſat. 23.19
an lex de reſtituendo fructus ſit valde pœnalis. 382.2
An ſubditus & inferior non poſſit currere in totum legem ſuperioris. 352.2
in Lege humana publica non poteſt diſpenſare,niſi ille à quo lex authoritatem habet ex S.Thom. 246.2
an ſolum lex imponat obligationem faciendi actus. 354.27.
Ao vnica comeſtio obſeruetur quæ in omni Lege fuit requiſita. 296.7
an Lex ſit certa & non poſſit ſolui per executionem dubiam. 283.7
an vna eſt legis intentio, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus impleantur. 221.18
conſuetudo quæ Legem Eccleſiaſticam derogat ex quo dicatur irrationalis. 234.33
An ad peccatum noo requiratur, niſi quod ſit contra legem. 354.32
an finis legis cadat ſub. 261.12
An conditio contra edicta Imperatorum & leges tanquam non adiecta reiiciatur. 120.7
Legiſlator poteſt leges vel à ſe, vel à ſuis anteceſſoribus latas abrogare. 52.11
Quodnam principiom ſit œconomicum noo excuſatorium ab obligationibus legis diuinæ. 327.24
Quem rigorem poſſit lex humana reſpicere. 380.5

Licentia.

an Licentia ex cauſa cognita debeat eſſe expreſſa & obtenta, vt examinet an cauſa ſit honeſtu & ſufficiens, ex Conc. 167.9
An aliquid ſpirituale inſit in danda Licentia ex iuſta cauſa non reſidendi. 143.2
an Licentia tacita aut expreſſa requiratur vt Parrochus abſit. 141.1
an Licentia ad comedendas carnes detur ex conſilio Medici. 298.1
quæ licentiæ dandæ ſunt à Vicario Epiſcopi. 254 5.6.7 & 8.

M

Magnates.

Magnates,an non ſolom Proceres & Magnates Regni Hiſpaniæ, ſed etiam Prælati & Epiſcopi faciant iuramentum fidelitatis Regibus, & illis obediendi in rebus licitis & honeſtis. 107.3

Manualia, Manualitas.

an Manualia ad ſecundum genus prouentuum pertineant. 204.26
quæ Manualia non diſtribuantur abſentibus. ibid.17
Manualitas in quo ſita ſit. 407.8

Medicus.

quid requiratur in Medico corporali. 290.5
quid Medici in concedendis licentiis ad carnes edendas, attendere debeant. 284 6
Medicum ſpiritualem inter,& temporalem quid diſcriminis intercedat. ibid.7
an confidere medicis quando infirmitas ex cauſis naturalibus dimanat, nobis præcipiat Deus. 272 9
quid per Medicum ſpiritualem intelligatur. 287.1
quid Medicus corporalis attendere debeat. 285.11 & 12.
An Bulla ſolum requirat conſilium Medici ſpiritualis, qualis eſt quilibet Confeſſor. 288.3
an conſilium vtriuſque Medici exigat priuilegium Bullæ, corporalis ſcilicèt & ſpiritualis. 290.1
an Medicus ſpiritualis non debeat eſſe nimium ſcrupuloſus. 283 9
An diſpenſationi ieiunij quadragesim. quoad eſum carnium factæ virtute Bullæ enunciatæ, poſſit Medicus ſpiritualis tenuente illo coi concedit adiungere aliquod opus pium. 289.1
vtrum Medicus ſpiritualis nequeat imponere aliud opus pium. ibid.2
naturu omnium operatrix Medicus verè miniſter, ex Hypocrate. 279.11.12.& 13
an nullatenus Medicus ſpiritualis diſpenſet, ſed ſolum Pontifex poſito prius conſilio vtriuſque Medici. 288.4.
an priuilegium Bullæ ſit vt Medicus ſpiritualis diſpenſet poſito conſilio Medici corporalis. ibid.5
qualis debeat eſſe Medicus ſpiritualis remiſſiuè. 290.3
An ſi in vna ciuitate ſit diſcordia inter Medicos, cuius Medici corporalis conſilium ſequundum. 291.1.
An reſpectu ciuitatis maior pars Medicorum ſit ſequenda. ibid.2.& 3
Quando neceſſitas comedendi carnes iudicio Medici corporalis vel alterius viri experti eſt probabilis practicè, etiam in cauſa ſpeculatiuè dubia, non requiritur nec Epiſcopi nec Medici ſpiritualis per Bullam diſpenſatio, ex Trullenc. 286.14
An ſi quis in virtute Bullæ de conſilio vtriuſque Medici ſit diſpenſatus ad ſemel in die carnem comedere, non poſſit amplius illam edere. 295.5.& 6.
An aſſiſtentes infirmo mortaliter peccent ſi omiſſis mediis à Medicis deſignatis vtantur aliis. 270 48
an Medicus non teneatur ſequi opinionem de medicamento tutiori. 269.46
an requiratur conſilium Medici ſpiritualis. 290 2
an omnes Medici conueniunt ſecurius, & tutius præſeruari à contagio per eſum carnium quàm piſcium. 269.47.
An quando peſtis miraculosè infligitur à Deo,non ſit recurrendum ad Medicorum conſilia. 279.9.14.15
nomine Medici ſpiritualis ſolum intelligitur Parrochus ex Ioanne Sanchez. 287.4
Ao quantum ad eſum carnium de conſilio vtriúſque Medici videatur aliquid operari priuilegium. 282 4.
ars Medica diuinitus eſt accepta, & diuinitus exerceatur. 279.3

Metus.

quis Metus dicatur iuſtus. 267.24

Miles.

Miles Chriſti & miles ſæculi ex vi ſuæ inſtitutionis pugnantia habent exercitia. 84 21

Miniſter.
Qoid in prouidendas miniſtris pro Eccleſia præcipuè ſit attendendum. 411. 3
Miſſa.
An poſſit quis attendere ſufficienter ad tres miſſas, remiſſiuè. 360. 26
Monachus.
an ſi Monachus Carthoſianus, vel Ciſtercienſis moret officium ſuum extra chorum peccet mortaliter. 317. 6
Moniales.
an Moniales licet ſub mortali teneantur recitare officium diuinum poſſint maiori cum libertate mutare extra chorum officium longius in breuius. 316. 1
An obligentur Moniales ex conſuetodine, cui videtur ſatisfieri quocumque officio ex Breuiario Romano. 316. 2

N

Neceſſitas.
NEceſſitas in ſpiritualibus admittit plus & minos: & minus neceſſarium cedit magis neceſſario. 7. 26.
Articulus neceſſitatis duplex in bello contingit. 83. 4
Vtrum dum quis rationabiliter dubitat de extrema neceſſitate ſibi imminenti, non teneatur ei ſuccurrere qui eam actu patitur. 286. 22
Multa prohibita iure diuino & humano fiunt licita & permiſſa ex neceſſitate. 281. 5
Vrgentem inter & extremam neceſſitatem diſcrimen. 98. 3 & 4
Neceſſitas non ſubiacet legi, ſed lex ſubiicitur neceſſitati. 281. 4
Nicolaus II.
Nicolaus II. electionem detulit ad Cardinales Epiſcopos. 55. 37
Nobilitas.
An ſola nobilitas, generiſque claritas ſit ſufficiens cauſa diſpenſandi ſine litteratura. 411. 10

O

Obligatio.
OBligatio, an qui per primam recitationem expreſsè non vult ſatisfacere obligationi, iſtam proroget. 354. 28
An per dationem coadiutoris non auferatur à Parrocho obligatio non reſidendi in perpetuum. 169. 2
an Obligatio recitationis officij ſolum reſpiciat lectionem notatum, non auditionem, ex Caramuele. 324. 19. & 20
An ſicut dies non penetrantur, ita non poſſint penetrari obligationes ſatisfaciendi debitis aſſignatis illis diebus. 323. 9
Ab humana deliberatione obligatio quædam ſpecialis oritur, ſopra quam cadit obligatio præcepti diuini & naturalis. 27. 50
An non ſit imponenda obligatio niſi adſit clarum præceptum, aut lex illam impingens. 200. 11
In præceptis naturalibus & diuinis ceſſante in particulari motiuo & ratione adæquata, ceſſat obligatio reſpectu illius particulari. 23. 21
Quæ grauis obligatio ponatur Presbytero ſeu Parrocho ſi officium in Eccleſia non pſallat. 200. 15
an Obligatio cadat ſupra tempus & horam non ſupra obligationem. 188. 6. & 7
quæ Obligatio oriatur ex conſuetudine. 184. 36
quæ Obligatio non ſit iuris naturalis. 375. 6
quam Obligationem non inducat ius antiquum. ibid. 7
an Obligatio recitandi Officium Diuinum oriatur ex præcepto Eccleſiaſtico. 321. 8
ao Obligatio officij diuini ſit alligata diei, & illi determinata. 322. 8
ao Obligatio ratione beneficij ſit ſub pœna reſtitutionis fructuum, 353. 21. 23. & 24
quæ Obligatio oriatur ex ſtatuto imperante facto ab Epiſcopo. 184. 31
Aliud eſt ſubſtantialis obligatio dimanans à præcepto diuino de ſuſcipiendo Baptiſmo, aliud tempus in quo obligatio iſta exerit vires, 365. 6. & 7
An conſuetudo ex ignorantia originata non inducat obligationem. 287. 6
an Obligatio reſtituendi fructus ſit de iure naturali & diuino. 174. 12
Quando ſunt duæ obligationes iuris diuini incompatibiles, quæ ſequenda? 91. 9
An diuerſæ ſint obligationes. 397. 3
Obligatio reſtituendi fructus ſtatuta eſt in pœnam omiſſionis peccaminoſæ. 395. 2
An quoties omiſſio actus externi recitandi eſt mortaliter peccaminoſa oriatur obligatio reſtituendi. 384. 10
an Obligatio reſtituendi ſit taxata à Pio V. ibid. 11
an Obligatio ex charitate ſit tanta vt ſit mortale peccatum actionem illam ex charitate faciendam omittere, 370. 5 & 6
an Obligatio reſtituendi ſit, ſi à Parrochianis exigatur. 162. 15
Quomodo aſſignanda ſit quantitas quæ inducat obligationem recitandi, 390. 28. 29. & 30
Obligationem non deſerendi gregem votum appellat & ſolemne S. Thomas. 120. 20
An non imponenda ſit obligatio iuſtitiæ, onus cum expreſsè non ponatur in iure. 376. 8
Cum duæ concurrunt obligationes iuxta maiorem & præcipuam curam quid operandum. 351. 5
Si maneat obligatio, an pœnæ impoſitæ à lege contraria diſſuetudine euaneſcant. 133. 7
Ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ ſunt perfectionis cum aliqua ſolemnitate, ex S. Thoma. 118. 2
Obligatio iuſtitiæ quæ dimanet à fructibus, 130. 31. & 32
Occultum,
An quod non eſt omnino occultum exterius ſit mentale. 335. 50
quid Occultum per ſe & occultum per accidens ex Simanca. 346. 6. & 7
Officium diuinum.
An ſi quis memoria retinens officium diuinum lingua vulgari ipſum pronunciet non peccabit mortaliter, nec contra præceptum inquiſitionis. 322. 6
Quis teneatur perſonaliter miniſteria ſui officij præſtare ouibus. 128. 6
Officium pro officio mutare ex ſe eſſe peccatum mortale qui ſentiant. 306. 1
An qui ex conſuetudine deliberata mutat officium pro officio in Romano Breuiario non peccet ex contemptu formali. 314. 4
Præcepto Pij V. tenentur omnes obligati ex aliquo titulo ad recitandum diuinum Officium. 307. 5
An ſtricte præcipiatur Officium Diuinum celebrari à Clericis non ſolùm priuatim ſed publicè in Eccleſia. 199. 4.
Quot peccata committat is qui tenetur recitare Officium Diuinum. 320. 1
An poſſit quis per totam vitam recitare officium de reſurrectione pro libito ſuo ſiue vrgenti cauſa illum excuſante. 314. 5
An mutans officium pro officio, non tamen mutans Breuiarium peccet mortaliter. 313. 27
Officium pro officio mutare ad libitum & ſine cauſa non peccare niſi venialiter, qui teneant. 308. 1. & 2

An

An ſi mutetur modus non faciat ſatis quis Officio Diuino. 310. 13
An actio mutandi officium pro officio & tranſmutandi horas in choro eum ex ſua inſtitutione ſit ordinata & ad Deum laudandum, & excitandum populum ad deuotionem, non poſſit non ſcandalum generare, 316. 6. & 7. & 8
mutare Officium pro officio dummodo ſeptem horæ Canonicæ recitentur ſecundum Breuiarium Romanum correctum iuſſu Pij V. an non ſit materia grauis. 312. 5
An qui ad libitum mutat Officium pro officio contemnat ipſum ordinem. 307. 13
An nullus poſſit ſatisfacere duplici penſo recitationis officij vnica dumtaxat recitatione. 322. 1
An non vno die excuſet à mortali mutationem Officij pro Officio. 306. 5
An ille qui recitat officium ex obligatione præcepti neceſſario habeat attentionem internam ſaltem virtualem ad id quod recitat. 338. 13
An quia officium diuinum dicere teneatur mentaliter in aliquo caſu. 367. 1
Quæ ſit materia grauis in recitatione officij diuini. 401. 14
Quomodo taxanda eſt quantitas correſpondens recitationi officij, & hæc reſtituantur iuxta ratam omiſſionis. 380. 12
Quæ ſit quantitas officij quæ ſi omittatur ſit peccatum mortale. 401. 1
an Officium diuinum componatur ex octo partibus entitatiuis æqualibus, 401. 23
An omiſſio Tertiæ officij Romani ſit mortale peccatum, ibid. 4. 5
Præceptum de recitando Officio Diuino ſolum expoſcere & contentum eſſe cum attentione externa, qui teneant? 336. 2. & 3
An ſi ſecludatur ſcandalum quæ mutatio officiorum ſit merè accidentalis. 314. 6
Quāta debeat eſſe recitationis officij ſēſibilitas. 324. 9
An is qui mutat officium pro officio; iuxta ritum & formam breuiarij Pij V. peccet mortaliter. 393 5
Non implens officium tenetur reſtituere, ex S. Antonio. 162. 22
Quæ mutatio officiorum materialis & accidentaria dicatur. 311. 8
Nun poteſt quis mutare officium frequenter ſine reatu peccati mortalis, ex Diana. 312. 14
An qui habet priuilegium dicendi officium diuinum mentaliter, ſi non poſſit dicere officium diuinum vocaliter, teneatur ipſum mentaliter dicere. 368. 11
An in Choro nequeat officium Romanum dici, niſi adſit conſenſus maioris partis Capituli. 317. 7
An munia debita ex vi officij aut ſunt impoſita à ſuperiore aut à iure. 129 28
An ſi quis recitet officium diuinum lingua Hebræa, aut Græca non peccet mortaliter, nec teneatur fructus reſtituere. 321. 1
An qui recitat officium non animo recitandi, ſed legendi vt addiſcat non ſatisfaciat, 355. 43. & 44
An ſi vna vel altera vice ob occupationem honeſtam etſi non neceſſariam poſſit omitti officij diuini recitatio. 326. 14
An ſi miniſtet Eccleſiæ dum recitat Officium Diuinum cogitet aliud ſit tranſgreſſor, 342. 10. & 11
An ſi quis Officium Diuinum non attentè neque deuotè recitaret, mortaliter peccaret. 307. 15
An ſi quis ob infirmitatem non poſſit recitare totum officium, teneatur recitare partem. 368 8
Quid ad inceptionem officij requiratur. 347. 6
Quæ vocis prolatio requiratur ad ſatisfaciendum præcepto de recitatione officij. 324. 16
An non ſit mortale officium pro officio mutare, remiſſiuè. 317. 10
An iure naturæ non requiratur quod quis recitet officium ad ſatisfaciendum beneficio per ſe ipſum 359 8
An qui ex officio ſibi iniuncto ſingulis diebus duodecim horis integris occupatur non tenetur legere officium diuinum, ex Caramuele, 325. 1 & 2. & 12
An materia præcepti recitandi officium diuinum ſit diuiſibilis. 299. 12
An omiſſio officij vnius diei imo & vnius integræ horæ ſit peccatum mortale. 384. 8
An omiſſio recitationis diuini officij iure naturæ ſit contra iuſtitiam. 375. 14
An non recitans diuinum officium ſi Beneficiarius ſit pro rata omiſſionis teneatur reſtituere ratam fructuum. 329 47
An qui omittit Laudes teneatur reſtituere ſaltem tertiam partem fructuum. 402. 8
An omiſſio ſit de materia graui. ibid. 9

Operarius.

an Operario non laboranti iure naturæ merces debeatur quacumque ex cauſa. 223. 5
vox illa, *Operarius*, expenditur, 125. 13. 14. & 15

Opus.

Opera pia & ſuſtentatio Clerici pro tempore antecedenti non debent ex fructibus beneficij nondum habiti deſumi. Et quæ ex hoc ſequerentur, ex Card. de Lugo. 193. 35. & 36

Orare. Oratio.

An homo teneatur vocaliter orare & exteriorem oblationem facere. 339. 25
An ſicut oratio vocalis eſt ſignum orationis internæ ita adoratio externa ſit ſignum internæ ſummiſſionis ad Deum. 336. 10
An idem ſit de adoratione externa, ſicut de oratione vocali. 343. 8
Cuiuſlibet particularis perſonæ oratio pia perſeuerans & petens neceſſaria ad ſalutem pro ſe eſt cauſa efficaciſſima, & infallibilis, *ex Caietan.* 69. 15. 16. 17. 18. 19. & 20
Dum laudes Deo deferimus & orationem vocalem fundimus, non tantum voce, ſed corde fundendum, ex SS. Patribus. 339. 23
Quid ſit orare, 336. 7. & 8
an Oratio miniſtri publici debeat eſſe vocalis. 324. 13
An oratio ſit medium neceſſarium ad ſalutem. 361. 2
An ſint aliqui caſus in quibus teneatur homo orare. 361. 3
An quoties vocalis oratio continuatur detur aliqualis attentio interna. 337. 3
An Oratio quæ ſit per Miniſtros Eccleſiæ, oportet quod innoteſcat toti populo pro quo offertur. 200. 6
vt Oratio æquiualeat actiua ſit quid requiratur. 342. 8

Ordinarius.

Ordinarij conſenſus requiritur in licentiis in curia datis ex declaratione Pij IV. remiſſiuè. 148. 9
vtrum ſi Ordinarius ſuper beneficio aliquo penſionem reſeruet ad vitam Penſionarij, petaturque eius confirmatio à Papa, nunquam talis confirmatio concedatur. 435. 36
An non expediat nec poſſit Ordinarius cum tota ciuitate aut Diœceſi diſpenſare in lege de ciborum delectu fidelibus ab Eccleſia præſcripto, tempore quadrageſimæ. 275. 4
ſi Ordinarius non det gratis licentiā ex iuſta cauſa non reſidendi vltra bimeſtre, an committat ſimoniā. 143. 1
an Ordinarius diſpenſare poſſit in ieiunio quadrageſimali, 263. 1. 2. 3. 4. 5. & 6
an Ordinarius poſſit dare licentiam obtinenti cura-

tum vt abſit, ad hoc vt alterius Epiſcopi ſit Vicarius Generalis. 44. 2
An debeat & poſſit ordinarius diſpenſare cum tota communitate, cùm toti immineat periculum ſubitum. 276.3
An ius Tridentini expreſſit licentiam fore approbandam ab Ordinario. 539.20
quandonam Ordinarius non cogatur vti priuilegio alternatiuæ. 579.3
quid nomine Ordinarij intelligatur. 541.5

Ordinatus.

an Ordinati in Sacris teneantur ad aliquam precem fundendam ſiue publicè ſiue priuatim. 573.45

Ordo.

quid ordo charitatis & iuſtitia diſtributiua exigant. 403.5
Qua multiplicitate Eccleſiaſticus Ordo peruertatur. 413.13

Oſius.

Oſius Epiſcopus Cordubenſis reſidentiæ perſonalis acerrimus defenſor. 108.6

Otto.

Otto Epiſcopus reprehenditur. 14.8

P

Papa.

an PAPA poſſit conferre plures Canonicatus in eadem vel diuerſa Eccleſia ad libitum ſuæ voluntatis. 457.2
An qui legato Papæ ſeruit & Cardinali actualiter Romæ reſidenti in ſeruitium Eccleſiæ, cenſeatur Papæ inſeruire. 244.37.38.39 40. & 41
an ſuperior Papa inferior poſſit in caſu præſenti cum qualibet ſingulari perſona authoritatiuè interpretari legem ieiunij quadrageſimalis. 275.2
an Papam inuaſoré liceat ſe defendendo occidere. 70.28
Papa non dat licentiam perpetuam ad non reſidendum, non tamen negat quod poſſit dare, ex Bellarmino. 250.32
Papa an, ſine Concilio Cardinalium requiſito poſſit abſolutè, & valeat res arduas ſe ſolo definire & concludere. 77.23
Papa conſilio; aſſenſu Dominorum Cardinalium vniuerſalem Eccleſiam regit, diſponit & ordinat. 91.12
Papa diſpenſante in reſidentia non eſt Epiſcopo Religio impeditiua maioris boni præcepti iure diuino. 501.57
Vnde fiat quod Papa etſi nequiſſimus poſſit appellari ſanctiſſimus. 68.7
Papatus non confertur ab hominibus ſed à ſolo Deo. 47.53
Papa poſt Concilium Tridentinum poteſt declarare attenta qualitate perſonæ & conſideratis aliis circumſtantiis, quod modicum tempus non diſcontinuans reſidentiam ſit pluſquam tres menſes, vel vnius anni. 502.33
Poteſtas electiua Papæ eſt de iure diuino. 45.18
an Papa Epiſcopos habeat immediatè ſubordinatos in regimine Eccleſiarum. 256.11
Papam ſibi ſucceſſorem poſſe eligere temerarium eſſe dicit Paulus Grillandus. 44.6
Papa in negotiis arduis Cardinalium conſilium ſibi adiungere debet, & vti iis vt Conſiliariis. 77.30
authoritas Papæ eſt ſuperior authoritate Concilij generalis. 58.6
Dum exiſtunt electores, nunquam Papa eligit ſibi ſucceſſorem. 58, 3.4.& 5
Papa poteſt renuntiare ſummo Pontificatui, ex Baronio. 42.18
in quibus Papa non poſſit ſimpliciter diſpenſare. 372.29
an Papa poſſit diſpenſare in hoc quod quis dicat horas Canonicas. 372.37.38
Quam vltimam voluntatem poſſit Papa commutare. 428.4
an Papa poſſit Parrocho conferre Beneficium Parrochiale ſine omni onere recitandi aliquid. 372.34
an Papa ſine aliqua cauſa poſſit imponere penſiones ſupra quæcunque beneficia. 435.38. & 39
Chriſto immediate ſubordinatur Papa, & Papæ cæteri Epiſcopi. 249.12
Papa non poteſt transferre ſedem ſuam in alium locum ſine ſpeciali reuelatione. 37.4
an ſi Papa conferat plura beneficia, cenſeatur relaxare ius naturale, & diſpenſare in Canonico. 422.5
Papa ſi ſine cauſis à Concilio propoſitis diſpenſet, diſpenſatio eſt nulla. 511.7
quamuis Papa ex diſpenſatione in præcepto diuino de reſidentia, non obliget ad præceptum officium ſæculare, aut ad aliud quod cedat in vtilitatem publicam, an poſsit obligare, ſi ita ſibi expedire videatur bono aut Eccleſiæ aut Reipub. 512.15
an liberalitas Papæ ſit ſufficiens cauſa diſpenſationis contra ius. 424.14 15.16.& 17
Papa non poteſt ſummæ poteſtatis & ſuperioritatis apicem iure diuino ab omni alia etiam Imperiali exemptum alteri ſubiicere, vt contra ipſum procedat. 66.20
Si aliquis ſit Sacriſta Papæ, & nullus reperiatur magis idoneus, an Papa poſsit cum illo in reſidentia diſpenſare. 551.4
An ſi ſine cauſa diſpenſet Papa, illius diſpenſatio ſit valida. 431.2
Papa in beneficialibus eſt dominus abſolutus. 436.43
an Papa ſine cauſa non poſſit imponere penſionem ſicut & auferre beneficium. ibid. 49
Quæ reddant Papam deponibilem? 64.57
an Papa teneatur ſe purgare cum laborat infamia publica, quâ Eccleſia ſcandalizatur. 61.14
an in Papa ſit poteſtas ad eligendū ſibi ſucceſſoré. 57.1
An ex vi permutationis contractus ſub conditione reſidentiæ, ſibi Papa reſeruauit ſex menſes, ſi Epiſcopus non reſideat. 180.12
In perſecutione Antichriſti in qua vrbs Roma funditus eſt euertenda Papa mutabit locum non ſedem. 37.8
Papæ ſoli licet diſpenſare in voto perpetuo, quo quis ſe ad curam ſubditorum adſtrinxit, Epiſcopatum ſuſcipiens, ex S. Thoma. 1196
an ſi Papa diſpenſet in voto, matrimonio rato & reſidentia Paſtorum ſine cauſa nulla erit eius diſpenſatio. 174.4.& 5
Vnde ſequatur ſcandaloſi Papæ conuerſio, emendatio, aut exterminatio. 69.12
an Papa nec cum cauſa nec ſine illa poſſit propriè diſpenſare in iure diuino poſitiuo. 175.2
qui Papæ familiares ſint declarati. 243.21
an ſicut Papa poteſt diſpenſare in omni voto ſimplici, poſſit etiam Epiſcopus cum ſuis ſubditis ſtando in ſolo iure diuino. 247.7
Papæ ſeruitium aut Epiſcopi ob Eccleſiæ vtilitatem an excuſet à reſidentia. 144.3
an ſi Papa concedat licentiam Parrocho ſine iuſta cauſa non reſidendi, faciat fructus ſuos. 573.1
Papa cum deſignet qui ſibi ſuccedat in ſummo Pontificatu, non ſimul ac deſignatur. 47.14
nunquid Papa poſſit imperatori dare poteſtatem vt deponat ipſum. 60.7
An quid poteſt Papa in toto orbe, poſſit Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu. 247.6

Parrochus.

an ſi Parrochus aut Epiſcopus pauper ſit & non habeat

ſuffi

ſufficientem congruam ad quotidianam ſui, ſuæque familiæ ſuſtentationem, poſſit ſibi ipſi tanquam paoperi fructus amiſſos ob oon reſidentiam applicare propria auctoritate. 196.40

vtrum Parrochi poſſint diſpenſare in legibus Epiſcopi & Ordinarij ſui. 256 9

an Parrochns tantam habeat poteſtatem in ſua Parrochia, ac Epiſcopns in ſua diœceſi. ibid.10

ſi Parrochus minus temporis quàm voius diet abſit vltra bimeſtre, an ratione abſentiæ mihil teneatur reſtituere. 166.24

tam Parrochi, quàm Epiſcopi non teſidentes, ſi vltra ſex menſes contiouos abſint duplici pectuntur pœna. 155.9

an Parrochus pro Miſſis quas tenetur celebrare coram populo, non tamen pro populo poſſit ſtipendium accipere & Sacrificium applicare illi, à quo accepit ſiue ſit Parrochianus ſiue alius quicumque. 186.1

Parrochus tenetur per ſe ipſum adininiſtrare Sacrameota, & pro ouibus offerre ſacrificium, &c. 127.2

an ſi Parrochus vel Epiſcopus paupet ſit conſiderans ſe ipſum vt extraneum, poſſit ſibi fructus oon reſidentiæ applicare. 196.47

Parrochus tenetur ad applicandum ſacrificium pro ouibus ſnis ex vi officij Paſtoris, & hoc ex iure diuino. 183.12.

vtrum Parrochos ratione reſidentiæ teneatur ſacrificiom offerre pro ouibus ſuis. 182.1

Parrocho noo datur liceotia ſtudiorum cauſa, vt non reſideat, apod Garciam. 150.31

an Parrochus teneatur celebrare ad communicaodum infirmum, & ad benedictionem ſponſorum, oon tamen teoetur pro illis ſacrificium offerre. 185.6

an Parrochus poſſit diſpenſare in lege Pontificia. 250.6

Parrochi tenentur aliquaa miſſas offerre pro popolo, ex Franciſco de Amicis. 184.33

Parrochus cui conceditur ſtudendi facultas quid debeat obſernare. 140.4.& 5

Parrochus an teneatur reſidere intra Parrochiam intra cuius limites etiam habitant Parrochiani, etiamſi tantum fuerint in illa Parrochia tres vel quatuor incolæ. 124.1

etiamſi Parrochus diſtet à ciuitate tantum tribus vel quatuor milliaribos, & diebus feſtiois Parrochiali interſit, ao poſſit conſtitui Magiſter Grammaticæ. 124.2.

in Parrochis per edictum vocatis eadem interualla obſeruanda ſunt, ac in Epiſcopis ante edictom. 156.12

An aliud eſt quod ex æqoitate & remoneratione, aut ex charitate teneatur Parrochus ad aliquoties offerendnm Sacrificium pro ouibus ſuis, aliud quod ex iuſtitia. 185.4

an Parrochus impetrans licentiam fingendo cauſam iuſtam quam reuera non habet, peccet mortaliter, & teneatur fructus reſtituere. 140.1

An aſſignato Vicario idoneo ab ipſo Epiſcopo teneatur fructus reſtituere. ibid.2

ſi Parrochus vno die non exequatur officium ſed eius Vicarius an teneatur fructus reſtituere. 161.8

Parrochi quamdiu manent cum animarum cura ratione officij ſui, an teneantur de iure diuino naturali reſidere perſonaliter iuxta gregem ſibi commiſſum, ſupra quem couſtitutus eſt Paſtor immediatus. 124.7

Parrochi an teneantur ſacrificium quando celebrant pro ouibus ſuis applicare. 184.30

Parrochus præcepto diuino tenetur ſacrificium offerre de oblatiooe ſpeciali, non de communi, ex Conc. 183 10.

Parrochus bis celebrans eodem die in eadem Parrochia bis tenetur pro populo ſacrificium offerre. 182.4.

An ſi debita contracta ſint à Parrocho ex piis operibus, & iſta opera pia fecit poſtquam acquiſiuit beneficium, etiamſi habeat patrimonium poſſit ſatisfacere ex fructibus beneficij. 195.34

Parrochus & Epiſcopus non reſidentes tenentur vt fructus reſtituant parcius viuere. 197.55

Ao debita contracta ſine à Parrocho, Epiſcopo, &c. ex vſibus profanis, ſi habet patrimonium, teneatur ſoluere ex eo, ſi oon habeat, an ex redditibus beneficij. 195.32

an Parrochus Eccleſiæ in qua fuit conſtitutus Capellanus cui ex ioſtitutione Capellaniæ impoſita fuit tota animarum cura, ſeu vicaria perpetua, teneatur in ea reſidere. 134.20

an ſi Parrochus in anno die pacificæ poſſeſſionis incidat in infirmitatẽ, qua ineptos redditur ad officia obeunda Parrochialia, non teneatur infra annum Sacerdotem ordinari. 366 6

Parrochi aſſumpti ſunt à Papa immediatè in partem ſolicitudinis Eccleſiarum mediis Epiſcopis. 254.3

an Parrochi ex conſuetodine habeaor poſſe diſpenſare in ieiuniis Eccleſiæ. ibid.4

an Parrochus ratiooe inſtitutionis primariæ ſui beoeficij oon teneatur ad offerendum vnquam pro ſubditis. 183.20

Parrochus iure decimarum tenetur quotidie celebrare pro Parrochianis ſuis. 182.5

ſi Parrochus factus in concurſu incipit ſtudere in vniuerſitate inſigni, in qua miros fecit progreſſus, duobus primis annis, cur priuandus priuilegio, vt poſſit de licentia Epiſcopi quinquennij curriculum abſoluere. 149.20

ſi Parrochus initio anni percipiat groſſam ſuorum fructuum, & poſtea ooo reſideat, an teneatur groſſæ partem reſtituere. 159.10

Parrochus diebus feſtis debet in propria Eccleſia, & oon in alia, quacumque conſuetudine in contrarium oon obſtante, miſſam celebrare. 182.2

an Parrochos præſente Epiſcopo, & quilibet confeſſor electus per Bullam poſſit diſpenſare. 287.2

ao Parrochus non poſſit non reſidere in ſua Parrochia. vt ſit Grammaticæ Magiſter. 150.1

Parrochus ad minus ſe præſentem in Eccleſia conſtituere tenetur. 128.7

Parochia diſcedendi licentiam in ſcriptis gratis concedendum vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant, dicit Trid. 165.17

ſi Parrochus diues ſit non obſtat quamuis ex altari poſſit viuere, ſi altari deſeruiat. 186.10.11

officium Parrochi eſt attendere profectui ſpirituali ſubditorum. 118.15

ao aliud ſit Parrochum teneri ſacrificare & Miſſas celebrare, aliud offerre Sacrificium pro aliquo, illique illud applicare. 185.5

an Parrochus non ſit obligatus ad applicandom Sacrificium pro populo. 186.2

an Parrochus ad religionem tranſunlans, vel Epiſcopus Italiæ tempore nouitiatus, quamuis ex rationabili cauſa differatur profeſſio, toto iſto tempore non poſſit conferri beneficium, & faciat fructus ſuos. 167.8.

dum Parrochus abeſt per bimeſtre ſibi conceſſum à Concilio, etiam ſi teneatur relinquere Vicarium pro Sacramentorum adminiſtratione, an Vicarius ſit approbandus & nominandus ab Epiſcopo. 138.8

an Parrochus qui per bimeſtre abſens eſt à ſua Parrochia ſine licentia Epiſcopi faciat fructus ſuos, & teneatur reſtituere. 171.1

in Parrochis poſt Concil. Tridentin. nec licentia ſine cauſa, nec cauſa ſine licentia excoſat à reſidentia, ex Vaſque. 138.12

vt Parrochus verè & propriè dicatur reſidere, quid requiratur. 123.20
an Pœna ſit impoſita à Concilio, quòd Parrochus fructus non facit ſuos, ſed teneatur eos reſtituere. 159.6
an Parrochi ſtudium non ſit cauſa ſufficiens ad nonreſidendum. 153.11
an Parrochi vel Epiſcopi ſi aliàs habeant bona, vel Eccleſiaſtica recondita, & in marſupiis, vel patrimonialis, ex illis debeant ſupplere congruam decentem, vt reſtituant fructus amiſſos ob non reſidentiam. 197.56
an Parrochus teneatur ex vi ſui officij & primaria institutione Beneficij Curati, ad applicandum Sacrific. Miſſæ pro ouibus. 185.1
an Parrocho ex Beneficij Curati vi nulla inſit obligatio applicandi fructum ſacrificij pro ſuis ouibus. 183.16
an Parrochus non poſſit accipere ſtipendium pro applicatione ſacrificij. 186.3
an Parrochi ex vi officij & fructuum quos carpunt in decimis, primitiis & oblationibus fidelium non teneantur offerre ſpecialiter ſacrificium pro ouibus ſuis. 183.14.& 15
an Parrochus non indigens ſimpliciter non faciat opus pium ſibi retinendo ſimpliciter. 197.62
An ſufficiat quod Parrochus petat licentiam etiamſi non obtineat & quod poſt ingreſſum certiorem faciat Epiſcopum, vt de Vicario idoneo prouideat. 168.10
idem Parrochus ſacrificium poteſt & pro Parræcia, & ſimul pro tali Parrochiano facere. 183.7
An ſingulis hebdomadis Parrochus ruralis ad vrbem accedere poſſit inuiſendorum Parentum, aut amicorum cauſa, ex Lud. à Vega. 166.1
an Parrochus non reſidens, dum reſtituit fructus, cui poſſit illos reſtituere. 197.57. 58.& 59
an Parrochi ex leuibus cauſis contrauenire poſſint diuino reſidentiæ præcepto. 171.8
An ſi completo bimeſtri ſuboriatur noua cauſa, an Parrochus teneatur licentiam prolongare. 154.1
an Parrochus non reſidens per edictum ſit monendus. 157.9
an Parrochia quæ non excedit decem Parrochianos non poſſit Clericum ſufficienter ſuſtentare. 440.12
an conſenſus Parrochi, aut Epiſcopi ſi non eſt habitus, ſit debitus. 130.38
an ſi Parrochus ſiue cum licentia, ſiue ſine illa abfuerit per bimeſtre, iſto expleto, detur paruitas materiæ in diebus abſentiæ. 165.14
an Parrochus perſonaliter in ſua Parrochia præſens, ſi tamen munia Parrochialia non obeat teneatur fructus reſtituere. 160.1
Eo ipſo quod Parrochus eſt expoſitus ad munia ſua obeunda, ſi non petunt parrochiani per ipſos ſtat, & cedunt iuri ſuo & contractui facto cum parrocho, 162.14
an Parrochus qui abeſt vltra bimeſtre cum licentia Epiſcopi ſibi conceſſa, ob grauem cauſam quæ ſit in vtilitatem ipſius parrochi, faciat fructus ſuos. 172.1
Parrochus à loco beneficij per duos menſes poteſt abeſſe ex Trid. 136.2
an Parrochus cui datur coadiutor cum futura ſucceſſione ſi non reſidet faciat fructus ſuos, itavt non teneatur reſtituere. 169. 1
quandonam Parrochus poſſit dare licentiam abeſſendi coadiutori. 143.5
Per quod bimeſtre non poſſit abeſſe Parrochus ſine licentia Epiſcopi. 138.11
an Parrochus habens Vicarium perpetuum debeat cogi, vt perſonaliter reſideat. 169.9
an vt Parrochus non reſidens fructus pro rata abſentiæ non faciat ſuos, requiratur ſententia declaratoria criminis non reſidentiæ. 158.1
an ſi Parrochus abſit per hebdomadam requiratur licentia Epiſcopi. 138.7
quis Parrochus ſine rationabili cauſa nolens ſubditum audire abutatur iuriſdictione ſibi data. 131. 41 & 42
an Parrochus nolens audire crebras Confeſſiones ſubditorum peccet contra iuſtitiam, & contra Religionem. ibid.43
quid teneatur Parrochus ex præcepto Charitatis, aut ex vi officij ſui præſtare ouibus ſuis. 130.29
Reſidens & non laborans Parrochus non tenetur reſtituere fructus beneficij ex Garzia. 161.9
Parrochus tenetur ad audiendas ſubditorum confeſſiones, quoties iſti velint confiteri extra tempus neceſſitatis. 128.14
an ſi Parrochus in ſua parochiali exiſtat poſſit tuta conſcientia per duos menſes ſiue continuos ſiue diſcretos, nullius Sacramenti miniſtrandi muneri incumbere, deſignando ad huiuſmodi munus Vicecuratum idoneum. 136.1
An liceat parrocho tempore ieiunij, quod in ſuo oppido ſub præcepto ſeruatur, etiam animo non ſeruandi illud abeſſe, & ad alium locum vbi non eſt tale præceptum ſe conferre. 136.5
an Parrochus habens curam animarum non poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante, niſi Eccleſiæ Cathedralis Parrochus ſit. 145. 19 & 21
Niſi licentia monſtretur ſcripta, & niſi Epiſcopus ipſe verbo tenus dicat, ſe talem licentiam conceſſiſſe, an condemnabitur Parrochus in foro externo. 142.2
vt Parrochus ſatisfaciat præcepto diuino de reſidentia Paſtorum, & vigilantia ſuper gregem ſuum, dicaturque verè, & propriè reſidere, tria requiruntur. 121.1
Non obſtante obligatione, qua Parrochus tenetur pro parræcia offerre, poteſt particulares pitantias ab aliis parrochianis vltro oblatis recipere. 182.6
quamuis Parrochus non reſidens officium diuinum recitet omnes fructus beneficij curati non facit ſuos, tenetúrque illos in conſcientia reſtituere. 159.1
an Parrochus animi recreandi cauſa poſſit amicos inuiſere, vt à labore ceſſet, &c. per decem, aut duodecim dies ab actuali reſidentia vacare. 136 n. 6.
An ratione decimarum, aut fructuum ſui beneficij non teneatur Parrochus miſſas nec omnes, nec aliquas illarum quas celebrat offerre pro ſuis ouibus. 183.19
ſi Parrochus vltra bimeſtre de licentia Epiſcopi, & ex vrgente neceſſitate non reſideat, cùm non ſit conceſſa licentia in ſcriptis, an peccet. 142.1
An reuocata licentia, & vocatus per edictum Parrochus, & citatus non poteſt executionem ſententiæ iſtæ contra ipſum edictum ſuſpendere. 148.15
Quæ conuentio & contractus iure diuino & naturali ſint inter Parrochum, Paſtorem & Parrochianos, & oues rationales. 127. 5
Parrochus vltra bimeſtre non abſit à ſua parrochia ſine graui & vrgenti cauſa, quæ cognoſcatur & approbetur ab Epiſcopo, ex Concilio. 151.10
an Parrochus ingrediens religionem & poſito ab Epiſcopo idoneo vicario, anno nouitiatus faciat fructus ſuos. 167.1
vtrum Parrochus non reſidens teneatur in conſcientia reſtituere

reſtituere omnes fructus beneficij pro rata abſentiæ. 159. 1
An iure naturæ Parrocho debeantor aliqoi fructus arbitrio boni viri propter diuini officij penſum exſolutum. ibid.5
An iuxta ſpatium Parrochis præfixum, non vero Canonicis danda ſit liceotia iſti Canonico Parrocho. 151. 4
Tempore quadrageſimæ cum Parrochus non reſidet multæ poſſuor euenire circumſtantiæ. 139. 14
an ſi Parrochus vno die vltra bimeſtre ſibi conceſſo abſit ſine cauſa, mortaliter peccer, & fructus ooo faciat ſuos. 165. 16
An ea conſuetudioe Parrochus, qui habet Vicarium perpetuum eum futura ſucceſſione faciat fructos ſuos. 169. 7
An ſibi ipſi Parrochus non reſidens poſſit applicare fructus malè perceptos ex non reſidentia. 193.1
an Parrochus non Sacerdos non veniar in hoc priuilegium nomine Medici ſpiritualis. 287. 3
an Parrochus poſſit abeſſe à ſua Eccleſia, ſiue perita ſiue non ab Epiſcopo licentia per duos menſes. 136. 4
Diuerſa obligatione iutis diuini adſtringitur Epiſcopus, ac adſtringitur Parrochus. 120. 19
an ſi Parrochia oullum habeat Parrochianum, babeat ſufficientem congruam, 440. 14. & 15
An in foro animæ liber ſit Parrochus de præcepto diuinæ reſidentiæ perſonalis relicto Vicario idoneo. 170. 2
Cur vt Parrochus prioetur monendus ſit prius. 156.5
Ao poſſit Parrochus abeſſe, & Epiſcopus dare licentiam ipſi litis proſequendæ cauſa. 173. 13
an Parrochus non teneatur ea vi officij & ſub mortali, ſed ſolum ex Charitate reſidere. 129. 20
ſi Parrochus non habiter in domo Parrochiali, an teneatur fructus reſtituere. 163. 1
ao vt Parrochus non reſideat per duos menſes, Epiſcopi licentia ſit neceſſaria. 137. 1
Bimeſtre in Parrocho & trimeſtre in Epiſcopo quomodo computandum, 164. 5. & 6
Parrochus qui re ipſa habet cauſam grauem abſentiæ & non palliatam an teneatur fructus reſtituere. 171. 15
Quibus temporibus non abeſſe debent Parrochi. 131. 2
Ao olim potuerint Parrochi abeſſe per duos menſes etiam ſine Ordinarij licentia. 139. 18
quandonam Parrochus ſuo muneri ſatisfaciat. 131. 44
Ao teneatur Parrochus reſtituere fructus quaotùm ad partem debitam pro crimine. 158. 4
Parrochi præſentia miniſterio deſtituta oihil prodeſt. 127. 2
Ad diſcernendam Parrochi obligationem quid attendendom, 128.17. & 18
Parrochus tenetur miſſam pro populo ſuo applicare & offerre. 182. 3
An licentia vt Parrochus non reſideat per bimeſtre à Concilio conceſſum ſit neceſſaria in ſcriptis. 141. 1
Parrochi non poſſunt vltra bimeſtre abeſſe, niſi ex cauſa Epiſcopo cognita, & approbata. 138. 5
an Parrochi poſſint animarum curam deſerere transeundo ad religiooem abſque licentia Epiſcopi. 118.3
An non reſidens in Parrochia ſit ipſo iure beneficio curato priuatus. 156. 2
Parrochus non operans & non inoigilans ſuper gregem ſuum mortaliter peccat. 163. 2
ſi Parrochus nun inueniat Vicarium quem relinquat an poſſit abeſſe. 165. 10
Parrochus non reſidens pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos uon facit ex Conc. 160.7

Pars.

Pars ordinatur ad totum tanquam ad finem; & pars exponi debet pro bono totius. 5. 15

Paſtor.

Quomodo cognoſcere debeant Pactores obligationem qua vrgentur in vtroque foro reſidere perſonaliter, & inuigilare ſuper gregem ſuum, tempore quo lue peſtifera eſt infectus. 125. 16
A Paſtoribus greges paſcontur. 14. 10
an Paſtores animarum teneantur ſpecialem memoriam ſaltem virtualem habere in ſacrificiis an non obligentur. 184. 35
Paſtor nec nomen Paſtoris meretur, ſi non perſonaliter ſuo gregi attendat. 59. 2
an Paſtor poſſit ſe abſentare dum imminet damnum in ſpiritualibus proprij gregis. 98. 7
In Germania multi paſtores in tribus vel quatuor Cathedralibus infulantur, 89. 19. & 20
Paſtor debet minus æſtimare vitam propriam, eiuſque detrimentum quam proprij gregis. 98. 8
Paſtores qua ratiooe tenentur paſcere gregem præcepto diuino. 16. 7
Paſtores bene viuendi exemplar ſunt. 13. 3
Amor proprij Paſtoris vix iuppleri poteſt. 2. 20
In ſummo Paſtore eſt poteſtatis plenitudo. 221. 9
An poſſit Paſtor per quinque menſes continuos diſcedere. 135. 9
bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. 14. 9
an Paſtor non reſidens ſibi ſi verè pauper ſit, ſibi fructus poſſit applicare. 197. 52
Paſtor mercenarius non amat oues, vt potè alienas. 8. 32.
Paſtor quod tempus non debeat excedere in abſeotia? 235. 6.
Conſtituitur paſtor vniuerſalis à Chriſto S. Pont. 36. 3
In paſtoris conſecratione eſt votum reſidendi perſonaliter ea D. Thoma. 99. 2
Paſtor eſt propter oues, noo oues propter paſtorem. 19. 12. 13. 14. & 15.
an Paſtores non reſidentes fructuum amiſſionem poſſit componere per bullam Cruciatæ. 190. 2
An ille qui eſt ſupremus Paſtor non recognoſcens ſuperiorem in terris à paſtoritia dignitate ob non reſidentiam perſonalem ſcaodaloſam deponi iuridicè poſſit. 64. 1
Paſtores omnes obligantur ad reſideodum in locis. 13. 1
An poſſit conſuetudo introducere quod paſtores animarum perſonaliter non reſideant. 233. 1
Paſtor quatenus paſtor ex vi ſui officij iure oaturæ obligatur ad quærendam vtilitatem ſuarum ouium. 19. 11.
Paſtor in conſcientia excuſatur à peccato non reſidens, ſi prouidit ſuis impenſis, quòd Eccleſia decenter & popolus bene regatur, ex Albino & Vlderico. 21. 1
Oues quæ paſtori commiſſæ eum nec reprehendere debent, nec vllatenus accuſare poſſunt, ex Euſebio, 65. 10. 11. & 12.
Paſtor ex vi ſui officij perſonaliter inoigilare debet ſupra gregem ſuum. 416.8
Summo Paſtori quod officiom competat. 54. 26
Paſtor tenetur lupos arcere, 128. 8. & 9
Paſtores non implent officiom greges deſerendo. 14.12
Qui paſtores figura ſunt ſpiritualium paſtorum, ex Theophilo. 185. 19
paſtoribus ſancti Iacob ſchema proponitur. 14. 6
An paſtores Eccleſiæ habeotes beneficium curatum, etiam ſi non reſideant teneantor iure naturali reſtituere fructus, ante ſententiam iudicis. 162. 16

Omnes inferiores Paſtores ſummo Eccleſiæ Paſtori Chriſti vices gerenti in terris ſunt ſubditi. 103.1
Paſtores perſonaliter non reſidentes mortaliter peccant, ex corduba. 15. 1. 2. & 3
An ratione paruitatis temporis moraliter non dicatur abeſſe ab ouium regimine Paſtor. 135. 5
Quid diſcriminis intercedat inter Paſtores animarum & alios Beneficiarios non habentes paſtoritium munus. 415. 7

Pauper.

Quid item nomine pauperum intelligantur. 403. 2
de Pauperibus Barth. à S. Fauſto & alij quid ſentiant. ibid. 3
An ſi in loco Beneficij ſint verè pauperes, iſti ſint præferendi. ibid. 4
an Pauper qui oſtiatim eleemoſynam petit habeat ius congruitatis illam tranſeuntibus petendi. 189. 27
Quid nomine Pauperum intelligatur. 193. 4. & 43
qui Pauperes graduandi iuxta ordinem charitatis. ibid. 5

Penſio, Penſionarius.

an Pluralitas Penſionum non repugnet iuri naturali. 433. 2
Penſionis diffinitio concipienda venit. 434. 9. & 10
Quæ cauſa Penſionis dicatur fauorabilis. 435. 31. & 32
quæ Penſiones ſint propriè beneficia. 433. 3
an habens Penſionem debeat eſſe Clericus. 434. 21
Ex quibus Capitulis Penſionarij & obligationis Beneficiarij honeſtetur & fauorabilis reddatur penſionis reſeruatio. 435. 26
An nullibi Epiſcopo in iure ſit permiſſum reſeruare perpetuas Penſiones in commodum alterius. ibid. 29. & 30
an pluralitas Penſionum non habeat turpitudinem contra ius naturæ, bene tamen earundem coaceruatio. 433. 2
inter duas Penſionis cauſæ formalis partes, quæ differentia intercedat. 434. 17
in Penſione triplex cauſa conſideranda venit. ibid. 13
Penſionis cauſa formalis quæ ſit. ibid. 16
quid Penſio Clericalis ſit. 433. 7. & 8
an Penſionarius cum habeat diſtributiones quotidianas ſibi obligatas, & hypothecatas poſſit agere contra Capitulum, à quo ſunt perceptæ. 202. 9
quomodo pluralitas penſionum ſit licita. 436. 54
an Penſio ſit plaga fœtida ex percuſſione nerui Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſimilitudinariè inflicta. 435. 27
An in reſeruanda penſione Papa habeat plenam & omnimodam poteſtatem. 436. 44 45. 46. & 47
Quinam ex priuilegio Pontificio poſſint habere Clericales penſiones. 434. 12
An reſeruatio Penſionis ſiue in beneficiis curatis, ſiue in ſimplicibus odioſa non ſit. ibid. 22. & 23
Penſionis cauſa finalis duplex admittitur. ibib. 20. & 21
an Penſio poſita ab Epiſcopo ſine cauſa nulla ſit. 435. 34. & 35
quam penſionem nequeat Epiſcopus imponere ſine cauſa. ibid. 33
an Penſio reſeruata authoritate Papæ, etiam ſine cauſa valida ſit. 436. 42
an Penſionarius teneatur officium magnum Canonicum recitare. 393. 8. 9. & 10
quæ Penſio laica dicatur. 433. 6

Peregrinus.

an Peregrini teneantur legibus locorum per quæ tranſeunt, & de quibus legibus intelligatur. 318. 4
an Peregrini poſſint vti legibus & priuilegiis conceſſis illis locis per quæ tranſeunt. 318. 7
quandonam Peregrinus non teneatur ad leges & præcepta loci per quem tranſit. 319. 16. & 17

Pœnitentiarius.

vtrum Pœnitentiarius dum actu audit confeſsiones, cenſeatur præſens in choro. 230. 16
ſi Pœnitentiarius in alia Eccleſia quam ſua audiat confeſsiones, non lucratur diſtributiones. 230. 18. & 19

Pontifex.

an Pont. poſsit diſpenſare vt clericus in ſacris vel beneficiatus non dicat officium diuinum. 169. 2
an Pontifex poſsit omnino liberare Clericos ab omnimodo onere recitandi. 369. 2
an Pontifex peccet dando plura beneficia vni, quorum quodlibet erat ſufficiens ad victum beneficiarij. 423
an poſsit Pont. ſiue Concilio ſibi eligere ſucceſſorem. 46. 20. & 28
Quas cauſas pontifex, vt abſens lucretur diſtributiones quotidianas. 422. 2
Pontifex non vult Beneficiato pauperi fructus applicare, ex Palao. 197. 54
Certa perſona eſt eligenda vt adoretur vt ſummus Pont. 47. 7
An deſignatio à Pont. facta approbante Cardinalium Collegio, tenebit ſicut S. Auguſtini temporibus. 50. 25
ſummi Pontifices mittebant Epiſcopos ad legationem & nuntiaturam, ex Eccleſ. hiſt. 106. 4
In quibus cauſis non poſsit Pontifex diſpenſare in pluritate beneficiorum ſimplicium. 421. 7
an Pontifex non ſit abſolutus dominus fructuum beneficiorum, ſed diſpenſator fidelis. 436. 41
omnis Pontifex ex omnibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. 184. 34
an Pontifex ſicut poteſt ex cauſa concedere, quod quis abſens lucretur diſtributiones quotidianas ita poteſt ex cauſa illas pro fructibus computare. 202. 6
an ſummi Pontifices narranti plura obtenta beneficia ſimplicia, niſi forſan narretur magna multitudo titulorum, ſoleant, alia concedere. 432. 6
an Prouinciales regulares poſſint in ſua prouincia & Generales in tota religione, ea omnia circa ſuos ſubditos in diſpenſatione legum Pontificis, quæ poſſunt Epiſcopi in ſuo Epiſcopatu. 261. 1
An confirmatio reſpectu priuilegiorum de quibus Pontifex non habet notitiam magis reducatur ad formam communem quàm ad ſpecialem. 303. 16
An eadem fiat comparatio Pontificis ad Summum Legiſlatorem Deum, ac Epiſcopi ad Summum Legiſlatorem humanum. 257. 11. & 12
an Pontifex poſſit ſimpliciter diſpenſare cum Beneficiato, vt nihil omnino recitet. 371. 22
ſolus Summus Pontifex poteſt concedere licentiam Parrocho non reſidendi ſtudiorum cauſa. 147. 1
an Pontifex ſeparans omnes fructus à Beneficio, diſpenſare videatur, vt nullus recitet pro illo. 393. 7
an Summi Pontifices & Concilia magna priuilegia Regibus & Principibus abſolutis conceſſerunt. 109. 23. & 22.
an Pontifex ex primaria intentione ſolum voluerit varietatem in ſubſtantia in recitando Officio Diuino ad vnitatem reducere. 307. 14
abſolutè non expedit Summum Pontificem eligere ſibi ſucceſſorem in Summum Pontificatum. 51. 8
Pontifex in præceptis diuinis & naturalibus poteſt diſpenſare auferendo obligationem ex iuſta cauſa motus. 27. 44

quan

quandonam Pontifex poteſt vti plenitudine poteſtatis. 56 46.

Quæ ſufficiens & ſecura cauſa vt Pontifex diſpenſet in præcepto reſidentiæ in ſua Eccleſia ſiue Epiſcopali ſiue parrochiali. 104.2

quandonam Pontifex ſeipſum deponere renuntiando teneatur. 61.10

an ex narratis à Pontifice comprehendatur confirmationem factam eſſe ex certa ſcientia. 302.11

Supra quod ius diuinum Pont. non habeat poteſtatem. 373.50.

an ſi Pontifex vellet, poſſet præcipere quod vnuſquiſque non mutaret ad libitum Officium Diuinum. 312.9.

Quaſdam leges nolunt abrogare Pontifices ob grauia inconuenientia. 57.49

an Pont. poſſit non renuntians ſibi erigere in futura ſucceſſione coadiutorem. 49.10

an ſummus Pontifex & quilibet alius Legiſlator humanus, imo & Deus nullam aliam rectitudinem reſpiciant niſi ſolius obedientiæ. 356.4

an ſummus Pont. teneatur reſidere in Diœceſi Romana iure diuino. 29.1

an Pontifex dum diſpenſat in votis non exerceat actum iuriſdictionis. 334.36.37

vnde conſtet quod Pontifex poſſit ſibi eligere ſucceſſorem. 47.8

an Pontifex poſſit mutare modum eligendi per Cardinales qui modo eſt, & omni alio conuenientior. 50.1.

Pontifex deſignans Concilio remittit, & examinet an nominatus ſit dignus, an teneantur Cardin. ſe conformare iſti deſignationi. ibid.2

an Pontifex poterit præcipere in virtute obedientiæ Sanctæ alicui Epiſcopo, vt ſe transferat ad alium Epiſcopatum, ex eo ſolum quod maiorem vtilitatem ſperat accepturas oues Epiſcopatus ad quem transfertur. 96.11

coniunctio Summi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano an ſit de iure diuino. 30.1

Poteſtas relicta eſt ſummo Pont. à Chriſto Domino præſcribendi modum & formam ſecundum quam eligatur Summus Eccleſiæ Rector & Paſtor. 44.7

Pontifex poteſt committere eligendi poteſtatem duobus antiquioribus Cardinalibus, imo & vni, ſimiliter poterit ſibi eligere ſucceſſorem. ibid.8.

an dum Pontifex diſpenſat in reſidentia non procedat diſponendo vt ſuperior, ſed interpretando ius diuinum per poteſtatem ſibi à Chriſto datam. 133.3

an de conſilio vtriuſque Medici diſpenſet Pontifex cum omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus. 289.2.

Romano Pontifici omnem humanam creaturam ſubeſſe declaratur. 30.2

Pontifex noluit quod Cardinalis in ſuo Epiſcopatu non reſideret. 94.26

ex traditione Pontificia an nullus ad Summæ dignitatis apicem euectus eſt per inſtitutionem ab ipſo Pontifice viuente factam. 56.41.42.43.44.45

Pontifex & S. Congregat. non ſolum prohibent celebrationem Capitularium actuum tempore celebrationis diuinorum, ſed illam reprobant tanquam iniquam. 231.29.30

an Pontifex poteſtatem quam habet committendi ſimplici Sacerdoti authoritatem adminiſtrandi ſacramentum alteri committat. 260.12

Pontifex præcipiens toti Eccleſiæ, ſequatur ſuam opinionem tenetur et obedire. 44.2

an ſi Pontifex declaret Epiſcopum habere cauſam ſufficientem ad non reſidendum, an poſſit Rex vtens priuilegio ſibi conceſſo cogere ... vt non reſideat, ſed ſit Præſes Conſilij, &c. ... 10

quibus de cauſis Pontifex non neget diſpenſationem. 290.6.

licet Pontifex dum annum ſanctum & Iubileum publicat, ponat ſimilia verba reuocatoria ac ponit in Bulla cœnæ, an non reuocentur priuilegia conceſſa in cruciata. 191.17

an ſicut Pontifex nequit inducere horarum lectionem in damnum ſalutis priuatæ ita neque in damnum ſalutis publicæ. 326.6

an Pontifex in conceſſionibus niſi exprimat non cenſeatur vti plenitudine poteſtatis. 221.13.14.15

Pontifex poteſt Cardinales ad libitum aſſumere ad ſibi coadiuuandum. 77.25

Beatiſſimus Romanus Pōtifex ex muneris ſui officio debet ſibi lectiſſimos Cardinales ſibi adſciſcere. 79.6.

Pontifex poteſt verè & realiter diſpenſare ius diuinum ex Thom. Sanch. 257.6.7

ſummus Pontifex concedit quòd beneficia curata maneant perpetuo vnita, & connexa alicui dignitati. 23.16.

An nequeat Pontifex ſine vrgentiſſima cauſa non auferendo ab Epiſcopo oues aſſignatas, auferre iuriſdictionem & poteſtatem præcipiendi & leges ferendi. 362.8

Quibus mediis communicetur Epiſcopis iuriſdictio & poteſtas legiſlatiua. ibid.9

an Pontifex ſibi reſeruet diſpenſare aliqua vota, circa quæ nullus alius poteſt validè diſpenſare. 334.38

An in omni donatione, fundatione, erectione ad Eccleſiam attinente ſemper intelligatur Summi Pontificis authoritas. 220.4

ſummis Pontificibus non fuit bene viſum omnem ſuam ſphæram propalare. 77.22

an ſummi Pontifices multi confirmarint *ex certa ſcientia* priuilegia Regularium ab anteceſſoribus conceſſa. 302.12.

Pontifex ſcandaloſus tenetur ad iuridicam purgationem faciendam, ſiue coram populo, ſiue in Concilio. 73.13.

an ſolus Pontifex ſit cauſa efficiens veræ & propriæ penſionis. 435.28

An prouiſus ſit tutus in conſcientia, cum ſemper præſumere debeat de ſcientia, & prudentia ſummi Pontificis. 431.9

An plura ſint motiua ex quibus Pontifex euacuans omnem turpitudinem à diſtributione beneficiorum ſimplicium poſſit plura in vno coniungere. 421.1.

an Pontifex nequeat diſpenſare & auferre obligationem quam habent iure naturæ Beneficiati recitandi aliquid indeterminatum laudandi per aliquam deprecationem Deum. 373 40.41

an ſi Pontifex certioratus quod ponatur penſio ſuper fructus beneficij, penſio nullius ſit effectus, nihilque oneris imponatur ſuper proprias diſtributiones. 202.19.

quomodo Pontifex diſpenſet in reſidentia perſonali paſtorum ſupra gregem ſuum. 28.51

Qua ratione ſummus Pontifex euertit & deſtruit Eccleſiam. 67.2

Ordo Euangelij obſeruandus in correctione fraterna, nequit obſeruari in Pontifice. 66.15

ſi Pontifex non approbet diſpenſando, & diſpenſet approbando, quod Epiſcopus ſit Inquiſitor generalis, quod ea vi huius officij non liberatur à reſidentia perſonali, & vigilantia ſuper gregem ſuum. 114.6

An liceat & [illegible] Summum Pont. Rom. Epiſcopum nominare ſibi ſucceſſorem in vtraque dignitate. 37. 1. & 2
quod Pontifex prudenter iudicet Epiſcopum, maiorem fructum in Epiſcopatu ad quem transfertur, an ſit ſatis. 95. 10
an Pontifex nulli in terris inferior poſſit charitatiuè corripi. 63. 2
Vt hæc fiant à Summo Pontifice, non eſt æquitas in grauitate cauſæ requirenda. 95. 7
quid Pontifex poſſit ex iuſta cauſa facere. 222 25
an à Pontificibus videatur interpretatum ius diuinum de reſidentia perſonali, quod non obliget tempore detracto, quo aliquis Epiſcopus fungitur pro bono communi & pace introducenda officio Oratoris apud alios principes tam Catholicos quam infideles. 116 3 & 4
an ſi Pontifex ſine cauſa diſpenſet, in eo quod qui ſine legitima cauſa non reſidet faciat fructus ſuos, ſitque liber ab illorum reſtitutione, an diſpenſatio valida ſit. 174. 10
ſi Pontifex ſciat aliquos eſſe irretitos voto Caſtitatis, & ſciens & prudens ipſos matrimonio coniungat, an cenſeatur diſpenſare in obligatione voti. 115. 4
Pontifex poteſt ex plenitudine poteſtatis auferre ab aliquo Epiſcopo obligationem reſidendi. 23. 14
Pontifex Romanus poteſtatem non habet, vt faciat quod iure ſanguinis & hæreditario ſuccedatur in Cathedra Petri, vel in quolibet alio ſacerdotio euangelico. 57. 52
Pontifex verè & propriè diſpenſare poteſt ex iuſta cauſa & honeſta in reſidentia perſonali paſtorum animarum, licet hæc ſit de iure diuino & naturali. 26. 37
An Romana Cathedra Petri ſit coniuncta cum ſummo Pontificatu. 34. 11
Pontifex aliquando diſpenſat in reſidentia perſonali Epiſcoporum. 25. 29
Pontifex non poteſt vnire Epiſcopatum alicui Cardinalatui, & conſtituere vicarium perpetuum aliquem Epiſcopum titularem. 23. 17
licet Pontifex diſpenſando ſine cauſa in reſidentia Paſtorum, cum diſpenſatio nulla ſit non excuſat eos à mortali peccato commiſſo contra præceptum Diuinum. 174. 53
Pontifex loquitur eo modo quo ipſi ſolent in ſuis epiſtolis decretalibus dicere ſe electos diuina prouidentia, & electione ad Pontificiam dignitatem. 34. 10
An conſuetudo ſi ſummi Pontificis authoritate vel præſcriptione ſit roborata, potius obſeruari debeat quàm ius commune. 319 9
An ſi aliquando Pontifex alicuius Epiſcopi Cardinalis conſilio, & induſtria indigeat ad cauſas decidendas, vel negotia grauia pertractanda quæ expediri non poſſunt per alios poſſit illum à reſidentia excuſare. 146. 22
an ſi Pontifex *motu proprio & ex certa ſcientia* habenti ſufficiens beneficium, aliud beneficium conferat, collatio illa ſit valida. 450. 1. & 2
Etſi mali & peruerſis moribus dediti Pontifices, eorum tamen dignitas Sacroſancta eſt veneranda, & defendenda contra inimicos. 68. 8
ſi ſummus Pontificatus & Epiſcopatus Romanus eſſent coniuncti tantum iure humano, poſſet Pontifex hoc vinculum ſoluere de plenitudine poteſtatis, quam habet ſupra vniuerſum ius Canonicum. 36. 2
Coniunctio ſummi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano conſtat ex iuſſione & mandato Chriſti. 35. 1
Eſſe de iure humano aliqui autumant. ibib. 2
Pontifex non requirit cauſam ita vrgentem ad diſpenſandum cum Domin. Cardinal. in reſidentia in Curia, ac cum Epiſcopis. 80. 15
Pontifex aut Concilium nihil faciunt de fide quod ſaltem implicitè non contineatur in verbo Dei ſcripto. 34. 17
an quamuis Pontifex poſſit diaconum aut ſubdiaconum abſoluere à penſo horarum, non poſſit omnino abſoluere à recitatione horarum. 373 47. & 48
Ex epiſtola Ioannis Papæ poteſt Pontifex ſibi eligere ſucceſſorem. 41. 9
an Pontifex non poſſit vltimas voluntates fidelium ſine cauſa mutare. 242. 8. & 9
an Summus Pontifex voluntariè & ad libitum ſibi ſucceſſorem eligere poſſit, ex D. Caietano. 59. 10
an ſi Pontifex interpretetur ſine cauſa, an hæc interpretatio quæ latè diſpenſatio eſt ſit irrita. 174. 3
ſummus Pont. de facto conceſſit priuilegium tum Eccleſiarum Capitulis tum perſonis particularibus, vt in abſentia perſonali lucretur fructus & diſtributiones quotidianas ex cauſis, quas ipſe Paſtor iudicauerit rationabiles. 243. 14. & 15
Antiquis temporibus licet ex permiſſione & taciturnitate Pontificum rationabili hoc eſſet licitum, tamen ius diuinum in hac parte nimis relaxatur, n. 6. & quid Concilium Tridentinum ſtatuat. 116. 5. & 7
Pontifex ſolum excludit à priuilegio alternatiuæ Epiſcopos, qui voluntariè abſunt. 177. 5
ſedes Pontificia quorumnam ſuaſo Romam tranſlata eſt. 57. 7
An ſi aliquis per ſimplicitatem Pontifici cauſam falſam allegauit, vt non reſideret, & Papa diſpenſauit, an faciat fructus ſuos. 174. 6. & 7
Propter quæ non expediat quod Pontifex eligat ſibi ſucceſſorem. 46. 1
Pontifex diſpenſando in propriis legibus vel latis à Concil. generali, & ſi peccet mortaliter aut venialiter, an diſpenſatio valida ſit. 174. 14
An ab aliquibus Pontifici danda correctio. 68. 5
Romanus Pontifex de omnium Eccleſiarum præſulibus iudicaſſe legitur, ex Adriano. 62. 6
de Pontifice heretico, aut dubio vt eſt in ſchiſmate diuerſa ratio. 71. 44
nullus niſi Pontifex poteſt legitimè congregare Concilium. ibid. 40
an Pontifex poſſit deponi à Concilio. 60. 6
Iuriſdictio ſummi Pontificis omnem locum & gentem reſpicit. 36. 1
Quibus de cauſis poteſt deponi Pontifex. 61. 13
Pontifex cum non ſit Dominus ſummi Pontificatus, nequit in illum aliquem eligere. 41. 3
an Pontifex in his quæ iuris diuini ſunt non ſit Legiſlator & dominus. 451. 7
An poſſit ſummus Pontifex deponi & à ſumma dignitate priuari. 62. 2
Pontifices non poſſunt transferre ſedem ad alium Epiſcopatum ſine Dei iuſſu, ex Granado. 55. 23
Quæ recta gubernatio petat commiſſum eſſe Pontifici, vt in lege aliqua diuina verè & propriè diſpenſare poſſit. 257. 8
ſummus Pontifex qui bonorum Eccleſiaſticorum eſt dominus, & diſpenſator, quam remiſſionem poſſit concedere. 190. 5
An authoritas & ſcientia Romani Pontificis removeat omnem ſuſpicionem. 431. 8
an Pontifex in præcepto diuino de perſonali reſidentia non poſſit diſpenſare ſine cauſa ſufficienti. 101. 22
an Pontifex dum fert legem vniuerſalem toti Eccleſiæ,

hæc lex exerat vires ad derogandum leges particulares aliquarum diœceſum. 252.26

Pontifex ſpeciali priuilegio Epiſcopo, vel Parrocho an poſſit concedere quod ſit prouiſor, aut Inquiſitor, &c. 146.23 & 24

Pontifex an debeat adhibere Cardinalium conſilia, vt res dirigantur, & leges ferantur conuenientes. 77.28

A Poteſtate humana ſummi Pontificis oritur quod Epiſcopus habeat oues ſuas & gregem paſcat & gubernet. 28.52

Tribus menſibus vacationis alium adiunxit ſummus Pont. 243.16

an cum Pontifex eſt incertus, vt in Schiſmate, Concilium generale totam Eccleſiam repræſentans poſſit illum deponere. 66.17

Coniunctio ſummi Pontificatus cum Epiſcopatu Romano an ſit inſtituta iure diuino. 33.6.7

an Pontifex ſine cauſa non poſſit auferre Epiſcopatum à poſſidente. 436.50

Non ex inſtitutione euangelica ortum habet, quod Romanus Pont. ſuccedat Petro, ſed ſubſequentibus factis diſponendum hoc reliquit. 33.4

Pontifex eſt ſupra ius humanum Canonicum. 52.5

Pontifex poteſt ſibi deſignare & inſtituere ſibi ſucceſſorem non tamen id expedit, remiſſiuè. ibid.2

an abſolutè expediat Pontificem vti plenitudine poteſtatis eligendi ſibi ſucceſſorem, remiſſiuè. 41.1

an Pontifex maiori cum ſecuritate executionis ſuæ cómittat Epiſcopis authoritatem diſpenſandi in legibus ſuis. 256.15.& 16

quando Pontifex vult committere alicui Officiali, aut Epiſcopo poteſtatem diſpenſandi, quid exprimat. 288.5.

an nunquam Summus Pontifex penſionem reſeruet ſine cauſa. 436.48

quam voluntatem Pontifex poſſit interpretari pro toto tempore quo cauſæ durauerint. 421.3

in quibus Pontifex facto ſuo de illicito faciat licitum. 431.10.

Pontifex Romanus tenetur iure diuino Romæ reſidere 36.3.

ſummus Pontifex Romanus eſt ſummus & altiſſimus iudex viſibilis in terris. 62.4

Pontifex non obligar ad reſidendum perſonaliter. 25 30.

ſummi Pontificis & Eminentiſſimorum Cardinalium reſidentia. 29.1

Quæ grauiora inconuenientia eueniant ab abſoluta Pont.electione. 53.14

Quæ determinatio non fuerit facta ab alio, quàm à ſummis Pontificibus. 362.16

S. Apoſtolica ſedes & Romanus Pontifex in vniuerſum orbem tenet primatum. 34.16

an Pont. poſſit minuere vel augere Cardinalitiam dignitatem. 78.35

an in Summo Pontifice ſit poteſtas eligendi ſibi ſucceſſorem ex Caiet. 58.8

an Pont. poſſit immutare modum eligendi Imperatorem, & Regem Romanorum. 46.2

an ſi Pontifex vellet compoſitionem excludere expreſſiſſet quod non diſpenſaretur in votis religionis &c. 191.15.

Pontifex qua ratione iure diuino poſſit diſpenſare. 37.5.

an ſummus Pontifex poſſit omnino extinguere ſtatum Religioſum in Eccleſia? 78.42

an ſummus Pontifex poſsit ſibi eligere ſucceſſorem, de eo vtraque opinio. 44.1

licet ſint ſummi Pontifices nocentiſsimi, honor ſeruandus tamen S.Sedi. 68.10

Pontifex in quibus caſibus noluerit præcipere officij Canonici lectionem. 326.7.& 8

an de plenitudine poteſtatis poſsit Pontifex ardua negotia ſe ipſo ſolo expedire. 77.26

an ſi Pontifex expreſsè mentionem faciens de propriis diſtributionibus quotidianis ſuper illas ponat penſionem. 202 7

ad quid Pontifex poſsit ſub mortali obligare. 307.12

Qua ratione venerationi habeatus ſummus Pontifex 55.19.

quas ob cauſas Pontifex tenetur abſtinere ab electione in ſummam dignitatem. 53.19

quomodo ſe habeat Pontifex in ſuis legibus. 356.7

Pontifex poteſt diſpenſare in matrimonio rato, ex Sanchez, & ab omnibus, in reſidentia Epiſcoporum. 26.36.

Poteſtas.

an Poteſtas vni conceſſa euertat aliam alteri conceſſam. 259.14.

Poteſtas humana non eſt in deſtructionem, ſed in ædificationem ciuium, & reipublicæ. 273 10

Poteſtas politica ex ſua linea non reſpicit felicitatem æternam. 209.20

Præbenda, Præbendatus.

Retinere vel habere plures Præbendas ad quid pertineat. 425.4.5.& 6

an Præbendarum pluralitas ſit illicita, & contra ius naturale. 428.1.2

habere plures præbendas in quoactionum genere contineatur. 425 7.& 8

an Præbendati qui ſummo pontifici inſeruiunt ex Apoſtolico priuilegio lucrentur fructus & ſi non diſtributiones. 243.19

an Præbendati ex priuilegio Apoſtolico fiant præſentes ad fructus præbendarum ſuarum lucrandos. ibid.20

Præceptum.

Præceptum ſuperius eſt omni poteſtate humana. 27 46.

Præceptum Pij V. an non reſpiciat modum dicendi officium per ſe, ſed ſecundariò. 313.1

inter Præcepta diuina & naturalia quantum intercedat diſcriminis. 26.41

ad ſatisfaciendum Præcepto Eccleſiaſtico quid requiratur. 314.5

an Præceptum de vnica comeſtione etſi ſit negatiuum, tamen non ſimpliciter, ſed eſt affirmatiuum. 299.7 & 8.

An Sacram Scripturam impreſſam lingua vulgari legere grauiſſimo præcepto eſt prohibitum. 322.4

an qui omittit obſeruantiam Præceptorum Eccleſiæ, vt ſequatur conſilium medicorum ad præcauendam infirmitatem, videatur magis confidere medicis quam Deo. 264.7

Præceptum de ieiunio eſt negatiuum ex Ioan. Sanchez. 492.4.

an Præceptum vocaliter orandi non ſit humanum ſolum impoſitum Clericis in Sacris & Beneficiatis. 341.7.& 8.

an maior reperiatur cauſa ad non ſeruandum aliquod præceptum, quam ad petendam diſpenſationem præcepti. 283.1& 2

an Præceptis negatiuis ſatisfaciamus per ſolam externam omiſſionem actus. 354 35

An ſi quis inaduertenter non attendat ad ſatisfactionem præcepti Eccleſiæ vel diuini, ſatisfaciat præcepto, & non teneatur iterum facere hos actus. 353.17.

cuius præcepti obligatio habeat partes. 368.9

an præceptum non obliget quoad modum virtutis, ſed quoad ſubſtantiam operis. 354.38

An in Præceptis negatiuis, quis per puram omiſſionem actus liberat, ſatisfaciat, etiamſi non habeat intentionem ſatisfaciendi. 352.8
Præceptum correctionis fraternæ omnes obligat vtriuſque ſexus fideles. 65.1
an Præceptum diuinum de Baptiſmo obliget. 364.14 15 16 & 17.
an tranſgreſſio ſpecialis præcepti habeat ſpecialem ſpecificam malitiam. 356.2
an vt Præceptum obliget, debeat eſſe indubitatum. 312.13.
an Præceptum annuæ confeſſionis ſit Eccleſiaſticum & humanum. 344.12.& 13
an ſtrictius ſit Præceptum de non comedendo carnes ac de vnica comeſtione. 300.4
in Præcepto ieiunij, & recitandi horas quæ diſparitas intercedat. 329.48
an Præceptum negatiuum abſtinendi à carnibus non ſolum prohibeat ſumere vnicam comeſtionem carnium, ſed quamlibet. 294.1
quodnam Præceptum quantum ad Curatos in multis parrochialibus conſuetudine contraria exiſtente non obliget. 200.16
Præceptum de annua confeſſione an ſit determinatio iuris diuini ad tempus in quo debet impleri. 345.15 & 16.
an Præceptum regium oriatur ex poteſtate politica, quæ ſemper ex natura rei ſubdita eſt poteſtati pontificiæ. 110.35
vtrum Præceptum implicitum ſufficiat in diſpenſatione facta ad euitandum damnum commune imminens. 281.12.
quænam Præcepta diuina poſitiua & humana ſolum obligent ſub ratione præcepti impoſiti. 356.3
an ſoluta & diſpenſata eſſentia præcepti, totum præceptum neceſſariò ſoluatur, ex Fagundez. 297.6
an Præcepta humana & diuina poſitiua nullam aliam honeſtatem reſpiciant niſi obedientiæ. 357.10
Quæ ſenſibilitas pertineat ad ſubſtantiam Præcepti. 324.8.
Præceptum non eſt determinatum circa modum ſimpliciter, benè tamen ſecundum quid. 210 12
Præceptum de correctione fraterna cum ſit diuinum ad omnes extenditur. 60.2
an poſſit quis ſimul implere duo præcepta. 360 21
an confirmatio cadat ſub Præcepto diuino & mandato Chriſti. 134 13
Quando materia virtualia reſpicit plura Præcepta quid fiat. 299.11
an Præcepta purè Eccleſiaſtica non differant in ſpecie honeſtatis. 356.1
an Præceptum de recitando mane implicet quod penetretur cum præcepto de recitando hodie. 323.10
quodnam Præceptum dicatur multiplex. 399.2.3
quod Præceptum obliget ad omnes horas. 329.45

Prælatus.

an Prælatos & Epiſcopos congregare conueniat, vt in congregatione iſta abuſus poteſtatis cohibeatur in Papa ſcandaloſè viuente, & res Eccleſiæ dilapidante. 71.35.
Prælati quamuis ſint corripiendi à ſubditis, non tamen eſt iis pœna infligenda, ſed ad ſuperiorem recurrendo, ex D. Thoma. 66.13
An ſi caſus ſit aliquo modo dubius, & tantam moram patiatur, quod poſſit eſſe recurſus ad ſuperiorem pro diſpenſatione habenda, non poteſt inferior Prælatus cum tota communitate diſpenſare in lege ſuperioris. 275 3.5
Prælati ſunt paſtores ouium Chriſti. 145
an quandoque Prælatus teneatur per diſpenſationem conſulere. 256.17
an Prælati regulares poſſent vouere votum tranſmarinum in ſubſidium terræ Sanctæ, ex Barboſ. 103.40
an quando cauſa eſt dubia accedente Prælati authoritate fiat rationabilis. 269.40
Prælati quot peruerſa perpetrant tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittunt. 68.4
an Prælatus Eccleſiaſticus reſeruet peccata purè interna. 348.31
Prælati aliqui & Epiſcopi ſunt omnium Eccleſiarum parrochialium ferè Curati. 168.2

Præſtimoniarius, Præſtimonium.

quid ſit præſtimonium. 384.1
Præſtimonia collata in titulum Beneficij perpetui enumerat inter beneficia Eccleſiaſtica Concil. Trident. ibid.2.
Præſtimonium idem ac præſtans munium. ibid.3
Præſtimonium accipiens ad quid teneatur, ex Nauarro. 385.5.
An in Hiſpania ſint beneficia quæ vocentur Præſtimonia. 405.7
quæ Præſtimonia iure communi exigant reſidentiam. ibid.9.
an Præſtimoniarij teneantur ad officium diuinum quotidie celebrandum in cultum Dei & Eccleſiæ bonum. 410.15.
an per ſubſtitutum debeant præſtimoniarij Eccleſiis ſuis inſeruire. 405.10.11
quæ Præſtimonia etſi verè beneficia ſint non inducant aliquam reſidendi obligationem. ibid.12
an qualitas inſtitutionis Præſtimonij ſemper perſeueret. ibid.13.
Quæ radix non extendat immediatè palmites ſuos ad Præſtimonia. 409.14
an plura Præſtimonia poſſint vni conferri. 413.5.6
an habentes Præſtimonia vbique terrarum gaudeant fori priuilegio. 405.6
an qui plura Præſtimonia habet ſine cauſa vlla, quo iure illa retineat. 413.6
Præſtimonium diſtinguitur à Beneficio ſeruitorio. 404.2.3.4.

Princeps.

an Princeps præceptum naturale de non pugnando propriis manibus poſſit interpretari &c. 86.8
Princeps poteſt ſpeciales conuenientias ſtatus conſiderare in Epiſcopo quæ non in ſæculari. 87.9
an poſſit Princeps Eccleſiaſticus vel ſæcularis præcipere vt actus externi & ex animo fiant. 335.60.61.62. 63. & 64.
an Princeps ſæcularis abſolutus, vt Rex, Imperator, Reſpublicæ, non recognoſcentes ſuperiorem, poſſint ex aliquo iure ſaltem naturali, vel ex aliquo priuilegio apoſtolico interpretari ius diuinum de reſidentia perſonali Epiſcoporum. 107.1
an ſi Princeps in confirmatione & in litteris expeditis ponat ſolum *ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis* non dicatur vera confirmatio *ex certa ſcientia*, & non excedat formam communem. 301.5.& 6
Principes in ſuo regimine politico valde dependent à Papa. 45.12
Principes non præcipit repugnantia, nec præſumitur præcipere iniquitatem, vel facere actum inualidum, ex Franciſco Suarezio. 115.7
an Princeps laicus toties quoties. Epiſcopum vocat ad curiam, etiamſi vocetur à Metropolitano teneatur obedire regio mandato. 1089
an Princeps poſſit diſpenſare Epiſcopum ne in Eccleſia reſideat. ibid.8
Principes politico-Catholici ex ſuo officio à Papa quid expoſcere

expoſcere teneantur. 54.27
Multæ ſunt viæ quibus abſque rebellione Principes mundi & Prælati Eccleſiæ ſi vellent reſiſtentiam impedimentumqoe abuſus poteſtatis auferrent. 70.30.
Principes tam Eccleſiæ quam orbis Papam Eccleſiam ſcandalizantem arguere poſſunt, ex Caiet. 60.3
Quotuplex correctio adhibenda. ibid.4
an quicquid priuilegiam Principis poteſt concedere, poſſit operari conſuetudo. 137.3
Princeps an non poſſit facere quod lex ſua ſemper & omni tempore ſit vtilis Reipublicæ, & de materia poſſibili. 234.27
an ſufficiat quod Princeps confirmans *ex certa ſcientia*, exprimat ſe eſſe certioratum aut informatum ſtatuti quod confirmat. 303.18
ſi Princeps ſiue ſæcularis ſiue ſummus Pontifex an ſit de facto ſtatuto aut coocordia certioratus & ioformatus. 302.7
an iure oaturæ & poſſit Princeps iubere, & teneatur Epiſcopus obedire. 113.13

Priuilegiatus, Priuilegium.

quod Prioilegium datum ſit cauſa publicæ vtilitatis. 133.5.
Quæ reuocatio tacita & implicita Priuilegij, ex Suare. ibid.8.
Priuilegia vniuerſitatum an ſint derogata per Trident. 149.27.
quod Priuilegium noo extendatur ad ſuperiores regulares. 262.5
an priuilegium datum in alicuius fauorem non debeat vergi in ipſius detrimeotum. 369.16
Contra quod ſtatutum poſſit allegare Priuilegiatus meliorem titulum de mundo. 429.21
an Priuilegium quod includit detogationem iuris communis ſit odioſum. 221.12
Priuilegium Principis an ſit priuata ipſius voluntaria determinatio. 242.1
An ſi aliquid cootra ius commune non elargiatur princeps, propriè priuilegium noo ſit. ibid.2
Priuilegiu[illegible]propriè, eſt propriè diſpenſatio. ibid.3
an Priuile[illegible] ad lucrandum fructus Canoniæ & quotidianas [illegible]tributiones in abſentia ſit diſpenſatiu, & exemptio à iure communi. ibid.4
quodnam Priuilegium nullus poſſit concedere, contra. ibid.5.& 6.
Nec Concilium, neque Sacra Congregat. Priuilegia abrogauit, ſed coarctauit ad caſus de quibus Epiſcopus rationabiliter iudicauerit expedire licentiam ad ſtudendum concedere. 150.33
quod Priuilegium dicendi officium meotaliter conceſſum ſit Regularibus. 359.11
Priuilegium aliquod corpori iuris inſertum, niſi fiat de illo expreſſa mentio, non intelligitur reuocatom quod eſt de iure communi. 93.19.20
an Priuilegium quod vniuerſitatibus conceditur ſit perpetuum vel temporale. 152.2
an magnum priuilegium concedatur per Bullam, quantum ad facultatem edendi carnes in diebus prohibitis. 284.5
an Priuilegium Regibus conceſſum ſit derogatum. 244.32 33.
quodnam Priuilegium poſſint amittere Principes per non vſum. ibid 34
Concilium ſuſtulit res iudicatas quæ nituntur priuilegiis. 304.13

Puer.

an Pueri ante pubertatem non teneantur recitare nec reſtituere fructus ſi non recitent. 396.12
ao Puer non teneatur aut ligetur ante pubertatem legibus pœnalibus poſitis ab homine. 97.5

R

Recitare, Recitatio.

Recitare an qui non poteſt totum pſalterium teneatur ex vi voti recitare quod poteſt. 329.46
an non Recitans teneatur explicare in coofeſſione quãtitatem officij omiſſi. 402.8.& 9
an ſi quis priuilegiatus omittat Recitare ea quæ diſponit priuilegiom mortaliter peccet. 370.14
an non omnis omiſſio mortalis in Recitatione obliget ad reſtitutionem. 402.7
ao qui non poteſt recitare matutinum cum laudibus à reliqois horis canonicis excuſatus maneat. 319.42
an quamuis non Recitantes fructus non faciant ſuos, ſed teneantur reſtituere, habeant remedium Bullæ compoſitionis. 398.4
an qui per ſex menſes priores non Recitat poſitiuè excuſetur à reſtitutione. 376.20
an ſi quis per ſex menſes Recitauerit & poſtea incipiat non recitare, quod tranſactis primis ſex menſibus ab obtento beneficio, ſiue reciter ſioe non, teneatur reſtituere fructus. 378.6.& 7
an ſi quis ſine rationabili cauſa proponat per duos menſes continuos Recitare de reſurrectione propoſitum illud reſpiciat materiam grauem, & ſic ſit mortale. 363.7.& 8
an ſi qois potens Recitare partem officij oon recitat ex iuſtitia teneatur reſtituere. 329.44
an modus Recitandi oon cadat ſub præcepto Eccleſiæ. 312.10.& 11.
an occupatio qoæ excuſat à Recitatione debeat eſſe repentina. 327.17
an quis teneatur mentaliter Recitare ſi noo poſſit vocaliter. 368.3
an vnica Recitatiooe Matutinarum & Laudum ſatisfiat duplici obligatiooi hodiernæ & ſequentis diei. 322.4 & 5.
qui non Recitat pro rata omiſſioois oon facit fructus ſoos & io conſcieotia tenetur eos reſtituere, ex Pio V. 370.6.

Reditus.

An ob præſtantiam magnæ nobilitatis, aut inſignis litteraturæ poſſit plus accipi ex reditibus Eccleſiæ. 194.25

Regularis.

antiqui & primitiui Regulares rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſcipiebant. 83.10

Religioſus, Religio.

an ſi Religioſus violet præceptum in materia graui, non ſit neceſſe explicare io confeſſiooe, quale præceptom ſit tranſgreſſus. 356.8.9
an Religioſus & Regularis vbicunque ſit teneatur ſe conformare conſtitutiooibus ſui ordinis. 318.6
qui Religionem vouit, ſi vocetur ad Epiſcopatum, debet priùs votum adimplere, & deinde tranſire ad Epiſcopatum. 8.38

Reſidere, Reſidentia.

an Reſidentia perſonalis cauſa auditorum ſuppleatur per alium. 396.2
Ao iura antiqua reqoirentia perſonalem Reſidentiam in primitiua Eccleſia ſint abrogata, non ſolum permiſſiua conſuetudine, ſed etiam derogatiua. 418 13
an qui ſua culpa non reſident, nihil de fructibus recipiant. 387.1
Quæ cõſuetudo poſſit eſſe vt excuſet à reſidẽtia. 419.19
an perſonalis Reſidentia non ſit præcepta iure naturali, aut diuino. 418.12
declarationes de Reſidentia Parrochi quo tempore factæ ſint. 121.2

Reſidendi radix iure diuino an oriatur. 25.28
an in non Reſidentia detur paruitas materiæ. 164.1
circa Reſidentiam tam Epiſcoporum quam Curatorum dubia veniunt diſcutienda. 132.1
præceptum de Reſidentia eſt affirmatiuum, quod ſemper obligat,ſed non ad ſemper. 4.7
Qui ſufficientiùs per alium regit, quàm per ſe ipſum, an dicatur ſufficienter regere & excuſetur à reſidentia. 7.29
An iure naturali & diuino ſit Reſidendum. 132.4
an Reſidentia perſonalis in ſua diœceſi ſit de iure diuino. 116.11
quid nomine Reſidentiæ intelligatur. 413.3
An qui inſeruit per quadraginta annos valens ſit viribus, & nulla infirmitate præpeditus, nequeat ex quacunque conſuetudine, quæ rationabilis ſit iubilari omnino à reſidentia in choro. 239.4
An nullus excuſetur à reſidentia. 132.3
conſuetudo generalis non Reſidendi in ſimplicibus ceſſat,vbi adeſt ſtatutum & particularis conſuetudo in contrarium, ex Rota. 419.22.& 23
negotia à Reſidentia excuſantia,ad tria capita reuocantur. 5.13
Qui toto anno non aſſiſtit cultui diuino an debeat gaudere priuilegio dato in leuamen grauitatis reſidentiæ. 146.57
materia Reſidentiæ ex natura ſua eſt oppoſita materiæ voti Religionis. 101.13
Nulli priuilegia ſeu indulta perpetua de non reſidendo,aut de fructibus in abſentia percipiendis ſuffragentur,&c.ex Conc.Trid. 148.10.11
an omnis Reſidentia tam Parrochi, quàm Beneficiarij ſimplicis ſeruitij radicaliter & fundamentaliter fundetur in iure poſitiuo. 415.3
an poſſit conſuetudine introduci quod quis per alium ſatisfaciat obligationi Reſidendi in choro, & intereſſendi horis canonicis per alium. 240.1
Epiſcopi, Prælati, & Paſtores iure diuino tenentur ad perſonalem Reſidentiam ex Bartholom. Carranza. 124.8.
Reſidentia Canonicorum in choro ad lucrandum fructus & diſtributiones an ſit de iure naturæ 232.7
cum Reſidentia ſit de iure naturæ, non eſt de iure naturæ quod dignitas reſideat nouē mēſibus. 233.22.23
An euidens Eccleſiæ vtilitas Epiſcopos excuſet à Reſidentia. 226.3
An expreſsè in Bulla excludatur compoſitio ob non reſidentiam. 191.14
Detentus Romæ datâ cautione de non recedendo à curia an teneatur reſidere. 141.1
an non poſſit conſuetudine introduci quod quis omnino non reſideat in Eccleſia per ſe,ſed per ſubſtitutum, & ſic lucretur fructus. 240.5
Reſidentia Canonicorum,& dignitatum in ſuis Eccleſiis an ſit de iure naturali diuino. 145.6
ſi perſonalis reſidentia ſit de iure diuino, an poſſit eſſe conſuetudo ipſum interpretans. 134.16
An iure Pontificio ad percipiendos & aſſequendos fructus beneficij, ſola reſidentia abſque miniſterio perſonali & præſentia in diuinorum officiorum celebratione ſufficiat. 199.10
quid diſcriminis inter Reſidentiam Beneficiarij & intereſſentiam intercedat. 198.7.8.9
Reſidentia eſt de iure diuino proprio ad quam obligantur Paſtores ſub grauiſſimo mortali peccato. 16.10.
Concilium ſtrictiſſimam perſonalem reſidentiam Canonicis Dignitatibus,Cathedralis & inſignis Collegiatæ Eccleſiæ indixit. 198.5
obligatio Reſidentiæ perſonalis deducitur à Trid.ex officio Paſtoris. 16.9
Circa obedientiam debitam quæ excuſat à Reſidentia perſonali aliqua inteſueniunt dubia. 104.1
an Parrochialium Rectores debent reſidere in domo Parrochialium remiſſiuè. 124.3.4.5.& 6
An non poſſit præſcribi contra voluntatem teſtatoris requirentis reſidentiam in choro. 242.11.12
an Reſidere idem ſit quod deſeruire. 127.3
licet non Reſidentia ſit notoria an requiratur monitio Epiſcopi iuridicè facta Parrocho, vt reſideat. 156.3
Infirmitas,ſeu neceſſitas mutandi aërem,à reſidentia excuſat. 5.12
Epiſcopi Reſidentia perſonalis in Epiſcopatu eſt iuris diuini. 3.1
an Rector qui habet Vicarium perpetuum in eius parrochia ſiue rectoria poſſit & debeat compelli ad perſonaliter reſidendum, niſi tota cura animarum tranſlata fuerit legitimè in ſolum Vicarium perpetuum. 169.3.
non excuſat à Reſidentia loci ſuper Parrochiali, nec licentia conceſſa ab Epiſcopo cum ipſam concedere nequeat, negotia tamen loci excuſant ad tempus, ex Garzia. 172.4
an ſi quis tuta conſcientia non Reſideat, hoc eſt ſine mortalis peccati reatu faciat fructus ſuos, ita vt non teneatur reſtituere. 170.1
an ex non Reſidentia & non recitatione horarum poſſit ſumi fundamentum, vt non reſidens & non recitans, non faciat fructus ſuos, ſed eos teneatur reſtituere. 163.28
non Reſidentes abſque iuſta cauſa, priuandi ſunt beneficio. 7.28
quomodo obligentur ad Reſidentiam Parrochi. 118.1
An cauſa ſufficiens ad tranſlationem, & ceſſionem Epiſcopatus ſit ſufficiens ad diſpenſandum in Reſidentia. 91.4
Reſidere perſonaliter non eſt ſecundū ſe indifferens. 18.2
qui Reſidentiam eſſe de iure diuino negarint. 24.27
Reſidentia quæ eſt de iure diuino eſt propria paſſio quæ ſequitur iuriſdictionem actiuam à Chriſto Domino inſtitutam. 23.11
an ſi Reſidentia perſonalis cauſa ſtudiorum ſuppleatur per alium ideo eſt, quia incompatibilis cum ſtudio cum quo compatitur officij diuini recitatio. 396.6
Reſidentiæ perſonalis finis eſt vtilitas ouium & recta ipſarum gubernatio. 23.18
conſuetudo non Reſidendi in Epiſcopis Curiarum aſſeclis, non eſt conſuetudo, ſed abuſus & antiquus error. 8 35
in multis Eccleſiis dignitates non obligantur ad Reſidendum per ſpatium nouem menſium. 233.12.& 13
ad Reſidentiam an ius naturale obliget. 18.1
circa cauſam quam Concilium ponit excuſantem à Reſidentia paſtorali alicuius Eccleſiæ,dubia. 105.1
gratia de non Reſidendo non valet ſine Ordinarij conſenſu. 147.3
qua ratione excuſentur à Reſidentia etiam quoad Deum Cardinales in Epiſcopatu. 6.22
Reſidentiam diuerſi Pontifices diuerſimodè intellexere. 176.10.
Concilij Tridentini definitio de Paſtorum Reſidentia. 14.11.
Reſidentia an ſit perſonalis ſolutio proprij officij in proprio beneficio. 18.3
Reſidentia perſonalis eſt medium neceſſarium ad implendum miniſterium Epiſcopale. 15.6
an ſit neceſſaria aliqua criminis non Reſidentiæ declaratio. 158.3

Rex.

an Rex ratione ſui muneris & dignitatis ius habeat Epiſcopos conuocandi. 109.26
an Rex iure Politico interpretetur id diuinum. 110.31

Rex

Rex poteſt declarare an ſit caſus vrgentis neceſſitatis, defenſionis regni faciendæ per Epiſcopum. 87.10
dum Rex conuocat Epiſcopos, vt mediante ipſorum conſilio, vigilantia & prudentia ipſi aſſiſtant, an tunc declarat Rex ius diuinum de reſidentia perſonali. 109.26
Regibus, Principibus, necnon Summis Pontificibus quid obſeruandum. 194.24
ſi filius Regis habeat vnde ſuſteneretur iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, an poſſit ſumere congruam ex fructibus beneficij, iuxta qualitatem beneficij. 194.20
an Rex multitudinem ſibi ſubditam tyrannicè regens, ab ipſa poſſit deponi. 72.1
ſi Rex præcipit & Pontifex approbat cauſam non reſidendi, an teneatur Epiſcopus regi obedire, & acceptare officium publicum. 112.5
an Rex ſuppoſita diſpenſatione Pontificia poſſit obligare Epiſcopum ad acceptandum officium publicum Reipublicæ. ibid.12
Rex debet timere prudenter damnum ſpirituale ouium ex abſentia ſui Paſtoris. ibid.6
An ſi ex interpretatione canonica loris diuini facta à Concilio poſſit Rex vocare Epiſcopos, non vt Epiſcopos, ſed vt Conciliarios in vtilitatem ſui regni ad Curiam regiam, non in perpetuum officium exequendum, ſed tantum temporis quantum fuerit neceſſarium prudenter iudicatum ad negotij expeditionem. 110.37
an ſi Rex proponat Pontifici aliquem Epiſcopum, vt ſit Præſes Concilij Regis dicens non eſſe alium qui ita bene munus illud grauiſſimum exerceat, & Pontifex approbet cauſam tanquam legitimam ad diſpenſandum in reſidentia, teneatur Epiſcopus iam diſpenſatus obedire regis mandato ſub mortali. 111.1
ſi Rex Hiſpaniæ alicui Epiſcopo, vel Clerico in ſacris præcipiat, vt ſi dux exercitus contra iniuſtos inuaſores ſui regni, etiamſi non reſideat in ſuo Epiſcopatu, aut beneficio curato, an teneatur. 86.3.4.& 5
quandonam Rex, Imperator aut Princeps alius abſolutus poterat interpretari ius diuinum Euangelij de reſidentia Epiſcoporum ſi horum abſentia à ſuis Eccleſiis erat valdè vtilis ad regimen politicum, & ad adminiſtrandum Iuſtitiam. 107.2
an ſi Rex proponat Pontifici aliquem Epiſcopum, vt det illi generalem Inquiſitionem, ſi in nominatione dicat quod ſit Epiſcopus, & hoc cognito à Papa fecit Inquiſitorem generalem, eo ipſo cenſeatur diſpenſatus in reſidentia. 113.2

S.

Sacerdos, Sacerdotium.

an Sacerdotia quæ curam habent annexam rectè nequeant adminiſtrari. 411.8
an ſi Sacerdos plures ſpecies lacticiniorum vno prandio comedat duplex peccatum committat. 294.4
Sacerdos accipit poteſtatem actiuam dimittendi peccata, quam illi non tribuit Epiſcopus, dum dat facultatem confitendi in ſua diœceſi. 23.11
An ex iure naturali & diuino qui Sacerdos non eſt, aut in ſpe proxima poſitus non mereatur ſtipendium. 366.13.
an Sacerdos ſit liber ab applicatione ſacrificij licèt ſtipendiatus, vt certo loco, aut hora ſacrificet coram populo. 186.5
an Sacerdos qui non poteſt recitare totum diuinum officium, & poteſt partem teneatur ad illam recitandam. 296.4
An ſi quis per dimidium anni ſanam habuerit intentionem ſuſcipiendi Sacerdotium huius medietatis fructus faciat ſuos. 366.7

Orbis ſemper habuit ſacerdotum & Doctorum magnam multitudinem. 125.12
Sacerdos tenetur pro ſuis Parrochianis à quibus decimas, vel ſtipendium ſumit ſacrificium applicare. 183.8.
An iudicium de idoneitate Catechiſmi reducatur ad prudentem & idoneum Sacerdotem. 365.14

Sacramentum.

Sacramentum pœnitentiæ ex attrito facit contritum. 24.23.
an forma Sacramenti extremæ vnctionis ſit deprecatoria. 336.6.

Scandalum.

Quid ſit Politicum Scandalum. 55.32

Scholares.

an Scholares qui ſtudij cauſa vadunt Mediolano Romam, vel Româ ad diœceſim Mediolanenſem ſi ſint Beneficiati, teneantur legibus & præceptis illius. 319.18.
an Scholares ſtudentes in vniuerſitate etiam ſi Curati ſint lucrétur fructus eoſdem omnium & ſingulorum beneficiorum cum cura, & ſine cura. 149.24

Sententia.

an Sententia lata, & res iudicata nitens priuilegio, ablato priuilegio totaliter ruat. 304.11
an ſententia lata propter conſuetudinem immemorialem non ſit derogata per Concilium. ibid.4

Stipendium.

an Stipendium correſpondens miſſis dicendis ſit diſtinctum ab eo quod reſpondet officio recitando. 391.40
Stipendium & fructus non ſunt aſſignati, vt per alium quis exequatur officium ſuum. 412.2
An pro applicatione Sacrificij poſſit ſtipendium accipi ſine ſimonia. 186.7
Sacrificij applicatio cum ſit quid ſpirituale, an pro ipſa detur ſtipendium. 186.4

Studium.

quod Studium non ſit ſufficiens motiuum honeſtum de officij diuini recitatione. 327.21
an Studium ſit honeſta occupatio. ibid.20

Succedere, Succeſſor.

Succedendi ratio quæ. 33.2
quo fine Succeſſor eligitur. 47.12
Vſque ad Zachariam Papam nullus ſibi ſucceſſorem nominauit. 45.14
Quid ſpectandum ad ortum & initium Succeſſionis Romani Pont. 35.5
Petrus ſpeciali reuelatione ſibi ſucceſſorem elegit. 43.20.

Superior.

Superior debet non puro conſilio, ſed authoritatem ſuam interponendo diſpenſare, ſi videtur ſufficiens cauſa. 266.14
an quando Superioris conſenſus conſecutio facilis eſt, ſit etiam licentia 101.19
An exiſtente cauſa iuſta ad diſpenſandum, teneatur ex iuſtitia ſuperior ſemper diſpenſare. 296.5
an omnis Superior regularis etiamſi non ſit aliquo ordine inſignitus, Medicus ſit ſpiritualis quoad ſuos ſubditos. ibid.4
In quantum Superior dicatur in voto diſpenſare. 26.35.
An ex voluntate Superioris impertinentis & ſtatuentis oriatur obligatio in ſubditis. 246.4
An ſi Superior Capitulares mortaliter peccent mutando officium pro officio, aut tranſmutando horas in choro non teneantur fructus reſtituere. 316.9
an Superior habeat quaſi Epiſcopalem dignitatem cum iuriſdictione in vtroque foro reſpectu ſuarum ouium. 209.12

Summa ſuperioritas Vicarij Chriſti & Paſtoris non dependet ab ouibus. 66.14

Suſtentatio.

quid nomine Suſtentationis intelligatur. 391.33
quid nomine congruæ ſuſtentationis intelligatur à Corduba & aliis. 193.7
Quos terminos habeat congrua Suſtentatio. ibid.8.9

T

Tacitum.

an TAcitum & expreſſum idem operentur, remiſſiuè. 259.12.

Tempus.

Bimeſtre cum ſit paruum Tempus an poſſit ſequi magnum ouibus detrimentum. 171.2
modici Temporis interpretatio. 132.5
Cuius arbitrio relinquatur modicum Tempus. 102 30.
modicum Tempus quod dicatur, ex Graffis. ibid.31
an Tempus vnius anni continuetur cum tempore anni ſequentis. 135.2
ſpatium Temporis non eſt inſtitutum, vt abſoluatur omnino ab obligatione naturali reſidendi. 239.6 & 7.
Tempus bimeſtre pro paruo reputatur à Concilio. 139 21.
quod paruum Tempus intelligatur in Bulla Clement. 110,32.
An homines ſani in loco mortalitatis poſſint veſci carnibus, ouis, & caſeo tempore quadrageſimali. 264.4.& 5
an vltra hoc tempus quod paruum vocatur à Concilio poſſit quis aliquod paruum ſibi aſſumere. 164.2
Tempus bimeſtre pro paruo reputatur à Concilio. 137.3.
quid modicum Tempus in Epiſcopis intelligatur. 132.2
an vox *ſubitum* cum temperamento temporis ſit intelligendum. 279.4
quid ſit modicum Tempus ratione cuius moraliter non diſcontinuetur reſidentia continua, quæ præcipitur. 102.29.
quæ paruitas Temporis quæ excuſet à mortali taxetur à Trid. 165.19.20
an præciſa Temporis menſura non ſit circunſtantia neceſſariò confitenda. 401.18
quid ſit modicum Tempus ſuppoſita declaratione Concilij. 103.37

Teſtamentum, Teſtator.

an ſi Teſtator dicat quod ex bonis ſuis fundetur capella teneatur illius Beneficiatus ad perſonalem reſidentiam. 429.1
an ad validitatem Teſtamenti requirantur aliquæ ſolemnitates in foro externo, quæ non in foro conſcientiæ. 142.3

Tribunal.

An compoſitio facta contra ſtylum ſupremi Tribunalis Cruciatæ non valeat, nec in foro fori, nec in foro poli. 192.29

V

Vacatio.

VAcationes vltra tres menſes ſi ſint poſitæ in fundatione Eccleſiæ non abſtulit Trid. 205.37

Valerius.

Valerius Epiſcopus S. Aug. & coadiutorem dum viueret & ſucceſſorem poſt mortem elegit. 49.11

Verè.

Quid dictio *verè* requirat. 175.4

Vicarius.

aliud eſt Vicarius perpetuus cum futura ſucceſſione, aliud quod habeat totam animarum curam & adminiſtrationem. 169.4
ſi Vicarius perpetuus detur Parrocho ratione infirmitatis, vel ſenectutis, an ipſo facto Vicarius habeat totalem animarum curam. 169.5.& 6
ſi Vicarius qui in abſentia Parrochi adeſt non ſit ſpeciali Epiſcopi approbatione deſignatus, an habeat iuriſdictionem adminiſtrandi Sacramenta. 140.2
an Chriſtus reliquerit ſuo Vicario poteſtatem ad definiendum res fidei, &c. 41.4
An poſſit conſuetudine introduci, quod Vicarius, Prouiſor, &c. lucrentur diſtributiones. 239.3
ſi Vicarius perpetuus detur ſolum in coadiutorem ad ſubleuanda onera Parrochiæ, non releuatur Parrochus à reſidentia. 169.10
in Vicario Chriſti & Petri ſucceſſore reſidet poteſtatis plenitudo, vt poſſit ſibi eligere ſucceſſorem in Epiſcopatum Romanum. 41.2
quid ſit Vicarius perpetuus. 150.1
an habentes curam animarum in Parrochialibus diſpenſentur, vt poſſint ratione ſtudij, gaudere, & frui fructibus beneficij conſtituto Vicario idoneo pro ſeruitio, toto tempore ſtudiorum. 148.12

Voluntas.

cur voluntas poſterior ſemper efficacior. 353.9
quæ conditionalis Voluntas ſatis ſit vt non incurrantur pœnæ à iure impoſitæ. 366.5
quæ Voluntas non ſatisfaciendi per primam recitationem ſit efficax. 354.37
quæ Voluntas non ſatisfaciendi ſit inefficax, & non obſtet ſatisfactioni præcepti. 352.10
quæ Voluntas ex iure naturæ exequi debeat. 237.2
Voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet, ex Greg. Mag. 221.19
an Voluntas teſtatoris ſit lex & pro lege ſeruanda. ib.16 & 17.

Votum.

Votum aliquando in aliquo caſu eſt vel ſimpliciter malum vel maioris boni impeditiuum, ex D. Thoma. 27.47.
quæ relaxatio ſicut ſit in Votis & iuramentis non ſit conditionalis, ſed abſoluta. 422 3
ſemel Voto emiſſo à quo pendeat eius obligatio. 25.34
in Voto duplex eſt obligatio. ibid.35
an ſi quis habeat Votum recitandi roſarium, & non aduertens obligationem illud recitet, ſatisfaciat voto. 353.20.& 21.
an Votum ſit actus cordis omnino interior. 334 35
ſi Epiſcopus dum emittit Votum Religionis aut longæ peregrinationis expreſſè ponat conditionem, ſi Papa diſpenſauerit, an tunc validum ſit votum. 101.16
declarationis & interpretationis Voti, & diſpenſationis diſcrimen. 26.39
Diſcriminis ratio. ibid.40
Votum longæ peregrinationis & Religionis ab Epiſcopo factum, an ipſo iure irritum ſit, remiſſiuè. 102.15 & 26.
an Votum & impedimentum dirimens maneant ſemper ſub poteſtate Epiſcopo tacitè conceſſa. 259.13
qui fecit Votum Religionis exprimens conditionem ſi Papa diſpenſauerit, quas cauſas prudenter iudicare debet. 101.21

an

Digitized by Google

an ſi quis fecit votum de abſtinendo à carnibus non ſatisfaciat dicendo tranſgreſſus ſum votum in materia graui. 358.23
Votum perpetuum non habent Curati. 119.10
obligatio Voti perpetui præfertur omni alij obligationi. 119.7.
In Epiſcopi conſecratione an votum Religionis impediatur. 100.8
qui facit Votum dandas magnas eleemoſynas ſi illi det Archiepiſcopatum Pontifex an ſiot exercitia virtutis. 102.24.
qui Vouit ingredi Religionem perfectiorem, perfectam profitendo, an voto ſuo faciat ſatis ? remiſſiuè. 8.39.
qui Vouit ao ſibi imperet. 25.33
an Votum factum ab Epiſcopo ingrediendi religionem ſine expreſſa licentia Papæ eſt nullum, & inualidum 100.7.

Vrbanus V I I I.

Vrbanus V I I I. derogat omnes diſpoſitiones in contrarium factas à Teſtatoribus. 210.8

Vſus.

Vſus ex iuſta cauſa & rationabili an poſſit horam anticipare, toties quoties talis cauſa occurrerit. 312.19 & 20.

Vtilitas.

vt Vtilitas faciat præſentes quid requiratur. 239.2

F I N I S T O M I P R I M I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google